BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
19 — M
23

Digitized by Google

R.VI.3.

Digitized by Google

HISTORIA GENERALIS FRATRVM CARMELITARVM DISCALCEATORVM.

Digitized by Google

ЛІЗЮТИН

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA GENERALIS FRATRVM DISCALCEATORVM, ORDINIS B. VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO CONGREGATIONIS S. ELIAE.

TOMVS PRIMVS.

A R. P. F. ISIDORO A SANCTO IOSEPH
primùm collectus, & inceptus.

ex libris Ms. Mariæ TVM in Campidello

A R. P. F. PETRO A SANCTO ANDREA
Eiusdem Ordinis Religioso, ac Definitore Generali, noua partitione, nouo ordine, noua forma donatus; nec minori ex parte auctus, atque completus;

AC DEMVM

De Mandato R. admodùm P. N. Philippi à SS. Trinitate Præpositi Generalis in lucem editus.

ROMAE,
Ex Typographia Philippi Mariæ Mancini. 1668.

SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO,

AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO

CARDINALI

BARBERINO

S. R. E. VICECANCELLARIO

SACRI COLLEGII DECANO.

NVLLI ſanè ſatiùs, æquiùſue, quam Tibi (Eminentiſsime Princeps) has potuimus præcoces quidem, atque adeò immaturas, ac ſubaſperas, ſed nouitate ſaltem placituras Congregationis Noſtræ primitias, Totius Religionis, id impensè exoptantis, nomine offerre, atque porrigere; nuncupare, ac conſecrare. Siue enim Perſonæ dignitatem, ac meritum ſpectemus, ſiue beneficiorum nobis hactenus collatorum pondus, ac numerum, grauitatem, ac multitudinem perpen-

pendamus; ſiue naturalis affectus teneritudinẽ, ac ſinceritatem ex affinium, & conſanguineorum neceſsitudine, ac coniunctione prouenientem indagemus; ſiue demùm inconcuſſæ, & inexpugnabilis Protectionis potentiam, & vim, robur, ac firmitatem exquiramus: In Te vnum hæc omnia miro, & eminenti modo confluxiſſe, atque coaluiſſe, nemo eſt, qui non videat.

Ecquis neſcit (Purpuratorum Principum præclariſsime) quid in æquè fauſto, laudatoque, ac diuturno, & ad duos ſupra viginti annos protracto Magni illius Patrui Tui fælicis recordationis Vrbani VIII. Pontificatu ad totius Chriſtianæ Reipublicæ bonum, aut compleueris, aut tentaueris? Nunc ad componenda Chriſtianos inter Principes exorta diſsidia, multis Te Te Legationibus accinxiſti; & ad perpetua inter illos fædera ſancienda, nec expenſis, nec curis, nec laboribus, imo nec ſanitati, aut vitæ Tuæ, omnibus Chriſti fidelibus, vno Te excepto, ita caræ, ita pretioſæ, ac tot inter itinerum incommoda, atque diſcrimina periclitanti peperciſti. Nunc inter tot, tantoſque bellorum, armorumue ſtrepitus, quibus totus pænè concutiebatur Orbis Terrarum, in Vrbe ipſa, totius Orbis

capi-

capite, & ex ipſa Vniuerſam Eccleſiam, Fidemque Catholicam, ſumma prudentia, ſumma, qua pollebas apud Patruum, ſupremum Chriſtianæ Religionis caput, authoritate, incredibili feciſti pace gaudere. Nunc eos, qui ab ea olim damnabili rebellione deſciuerant, vel mira morum ſuauitate, ad eius gremium allexiſti, vel pijs conſilijs, & adhortationibus eorum proteruiam compeſci procuraſti. Nunc ſtupenda cõſtantia, mentiſque fortitudine Eccleſiaſtica iura ſeruaſti, illibatum Sponſæ Chriſti decorem tutatus es, immunitates inuiolatas aſſeruiſti, Numinis ipſius cultum vel reſtituiſti, vel obfirmaſti; Templis debita ſacra, ſacris pios Pontifices, Pontificibus pietatis ipſe, ſi non æquanda, imitanda ſaltem, exempla dediſti; ſi quæ verò aduerſa (quæ humanarũ rerum viciſsitudo eſt) in te ingruerint; adeò æquo, adeò ineluctabili, adeò ſuper humanum morem imperturbato animo toleraſti, vt ea non tam eluſiſſe, quam ſuperaſſe dicendus ſis. Omnia demũ, vt paucis cuncta complectamur, ſecundi à Summo Eccleſiæ Monarcha Principis munia ſic obiui, ſic perfeciſti, vt quicunque ſanè ſentiunt, ſe ſe felices exiſtiment, tuo ſub regimine, tuo ſæculo, quamquam alioqui turbido, & infeſto, vixiſſe; Nec non etiam virtutem tuam, vitæque integrita-

gritatem demirari cogantur; faterique Te minus à purpura ornari, quam purpuram ornare; omnes, ad quos hactenus euectus es, dignitatum gradus, Tuis meritis longè impares esse; ac demum Romam ipsam, totumque orbem, à Te maius aliquid expectare, quam ipsa tibi dederit. Quæ profectò laudis species eò Tibi glorioſior est, quò minorem adulationis ſuſpicionem infert.

Verùm quorsũ in istis immoramur ab omnibus notis, probatis ab omnibus, ab omnibus confessis, quæque nec vlla vnquam delebit obliuio, nec liuor vllus vnquam obscurabit? singularibus abstrahimur, rapimurq; beneficẽtiæ Tuę argumentis, quæ eò fortiùs nostra, vniuersaque Fratrum nostrorum pectora tangunt, eò intimiùs, arctiùsue deuinciunt; quò proximiùs afficiunt, quò specialiùs Congregationem nostram spectant. Et certè quid in eius gratiam, quid in eius fauorem, quid ad incrementum eius, ac bonũ non feciſti (Princeps Eminentiſsime?) Ea sanè duntaxat Te, Tuoque interuentu Patruum Tuum, reliquosue omnes, seu Consanguineos, seu affines non effeciſſe constat, nisi quæ non effici potuere. Illam in cunis adhuc agentem Paterno pariter, materno-que veluti affectu, Tuo simul cordi altè infixo,

fouiſti

fouiſti ſemper, lactaſti, enutriſti. Illam tenerrima ſollicitudine vlnis complexus es, ſinu ſtrinxiſti, admouiſti pectori, brachijs geſtaſti. Illam obtentis ab Apoſtolica Sede Priuilegijs auxiſti, Conſtitutionum confirmatione corroboraſti, datis ad Imperatorem, alioſue Principes Commendatitijs Epiſtolis præmouiſti. Illam Tuis ipſis manibus è faſcijs veluti ſolutam, ſuis ipſam pedibus progredi docuiſti, ad patrium Carmeli ſolum, à quo iam à tot ſæculis dira Barbarorum tyrannide ejecta fuerat, ſupremo decreto reduxiſti; imò, & ad Regiam Perſidis Curiã, remotiſsimaſque Orientis plagas delegaſti, inuexiſti; adeò vt longè ampliùs à Barberinis propagatam fuiſſe fatendũ ſit, quam à Barbaris fuiſſet propulſata, profligataque.

Hæc ſunt (Sacrorum Procerum Nobiliſsime) quæ dum Romæ, velut in altiſsima totius Vniuerſi ſcena ſecundum à Supremo Eccleſiæ Rectore locum obtineres, ſummaque emineres potentia, in Religionem noſtram contuliſti, beneficia, quæ tamen quamquam plura, quamquã maxima, ad vberiora, maioraue nonniſi prima quædam, leuiaque veluti præludia extitiſſe compertum eſt. Innumera ſunt, omnemque non ſermonem modo, ſed & conceptum etiam excedẽtia, quæ deinceps nobis inexhauſta munificentia

ſeu

ſeu palam, ſeu ſecretò (vt lubentiùs facere ſolitus es) exhibuiſti, & quotidie exhibere non deſinis. Ab his tamen, ſigillatim percenſendis, etſi ægrè abſtinemus? nè, dum gratitudinẽ noſtram oſtendere molimur, modeſtiam Tuam, ſanctè nobis ſilentium indicentem offendere contingat. Aſt illa, quæ quòd publica ſint, totoque ſpectante Orbe cæteris acceſſerint, Tuæ, noſtræque gloriæ iniurioſa virtus diſsimulare nequit, hìc nos profectò abſque ingratitudinis nota reticere non poſſumus.

A Te haud dubiè in Tuos effluxit ſingularis ille amor, quo Religionem noſtram proſecuti ſunt, quique Te illi arctioribus nexibus deuinxit. Inde ortum habuit ſpecialis illa Patrui Tui in Seraphicam Parentem Noſtram Tereſiam deuotio, quæ illum, non tam Heliconis, quàm Carmeli Fontis aqua potatum, tot inter grauiſsimas Pontificatus curas, ad eius geſta elegantibus hymnis, oratione, ac lectionibus, è ſacrato pectore depromptis, cogenda, ac Breuiario apponenda adegit; quæque ipſum ad inuiſendas quotannis eius Filias Monaſterio Montis Carmeli Vrbis degentes, eaſque ſuaui preſentia, paternaue teneritudine exhilarandas compulit. Inde mira illa emanauit beneuolentia, qua Eminentiſsimus Frater Tuus

Cardi-

Cardinalis Antonius tùm Romæ, tùm in Gallijs, tùm vbique terrarum omnium noſtrum corda conciliauit. Inde nata eſt ſincera illa Excellentiſsimi Principis D. Thadęi alterius Fratris Tui erga Carmelitas Excalceatos fiducia, qua poſt exactam integerrimè ſupremam Vrbis Præfecturam, dum Pariſijs mortem obiret, apud ipſos deponi voluit, patrio poſtmodùm ſolo, ac ſepulchro, duobus illorum creditum depoſitum comitantibus, ac procurantibus, deportandus. Inde ardentiſsimus ille proceſsit Excellentiſsimæ ipſius Vxoris D. Annæ Columnæ affectus, quo Tereſianis Virginibus, inter quas duas nacta erat Sorores, nouum Romæ Monaſterium ſub titulo Reginæ Cæli regia magnificentia extruxit, dotauit, locupletauit; & in quo vltimos vitæ annos piè traducens, ea functa condita eſt. Ac demum vt cætera omnia miſſa faciamus; inde prodijt inſuperabilis illa propenſio, flagrantiſsimum deſiderium, ineluctabilis conſtantia, quibus egregius ille Adoleſcens, dilectiſsimus vtriuſque Principis filius natu minor, generoſus Eminentiæ Tuæ Nepos D. Nicolaus Barberinus, tot bonis, tot facultatibus, tot diuitijs potens, ſtupendo non Romæ tantùm, ſed toti Orbi exemplo, ſpretis omnibus ſæcularis vitę, ſeu honoribus, ſeu delicijs, ad pauperem,

 humi-

humilemque inter nos amplectendam tandiu anhelauit; votorumque tandē compos effectus, sub nomine P.F. Nicolai Mariæ à Spiritu Sancto, cum omnium admiratione laudabiliter trāsigit. Quasi non satis fuisset Congregationem nostrā Tua, Tuorumque authoritate, ac beneficijs foueri, & cumulari, nisi etiam sanguine proprio exornaretur, firmaretur, atque consisteret.

Tot ergo debitæ reuerentiæ, ac reciproci amoris deuincta Tibi, obstrictaque titulis Religio nostra (Princeps Eminentissime) non potuit non hoc munusculo vtriusque Tibi signa præbere, non potuit scripta Tibi hac litterā grates non rependere, quæ gratias à Te nouit accepisse, quas ab Alumnorū memoria nulla vnquam ætas obliterabit. Tibi etiamnum hoc debebat, quæ cuncta Tibi debere non ignorat. At non Tibi tantùm, sed & sibi hoc debuit, quæ nec potentiorem Te, nec benigniorem vsquam Patronum reperire valebat. Cui enim exiguam hanc Reformationis suæ Nauiculam ex Hispanis littoribus ad Italas oras traijcientem commendaret, quàm illi, qui prægrandem Petri Nauim peritissimi ad instar Naucleri, sub supremi Nauarchi nutu, & imperio tandiu, tamq; faustè, atque fæliciter regere didicit? Cui reuirentis Carmeli sui flores offerret, nisi

Api-

Apibus Tuis, quæ dulciſsimũ ex eis mel eruere, ac conficere ſciunt? Cui primitiuos arborũ ſuarũ fructus dicare, quàm illi, qui eas ſemper excoluit, fouit, fęcundauit? Hanc itaque Tibi Nauiculam cõmendat, vt è procelloſis, quibus iactari poſſet, fluctibus ſalua, & incolumis euadat; hos flores offert, vt fauente Tua protecti vmbra nunquam marceſcant; hos fructus conſecrat, vt benignis Tuis foti aſpectibus, & matureſcant ampliùs, & nunquam computreſcant. Patrocinare (Magnatum Inclyte, ac benigniſsime) lege collige, faue; & interim dum Tibi, cum cordatis omnibus ſummam, perpetuamque precamur fælicitatem, ad multos annos vale. Romæ Idibus Octobris 1668.

E. V.

Humillimi Serui

Fr. Philippus à SS. Trinit. Præpoſitus Generalis.
Fr. Petrus à S. Andrea Definitor Generalis.

PRAEFATIO AD LECTOREM.

HISTORIAM nil aliud esse compertum est, teste Tullio, *Quam publicam veterum rerum memoriam, commemorationem antiquitatis* posteris traditam, scriptis exhibita *temporum, locorum, gestorum, omnium denique secretorum monumenta*. In ea tanquam in pellucidissimo speculo, atque exemplari præclara Prædecessorum facinora, nec non etiamnum si quæ vel minus cautè, vel minus faustè acta sunt, successorum oculis exponuntur; vt quæ æmulanda, quæ fugienda sint facilè addiscant: Ita illa non tantum æstimare, demirari, ac laudibus extollere, sed & imitari, prosequi, factisue exprimere norint; Hæc verò nedum fastidire, vel abhorrere, sed vel prudenter euitare, vel generoso ausu peruincere contendant.

Hoc haud dubiè ducta motiuo Prior renouati Carmeli Congregatio nostra, per vniuersa Hispaniarum Regna iam tum longè, latèque diffusa, Generalem pluribus Tomis Reformationis edidit Historiam, vernacula Regionum, quibus concludebatur, lingua ex composito, vt patet, & ad hunc finem opportuno consilio, à R.P. Francisco à Sancta Maria, viro sanè inter Indigenas suos eloquentissimo, æquè ac eruditissimo elucubratam. Posterior, recentiorque nostra eiusdem Instituti familia, è priori educta nec per Italiam modo, sed per vniuersi Orbis plagas numerosiori fœtu propagata, pari bono frui diuturnis votis optauerat; & cui hac Generalem suam Historiam latino idiomate, omnibus, quibus componitur, Nationibus noto, conscribendi demandaret Prouinciam, exquisierat.

Anno Domini 1638. R.P.N. Philippus à Sancto Iacobo in Præpositum Generalem electus, & Venerandi eius Definitores per acta publica Definitorij post Generale Capitulum immediatè celebrati R.P.N. Isidoro à Sancto Ioseph, tum Lectoris officio in Romano Seminario fungenti, id Historiographi munus indixerant:

Digitized by Google

rant: Quod vtique aggreſſus, nonnulla, quæ iam collegerat; nonnulla, quæ Fratres tranſmiſere, monumenta; aliaue, quæ viua voce à ſenioribus Patribus audita, notauerat, concinnare cæpit in Hiſtoriæ methodum. Ad annum 1641. R.P.N. Paulus Simon à Ieſu Maria, ſuis ſimiliter cum Definitoribus, eundem nouo decreto in idem munus aſſeruit. Idem præſtitit tertio R.P.N. Eugenius à Sancto Benedicto, anno 1644. ad Præpoſiti Generalis dignitatem euectus, nec illum vrgere deſtitit, vt ſe ſe à commiſſa ſibi à nouem annis cura exolueret.

Iam excreuerat opus, & in iuſtum volumen euadere videbatur. Sed ob relationem, etiam poſt tot annos, inopiam cum multa deeſſe videret, timeretque nonnullis in membris partum edere mutilum, & pro Religionis decore informem: Imo etiam & multa hinc inde, ſeu extra rem, ſeu extra ordinem conſarcinaſſet, vt librum ad eiuſmodi voluminis menſuram perduceret; quæ omnia, alijs poſtmodum, ſeu intra Religionem Prælaturis, atque negotijs, ſeu extra Clauſtrum occupationibus, ac curis haud leuis momenti, ab Eminentiſſimis Cardinalibus, Sacriſue Congregationibus ſibi commiſſis, diſtentus, reuidere, ordinare, ac expolire nequiuerat: imperfectum tandem hoc opus, morte præuentus, in ſuperiorum manus relinquere coactus eſt: ſanctè in præfatione ſua hæc verba ſubijciens: *Neque laborem hunc tanti exiſtimo, vt prodire mereatur in publicum: Quin imò enixè poſtulo, moneoque, ne hoc audeat vllus, niſi de Superiorum venia; qui prout viſum fuerit, demant, addant, corrigant, exurant. Non enim nomini meo laboraui, ſed Dei gloriæ: cui ſummam tunc exhibebo laudem, cum obedientiam præſtitero factis, quam profeſſione declâmo, quam celebro ſcriptis.*

Informis igitur, & impolitus hic animi fœtus, à Generalatu R.P.N. Philippi à Sancto Iacobo conceptus, ad annum 1664. peruenerat, ſeu potiùs delituerat, quaſi alterum eiuſdem nominis operiretur Præpoſitum, ſub cuius tum iuſſu, tum auſpicijs, prodiret in lucem. Electo quippè hoc anno R.P.N. Philippo à Sanctiſſima Trinitate ad ſupremum Congregationis noſtræ regimen, cæpit ſtatim id opus tandiù deſideratum, tandiù expectatum, ad incudem reuocari velle, vt impoſita illi vltima manu, typis tandē poſſet excudi. Varios huic rei haud vulgaris eruditionis viros adhibere tentauit, qui omnes ſeu labore deterriti, ſeu alijs occupationibus diſtracti, Triennium integrum re nedum infecta, ſed nequidem incœpta, procurrere ſiuere. Sub id tempus incogitante me, & Collegij noſtri Maſſilienſis, cui tùm præeram, gubernio attendente, indignus licet, atque immeritus, in locum R.P.N. Iſidori

dori à S.Dominico olim Præpoſiti, tunc verò Definitoris Generalis, pridem laudabiliter vita functi, ſuffectus ſum; vixque Romã appulſus, à ſupranominato R. admodum P. N. Philippo quarto ſuæ Præpoſituræ anno iuſſus, huic operi, quamquam, vt verum fatear, ineptus, ac genio meo aliouerſum abreptus, ne ab obedientiæ præſcripto deflecterem, pro ingenioli mei viribus, incubui.

Laborioſum profectò, ac ſupra quam à me, huius ſcribendi generis inexperto, præſtari poſſet, arduum nimis iniunctum mihi munus initio viſum eſt. Authoris ordo, rerumque ſeries haud quaquam arridebant: Vniuerſam ſiquidem Hiſtoriam in libros, libros in capita, capita in paragraphos, paragraphos in numeros minutatim illos interſecantes partitus fuerat: primum hunc Tomum vnico libro, quatuor ſupra triginta capitibus conflato, concluſerat; capita alia alijs vltra modum breuiora, vel longiora; nonnulla vno, aut altero paragrapho, cætera quamplurimis conſtantia; quin etiam & aliqua ad triginta, & triginta nouem vſque multiplicatis protracta confecerat. Multa inſuper, Relationum haud dubiè penuria, vt ipſemet præmonet, omiſerat; pauca namque de Tereſianarum Virginum Fundatione in Ciuitate Genuenſi retulerat; nihil omninò de Monaſterio earum ſub titulo S. Ioſeph Romæ condito, nihil de primo virorum Cœnobio Neapoli ſtabilito, nihil de rebus à celeberrimis illis ſex Galliarum Fundatricibus in Hiſpania geſtis, tertiam propè huius Tomi partem componentibus, tradiderat. Plurima denique, vt volumen integrum conderet, extra rerum, ac temporum ſeriem ſparſim immiſcuerat: ſucceſſionem quippè Religioſi inſtituti à Sanctiſſimo Prophetа, ac Patriarcha Elia ad vſque Sanctæ Matris Tereſiæ tempora deductam, in libri medium intruſerat; vitas V. P. Clementis à S.Maria Hæreſiarchæ Caluini pronepotis; V. P. Simonis à S.Paulo Etruſci, ac Longobardiæ Prouincialis; ac V. P. F. Andreæ à Ieſu primi apud nos Religioſi Poloni, qui prima vix tum Religionis rudimenta delibauerant, congeſſerat: omnia demum, quæ ad Miſſiones noſtras orientales attinent, quæque ad hos vſque vltimos annos ſucceſſerant; nec non etiam multa quæ ad V.P.N.Ioãnem à Ieſu Maria, & Alexandrum à S.Franciſco ſpectant, varijſque temporibus acta ſunt, vno, eodemque tenore confertim conglomerauerat, & inuexerat.

Hæc omnia tot ambagibus referta, tot inextricabilibus labyrintis, ac Mæandris abſtruſa, implexaque alta mente perpendens, ea ſtatim ad meliorem formam reducere, vel omnino impoſſibile, vel difficillimum ſaltem, nec ſine multo laboris, temporiſque impen-

impendio, fore cenſebam. Inter hæc corraſis iam à R.P.N. Philippo à SS. Trinitate Præpoſito Generali, hinc varijs ad vniuerſum opus relationibus; inde neceſſarijs ad impreſſionis expenſas pecunijs, impenſiùs, acriùſue vrgebar, tum Religioſorum votis, tùm Præpoſiti ipſius præcepto, quod ſibi iam propè factum videbatur, quantocyùs expedirem. Quantumuis igitur principio animum fermè deſpondiſſem; poſtmodum tamen, ne vti cæteri, diutur-nam illorum expectationem fruſtrare, huius verò indictum detrectare viderer imperium, ſola Fraternarum precum, & obedientiæ confiſus, fretuſue virtute, rem aggreſſus ſum; eamque citiùs ſanè quam ſperabam, quamque forte par fuiſſet, compleui, vt vt potui ad finem perduxi, & executioni mandaui. Hinc te, Beneuole Lector, exoratum velim, vt ſi quæ rectè acta reperias, Deo optimo maximo bonorum omnium largitori tribuas; ſi quæ verò minus caſtigata, minus maturata excidiſſe compereris, ea vel debilitati meæ, vel aliorum impatientiæ ſcripta mea curſim, ac præcipiti manu exarata, nedum corrigere, ſed nec etiam relegere permittentium, & à primis calami delineamentis ad prælum importantium, referas: mihique, aliter agere non valenti, benigno fauore indulgeas, & parcas.

Veniam inſuper enixè à te deprecor, tum ob errata, quæ à me præproperè ſcribente incogitanter commiſſa fuiſſe; tum ob mendas, quas ex Typographorum, aut Correctorum ſeu incuria, ſeu inaduertentia irrepſiſſe neceſſe eſt. Quantum verò ad ſermonis rationem ſpectat, illud cum V.P.N. Ioanne à Ieſu Maria, in ſuo Vitæ B. Virginis, ac Matris noſtræ Tereſiæ compendio, animaduertendum cenſeo: *Voces aliquot Eccleſiaſticas perantiquo vſu receptas, nonnulla item recentiora Vrbium, oppidorum, hominum, functionumque nomina vulgaria conſultò poſita; ne latina, & antiquiora, quæ iam penè exoleuerunt, obſcuritatem pariant. Etſi enim latina poni plerumque poſſent, ab alijs tamen nationibus, quibus præſertim hoc opus excuditur, non ita facilè, ac alia, quæ apud eas vulgatiſſima ſunt, intelligerentur. Quo certè conſilio, tempeſtate hac, Scriptores illuſtres, vulgaria nomina latinè inflexa, ſuis libris intulere. Sic Feria, vigiliæ, antiquo Eccleſiaſticorum more; ſic Luyſius, Gonſalus, ſic Segobia, Paſtrana, aliaque oppidorum; ſic Monialis, Prouincialis, Superior, aliaque functionum nomina ritibus nouis vſurpauimus: ex quibus aliqua apud priſcos Authores latinè dicta non leguntur; alia priſcis nominibus latinis efferri potuiſſent.*

Cæterùm vt te de totius huius Hiſtoriæ noſtræ Generalis, nec non etiam primi huius ſpecialiter Tomi, ſcopo, ordine, ac ſerie, præmo-

prȩmonitum habeam, hęc excipe. Vniuerſalem, non totius Reformationis noſtræ, duas Congregationes, Hiſpanam,& Italicam complectentis, ſed poſterioris tantùm huius familię Hiſtoriam texere intendimus; tametſi, quod ex priori deriuata,ac veluti excisa ſit, non pauca à primis eius fundatoribus in Hiſpania geſta in hunc Tomum congerere neceſſe fuerit: Imo, & aliqua alia priorum temporum; rerumque capita obiter attingere, ac veluti præambula, & ad introductionem Hiſtoriæ requiſita prȩmittere oportuerit, & conſentaneum, nec extra rem eſſe duxerimus.

Integrum itaque Generalis Hiſtoriæ corpus in varia membra, vniuerſum opus in plures Tomos diuidimus.

Primus naſcentem Congregationem, eiuſue veluti Infantiam ſub V.P.N. Petri à Matre Dei Commiſſarij Apoſtolici cura deſcribet, & ab incunabulis ad vſque prima illius comitia, quibus tanquam è faſcijs ſoluta & ab vberibus auulſa,proprijs pedibus incedere, proprijs manibus victum quȩrere cœpit, perducet.

Secundus ab anno 1605. ad 1617. eam ſenſim creſcentem, ac ſub proprio Præpoſito Generali,tanquam ludimagiſtro, nondum in varias partitam prouincias, pueritiam agentem exhibebit.

Tertius ipſam ad annum 1629. adoleſcentem, & iam tum in ſex diſtributam prouincias, robur, ac vires acquirentem exponet:

Quartus illam velut in iuuentute florentem, Conſtitutionum confirmatione amplius roboratam; natale Carmeli ſolùm, à quo tot ſęculis extorris exulauerat,recuperantem,ac repetentem;quam plurimis denique adauctam, ac fœcundatam prouincijs repręſentabit.

Cœteros demum eam poſteris oſtenſuros ſperamus iam ad perfectam ætatem conſtitutam, nec ab ea, vti à Domino enixis precibus poſtulamus, vllo ſenio, vllo temporum vitio ad finem vſque mundi, quo cum Duce, ac Patriarcha ſuo Sanctiſſimo Elia Antichriſtum, eiuſue ſceleratos aſſeclas, profligatura eſt, defecturam.

Hunc autem primum Hiſtoriæ Tomum in tres Libros partior.

Primus Summariam Inſtituti Carmelitani à primis eius Fundatoribus relationem, eiuſdemque per Sanctam Virginem Teresiam reſtaurationem, propagationem, & incrementa, nec non prȩuias ad Italicæ Congregationis erectionem diſpoſitiones continet.

Secundus Nouę Congregationis erectionem ſub titulo Sancti Eliæ, eiuſue promotionem ſub V.P.N. Petro à Matre Dei Apoſtolico Commiſſario; nec non vitas, & geſta primorum Patrum

Hiſpa-

PRAEFATIO.

Hiſpanorum, qui vel ad illam ſtabiliendam collaborarunt, vel ad illam fulciendam ex Hiſpania in Italiam commigrarunt, complectitur.

Tertius prima naſcentis Congregationis ſemina ad Orientales Perſidis Miſſiones; propagationem Sancti-Monialium in Gallia; Res ab ipſis ad hanc vſque tranſmigrationem geſtas; cęteraque ad nouam Congregationem ſpectantia vſque ad primum eius Capitulum Generale, anno 1605. Romę indictum inuoluit.

Inde prępoſitam huic Tomo Iconem, eiuſue intelligentiam mentis acumine indagare tibi, pie Lector, perfacile erit.

Recentem Congregationem Ordinis B. Virginis Marię de Monte Carmelo ſub Typo nauiculę eiuſdem B. Virginis Deiparæ Imagine ad puppim eminente conſpicuę tuis obtulimus obtutibus.

Illam per longe, lateque diffuſos Marium tractus ex Ibero flumine aduerſo, ac valde diſſito littori, ac vrnæ incubante (vt à pictoribus flumina exprimi ſolent) vniuerſaque Hiſpaniarum regna repræſentante, ad Tiberim Fluuium in oppoſita pariter, ac viciniori ripa iacentem; Romamque, qua perfluit, adhęrente ſibi lupæ Romuli, ac Remi nutricis figura, nec non etiam totam Italiam exhibentem, traducunt, quatuor illi præclariſſimi Patres, qui nautarum more remis incumbentes, noſtram inibi Reformationem inuexerunt.

Id totum luculenter patet, ex vexillo puppi affixo, in cuius medio Inſtituti noſtri ſtemmata conſpiciuntur, cum hac Epigraphe: *Ex Ibero ad Tyberim*.

Præſtantiſſimorum horum virorũ vnus, ac primus fuit V.P.N. Petrus à Matre Dei, Verbi Dei prædicandi gratia eminens.

Secundus V.P.N. Ferdinãdus à S. Maria obſeruãtiæ zelo illuſtris.

Tertius V.P.N. Ioannes à Ieſu Maria in Nouitiorum educatione ſingularis.

Quartus denique V.P.N. Dominicus à Ieſu Maria miraculorũ gloria celeberrimus.

Vides inſuper, Lector Beneuole, Sanctum Prophetam, ac Patriarcham noſtrum Eliam, exiguam Congregationis noſtræ nauiculam, ſub eius titulo, & auſpicijs fluctus ſcindentem, in medio aeris tractu ſeu præeuntem, ſeu concomitantem, & altera manu igneam Rhompheam, præclarum zeli ſui inſigne, geſtantem; altera verò ſpiritualibus nautis, alumniſque ſuis Tiberim, Italaſque oras, quibus appellere debebant, indicantem.

Vltimo tandem Sanctam Parentem, ac Matriarcham noſtram

 Tere-

Teresiam, ad instar Naucleri puppi sedentem, alteraue manu clauum tenentem, atque regentem; altera idem, quod Sanctus Pater Elias, innuentem, ac indicentem, cernis; ne dubites Congregationem nostram, posthumus licet vtriusque sit partus, amborum tamen spiritu animari, afflatu dirigi, protectione defendi, ope foueri, documentis duci, instructionibus ali, intercessionibus fœcundari, augeri, ac propagari.

Et certè quamquam Congregatio nostra prioritate temporis Hispanicæ libenter cedat, ipsaque media originem suam à S. Matre Teresia deriuatam vltrò, gratoque animo fateatur: Ipsi attamen, sicut nec in fraterna charitate, ac beneuolentia, sic nec etiam in dilectæ Parentis affectu, ac dilectione cedere haud quaquam potest; nec vllam eius gloriam promouendi opportunitatem præteriisse vnquam, exploratum est.

Taceo nunc quæ ad eius Beatificationem, Canonizationem, approbationem librorum, officij sub ritu semiduplici Breuiario, primùm ad libitum, mox de præcepto, inferendi impetrationem acta sunt, quæque in Historiæ nostræ decursu suis locis videre poteris; at recens huius exemplum, quod, dum volumen istud iam maiori ex parte typis mandatum esset, contigisse compertum est, prætermittere non licet, omnibusque ad honorem tantæ, tamque carissimæ Parentis, & ad laudem Clementis IX. Optimi, Maximi, supremique loco Petri totius Ecclesiæ Nauarchi notum esse volumus.

Placuit Sponso Cælesti Iesu, vt dilecta sibi Sponsa Teresia à Iesu quam in terris, non bino tantum Virginum, ac virorum, sed duplici etiam vtriusque sexus Congregationum fœcundauerat partu, quamque hac de causa duplicata in Cælis laureola coronauerat, geminato encomio prosequendam Triumphanti Ecclesiæ proposuerat; à Militanti quoque in terris, iussu, ac præcepto Vicarij sui, duplicis officij persolutione coleretur. Id, eo inspirante, Maria Teresia Galliarum Regina datis ad Alexandrum VII. Summum Sacrorum Præsulem per Patres Parisienses Prouinciæ anno 1665. Romam ad Generale Capitulum accedentes, cõmendatitijs Epistolis obtinere tentauerat; & Pontificis mentem ad pijs eius votis annuendum satis propendentem præfati Patres inuenerant. Verùm quod de Beatificatione V.P.N. Ioannis à Cruce, primi viros inter Reformationis nostræ Parentis, tum instanter ageretur, & ad eam absoluendam huisce Antistitis animus haud parum inclinari cerneretur, ne alio diuerteretur, visum est ab hoc nouo negotio vlteriùs vrgendo supersedendum esse. Idcircò hoc Papa viuis

erepto

erepto, neutrum ſub ipſo effectum habuit.

Vtrumque nimirum Succeſſori eius diuino conſilio reſeruari videbatur, vt Congregatio noſtra, quæ ſub Clemente VIII. imo ſingulari eius beneplacito, motuque proprio ortum acceperat, tantiſque ab eo gratijs cumulata fuerat, vtramque gratiam tandiu ab vtraque Reformata familia percupitam ſub Clemente IX. nanciſceretur. Et certè altera iam ad Tereſiæ Virginis gloriam tanti Pontificis benignitate adepta, ad aliam ſuprema illius authoritate aſſequendam deſiderium acuit, ſpem adauget.

Itaque illi anno hoc 1668. Excellentiſſimus D. Marchio de *Aſtorga* Regis Catholici Orator, proprio tum conſanguinitatis, tum deuotionis erga Sanctam M. Tereſiam motus affectu ſupplicem ad eumdem finem libellum obtulit, & quamquam verè Clementis Pontificis animum iam tum ad concedendam gratiam diſpoſitum repererit, ratus tamen ſe ſe faciliùs, citiùſque ſupremorū Principum inſtantijs rei exitum conſecuturum, Patribus noſtris ſubiecit, commendatitias ab ipſis litteras procurarent. Hiſpanorū Patrum interuentu ab Hiſpaniarum Curia obtentæ ſunt; & R.P.N. Philippi à Sanctiſſima Trinitate Congregationis noſtræ Præpoſiti Generalis ſolicitudine à Sereniſſimo Imperatore Leopoldo, ab Auguſta eius Coniuge, ab Imperatrice Vidua Ferdinandi Tertij vxore, à Chriſtianiſſima Galliarum Regina Maria Tereſia, & à Poloniæ Rege Caſimiro impetratæ.

His habitis, tantorumq; Principum oratoribus negotium vrgere iuſſis, eodem fermè tempore Summo Pontifici oblatæ ſunt, Hiſpanicę quidem à prænominato D. Marchione de *Aſtorga*, Imperatorię ab Eminentiſſimo Cardinali Lantſgrauio, Imperatoris oratore; Gallicæ ab Oratore pariter Regis Chriſtianiſſimi Excellentiſſimo D. Duce *de Chaunes*; ac demum Polonicę ab Eminentiſſimo Cardinali Sanctacrucio Regni Poloniæ Comprotectore; qui omnes ſummo ſtudio rem promouere. Epiſtolas gratè admodum accepit Sanctitas Sua, & poſtquam ſe ſe tot Principum votis faciere velle ſignificaſſet, vt ipſis fieret ſatis, Sacræ Rituum Congregationi, quemadmodum fieri ſolet, remiſit.

Porrectò poſthac à R.P.N. Ioanne Laurentio à S. Andrea Congregationis noſtræ Procuratore Generali ſupplici ad hunc effectū libello, adhibitiſque hinc inde apud Eminentiſſimos Cardinales hanc Congregationem conſtituentes, tam Hiſpanorum, quam aliorum Patrum noſtrorum diligentijs, negotium verſatum eſt; ac ſub finem Menſis Iulij, tametſi nullum hactenus Virginis non Martyris officium ſub ritu duplici de præcepto Breuiario appoſi-

tum repertum sit, eo vel maximè quod sola hæc Virgo Religionis vtriusque sexus conspicuæ Fundatrix extitisset, faustum exitum sortitum est. Emanauit ergo primùm Sacræ Congregationis Decretum 21. Iulij anno 1668. Quod postmodum lętanter confirmatum fuit à Summo Pontifice inter alia innuente se hanc gratiã libenter concessisse, tum ob Sanctitatem eximiam, præclaraq; Sanctæ Matris Teresiæ merita; tum ob singularem, quo Religionem eius, cuius se precibus commendabat, prosequebatur affectum. Denique maioris roboris, & authenticæ solemnitatis gratia Sanctitas Sua illud idem denuò fulcire, ac ratum facere dignata est, expresso Breui tenoris sequentis.

BREVE
S.MI D. N. CLEMENTIS
PAPAE IX.
PRO OFFICIO PROPRIO
S. VIRG. THERESIAE
Ordinis FF. Carmelitarum Discalceatorum Fundatricis.

Ex Præcepto Sanctitatis Suæ recitando, & in Kalendario Romano, & Breuiario apponendo sub ritu Duplici die xv. Octobris.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

INuncti Nobis diuinitùs Sacrosancti Apostolatus officij ratio exigit, vt Sanctarum Virginum, quas virtutum omnium monilibus exornatas, cœlestis sponsus ad æternas nuptias euexit, honori & venerationi in terris consulere satagamus, prout in Domino salubriter expedire arbitramur. Itaque cultum, & venerationem Sanctæ Theresiæ Virginis ex Ordi-

PRAEFATIO.

Ordine Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & Religioſorum Excalceatorum eiuſdem Ordinis Fundatricis, condignis honoribus ampliare, ac pijs ferè omnium Principum Catholicorum, dictorumque Religioſorum votis paterna benignitate annuere volentes, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſacris ritibus præpoſitorum conſilio, Officium eiuſdem S. Thereſiæ nuper Breuiario Romano ex præcepto recitandum ſub ritu ſemiduplici Idibus Octobris appoſitum, in poſterum ſub ritu duplici in eodem Breuiario imprimi, & ab omnibus Chriſti fidelibus, tum ſæcularibus, tum regularibus vtriuſque ſexus, qui ad horas Canonicas tenentur, in tota Eccleſia recitari auctoritate Apoſtolica tenore præſentium præcipimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem vt earundem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 11 Septembris MDCLXVIII. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

I. G. Sluſius.

Hæc ſunt, Lector benèuole, quę huic Hiſtoriæ noſtræ Tomo prę-mittenda neceſſarium duxi. Quantulocumque labore meo fruere, ad relĩqua proſequenda diuinã, precor, opem implora, & vale.

IESVS ✝ MARIA.

FR. PHILIPPVS A SS. TRINITATE
Præpoſitus Generalis Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum
Congregationis S. Eliæ Ordinis Beatiſſimæ Virginis
Mariæ de Monte Carmelo, ac eiuſdem
S. Montis Prior.

TEnore præſentium facultatem concedimus typis mandandi primum Tomum Hiſtoriæ Generalis Congregationis noſtræ S. Eliæ à duobus Theologis è noſtris recognitum, & approbatum, ſi ijs, ad quos pertinebit ita videbitur. In quorum fidem præſentes dedimus ſigillo noſtro munitas, ac propria manu ſubſcriptas Romæ in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Scala die 13. Februarij 1668.

Fr. Philippus à SS. Trinitate Præpoſitus Generalis.

Fr. Fauſtus à S. Baſilio Secretarius.

IESVS

Digitized by Google

IESVS ✝ MARIA.

TOmum primum Hiſtoriæ Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ à R.P.F. Iſidoro à S. Ioſeph collectum, & à R.P.N. F. Petro à S. Andrea Definitore Generali eiuſdem Ordinis completum me vidiſſe teſtor; nihilque in eo reperiſſe ſeu Fidei Catholicæ, ſeu bonis moribus repugnans; imò multa conſideraui, quæ valdè Lectorē conducent ad imitationem bonorum operum: Vnde dignum, vt in lucem prodeat, eſſe, ſentio. Datum Romæ in Conuentu S. Mariæ de Scala die 22. Februarij 1668.

Fr. Petrus Paulus à S. Maria Definitor Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum.

IESVS ✝ MARIA.

TOmus primus Hiſtoriæ Generalis Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo collectus primò à R. P. Iſidoro à S. Ioſeph, & à R.P.N. Petro à S. Andrea eiuſdem Ordinis Definitore Generali completus, quem ego infraſcriptus mira animi voluptate conſideraui de mandato Admodum R. Patris Noſtri Philippi à SS. Trinitate Noſtræ Sacræ Religionis Præpoſito Generali, nihil continet, quo valdè dignus non ſit, ad publicam Lectorum vtilitatem typis mandari. In quorum fidem, &c.

Datum Romæ in Conuentu Noſtro S. Mariæ de Scala die 15. Menſis Martij 1668.

Fr. Ioannes Laurentius à S. Andrea Procurator Generalis Carm. Diſcalc.

Prote-

Digitized by Google

Protestatio Auctoris.

CVM SS.D.N.Vrbanus Papa VIII.die 13.Martij Anno 1625.in Sacra Congregatione S.R. & Vniuersalis Inquisitionis decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iunij Anno 1634.quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, vel Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes,siue qnæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes,sine recognitione, atque approbatione Ordinarij; & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5.Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia *Sancti*, vel *Beati* absolutè, & quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinione, cum protestatione in principio, quòd ijs nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penes Authorem: Huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi obseruantia, & reuerentia qua par est insistendo, profiteor me haud alio sensu, quicquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quàm quo ea solent, quæ humana duntaxat authoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur.

F.Petrus à S.Andrea C. D.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM,

Quæ in hoc primo Tomo continentur.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De Carmelitanæ Religionis origine, Eiusue per Sanctum Prophetam, & Patriarcham Eliam, non scripta Regula, sed vitæ norma Institutione. pag. 1

CAPVT II.

De varijs Sancti Eliæ Discipulis, eiusque Instituti Religiosi Sectatoribus sub antiqua lege sibi inuicem succedentibus, ac de diuersa illorum Nomenclatura. pag. 6

CAPVT III.

Eliani Instituti Sectatores in Monte Carmelo tempore captiuitatum, & transmigrationum inconcussè, atque indefectibiliter perduraſſe demonstratur. pag. 10

CAPVT IV.

Carmelicolæ Eliani B. Virginem Mariam suscipiunt, coluntque, & à S. Ioanne Baptista, eiusdem Instituti Professore, ad Christum, eiusue Euangelicam legem præparantur, ac transmittuntur. 13

CAPVT V.

Elianum Essenorum Institutum à Christo Domino perfectionem accepit, pleriſque eorum ad Fidem Euangelicam, tum ipsiusmet Christi Domini, tum Apostolorum prædicatione conuersis. pag. 15

CAPVT VI.

Ægypti, Syriæ, Græciæ, Italiæ, Africæ, Galliæque Monachi vsque ad annum Christi 400. Sanctorum Patrum nostrorum, Eliæ, & Eliſæi Prophetarum

INDEX

rum Institutum sectati sint. *pag.* 18

CAPVT VII.

Anno 412. Carmelitæ à Ioanne 44. Hierosolymorum Patriarcha Eliani Instituti normam in scriptis postulant, obtinentque, ad quam deinde vitam suam componere pergunt. 22

CAPVT VIII.

A B. Alberto Hierosolymarum quoque Antistite Breuiorem Regulam Carmelitæ impetrant, & Apostolica Confirmatione, ac correctione communiunt; Quam postea temporis vitio mitigatam, Sancta Virgo Teresia in pristinum vigorem restituit. 24

CAPVT IX.

Breuis, & elegans supradictorum omnium recapitulatio, & epilogus ex Ven. P. N. Ioanne à Iesu Maria, ad perfectam illorum confirmationem, ac veluti coronidem, hic attexitur. 30

CAPVT X.

Sancta Mater Teresia thesaurum Reformationis suæ toti Mundo communicare desiderat; Promissis, signisque non dubijs annuit Deus; Nec non insigni Prophetia futura Propagatio confirmatur. 32

CAPVT XI.

Diuino afflante, ac prouidente numine, Sancta Mater Teresia adhuc viuens, aliquos Italicæ nationis Patres inter primos suæ Reformationis alumnos adoptat; illiusque in Italiam optatæ propagationis non spernenda relinquit indicia. 37

CAPVT XII.

Sancta Mater Teresia è viuis erepta, ac de Cœlis apparens ad Galliarum, Belgijque fundationes animat, opemve spondet; ad Italicæ Congregationis stabilitatem viros seligit, & morbo liberat; ac demum illam pretioso sacri vnius pedis pignore locupletat. 41

CAPVT XIII.

V. P. N. F. Nicolaus à Iesu Maria Genuensis, ex Aurica stirpe oriundus, Procurator ex Hispania in Italiam mittitur; eiusque vita ad hoc vsque tempus summatim describitur. 45

CAPVT XIV.

V. P. N. Nicolaus à Iesu Maria Hospitium Genuæ erigit ad Sãctæ Annæ, ibique cum paucis aliis Discalceatis socijs pijs Religioseq; vitæ exercitijs fideliter incumbit. 49

CA-

CAPITVM.

CAPVT XV.

V.P.N. Nicolaus multa Genuæ à Reuerendiſſimo Ordinis Generali in fauorem Reformationis obtinet; Abſens primò in Prouincialem, deinde in primum Vicarium Generalem illius eligitur; Eumque in Hiſpaniam regreſſus miris modis promouet. 53

CAPVT XVI.

V.P.N. Nicolaus Hoſpitium Genuenſe in Conuentum erigit, quitum ædificijs, tùm Nouitijs in ſpiritualibus, ac temporalibus, non parum proficit, ſub Prioratu V.P.N. Ferdinandi à S. Maria; de quo ea, quæ huc uſque ad illum attinent, curſim recenſentur. 57

CAPVT XVII.

V.P.N. Nicolaus ad Comitia Generalia totius Ordinis Cremonam pergit cum octodecim Diſcalceatis; Peccatores in itinere conuertit, Pœnitentem à Dæmonis obſeſſione liberat; emicatque in publicis actibus Sancta Diſcalceatorum ſimplicitas, ſingulariſque doctrina. 61

CAPVT XVIII.

Fit in Capitulo Generali totalis ſeparatio Diſcalceatorum à Mitigatis, & poſtmodum Pontificio Diplomate confirmatur: nec non Diſcalceatis priuilegia Mitigatorum conceduntur, & communicantur. 63

CAPVT XIX.

V. P. N. Nicolaus Genuenſem Conuentum mirabiliter promouet, Italicam Congregationem aliquando futuram prædicit, fœlixque illius ad Deum tranſitus, debitaque Elogia breuiter perſtringuntur. 68

CAPVT XX.

V.P.N. Petri à Matre Dei vitæ primordia, uſque dum Sacræ noſtræ Religioni nomen daret. pag. 70

CAPVT XXI.

V.P.N. Petrus ſacro Religionis noſtræ habitu induitur; Nouitiatum uirtuosè perſoluit, uota ſolemniter nuncupat; ſtudijs Philoſophicis, ac Theologicis nauiter incumbit, ac demùm in omni uirtutum diſciplina mirum in modum proficit. 72

CAPVT XXII.

V.P.N. Petri Romam mittitur, inde Genuam: In Capitulo Generali Cremonæ Cathedram Theologicam ſuſtinet, Conuentus Genuenſis ſit Supprior; &

INDEX

vbique mira virtutum edit exempla, ac in Pulpitis dicendi gratia floret. 76

CAPVT XXIII.

Romam reuersus V. P. N. Petrus dicendi gratia, & virtutum exemplis proceres, imò & Summum Pontificem mouet; Hospitium obtinet, primaque amplioris Cœnobij, & nouæ Congregationis veluti fundamenta iacit. 77

CAPVT XXIV.

Superioribus Hispaniæ propagationi renitentibus, Clemens VIII. Pontifex Maximus motu proprio Fundationem Romanam, & Genuenses Conuentus, tùm Fratrum, tùm Monialium, ab Hispanica Congregatione separat, sibique immediatè subijcit. pag. 81

CAPVT XXV.

Compendiosa quorundam Religiosorum elogia, qui sub Prioratu V.P.N. Ferdinandi à Sancta Maria, & sub Magisterio V. P. N. Ioannis à Iesu Maria Genuę professionem emiserunt, ac postmodum Congregationem nostram suis virtutibus promouerunt. 84

CAPVT XXVI.

Vita V.P.N. Ioannis à Iesu Maria primi Congregationis Nostræ Nouitiorum Magistri, abortu ad Religionis ingressum. pag. 87

CAPVT XXVII.

Mirabilis V.P.N. Ioannis à Iesu Maria vocatio, & in Nouitiatu Pastranensi sacri habitus assumptio, solemnisque votorum nuncupatio, ac demum virtutum omnium, & religiosæ vitæ perfectio. 89

CAPVT XXVIII.

V.P.N. Ioannes à Iesu Maria secundo post professionem anno Ienuam ad nouum S. Annæ Conuentum mittitur, ibique studijs scholasticis operam nauat. 91

CAPVT XXIX.

V.P.N. Ioannis à Iesu Maria Sacerdotio initiatur, in domesticis officijs Patribus alijs, etsi prouectioribus præfertur, & post Comitia Generalia Cremonæ celebrata, Genuæ Nouitiorum educationi præficitur; ac tandem Romam vocatur ad nascentis Congregationis negotia. pag. 94

CA-

Digitized by

CAPITVM.

CAPVT XXX.

De Miraculoſa Imagine S. Mariæ de Scala, & quomodo prophetico Spiritu eam, vna cum Eccleſia ad illam fabricata, in Conuentum Carmelitarum Diſcalceatorum ceſſuram prænuntiatum fuerit. 97

CAPVT XXXI.

Miraculoſa Imago, & Eccleſia S. Mariæ de Scala Carmelitis Diſcalceatis traditur; propter ipſam Conuentus erigitur, multiſque tum Diuinæ Prouidentiæ, tum Virgineæ benignitatis fauoribus inſignitur. 100

CAPVT XXXII.

Prima Monialium Tereſiani Inſtituti Congregationis Italicæ fundatio Genuæ fruſtra tentatur à D. Catharina Doria, poſtmodum à D. Magdalena Centuriona obtinetur, & ab ipſa iam Sacro Religionis habitu induta Fundatrices Sanctimoniales Genuam deducuntur. 106

CAPVT XXXIII.

Fundationis initium ad S. Hieronymi del Roſſo refertur; Nobilis Inuenculæ, quæ prima fuit inter Nouitias, feruor; Monialiumque, ac præſertim ſororis Magdalenæ Fundatricis, virtutes recenſentur, earumque ad nouum Conuentum Ieſu Mariæ Fundatricis ſumptibus fabricatum tranſitus deſcribitur. 109

CAPVT XXXIV.

Fundationes è Primo Genuenſi Ieſu Mariæ Monaſterio prodeuntes curſim attinguntur; necnon viginti octo Sanctimonialium ex eo ad has fundationes aſſumptarum; triumque aliarum huius Conuentus Filiarum ſimul, & Matrum nomina, elogiaue breuiter referuntur. 113

CAPVT XXXV.

De forma noui Regiminis Conuentuum ab Hiſpanica Congregatione motu Pontificis exemptorum, ac de voto humilitatis tribus ſubſtantialibus Religionis adiuncto. 118

CAPVT XXXVI.

De communibus Fratrum noſtrorum exercitijs, quibus tum Romæ, tum Genuæ ad perfectiorem Regulæ obſeruantiam adnitebantur, & primò de eorum mortificatione diligentia, cordis puritate, ac fidelitate erga Superiores. 120

CAPVT XXXVII.

Eadem communium exercitiorum materia continuatur; Fratrumque

INDEX

que noſtrorum Obedientia, Caſtitas, Paupertas, Humilitas, Silentium, ac Receſſus expenduntur. 122

CAPVT XXXVIII.

Communium exercitiorum Relationi finis imponitur; Fratrum noſtrorum Charitas erga proximos enucleatur, ipſiſque fauorabilia Summorum Pontificum teſtimonia deferuntur. 125

CAPVT XXXIX.

Prædictorum omnium, exercitiorum ad arctiorem Regulæ noſtræ obſeruantiã conducentium, præclara, eleganſque recapitulatio, ac confirmatio ex V. P. N. Ioanne à Ieſu Maria deſumpta coronidis inſtar adiungitur. 117

CAPVT XL.

Primordia Nouitiatus S. Mariæ de Scala ſub Magiſterio P. F. Franciſci à SS. Sacramento, ac V.P.N. Ioannis à Ieſu Maria, quorum hìc talenta, virtuteſque breuiter recenſentur: Poſterorum memoria conſignantur. 128

CAPVT XLI.

Primus in Vrbe Tereſianarum Sanctimonialium Conuẽtus ſub titulo S. Ioſeph in Monte Pincio fundatur: miraque in eum Sanctæ Matris Tereſiæ, Beatiſſimæ Virginis, ac Chriſti Domini amoris, & beneuolentiæ ſigna referuntur. 132

CAPVT XLII.

Præcipuarum Præfati Conuentus Sancti Ioſeph Monialium elogia breuiter perſtringuntur, necnon Fundationes aliæ ex eo emanatæ adnotantur. 138

CAPVT XLIII.

De Fratre Dæmoniaco, qui primus omnium in S. Mariæ de Scala ſuſcepit habitum; atque inter donatos profeſſus, tandem ad ſæculum remeauit. 145

CAPVT XLIV.

Vita & virtutes Patris Fr. Iacobi à Sanctiſſimo Sacramento Pedemontani, qui primus è noua Congregatione migrauit ad Dominum. 151

CAPVT XLV.

Summus Pontifex Clemens VIII. mediante V.P.N. Petro à Matre Dei concedit Apoſtolicum Breue ad Reformationem Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis in Hiſpania, & poſthac eiuſdem curam Carmelitis Diſcalceatis committit. 154

CA-

Digitized by Google

CAPITVM.

CAPVT XLVI.

V. P. N. Petro à Matre Dei demandatur à Clemente VIII. Regimen Reformatorum Ordinis S. Augustini. 161

CAPVT XLVII.

V. P. N. Petrus à Matre Dei varium, ac multiplicem fructum operatur suis concionibus, consilijs, alijsque pijs operibus, præsertim in anno Iubilei 1600. 189

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Anno Iubilei 1600. noua Congregatio ex Italiæ Conuentibus erigitur, eique in Commissarium Apostolica authoritate præficitur Pater Frater Petrus à Matre Dei. 169

CAPVT II.

Venerabilis Patris Petri salutiferis ordinationibus, & omnigenarum virtutum exemplis ad maiorem perfectionem promouetur noua Congregatio. 173

CAPVT III.

Conuẽtus Genuensis sub Reuerendo Patre Ferdinando à Sancta Maria, (cuius hic dotes, virtutesque describuntur) primò Nouitiorum, ac deinde Studentium obseruantia floret. 177

CAPVT IV.

Singularia quædam Fratrum nostrorum, seu Nouitiorum, seu Studentium Genuensis Conuentus Elogia, eorumque exercitia referuntur. 181

CAPVT V.

Nouitiatus etiam Romanus Sanctæ Mariæ de Scala floret hoc tempore sub Magisterio V. P. N. Ioannis à Iesu Mariæ, cuius mira, in educatione Notiorum sapientia perpenditur. pag. 184

CAPVT VI.

Summa, singulariſque V. P. N. Ioannis à Iesu Maria in aeducandis Nouitijs prudentio iterum explicatur, & ob oculos exhibetur. 186

CAPVT VII.

Præcipui enumerantur Nouitij, diuersarum Nationum, & qualita-

INDEX

litatum, qui exemplaris P. F. Ioannis prudentia Romæ excul-ti in diuersas Prouincias Te-resianę Reformationis ſpiritum propagarunt. 188

CAPVT VIII.

Anno 1601. Fratrum exemplo, & V.P.N. Petri à Matre Dei conſilio nonnullæ Mulieres mi-ris modis, ac medijs Inſtitu-tum Tereſianæ Reformationis aggrediuntur Romæ ad Sancti Aegidij, & futuro Cœnobio ſe præparant, multaque virtu-tis, ac Sanctitatis argumenta exhibent. 193

CAPVT IX.

Ven. Pater Frater Petrus com-plures conſcribit in Confratres, ad deuotè & caſtè geſtandum Sacrum Scapulare Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo. Vbi de Confrater-nitatis huius natura, & di-ſtinctione ab alijs, diſſeritur. pag. 199

CAPVT X.

Origo, & antiquitas Confrater-nitatis Sacri Scapularis Bea-tiſſimę Virg. Mariæ de Mon-te Carmelo compendiosè aperi-tur; ac priuilegiorum illius mo-numenta afferuntur. 206

CAPVT XI.

Opera & admirabili V.P.N. Pe-tri à Matre Dei in concionan-do efficacia inſignis Neapoli peccator conuertitur; & poſt-modum huius conuerſionis occa-ſione Conuentus Matris Dei, ibidem ſtabilitur anno 1602. pag. 217

CAPVT XII.

Clemens Octauus nonnulla Priui-legia Fratribus noſtris concedit, declaratque Ordinem noſtrum vnum eſſe è quatuor Mendi-cantibus 20. Auguſti 1603. pag. 225.

CAPVT XIII.

Negotium Canonizationis Sanctæ Matris Noſtræ Tereſiæ in Cu-ria Romana ſub Clemẽte VIII. varijs modis, & pluribus in-ſtantijs prælibatur. 228

CAPVT XIV.

Vrgetur iterum quãplurimis Prin-cipum, Eccleſiarum, & Vniuer-ſitatum Epiſtolis negotium Ca-nonizationis Sanctæ Matris Tereſiæ, ac tandem à Clemen-te VIII. primæ litteræ remiſ-ſoriales ad formandum ſua au-ctoritate iuridicum proceſſum expediuntur. 235

CA-

Digitized by Google

CAPITVM.

CAPVT XV.

Quatuor Patres meritis insignes Pontificis iussu ex Hispania ad Congregationem Italicam aduocantur, inter quos præcipuè claruit V. P. N. Dominicus à Iesu Maria, cuius hic stupenda vitæ primordia referuntur. 293

CAPVT XVI.

Prodigiosa, mirisque virtutibus, ac singularibus miraculis emicans V. P. N. Dominici puericia describitur. 246

CAPVT XVII.

Pia tenelli Dominici in Paupcres, & Peregrinos misericordia, quæ Dæmonis æstu, estuque interturbatur; frequenti verò cœlestium spirituum, ac Sanctorum, imo, & Christi Domini apparitione fouetur. 250

CAPVT XVIII.

Octennis Dominicus in Carmelitarum Monasterio sub Auunculi disciplina educatur, proficit in virtute, varijs gratijs à Deo donatur. 234

CAPVT XIX.

Miro modo ad statum Religiosum vocatur Dominicus, apud Carmelitas habitu induitur; variè, sed frustrà tentatur, ac tandem post insignes victorias solemnẽ professionem emittit. 256

CAPVT XX.

Fratrum Infirmorum euram suscipit Dominicus, Diuinis præuentus fauoribus mirabiliter hoc munus exercet; ac tandem insignem Cæsar-Augustæ pro Castitate victoriam reportat. pag. 261

CAPVT XXI.

Valentiam proficiscitur Fr. Dominicus, & ibidem auxiliarem Sacristano operam nauat; Hominum vbique, Dæmonumque infestationes prodigiosè superans. 266

CAPVT XXII.

Munus Sacristæ obit F. Dominicus, illudque miris à Deo gratijs præuentus, miris à Dæmonibus, tum tentationibus, tum infestationibus agitatus, semper tamen de illis gloriosè victor euadens, miris denique virtutum incrementis illustris laudabiliter exercet. 269

CAPVT XXIII.

Sacris initiatur Ordinibus F. Dominicus; stupenda dum ad illos suscipiendos pergit, ei succedunt;

INDEX

Ad Sacerdotium euectus munere illi maxima cum deuotione incumbit. 275

CAPVT XXIV.

A Philippo II. Hiſpaniarum Rege viſitatur V.P.N. Dominicus, multas Deus per ipſum ſanitatum gratias operatur; Futurum Prouincialis ſui obitum, infelicem expeditionis Anglicanæ ſucceſſum, aliaue nonnulla prædicit. 280

CAPVT XXV.

Celebrem à Dæmone poſſeſſum liberat V. P. N. Dominicus, inde amicitiam init cum V. P. Nicolao Factore, Illuſtri Ordinis Minorum alumno, cuius ſpiritus hæres efficitur. 284

CAPVT XXVI.

Varijs V.P.N. Dominicus calumnijs inuritur, varij impetitur perſecutionibus è quibus omnibus glorioſior euadit; ſtupendo ſe voto in aduerſantium gratiam adſtringit; mira multa, ſeu miracula patrat. 287

CAPVT XXVII.

Nouam Sanctæ Tereſiæ Reformationem amplectitur V.P. Dominicus, Nouitiatum nouis virtutum exemplis, nouis à Deo gratijs decoratus perficit, ſolemnemque Profeſſionem emittit. pag. 292

CAPVT XXVIII.

Matriti Socius additur Nouitiorum Magiſtro V.P.N. Dominicus; mira quædam virtutum edit exempla, eius ſpiritus examinatur, & ad ſtudia litteraria Complutum mittitur, vbi etiam mira operatur. 295

CAPVT XXIX.

Ad miniſtrandum peſte laborantibus ſe ſe offert V.P.N. Dominicus, eam ob cauſam Barcinonam pergit, & vbique mirabilia multa patrat. 299

CAPVT XXX.

Beatiſſimæ Virginis lacte, & Chriſti Domini Sanguine potatus, aliiſque ſingularibus fauoribus exornatus V.P.N. Dominicus à Dæmonibus accuſari, & torqueri permittitur. 303

CAPVT XXXI.

Tarraconam à Beatiſſima Virgine mittitur Ven. P.N. Dominicus ad conuerſionem duorum Coniuratorum in necem Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis. 309

CA-

CAPITVM.

CAPVT XXXII.

Ven. Matris Catherinæ à Chriſto animam in Cœlum euolare conſpicit V.P.N. Dominicus, eius corporis incorruptionē prædicit, & in peregrinatione ad B.Virginis de Monte Serrato miſericordię opera exercet. 311

CAPVT XXXIII.

Fit Supprior Valentiæ V. P. N. Dominicus, rarum edit in extaſi obedientię exemplum, liberatque domum à ſpiritibus infeſtatam, & animam à pœnis Purgatorij. 313

CAPVT XXXIV.

Pellicis conuerſione periculum famę, & vitæ incurrit V.P.N. Dominicus: profectuſque Alicantum, ſedat grauem diſcordiam contra Valentinos exortam. 315

CAPVT XXXV.

A Prępoſito Generali Madritum vocatur V. P. Dominicus, ac Valentiam rediens, Viceregis prolem vitæ reſtituit. 317

CAPVT XXXVI.

Seruit in Hoſpitali V.P. Dominicus: Infirmum Sancto Ioanni Euangeliſtæ deuotum, necnon alium pœnitentem in Cœlum euolare conſpicit. 319

CAPVT XXXVII.

In Toletano Conuentu Prioris officio fungitur V. P. N. Dominicus, & ibidem multiplicem fructum, tum ſermonibus, tum exemplis fecit. 321

CAPVT XXXVIII.

Rex Hiſpaniarum plateam publicam concedit V. P. N. Dominico ad Chori ædificationem. In Fratrum Refectorio cum Regina prandet, pane dumtaxat, ac vino contenti: miro quodam modo expenſis fabricæ à Deo prouidetur. 323

CAPVT XXXIX.

Parentibus Regibus Madritum vocatur V. P. N. Dominicus, à peſte per Sanctam Matrem Tereſiam miraculosè ſanatur, ad conciliandam pacem inſtante Nuntio Cæſar-Auguſtam mittitur, numeroſam Regię prolem obtinet, mira vbique colitur populorum deuotione. 325

CAPVT XL.

Conuentui Madritenſi præficitur in Vicarium V. P. N. Dominicus, obedientiam in extaſim rapti Rex ipſe variè probat,

IN DIE X

ali quas ſanitatum gratias obtinuit, & occulta reuelat. 328

CAPVT XLI.

Regiminis mole, ac pœnitentiæ rigore ſatiſcunt vires corporales V.P.N. Dominici, vtroque alleuiatur; & poſtmodum in Conuentum S. Deſerti, impetrata licentia, ſemetipſum à curiæ tumultibus abdit. 330

CAPVT XLII.

V.P.N. Dominici iuſſu Summi Pontificis, cum tribus ſocijs in Italiam mittitur, & poſt exantblatos itineris labores, feliciter appellit anno 1604. & ibidem aliqua ſanctitatis indicia promit. 333

CAPVT XLIII.

Sanctę Matris Tereſiæ libri variis linguis, preſertim Italica, ac Romanis Typis euulgantur, & omnibus illos legentibus admirationi ſunt ad hunc vſque annum 1604. 335

CAPVT XLIV.

Hoc Anno 1604. Suggillantur apud Summum Pontificem libri Sanctæ Matris Tereſiæ; eiuſdem iuſſu à doctiſſimis viris P. Didaco Aluarez ex Ordine Sancti Dominici, electo Archiepiſcopo Tranenſi; & P. Ioanne Radæ ex Ordine Sancti Franciſci, electo Epiſcopo Pacenſi examinantur; Cenſoriſque obiectiones, & examinatorum Reſponſiones referuntur. 340

CAPVT XLVI.

Dilutis obtrectatoris calumnijs ab integerrimis ſcrutatoribus, tota librorum Sanctæ Matris Tereſiæ doctrina approbatur, eſfertur laudibus, & fidelibus, vt ſana, & vtiliſſima, à Summis Pontificibus commendatur. 356

LIBER

CAPITVM.

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

Clemens VIII. Congregationem nostram eligit ad Missionem Persicam: Quam autem conformis sit spiritus Missionum spiritui Religionis nostræ insinuatur, vt ora contradicentem obturentur. 359

CAPVT II.

Controuersiã circa spiritum Missionum V. P. N. Ioannes à Iesu Maria eleganti scripto dirimit: Nouaque Congregatio acceptat, & amplectitur Missionem Persicam iuxta Pontificis beneplacitum. 362

CAPVT III.

Patribus ad Missionem Persicam electis imponit Clemens VIII. nomina SS. Apostolorum Simonis, & Iudæ; eosque in Persidem mittit litteris ad Regem Persarum communitos. 366

CAPVT IV.

A Clemente VIII. ampla conceduntur Priuilegia Missionarijs nostris, qui ob bellicos Moscouitarum apparatus sistuntur in Polonia, vbi prima Religionis nostræ semina spargunt. 369

CAPVT V.

Teresianæ Moniales desiderantur in Gallia, venturæ prædicuntur, & à Superioribus Hispanis pluries expostulantur. pag. 374

CAPVT VI.

Dominæ Acariæ apparens S. Teresia, ad Moniales ex Hispanijs deducendas animat; D. de Longauilla Conuentum dotare se se offert, & parat: Aliæ demum ad hunc finem in Hispaniam fiunt expeditiones. 376

CAPVT VII.

V. Mater Anna à Sancto Bartholomeo, individua Sanctæ Teresiæ, dum viueret, Socia diuinitùs præparatur ad Fundationes Gallicas, & Belgicas. pag. 380

CAPVT VIII.

Impetratur licentia à Patre Generali, sexque Moniales virtutibus insignes mittuntur in Gallias. 385

Digitized by Google

INDEX

CAPVT IX.

Parisios vehuntur Teresianæ Virgines, & ibidem fundant Monasterium sub Titulo Beatæ Mariæ de Campis 18. Octobris anno 1604. 388

CAPVT X.

Sæcularis V. M. Annæ à Iesu, primæ Teresianarum in Gallia Monialium Fundatricis, primæque Monasterij Incarnationis Parisiensis Priorissæ vita describitur; vsque dum à Deo ad Religionem vocaretur. 391

CAPVT XI.

Eiusdem V. M. Annæ à Iesu vitæ sæcularis exercitia, & in virtutibus, diuinisque gratijs incrementa, à prima eius ad Religionem vocatione ad ipsammet apud Teresianas Sanctimoniales, referuntur. 398

CAPVT XII.

Ad Teresianum Institutum interna inspiratione, pijs operibus subitaneo morbo, miraculosa sanatione, arcanis denique alijs, mirisque modis præparatur V. M. Anna à Iesu. 406

CAPVT XIII.

Religioso habitu induitur V. M. Anna à Iesu, fauores inter, tentationesque Tyrocinij tempus exigit, Professionem emittit, Nouitiarum educationi præficitur, alijsque in Salmanticensi Monasterio muneribus laudabiliter incumbit. 412

CAPVT XIV.

Miro, ac supernaturali modo ad fundandum in Oppido Veas Monasterium Fundatricem præmouet, primaque illius, vna cum Sancta Matre Teresia, Fundamenta locat; Multa demùm in hac fundatione mirabilia ei succedunt. 417

CAPVT XV.

V. M. Anna à Iesu in Monasterij Veacensi Priorissæ munere per Triennium eximiè perfungitur, totoque hoc tempore stupenda, planè, ac prodigiosa quamplurima patrat. 421

CA-

Digitized by Google

CAPITVM.

CAPVT XVI.

Ad idem Prioriſſæ munus in eodem Conuentu ſecundò aſſumitur V. M. Anna à Ieſu, Multa in eo miracula efficit. Multas à Deo gratias obtinet. Multa denique ad defenſionem, ac tutamentum Reformationis, & patitur, & operatur. 431

CAPVT XVII.

V. Mater Anna à Ieſu, viuente adhuc S. Tereſia, in Fundatricem Monaſterij Granatenſis deputatur, & amandatur, eique in hac Fundatione mirabilia ſuccedunt. 436

CAPVT XVIII.

Poſt obitum Sanctæ Matris Tereſiæ, ac iuxta illius Prophetiam, ad fundationem Madritenſem ineundam eligitur V. Mater Anna à Ieſu; & ibidem Cœleſtibus viſionibus, gratiiſque diuinitùs acceptis emicat. 444

CAPVT XIX.

Multa patitur V. M. Anna à Ieſu, Deo ſic ad eius bonum ordinante; & inter hæc haud vulgaria inconcuſſæ virtutis argumenta præbet, nouullisque ſauoribus diuinis condecoratur. 454

CAPVT XX.

Madrito Salmanticam reuertitur V. M. Anna à Ieſu. Ibidem præficitur. Inde ad Fundationes Gallicas obeundas educitur; Diuiniſque continuò Chariſmatibus illuſtratur. 460

CAPVT XXI.

Initia Vitæ V. Matris Annæ à S. Bartholomeo, ortus eius, & infantia, viſiones mirabiles, ſingulareſque gratiæ, quibus in tenerrima adhuc ætate à Deo præuenitur. 466

CAPVT XXII.

Spiritualia Annæ Exercitia, eminentes in paruula virtutes, aſperrimi in puella delicata rigores, ſtupendæ myſteriorum Fidei notitiæ, penitiſſimi ſenſus, Diuini ſpiritus ſemores expenduntur. 471

CAPVT XXIII.

Illam Fratres maritare contendunt: Dæmon acriter exagitat; Chriſtus Dominus, ac Beatiſſima

ſima Virgo tot laqueis liberant, & miris modis ad Religionem præparant. 476

CAPVT XXIV.

Abulenſis Conuentus à S. Matre Tereſia fundatus ei diuinitùs in viſu oſtenditur. Ad illum ducitur à Fratribus, Sacraſque Virgines ſibi præmonſtratas, cæteraque omnia præſignata recognoſcit. 483

CAPVT XXV.

Dilata eius ad Sancti Ioſeph receptione, multas tum à Conſanguineis, tum à Dæmonibus perſecutiones ſuſtinet, vt propoſitum Religionis retractet; in quo tamen conſtantiſſimè perſeuerat. 488

CAPVT XXVI.

Incaſſum, vt ad aliud, quàm Tereſianum Inſtitutum animum conuertat, tentatur. Non paucis exſuperatis difficultatibus, ſæculo tandem nuntium remittit, & ad Sancti Ioſeph Monaſterium pergit. 498

CAPVT XXVII.

Prima inter Tereſianas Virgines Sacra Laicę veſte induitur: Tyrocinij tempus in omnigenarum virtutum ſtudio, etſi cum maxima ſpiritus ariditate, totalique ſupernarum conſolationum priuatione exigit: Eoque exacto Profeſſionē emittit. 504

CAPVT XXVIII.

Nuncupatis votis ſe ſe illi denuò Chriſtus Dominus varijs modis conſpiciendum tradit: multiſque alijs cœleſtibus illuſtrationibus, maximè circa Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, ipſam locupletat. 511

CAPVT XXIX.

Varijs probata Infirmitatibus in individuam S. Matris Tereſiæ Sociam à Chriſto Domino deſignatur: Multaque ipſi in Infirmarum cura, ſeu mira, ſeu miracula ſuccedunt. 518

CAPVT XXX.

Supernaturali virtute ſcribere diſcit. A Chriſto nonnulla ad perfectionem documenta accipit. Leproſæ ſanctitate conſpicuæ inſeruit. Purgatorij viſione terretur. A Nouitia Laica, vna cum Sancta Matre Tereſia, variè vexatur. Chriſtum poſtmodum Sanctæ Parenti ablandientem cernit. 526

CA-

Digitized by Google

CAPITVM.

CAPVT XXXI.

Sanctam Matrem Tereſiam Fundationibus incumbentem comitatur. Multimodis cum ea gratijs à Deo donatur. Oblatum ſibi ab ea Choriſtarum velum humiliter recuſat. Ipſi denique inter vlnas ſuas morienti aſsiſtit; adſtantemque Chriſtum, cum multitudine Sanctorum, conſpicit. 534

CAPVT XXXII.

Superiorum, ac Sanctæ Matris, iam deſunctæ, ſibique apparentis, mandato Abulam redit: Variiſque alijs eiuſdem Sanctæ Parentis in Cælo glorioſæ potitur apparitionibus. 546

CAPVT XXXIII.

Multis à Deo reuelationibus, tum circa ſingulares perſonas, tum circa publicos euentus, tum circa Religionis ſuæ Regimen, tutamentum, ac bonum inſignitur. 552

CAPVT XXXIV.

Matritum amandatur cum V. M. Maria à Sancto Hieronymo, quæ, vt Monaſterio præeſſet, electa fuerat. Multa ibidem ad Religioſarum Virginum profectum præſtat, multa patitur, multis à Deo gratijs cumulatur. 557

CAPVT XXXV.

Abulam reuertitur. Multis à Deo fauoribus locupletatur. Ad Gallicam Profectionem miris modis diſponitur. Ab Inſtitutione Conuentus Eremitici indiſcreto zelo intentati deterretur. Nonnullis aliis viſionibus haud ſpernendis ante diſceſſum ſuum ex Hiſpania illuſtratur. 563

CAPVT XXXVI.

De quatuor aliis Sacris Virginibus, quæ vna cum V. M. Anna à Ieſu, & Anna à Sancto Bartholomeo, ad inſtituti Tereſiani dilatationem, in Gallias tranſmigrarunt. 569

CAPVT XXXVII.

Succeſſus Reformationis per Italiam reſumuntur: & V. P. N. Dominicus à Ieſu Maria poſt impetratas Lodani à Deo gratias, Romam vocatur; ac Nouitiorum educationi præficitur. pag. 577

CA-

INDEX

CAPVT XXXVIII.

Singulari gratia pollet V. P. N. Dominicus in detegendis cordium penetralibus; Eaque mira prudentia vtitur in iuuandis Nouitijs, pro emundanda conscientia à peccatis, tentationibusque peruincendis. 580

CAPVT XXXIX.

Efficacissimis, ac feruentissimis seu exhortationibus, seu exemplis, Nouitios suos mirum in modum instruit, animat, accendit, & ad Dei præsentiam, orationem, deuotionem, virtutumque omnium studium promouet. 585

CAPVT XL.

V. P. N. Dominicus ardentissima in Tyronum necessitatibus charitatis paternæ viscera pandit; & ad aliquorum vocationem supernaturali modo confert. 589

CAPVT XLI.

Marchio de Nerestan, vir inter Magnates Gallos clarissimus, precibus, & auxilio Patrum nostrorum Romæ degentium fretus, prima Militaris Ordinis, sub Titulo, ac vexillo Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, fundamenta iacit. pag. 591

CAPVT XLII.

V. P. N. Alexandri à S. Francisco Leonis XI. Summi Pontificis Nepotis Vitæ primordia, vsque ad Religiosam Vocationem describuntur. 595

CAPVT XLIII.

Exemplo Vincentij Crescentij Religiosæ vitæ desiderio accenditur V. P. N. Alexander; habituque nostro induitur eo ipso tempore, quo eius Auunculus super Altare Sancti Petri Summus Pontifex adoratur. 600

CAPVT XLIV.

Prima in Monte Tusculano Conuentus Sancti Siluestri à Carmelitis Discalceatis fundamenta locantur: Postmodum verò varijs muneribus destinatur. pag. 606

CAPVT XLV.

Quanta sit Tusculani nostri amœnitas, salubritas aeris, quies solitudinis; quantaque Populorum ad Sanctum Siluestrum, & Sanctam Teresiam Deuotio exponitur. 609

CA-

igitized by Google

CAPITVM.

CAPVT XLVI.

Cur in Congregatione noſtra celebris admodum habeatur Tuſculanus Sancti Silueſtri Conuentus? Vbi antiqua loci Sanctitas propalatur. 613

CAPVT XLVII.

Quorundam Fratrum noſtrorum virtute præſtantium, qui Tuſculanum Sancti Silueſtri Conuentum pretioſa morte illuſtrarunt, Elogia breuiter perſtringuntur, & coronidis loco adijciuntur. 618

HISTORIA GENERALIS FRATRVM CARMELITARVM DISCALCEATORVM CONGREGATIONIS SANCTI ELIAE.

LIBER PRIMVS.

Continens Summariam Hiſtoriæ Carmelitanę, à primis Religionis Fundatoribus, Relationem; Eiuſdem per Sanctam Virginem Tereſiam reſtaurationem, propagationem & incrementa; Nec non præuias ad Italicæ Congregationis erectionem diſpoſitiones.

CAPVT I.

De Carmelitanæ Religionis origine, Eiuſue per Sanctum Prophetam & Patriarcham Eliam, non ſcripta Regula, ſed vitæ norma Inſtitutione.

GENERALEM Congregationis noſtræ Italicæ Carmelitarum Diſcalceatorum Hiſtoriam elucubraturus, à prima Carmelitanæ Religionis origine breuiter, ac veluti currente calamo, illam deducere, non modo conſentaneum, ſed etiam numeris omnibus neceſſarium cenſui. Hoc ſiquidem pacto hęc noſtra Hiſtoria, quæ generalioris totius Religionis, tùm ſub mitigatione toto orbe diffuſæ, tùm intra Hiſpaniæ limites ſub Tereſiana reformatione militantis, quædam veluti pars eſt, cum cæteris eiuſdem Hiſtoriæ membris coaptabitur rectè, optimèque cohærebit. Ex hac etiam ſummaria præteritorum temporum enarratione ijs, quæ hoc æuo noſtro in ſacra noſtra Religione contigerunt, quęq; hìc deſcribenda nobis incumbunt, non parùm lucis, & claritatis refundetur.

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

Digitized by Google

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

Ac demùm indè Lectoris animus, penes quem reliquorum huiuſce ordinis noſtri librorum copia non eſt, cuique tamen aliundè in votis eſt Congregationis noſtræ progreſſus, ſucceſſuſque varios addiſcere, ſufficientem rerum omnium in Religione geſtarum notitiam deſumet; Ac imo, vt ita dicam, oculi ictu totius Hiſtoriæ contextum, ab omni vel faſtidioſa librorum diſquiſitione, atq; coemptione, vel prolixa nimium, ac defatigante lectione alleuiatus, facillimè dignoſcet. His igitur ductus motiuis hanc meam generalem Congregationis Italicæ Hiſtoriam, à primis Parentibus auſpicabo, & paucis Capitibus, tanquam præliminaribus quibuſdã preambulis, aduſq; noſtra tempora deriuatam, perennique ſucceſſione continuatam deducam.

Hoc vt liquidiùs, breuiùſque præſtem, duo mihi ſtatim ab initio præſupponenda, & pro certis ſtatuenda ſunt. Primum eſt Carmelitas Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli iuxta Eliæ fõtem inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam tenere. Sic enim Oracula Summorum Pontificum Sixti IV. & Iulij II. motu proprio, & ex certa ſcientia determinarunt, & Sixtus V. ac Sacra Congregatio rituum ſub Paulo V. & Vrbano VIII. examinatis Breuiarij noſtri officijs approbarunt. Vnde Clemens Octauus de noſtris in Perſidem miſſis Apoſtolico diplomate pronũciauit in hęc verba: *Habuerũt olim Religionis huius profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt ſui inſtituti authores Sanctos Prophetas Eliam & Eliſeum omnibus nationibus & gentibus notos.*

Hæc ſola ſufficere non dubito ad conuincendos veritatis amatores, vt traditionem hanc ſuſcipiant, ac venerentur, & ad coarguendos nonnullos perfrictæ frontis, & qui quidquid non arridet negant, *quam traditionem*, inquit P. Suarez de Reli. tom. 4. *vt veram ſuſcipimus, præſertim quia ſeptem Summi Pontifices ita loquuntur.*

Secundum, quod præmonendum habeo, quodque à primo, ad modum riuuli è fonte ſcaturientis, neceſſariò deriuatur eſt: Religionem noſtram duos amplexam eſſe ſtatus, veteris nimirum, & noui teſtamenti. Inter quos neceſsè erit omne illud diſcrimen agnoſcere, quod Theologi ſtatuunt inter vtramque legem. Ex horum autem doctrina in his ſtatibus, imo & in ſtatu naturę vna ſemper viguit Chriſti fides, & ex fidelibus in Redemptorem credẽtibus coalita eſt vna Eccleſia, quæ tandem militantis arma quidem exuat, ſed in æternum ſuo cum capite triumphet. Vnde Apoſtolus ad Galat. 3. & ex eo Sanctus Thomas 2.2. quæſt. 1. art. 1. ſtatum veteris teſtamẽti comparat puerilitiæ, & ſtatum legis nouæ iuuentuti; & ideo infert: *quod quantum ad ſubſtantiam articulorum fidei non eſt factum eorum augmentum per ſucceſsionem temporum, quia quacumque poſteriores crediderunt continebantur in fide præcedentium Patrum licet implicitè. Sed quantum ad explicationem articulorum creuit numerus.* De lege autem veteri, ac noua differens idem Angelicus 1. 2. quæſt. 107. art. 1. docet, *eas non diuerſificari ſpecie, quia vtriuſque eſt vnus finis, ſcilicet vt homines ſubdantur Deo, ſed omnes differentiæ, quæ aſſignãtur inter nouam legem, & veterem, accipiuntur ſecundum perfectum, & imperfectum. Præcepta enim cuiuslibet legis dantur de actibus virtutum; ad facienda autem virtutum opera, aliter inclinantur imperfecti, qui nondum habent virtutis habitum, & aliter qui ſunt per habitum virtutis perfecti. Illi enim qui nondum habent habitum virtutis inclinantur ad agendum virtutis opera ex aliqua cauſa extrinſeca, puta ex comminatione pœnarum, vel ex promiſſione aliquarum extrinſecarum remunerationum, puta honoris*

natis vel dissimulanter aut silentio haberi-
mus. Eadem lex certa, qua debemur
imperfecte, sed nondum conclusæ gra-
tiæ personarum dicendæ ac tenendæ in
quantum inducendi ad effectuationem,
præparatam per communionem perso-
rum & dictæ habere temporalia quæ
non permittit. His autem qui habent
virtutem, inclinantur ad virtutis opera
ejusdem propter auctorem virtutis, nem-
propter quamque bonam actu exercentem
virtutem existentiam. & ideo lex manda-
tum principiale in ipsa fonte-
nali gratia infita cordibus, dictat his
omnes, & dictat habere temporalia fun-
tialia & utensa, quæ sunt media virtu-
tis propriæ charitatis, & pro fine ejus,
& inclinantur, non quod in externa fol-
quid in propria. Et propterea eisdem lex
dictat dictos effectus omnes, non aten-
dit quid qui inest pars ab aliquo per-
sona effectui, non proficiunt omnes ta-
men ad pacem receptis, licet eredit vehe-
tus eius qui non vult ea effectui a pos-
sunt, & propter hoc his omnes, qui eis ha-
bentes dictæ omnino debitori. Verumta-
men ubique in plura virtutis principiali
habentes charitatem, & gratiam Spiritus
Sanctique principaliter respectu pro-
priissimi finis ultimi, & eternæ, & fe-
cundum se, pertinentes ad vitam mo-
Similiter etiam in una influentia fonte
aliqui caruales nomen peregrinum ad
peregrinationem nunc hujus, quæ apostoli-
ctionem in sacra Testamento indicat vi-
tæ, quæ est transitus pauperis, & per-
religiosa temporalia promissa. Lex autem
virtus est principia charitatis datur, non
tamen per eam dictatur Spiritus Sanctus
per quem effunditur charitas in cordi-
bus nostris (Rom. 5. Rom.). Deinde-
ad terminum discretum, quod fieri potest
dictum ab hoc non dicitur lex finis, in
quantum eius principialis complet in
ipsa Gratia, qua intrinsice datur credenti-
bus, vnde datur gratia finis. Finis
autem finalitatis aliqua finis, & finis-
mentalis, fol in his non complet princi-
palitas legis nam, finis principalis le-
gis tantum in eis complebat. His autem
qui in vnitate influentiæ Dei feruntur si-

cepti per fidem, fundatum hoc ad nostrum testamentum percutiunt, non tamen in-
fallibiliter, nisi per Fidem Christi, qui
est author omnis boni, quando & Moyse
dicit Apostolus ad Hebr. quod maiorem
Christum habuerit Scripturarum
impropterium Christi.

Ex his inferunt cum Thoma Vbaldenti tom. 1. de Orthodoxia fidei lib. 3. tit. 1. c. 6. eadem effe via Ecclesiæ militantis & triumphantis & Verè reformatos à prophetis incipiunt, & in nostro reformatore Christo Deo continuantur.

Infero secundo, quòd licet Religiosi nostri veteres reformenti, quantum ad finem, & obligationem legis veteris formidandi, & observationem quarumcumque tamen abdicatis temporalium, quæ lex veteris promittebat, promissiones attentas aliquibus, & quandam hoc promissionem, quæ nouum, ex præcepto Angelicus fuerunt expertis. Quod quin Euangelij colloquio nullatenus Virginis fe ad capiuerint. Quòd propter fidem veteris Mediæ, & spem vitæ æternæ, quæ nouum Dei circuiret in melioris, & perfectius capitalis, experimentum, & affidit: Sapientiæ incarnatæ fuit effectus, qua cum *Filius, omnia perfecit, & in se formamentis innouit & per nationes in animas sanctas se transfert, omnia Deo & Prophetas effecit.* Ioannes. *Nam quanta aliqua causa ejus fuerunt, tanta ad plura se extendit & communicat. Et quanto aliquid intentior melius, tanto ad remouenda lenitatem fuam effundit.* Iunior Doctor Angelicus par. 1. q. 65. art. 2. ad 3. & 2. contra gentes c. 21. Et Ven. Beda in Templo Salomonis c. 11. *Futurum in terra & astra, legem, qui legitur Dominus servaturus, futurus ait, qui vellitis mundi agnoscit, ostensis cum Dominum Iesum, ludeos & veteres expertis qui astra, tenuerit. Euangelij cum euangelium docerunt.*

Anno 1210. in Claustro Cisterciensium Cœnobio Regulam.

Infero tertio quamvis nonnulli ex antiqua lege fui propterea non à matris in nouæ lege successibus fuerint

Anno 40. et Christum natum circa 250. & sequentes.

gentia, & virtutibus superiores, ex veteri Christi merito in diuina merita se recepere, largiorem tamen, & fundatiorem gratiam Christus in plenitudine temporis fecum attulit, & veritatis ita diffudit, & dogmatice celestinsque latex fas adhuc tenebat primitias Sanctis communicauit, quibus nec comparare audeorem ipsius Euangelium Christi in Euangelio ipsum adhuc mortalem super nomine Tubæ Christo allocutum videremus in matthæo, & ad secundi Christi aduentum referuari iterum ad fortidum vocandi veritatis veteris, que teftamenti in mortis acerbitate.

Sunt preterea vniuersalia legum peregrinatæ nec ceto alnis eam efferentes, ad quas nos nati in figuris, & vmbra peregrinæ portat, sedens, nec venus populi Hebræorum, neque prophetici oraculi teftimonia, quibus fint pandenteæ Sacramentum, compensata corporis & sanguinis Christi. Mille facrificium quibus vos dei humani religiosi ac sapientes egregie mentis dignitur, se roborari, & impetrari efficaciffima aquilla gratiarum ad refellendum contrarium ad eis tendum in ardeis, tum ad extendi in oriente. Quo circa de conditionibus finis hi ad perficiendum acquiram dum medius varie fimmy fum in nostris legis regule ac conditionibus supplus non illum nullus erat vlus aut facies. Adimpto religio Iacrum, & vafa gratiæ Christi, quæ cum contenuere tempore, & semper infundam obtectis non interpontibus.

Et denique adhuc omnium eft Canon S. Petri in qua mutabilitatem humanæ voluntatis clauis potestatis obtinendi, & arcana fcientiæ claue intellectum obloquio Fidei manifesti relegat ad fufcipiendum Diuinæ legis radium. In qua mirum eft quam feruiter hic, quam feuiter quicetas, quam feliciter ad eterne beatitudinis beatum alpice Reigio, quæ Sedis Apostolicæ authoritate manens. Oratio Victrix Christi confirmari ab indefectibili fide concepit fecutatem, viret exeis, amoto omni dubio ac fimplo meatu cauta dilectio eode femitas inftruit, fe fequi ad omnem extendit populum.tribum ac nationem, qui qua patet imperium., filij Dei. Quam præcgrattam ac quam ille Redemptoris Sanctorum aregare ibi non poterat, fed à longe, confugerare, & adorare.

Quantum vero interet ad inftitutionem Religionis noftræ per Eliam Prophetam Sanctiffimum à quo illum ordinis diuinis, magna Angelicus Procurator Sanctum Ignatius Patriarchà noftrum aliqua fcriptis conpulit, & certe non inferiora Sacræ Scripturæ Sacra quidquam eius ftilo exaratum ; nifi literas quas Iordano allatas fuiffe refertur S.Patri.

Quod à vita eft Hebræorum tradiscopatum ac Ecclesiaftica ab ipso refert Gondalarius lib. 1. Cluniaci. Etiam noftrum poft ingressum in Paradisum fcribere gefta omnium annorum & temporum ; gloriari poffunt Sacri Monumenti patres noftri.

Et ego ô Duis & Columen noftrum, multis Te tranquillum & fecuri liberia noftræ decreta fupplicare impetrauit. Ea igitur, dum adhuc Sanctiffima vite tua Terefiana reformationis exercitia refero, confirmo, qua polles apud Deum gratia, & probabe, ac dum probo genuinos. Ieiuniorum genus in Elia. Et pro modico attamen, quod in tue Religionis hiftoria fibi continet, illa confero, laudes olei in terra nofira ouis, dexteræ & anaprofa fuæ abundantes, & tandem subear ; vna, cum Fratribus meis, & Filiis tuis, ad quorum confolationem hanc Heliodeum fcribo ; eorum meum tuo animo & ad finem mihi plenius, ac earnem voluptatis exulare.

Noluit ergo Deus Eliam fcripto remitam aliquam reudere, fed vt perfectior forte figura fua fui quem in terras delinauit, inde, vt fuæ vitæ exemplar eret, quod prophetice vi-

Digitized by Google

ex cultores reliquerunt, quemadmodum Iancenus copiosè testatur. Docuit discipulos suos Elias, & Ioannes 24. Herosolymorum Antistes cap. 16. de Monachorum institutione ad Caregium ait: *Et quia in Elia institutione discipulus Eliseus conformis huius Religionis professionem professus fuit, propterea illius propheticum officium, & Spiritum illa cum complenitudine filius prophetæ, & veritatis dimanationem in omnes professi fuerunt huius Religionis, quos quia & ipsi exercere prophetia nomine, & ad ruinam hæreticæ fœcis, & omnium omnibus est introducendo renovationem, sanctitatis conservationem, & ad Christum lucrandum, & ad Ecclesiam ædificandum, & ad Christi Crucifixi gloriam, & ad Dei per omnia perfecti voluntatem.* Hactenus ille. Quod præclare testimonio B. Cyrilli monachi Carmeli quibus ad hæc usque tulcis circiter 1200. confirmat, dum in epistola ad Ecclesiam Montis Neron de fuis tribubus scribit in hunc modum: *Sacra huius Religionis professores inditutionem suam in Divina Scriptura tanquam in amœna Paradisi fecunditate, ceu & Fundatorem facta Religionis veneres, exemplaria ex eis manuducentia Spiritus Sancti, ita ut ipsa Scriptura ad eorum profectum, & ad Christi Ecclesiæ ædificationem, ex quibus dulcis profluxit fluentis profunda fa-pientia traditum sibi ordinem quibus ipsa ex eopsis ejusdem reficiuntur.* Hæc Cyrillus.

Denique Trithemius ordinis Sancti Benedicti Spanheimen. Abbas in libro de Institutis Carmelitarum ea. *Sanctis Eremitis, qui in monte Carmelo inhabitabant, Beatus Ioannes Baptista Hierosolymitanus Episcopus constituit, sub quo summus Elias Propheta fuerat, qui exemplo Eliæ ceteros sanctos Patres instituit.*

Illi itaque Elias capit facere, & docere Regulam intus facta Religionis, & quidem perfectè quoad eius finem ejusdem Regulæ exactissime edoctus. Eam ab Angelum legisse Eliam ex verbis Domini ad Eliam dictis: *Accede huc, & sta coram Domino, ecce transibit Dominus*, & Terræmot. Cyrilli. *Eccè ipse Dominus Elias! & per eum Prophetam fuisse Carmelitanam Religionem, I. Regis lib. 18. & 19. cum multis aliis Sanctis Patribus ejusdem Religionis Viris, qua ipsius ad præsens professionem profitentibus.* Verba sunt Ioannis Baptistæ Pii Doctoris in Regulæ professione. Et Reparatus Abbas cum Card. Iulio Asculano Pont. Maximo ejusdem Religionis Protectore, *Quia ergo Elias Propheta, & Pater Carmelitarum Religionis, qui ejus Regulam, & Institutum ab Angelo Domini didicit, & ad Carmelitas transmisit, & ipsi Carmelitæ ab eo tempore, quando Carmeli fundamenta jacta sunt, & quidem Apostolus Elias, Carmeli in Montibus positus cœpit, & contra vitia ac tentationes pugnare, & ad virtutes operandas homines suos hortari, & ædificare? Nimirum quando locutus est cum Elia Prophetes Dominus, tum ejus adventus de Monte Carmelo ad Ecclesiæ ædificationem nominis, Isaiæ. Sic enim scriptum est. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu ſto, & erit annis his non erit pluvia, nisi secundum os meum. Et factum est verbum Domini ad eum dicens: Vade hinc, & vade contra Orientem & absconderis juxta torrentem Carith, qui est contra Jordanem, & ipsi ibi pascent corvi, qui ſunt filii Prophetarum, qui ſuper Montem in vertice Prophetæ conſtituti ædificabant Turres venerabiles. Et reliqua docuit operari, quia non dubitatio infirmitas illorum Elias de operari illis narravit, quando ipse Propheta nominavit quæ erit vera Sanctæ Prophetiæ.*

In hac ergo Domini cultione Re-

Anno 25. Carolus Antonius Gonzaga in Gynæcio.

Anno 25. Christianus Adrichomius in Theatro.

Anno an. ne Christum natum circiter 900. & sequentibus.

gulæ notitiæ, peimum conceptum, venerantur, ac deinde ad Torrentem Carith Tyrconium quoddam agrosissimus ordinis Prophetalis se nonnullis viris deosum ad Eliam à facie Iezabel tempore fecundæ confugitionis, vt ibi cum doctrina in cultu veri Dei perfectior pollent & Idololatriam vitare. Quos secundum formam à Deo traditam habuit hic monasticæ vitæ primus discipulus & imitatores verus, quos etiam docuit propheiam, sibi ad Iudæos Dei electionis, hymnos & Psalmos ex inflammentis malicis decantare, vt tradit Ioannes Hierosolymitanus ad Caprarium, c. 1. Hanc tamen fundationem post tres annos finitis, post ignem, de Celo ad consumptionem sacrificii in Monte Carmelo delapsum, & Prophi Prophetarum mutationem, ad populi cum Deo reconciliationem postque preclaram victoriam in Oreb habitant, reformatus per Monte Carmelo. Nam fagrationem Patriarcha cap. 14. Genesis, inquit, Historiographi de Eliæ Thesbitæ Monasterio in Carmel, confirmat Ioannes Hierosolymitanus ad Caprarium, c. 1. Ibi enim fundationem quasi primam, & quæ ad Christi usque tempora duravit, sibi annuarii disposuit Deus & statuit. Dei Genesis, ad Cremationem in Regum Israel, fiunt celebrandum nuncium, sicut & Deo accepit, & quod eis in pace dimittent. Unum ante perfectionem festum, Dominicæ nativitatis virorum, quorum etiam ante Legem incoruata ante Baal, & ante eos, quod non celebrantem quidem nuncium, quia tempus eis tunc, & non antea fuit Elia & filii discipulis librorum in Regum Israel Israel conservari, sicut & Deo accepit Hebræorum, quam inchoantur in loco Monte planarum, quorum ad sua, & fuerunt discipulorum, iugem monasterium Virgo pro ultra virum Carmeli Montem, tanquam commentarium ad prophetiam dispositionis, & unum monasterium in ad educandum & exercendum. Mons quoque prædicti Eremitæ hominis ex sua fundandum Sanctum & quorum, ex fuis contra corruptum monasterium, ex suis fabulationibus veterum, & ex suo fonte, & ex suo vena hausum dulcem. Propter quæ nunc Eliæ in monte sibi, non modo ex origine habentes, verum etiam domum ordinis confratrum appellatum Sanctum in ea ordinatis. Hucusque Patriarcha.

Sub hac ergo visendi norma, vel regula militarunt deinceps Religiosi viri Ecclesiæ Eliæ: Nam vt ait Albertus Magnus in 4. dilitio. 38. n. 13. *Ab antiquissimis modo approbati à Summo vel Ecclesia Dei matre vera Monasterium, qui totum vocabant peregrinum, & Bachabitarum, qui sanctum dicti modi erant loci regulæ erant.*

CAPVT II.

De variis Sanctis Eliæ Discipulis, eisque Institutis Religiosæ Sanctitatis sub antiqua lege filii innitem peculiarem, & de diversis illorum nominibus.

HAbemus ex Scriptura sacra Eliseum in discipulum ab Elia sibi assumptum, ideoque merito inter infimos ordinis Principes connumerari. Vnde Samsbus Hebræus in Epistola 18. ad Lucinum. *Eliseus Ionæ & aqua priores operi tenuit in sanctis*. & Virgo Cardinalis in 9. Luce *Eliseus in arcano inter carnes, multitudo bonæ, sibi Religionis sanctæ filius.*

Hunc deinde Ionam Prophetam, fuisse fecerunt, illum inquam qui inter duodecim minores computatur, hiftoria nobis indubitanter affirmat, & cum eis Petrus de natalibus cat. lib. 7. cap. 126. Adrianus. Abulensis & Ribera. Nec mi-

Digitized by Google

rum quandoquidem Epiphanius in hiſtoria Prophetarum. Iſidorus lib. 7. Etymol. cap. 7. Dorotheus in Sinopſi, alijque ſapientiſſimi Doctores ex Hebreorum traditione referant, ac teneant Ionam hunc fuiſſe filium viduæ Sarephtanæ ad preces Eliæ ſuſcitatum.

Addunt ex Epifanio Micheam filium Iemla, & Abdiam diſpenſatorem domus regiæ abdicatis officio, vxore, ac filijs, Eliæ lateri adhęſiſſe. Certè inſigne illud præconium ab Eccleſiaſtico in Eliæ laudem decantatum (*Qui vngis Reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis ſucceſſores poſt tè. Beati ſunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt. Elias in turbine tectus eſt, & in Eliſeo completus eſt ſpiritus eius*) Facilè perſuadet præclariores illorum temporum Prophetas in Eliæ ſe magiſterium tradidiſſe, ab eoque Diuini cultus Zelum, ac Religioſæ vitæ obſeruantiam didiciſſe, heroicos animos imbibiſſe, ac factis expreſſiſſe. Ex his merito dicas cum Dorotheo in ſinopſi: *Hic Elias primus ex hominibus eſt, qui hominibus curſum ad Cælum prœmonſtrauit, primus ex hominibus vnam Angelorum & hominum vitam oſtendit.*

Eliſeum deinde duplicis Eliani hæredem ſpiritus & pallio parentis inſignem filij Prophetarum ſuſcipiunt in Magiſtrum, colunt vt Patrem, & vt Superiorem adorant proni in terram, eoque gubernante mirum in modum amplificatus eſt ordo prophetalis, & numero & merito vt videre licet 4. Regũ c. 4. 5. & 6.

Hinc ſacrum illud caſtitatis votũ, quod Numerorum 6. iuxta editionem 70. Sixti V. magnitudinis excellentia decoratur, cœpit in Prophetarum filijs multiplicare non generatione carnali, ſed fœcunditate ſpirituali, meruitque per Iſaiam c. 56. Diuinæ benedictionis promiſſionem ampliſſimam ſub eunuchorũ titulo, quem IESVS totius ſanctitatis & pudicitiæ author, vt Hieronymus ait hom. 4. vigiliæ Epiphanię Euangelica gratia prædicauit, confirmauit. Etenim S. Iſidorus l. 2. de officijs c. 18. Religioſæ Virginitatis originem inquirens ait: *Quæ ſit ſacræ Virginitatis integritas, vel à quo tam ſancti propoſiti ſtudium ſit exortum breuiter intimabo. Quantum enim ad vetus teſtamentum attinet Elias, Ieremias, & Daniel caſtitatis, & continentiæ bono primi ſtuduiſſe noſcuntur*, & Altelmus l. p. de laude Virginitatis.

Elias vates, quem terra volumina Regum
Inſignem memorant, virtutum ternia fretum.
Virgo Sacer fuerat, fama per ſacula notus &c.
Quod Daniel ſemper Virgo floreſceret almus,
Qui nobis normam ſacratæ Virginitatis
Imbuit, & ſpeculum vitæ monſtrauit alumnis.

Et Franciſcus Sonnius demonſtrat Euang. c. 20. *Filij itidem Prophetarum illuſtres facti ſunt in ſcripturis, quod abnegata propria voluntate ſubderent ſe per omnia vnius obedientiæ, qui in ſpiritu prophetico cæteris clarior erat, idque in admiranda rerum indigentia, & vitæ abſtinentia, vt legere eſt 4. Regum.*

Robertus Arboretus tom. 2. de ſacro cælibatu: *Sic ab eo tempore in hanc vſque ætatem deducta eſt ſpiritualium filiorum ſelecta, & verè monaſtica obedientia, cui præſtandæ obnoxij erant ij, qui dicebantur filij prophetarum. Hi nimirum erant quorum vetuſtatem recenſet in Hebræis D. Paulus dum ait: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Non eſt ergo recens inuentum obedientiæ monaſticæ.*

Denique Iacobus Boulducus li. 3. de Eccl. ante legem cap. 12. *Conſtat ex libris Regum multa, ac frequentia filiorum Dei, qui poſtea filij prophetarum ſunt appellati, extitiſſe cœnobia, nempè in in Galgalis, in Bethel, & in Iericho: atque*

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

que in illis maximam fuiſſe multitudinem vtriuſque ſexus : quorum archimandritam fuiſſe Eliam, cui ſucceſſit Eliſeus, ambigendi non datur locus.

Ipſe etiam Ionadab filius Rechab clariſſimus inter Iſraelitas viſo miraculo, quo Deus ad preces Eliſei filiũ Sunamitidis ſuſcitauerat, eidem inſtituto manus dedit, ſuiſque affinibus atque adhærentibus iniunxit, vt omnem inſtituti Eliani rationem ſequerentur præter continentiam, quam non omnibus, ſed ad maiorem perfectionem contendentibus voluit eſſe communem. Ita tradunt Hiſtoriæ noſtræ, Et Sanctus Hieronymus non obſcurè docet, epiſt. ad Paulinum Monachum. *Nos autem* (inquit) *habeamus propoſiti noſtri Principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilarianes, Macarios. Et vt ad Scripturarum authoritatem redeam : Noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis. De his ſunt & illi filij Rechab, qui vinum, & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Ieremiam voce laudãtur, & promittitur eis, quod non deficiet de ſtirpe eorum vir ſtans coram Domino.* Vides à Maximo Doctore, & in præſenti materia verſatiſſimo, quæ hactenus à nobis dicta venire confirmata.

Nicetas Nazianzeni Scholiaſtes Iambico 15. *Gregorius noſter*, inquit, *Rechabitas monachos appellat*, & Dionyſius Cartuſianus in 35. Hieremiæ art. 58. *Ionadab iſte fuit vir Religioſus, mundanorum contemptor, qui Religioſæ vitæ modum poſteris ſuis oſtendit, præfixit, reliquit.*

Non deſunt etiam authores ſapiẽtiſſimi, qui nomine Rechab non carnalem genitorem, ſed Eliam & Eliſeum intelligunt ex Hebræorum fontibus, vt teſtatur Boulducus lib. 3. de Eccl. ante legem cap. 16. vbi ſic loquitur. *Eliæ autem & Eliſeo ſucceſſit in officio vir ſapientia, & ſanctitate celeberrimus Ionadab, qui paſſim in ſcriptura dicitur filius Rechab, non vt multi putant, quod à quodam huius nominis viro ſecundum carnem genitus ſit : cum talis non reperiatur, & tam illuſtris familiæ parentem, ac caput non inueniri incongruum planè videatur ; ſed quia filius, ideſt diſcipulus, fuit eorum, qui prius hoc nomine Rechab honoris cauſa ſunt vocati. Iſti autem fuerunt Elias & Eliſeus, ille quidem ab iſto, quando ſurſum ferebatur per turbinem in cælum, videnti, & clamante Abi, Abi, Recheb Iſrael, Vpharaſcian, Pater mi, Pater mi, Recheb Iſrael, & equites eius, vel equitum eius. Iſte verò nempè Eliſeus iiſdem prorſus terminis à Ioas Rege Iſrael. Ab illo ergo die nomen Recheb, ſeu Rechab honorabile factum eſt, ita vt præcipuus filiorum prophetarum Archimandrita, qui hoc munere ſucceſſit Eliſeo, filius Rechab quaſi vtriuſque Rechab nempè Eliæ, & Eliſei diſcipulus appellatus ſit. Et omnes illius Sodalitatis Alumni deineeps Rechabitæ ſunt appellati, quod idem eſt ac ſi Eliaitæ, vel Eliſeitæ dicerentur. Quæcunque alia fabricari poſſet huius nominis Ethymologia multiplici abſurditate ſcatere videtur.* Huc vſque citatus author.

Habemus ergo Rechabitas Regulæ ab Elia traditæ fuiſſe ſectatores, nec non & ipſos filios prophetarum, *quos* (verba ſunt Macarij Abbatis in ſermone ad Monachos) *conſtat veraciter veteris teſtamenti Monachos fuiſſe.* Habes horum præclara geſta, & Eliano ſpiritu digna in Scriptura Sacra.

Eſſenorum inſtitutũ etiam ſub veteri lege Religioſum, & antiquum fuiſſe conuincitur ex Ioſepho l. 13. Antiquit. Iudaicarum cap. 8.

Eodem tempore (nimirum Ionatha Iudæ Machabei fratre, exercitum Hebræorum gubernante) tres hæreſes Iudæorum fuerunt, quæ de rebus humanis diuerſa credebant, quorum vna Phariſea, altera Saducea, tertia verò Eſſenorũ, & lib. 18. c. 2. *Iudeis Philoſophiæ tres erant iam inde ab initio inſtitutis patrijs derelictæ Eſſenorũ, Saduceorum & tertia qua philoſophabantur, qui dicebantur Phariſei.*

De

De bello Iudaico l. 2. c. 7. *Esseni gente quidem Iudæi eximiam obedientiã Superioribus præstabant: nihil agebãt nisi ex Superiorum licentia: iurabant se exhibituros his, qui præerant, quod fides requirit: colebant paupertatem, diuitias contemnebant, suas facultates donabant Ordini, & Religioni, rerum omnium apud eos communicatio erat admirabilis, omnibus bonis ac possessionibus commistis; erat apud illos perpetua, & incorrupta castitas, fœminas fugiebant, nuptias fastidiebant.*

Ex quo S. Hieronymus lib. 2. aduersus Iouiniarum : *Iosephus in 2. Iudaicæ captiuitatis historia, & in 18. Antiquitatis libro, & 2. contra Appionem duobus voluminibus tria describit dogmata Iudeorum, Pharisæos, Saduceos, & Essenos.*

Gentiles etiam præclara de Essenis encomia descripserunt Plinius lib. 5. hist. nat. cap. 17. ad Vespesianum Augustum. *Per sæculorum millia, incredibile dictu, gens æterna est in qua nemo nascitur.* Et Solinus ad Cesarem Augustum, *Per immensum spatium sæculorum æterna gens est sessantibus puerperijs.*

Hos ex instituto S. Eliæ vitam, moresque composuisse, quemadmodum de filijs Prophetarum, de Ienodab, ac Rechabitis supra demonstrauimus, imò à filijs Prophetarum ac Rechabitis solo nomine fuisse distinctos docent authores & sapientia & authoritate Venerabiles. S. Nilus in ascetico : *Iudei, qui talem viuendi rationem instaurauerunt à Ionadab sunt oriundi, & omnes qui ad se, vt eodem modo viuant, accedunt, ad eadem ducunt instituta. In tabernaculis perpetuo habitant, à vino, atque omnibus cibis delicatis abstinent, vita tenui contenti corpus affligunt. Magnam igitur morum curam gerunt & contemplationi vacant assidue, ex quo Hessei appellantur.* Cedrenus in Claudio. *Esseni à Ionadab Rechabi filio genus ducentes præstantissimam longe nihil possidendi rationem, iustitiam, temperantiam, atque duriter agendo, vita institutum intenderunt.*

Anno ante Christum natum circiter 930. & sequẽtibus.

Essenos quidem dictos esse ab Eliseo; quasi Elisenos tradunt graues authores. Enriquez summæ lib. 12. cap. 5. litt. B. Noster Thomas à Iesu de Regulis Carm. Cartagena to. 4. homiliarum, Manescal concione de Beatissima Virgine Carm. Verius tamen est ab Hebrea voce chasid dictos, quod sanctum & insigniter piũ designat, vt colligere licet ex præcitata authoritate Sancti Nili, & Philo disertis verbis asserit in Apologia, quod omnis probus sit liber. Ex eadem radice Hebraica durius pronũciata & pluribus retentis litteris, ijdem Esseni eodem sensu vocabantur Assidei, quorum Religiosa encomia, & heroica facta nonnullis in locis celebrant libri Machabeorum & nos aliquando quædam dicturi sumus, cum de Institutione militaris Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo. sermonem faciemus.

Notant antiquitatum sacrarum studiosi Iosephum Gorionidem Hebreum, hebraica lingua suorum gesta narrantem, de Phariseis, Saduceis, Assideis ceu Chasidim bonam voluminis partem consumere, de Essenis qui primi, ac præcipui habebantur vix mentionẽ facere, eosdẽq; illos qui à Gorionide vocantur Chasidim, idest Assidei, ab alio Iosepho Flauio, Grecè easdem historias recensente, appellari Essenos. Exempli gratia, vixit Ioannis Hircani tempore vir quidam Religionis obseruantia & Prophetiæ spiritu celebris, ideoque magnæ apud Iudeos authoritatis nomine Iudas, quem in Epistola ad Contribules in Egypto missa subscriptum legimus 2. Machab. 1. v. 10. Hunc Iudam vterq; Iosephus hebræus honorificè commemorant, Gorionides quidem hebraico stylo & more Assideum appellans, his verbis l. 4. cap. 7. *Aderat autem vir quidam nomine Iehudas ex probatioribus Assideis*, & cap. 8. *Sapiens*

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

Sapiẽs ille Ieudas, vnus ex probatioribus Aſſideis; At Ioſephus alter, Flauius à familia Flauia Romæ adoptatus Grecè ſcribens Greco idiotiſmo vocat Eſſenum lib. 1. de bello Iudaico cap. 3. *Iudam quis non rectè miratur? Eſſeus erat genere, qui nunquam diuinando aberranit, neque mentitus eſt.* l. 13. Antiq. cap. 18. *Admirari poteſt quilibet & Iudã Eſſeum genere. &c.* Egeſippus etiam lib. 1. cap. 6. & Rupertus de Victoria Verbi Dei. l. 10. cap. 15. Eſſenum vocant. Hæc enim æquipollentia ſunt. Hinc Genebrardus ad annũ ab orbe condito. 3911. *Haſſideos*, inquit, *ideſt Eſſeos quaſi Sanctos*. Et recentiores hiſtorici cõcordi ſententia colligunt Eſſeos, Eſſenos, Aſſideoſque eandem illorum temporum Religioſorum hominum Congregationem ſignificare, voce à Chaſid deriuata, & aſperius, leniuſue inflexa ac pronunciata iuxta Hebraicę, aut Græcæ linguæ proprietatem. Ita Franciſcus Lucas, Ioſephus, Stephanus, & Serrarius in Machabeos, Lorinus in actorũ 12. Georgius Vbicelius Dominica 18. poſt Trinitatem. Martinus Delrius adagio 1030. Torniellus ad annum 2545. Bechanus Annal. vet. & noui Teſtam. c. 11. alijque quos noſtri recenſent.

Ex his habes, benigne lector, ſub veteri Teſtamento prędeceſſores noſtros filios Prophetarum, Rechabitas, Eſſenos, Aſſideos, congregationem quandam fuiſſe piorum ac Religioſorum hominum à vulgi moribus ſeparatam, quæ Patriarchæ Eliæ Regulam, inſtituta, ac vitam, obſeruari & imitari profiterentur: Horumue nominum diuerſitatem ſimilẽ eſſe illi, qua eiuſdem inſtituti Religioſos, modo S. Dominici, modo Prędicatorũ titulo inſignimus; quaq; item alios nunc minimos, nunc Sancti Franciſci de Paula, nunc in Gallia præſertim, bonos homines, nuncupamus.

CAPVT III.

Eliani Inſtituti Sectatores in Monte Carmelo tempore captiuitatum & tranſmigrationum inconcuſsè, atque indefectibiliter perduraſſe demonſtratur.

ANtequam ad tempora gratiæ procedamus, palamq; oſtendamus quemadmodum prædeceſſores noſtri in vmbra legis veteris Deo ſeruientes, ac ſub diſciplina Eliæ præparati, ad conſummatorem ſuum Ieſum eius optatiſſimo aduentu reſpirarint in adoptionem & libertatem gloriæ Filiorum Dei, & Regulam ac Inſtitutum Elianum, à Chriſto Religionum innouatore, ac conſummatore ſtabilitam, perfectamque maiori Spiritus Sancti abũdantia ad noſtra vſque tempora feliciter propagarint: Breuiter nobis oſtendendum eſt, eos in Monte Carmelo tempore captiuitatum & tranſmigrationum indefectibiliter perduraſſe.

Præbet nobis Scriptura Diuina ad huius ædificij noſtri ſpiritualis contignationem ſolida quædam robora, quibus deinceps innectendi ſunt parites noſtri, vt in Euangelicę gratiæ cacumen poſſint aſſurgere, & Palatium Eliani Principatus aduerſus imbres, tempeſtateſque tecto ſuper impoſito præmuniri.

Prima Prophetia eſt Micheæ c. 7. qui præſeruationem noſtrorum Elianorum in Monte Carmeli à captiuitate Salmanaſar Regis Aſyriorum, & Nabuchodonoſor non obſcurè prædixit. Eam breuitatis gratia ſimul adfero, cum explicatione Ioannis Patriarchæ Hieroſolimitani ex ſæpe citato libro Inſtituti Monachorum cap. 26. *Quemadmodum Micheas Propheta, concludendo terram Iudeorum fore propter peccata eorum deſolan-*

landam dicens: Terra erit in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter fructum cogitationum eorum: Subdit aliter, de ipſis Monachis inquiens: Paſce Domine populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu in medio Carmeli paſcentur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos; Vbi Propheta prius orat Deum, ne populus Monachorum Montis Carmeli cõcludatur ſimili ſententia deſolationis cũ Iudeis, ſed paſcatur vt prius doctrina Religionis per Deum ſub virga, ideſt Regula ſuæ directionis. Ideo ait, Paſce Domine populum tuum in virga tua, de qua Pſalmiſta, ait: Virga directionis virga Regni tui. Ne autem Propheta videretur pro toto populo Iudaico orare, ſpecificat hunc ſolum dicens: Gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, ſcilicet Carmeli.

Secundo, Præuidens Micheas ſe eſſe exauditum, prophetauit venturum, quod orauerat dicens. In medio Carmeli paſcentur Baſan & Galaad. Intellexit autem per Baſan & Galaad, hos monachos Mõtis Carmeli; tum quia quam plurimi eorũ erant tunc de regionibus Baſan, & Galaad oriundi; tum ſecundo, quia Baſan interpretatur pinguis, & cętus Religioſorum fiebat in medio Carmeli pinguis paſcuis Diuinis, ſcilicet doctrinis veræ Religionis. Galaad quoque interpretatur aceruus Diuini teſtimonij, & Deus cætum horum Monachorum aceruauit in Monte Carmeli in teſtimonium cõtra populum Iudæorum; vt intelligeret populus, quod per præuaricationem legis Diuinæ fuit catenatus, & terra eorum deſolata; cum hi Religioſi, quia ſeruauerunt Legẽ Dei, remanſerunt liberi in terra illa in medio Carmeli. Deinde exponit Propheta qualiter in medio Carmeli paſcerentur, dicens: Iuxta dies antiquos, in quibus virga, ſcilicet directionis Regni Dei, paſcebantur ab Elia in Monte Carmeli, doctrina propheticæ vitæ Monaſticæ ſecundum formam inſtitutionis per Deum creditam Eliæ.

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

Quam expoſitionem hiſtorici noſtri amplectuntur, & nonnulli confirmant exteri: Io: Cartagena to. 4. hom. lib. 12. hom. 2. Iacobus Bouducus de Eccleſia ante legem c. 17. in hæc verba: *Iſti ſunt ad quos alludit Micheas loquens de Prophetis Eliæ ſectatoribus. Paſce populum tuum (familiam Prophetarum) in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſolitudinibus, in ſaltu, in medio Carmeli, paſcentes (ſua doctrina) Baſan regionem Hus, in qua priſci Raphaim habitabant, & Galaad iuxta dies antiquos, hoc eſt iuxta priſcum olim ibi habitantium Prophetarum inſtitutum. Fanuet Paraphraſis Caldaica, & Gloſſa moralis, Virga Dei, ſeu hæreditate paſcuntur, qui Diuinis conſolationibus recreantur, quod contemplatiuis confertur. Habitantes ſolos in ſaltu, ideſt à tumultu negotiorum terreſtrium ſeparato, in medio Carmeli paſcentur in locis delectabilibus; nam cum Deo, & Angelicis Spiritibus eſt talium conuerſatio.* Nec nõ Vgo Cardinalis. *Paſce eos ſicut Eliam, & Ioannem vitam Eremiticam diligentes, & inſtar onagrorum multitudinem contemnentes.*

Secunda prophętia de duratione noſtrorum prædeceſſorum in monte Carmeli in ſempiternum, traditur ab Iſaia propheta, quam cum ſua interpretatione adfero ex Hieroſolymitano Antiſtite capite præcitato. *Quoniam prædicti monachi dum regebantur per Eliſeum, & etiam poſt eius deceſſum quærebant ex totis præcordijs Dei regnũ, pro qua facilius conſequendo terrenas diuitias, & carnales delicias reſpuebant, humanaque conſortia, & turbarum tumultus vitabant, ideo præſeruauit eos Deus à captiuitatibus, ad quas ante Incarnationem Chriſti Ieſu induxit populum Iudæorum propter peccata eorum. Quod tamen ad maiorem Iudaici populi ceſſit confuſionem, vt ipſe in fortiſſimis ciuitatibus & munitis ſaluari non poſſet, cum Monachi in aperta montis Carmeli*

Anno ante Chriſtum natum circiter 930. & ſequẽtibus.

eremo, & non munita ab inſultibus Aſſyriorũ, & exercitus Chaldaici, per Deũ tunc protegerentur. Sed cauſa huius diuerſitatis fuit ex parte quorundam illius populi legis Diuinæ præuaricatio, è contra verò ex parte dictorum Monachorũ eiuſdem legis obſeruatio. Quod totum benè ſignificauit Propheta Dei Iſaias, dũ ex perſona Domini captiuitatem, & terræ diſſipationem, populo Iudæorum venturam vaticinaretur, ita inter cætera dicens: Plangite ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili. Super humum populi mei ſpina & vepres aſcendent, quãto magis ſuper omnes domos gaudij, ciuitatis exultantis: domus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt. Et paulò poſt de Carmelitis illius tẽporis contrariã ſententiam ſubdens propheta in perſona Domini ait. Et erit deſertũ in Carmelo, & Carmelus in ſaltum reputabitur, & habitabit in ſolitudine Iudicium, & Iuſtitia in Carmelo ſedebit, & erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium & ſecuritas vſque in ſempiternum, & ſedebit populus meus in plenitudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Licet namque temporibus Iudaicarum captiuitatum, eſſet deſertum in Carmelo, ita quod Carmelus in munitionem, vel ædificium, vel ſaltum verè reputabatur, populus tamèn Monachorum illic commorantium faciebat in ſolitudine illa Iudicium Dei, & ſeruabatur in Carmelo iuſtitia cæleſtis regni. Conſentiunt Ioanni præter noſtros, Anubertus Miræus tract. de origine Carm. & Egidius Camartus de geſtis Elię c. 5.

Tertia Ieremiæ 35. *Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Pro eo quod obediſtis præcepto Ionadab Patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa, quæ præcepit vobis; propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.*

Nam ſtirpi Ionadab non carnali debetur hęc benedictio, vt Theodoretus & Vgo teſtantur, ſed Rechabitis ex Eliano inſtituto Religiosè Deo famulantibus, & obſequentibus, vt præcitatus Io: cap. 27. & Vbaldenſis t. 1. Doctrinalis fidei l. 1. art. affirmãt, quos alij ſequuntur, & Egeſippus apud Euſebium lib. 2. hiſtoriæ c. 22. ait: *quod cum S. Iacobum Apoſtolum fratrem Domini Iudæi lapidarent, vnus ex Sacerdotibus de filijs Rechab, qui ſunt teſtimonio Ieremiæ comendati, dixit quid agitis? iuſtus pro vobis Deum deprecatur.* Eamque hiſtoriam tractans Serrarius l. 3. trihęreſis c. 9. inquit: *Non quod is genere ac ſanguine à Rechab oriretur, ſed quod in Rechabitarum ſe ſcholam diſciplinam ſectamque contuliſſet, ita vt quemadmodum Rechabita, ſic & Eſſenus vocari potuiſſet.*

Quæ antiquorum Prophetarum vaticinia de ordinis noſtri duratione Chriſtus Dominus in ſua Transfiguratione Sancto Patri noſtro Eliæ dignatus eſt confirmare, vt per fide dignam reuelationem Beatiſſima Virgo S. Petro Thomæ de ſua Religione ſollicito manifeſtauit in hæc verba, quę leguntur in officio dicti Sancti ad diem 29. Ianuarij: *Pro ſui ordinis conſeruatione, & augumento frequentes ad Deum, & Beatiſſimam Virginem Orationes fundens, intimaque interorandum edens ſuſpiria ipſa nocte Pentecoſtes cum id inſtantius poſtularet à Beatiſſ. Virg. mirabili hoc reſponſo dignatus eſt. Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vſque ſæculi eſt perſeueratura; Elias namque eius inſtitutor iam olim etiam à filio meo id impetrauit.*

Et licet poſt multa ſæcula à diebus Micheæ, Iſaiæ, & Ieremiæ ob Saracenorum, Turcarumque ſæuitiam prædeceſſores noſtri fuerint expulſi à Monte Carmeli, hoc tamen ſine diuina reuelatione non contigit, & multo ſęnore Carmelus Syriæ in plurimas Europæ partes quodam modo multiplicatus eſt, ac tandem poſtliminio etiam reuindicatus fuit ad annum 1629. ac à noſtris deinceps conſtanter inhabitatur, Sacra Congregatione de propaganda Fide zelum noſtrum

ſtrum laudante, & Vrbano Octauo confirmante, vt in medio nationis prauæ luceat adhuc, & ardeat Eliani inſtituti lucerna.

CAPVT IV.

Carmelicolæ Eliani B. Virginem Mariam ſuſcipiunt, coluntque; & à S. Ioanne Baptiſta, eiuſdem Inſtituti Profeſſore, ad Chriſtum, eiuſue Euangelicam legem præparantur, ac tranſmittuntur.

EX his ergo Eliani inſtituti ſectatores perducamus ad Meſſiam, vmbram ad veritatem, principium ad ſuum finem, regulam ad ſuum legislatorem, Religioſos ad ſuum fundatorem, Prophetarum filios ad verum Patrem, Clientes ad Patronum, fontem Eliæ ad Oceanum gratiæ ſummis votis optatum, conclamatum hymnis, ieiunijs expetitum, bonis operibus acceleratum, meritis dicam, an gratioſo obtuitu Dei, prædeſtinatis impetratum.

Reperimus in authenticis hiſtorijs, Religiose lector, ad tempora Chriſti, Religioſos Carmeli incolas nomen dediſſe Chriſto; Viros quamplurimos, qui veſtigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei inſtiterant, Ioannis Baptiſtæ præconio præparatos euangelicam fidem amplexatos fuiſſe; Prophetarum filios à S. Petro fuiſſe baptizatos; Eſſenos in Eccleſia Antiochena, & Alexandrina Chriſto religioſam vitam conſecraſſe. Quę omnia breuiter mihi, ac ordinatè ſunt confirmanda.

Et primò de Religioſis Carmeli incolis, non referam hic ea, quæ alibi latiùs proſequimur. His tantùm pronunc adiungo ex vita S. Annæ à Petro Dorlando conſcripta, quæ ſequuntur. *Vox Diuina ex propitiatorio ad Pontificem audita eſt iubens omnes viros celibes de ſanguine Mariæ, & ſtirpe Dauid poſtridiè ad templum conuenturos cum virga arida, quæ in cuius manibus florere inciperet, eum virginis ſponſum declararet. Interea Agabus caſto amore Virginis captus, euentum magica arte ſiſcitans, nihil ſcire potuit, præter quam magnum in Virgine latere Sacramentum. Quo circa repulſam paſſus ad Carmelitas ſe contulit, vbi ſanctam vitam vixit, vſque ad Apoſtolorum prædicationem, qua illis, vt eorum atteſtantur actus, coniunctus eſt.* Ab anno Chriſti 1. ad 400.

Ex quibus omnibus facilè cõuincuntur authores tum domeſtici, tum extranei Emerentianam proauiam, Sanctam Annam, ac Beatiſſimam Dei Genitricem cum filio Ieſu Carmeli fratres ſæpius non iniucundè neque inutiliter viſitaſſe, quemadmodum in Officio Eccleſiaſtico decantamus. *Cuius* (nimirum Beatiſſimæ Virginis) *colloquio, ac familiaritate feliciter frui potuere.* Et peculiari affectu Beatiſſimam Virginem adeo venerari cæperunt, vt primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi Elias olim nubeculam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint.

Ad hoc verò non parum facit melliflua illa S. Bernardi ſententia ex epiſtola ad fratres de monte Dei. *Hæc nouitas* (inquit) *non eſt nouella vanitas, res enim eſt antiqua Religionis fundatæ in Chriſto pietatis, antiqua hæreditas Eccleſiæ Dei, tempore Prophetarum demonſtrata, iamque nouo gratiæ ſole exorto, in Ioanne Baptiſta inſtaurata & innouata, & ab ipſo Domino familiariſſimè celebrata, & ab eius diſcipulis ipſo præſente concupita.* Quam explicare videtur S. Antoninus hiſt. 3. p. tit. 16. §. 4. dum ait: *Monachi Cœnobitæ, ideſt in congregatione viuẽtes, videntur exorti ſub Eliſeo, qui conſtituit cuneum prophetarum, ideſt Religioſorum, ſecundũ gloſſam, & fuerunt renouati à Chriſto, qui diſcipulos habuit pariter habitantes,*

& in

Digitized by Google

Ab anno Chriſti 1. ad 400.

& in communi viuentes, &c.

Et verò quamplurimos ex noſtris prędeceſſoribus Ioannis Baptiſtę prędicationis ad aduentum Chriſti præparatos, Euangelicam veritatem amplexatos fuiſſe in eodem officio legimus ex Apoſtolicæ Sedis, ac Sacræ Congregationis approbatione.

Nam Ioannem Eliani inſtituti profeſſorem, ſectatorem, & propagatorem fuiſſe tum verba Chriſti indicant, tum vita moreſque in Euangelio deſcripti, tum traditio veterum Patrum, quam S. Ambroſius Epiſtolarum lib. 3. epiſt. 25. ad Vercellenſem Eccleſiam non obſcurè docuit in hæc verba. *Hæc enim primus in occidentis partibus diuerſa inter ſe ſtudia Euſebius ſanctæ memoriæ coniunxit; vt in ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret, & Eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate. Multum enim adiumenti cedit ad Sacerdotis gratiam ſi ad ſtudium abſtinentiæ, & ad normam integritatis iuuentutem aſtringat, & verſantes intra Vrbem abdicet vſu Vrbis, & conuerſatione. Hinc illi proceſſerunt viri Elias, Eliſeus, Ioannes, qui pellicijs tunicis, & caprinis exuuijs induti, inopes atque egẽtes, anguſtijs, & doloribus afflicti in ſolitudinibus errabant, inter alta & condenſa montium, inuia rupium, ſpeluncarum horrida, foueārum vadoſa, quorum conuerſatione dignus orbis terrarum non erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Azarias, Miſael, qui in aula Regia paſcebantur ieiunio, alebantur tanquam in deſertis cibo aſpero, potuque obuio. Hos ſecutus Euſebius Sanctus exiuit de terra ſua, & de cognatione ſua, & domeſtico otio peregrinationem prætulit. Hæc igitur patientia in Sancto Euſebio Monaſterij coaluit vſu, & durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam.* Hucuſque Ambroſius.

Et Ferdinandus Velloſillus quæſito 13. in Ambroſium, luculentius expreſſit, & authoritate Ioſephi confirmauit dicens. *Ioſephus* 18. *antiquit. ait: Ante Chriſti aduentum fuiſſe in deſerto Iudeæ Collegium Eſſenorum more noſtrorum Religioſorum, & Anachoritarum, qui ſanctiſſimam ducebant vitam, ab vxoribus abſtinentes, quorum inſtitutum ſecutus eſt Ioannes Baptiſta.*

Philippus Abbas Hierapolytanus apud Paleonydorum certò ſupponit. *Miſerunt*, inquit, *Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem Baptiſtam habitantem cum Carmelitis confratribus ſuis in Eremo propè fluenta Iordanis.*

Noſtri gratanter accipiunt, & ex extraneis approbant viri ſapientiſſimi ac Religioſiſſimi Dominicus Soto ex Ordine Prædicatorum in 4. diſt. 30. q. 2. art. 1. *Ante Chriſti aduentum Eſſenorum Collegium in deſerto Iudeæ more noſtrorum Anachoritarum ſanctiſſimam deguiſſe vitam, ab vxoribus prorſus, & omni fœmineo conſpectu ſemotiſſimam, quorum inſtitutum ſecutus eſt Ioannes Baptiſta.*

Ioannes Cartagena ex Ordine Minorum hom. de B.V. de monte Carmelo. *Sine dubio Ioannes vitam egit in deſertis illis, inter filios prophetarũ tunc dictos Eſſenos, qui Eliæ diſciplinam profitebantur.*

Iacobus Zeglerus in deſcriptione Palæſtinæ. *In huius ſolitudinis parte ſedit Eliachu Propheta, & Eliaſach conſtruxit cellas Prophetis. Manauit inſtitutio, & loci Religio ad poſteros. Fuit deſertum hoc vſque ad Enghadi habitatum ab Eſſenis, hominibus incredibilis continentiæ, ſub quorum inſtitutis educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Eſſenis vnus prædicatæ Sanctitatis.*

Didacus Iepes Epiſcopus Tiriſianenſis ex ordine S. Hieronymi ad vitam S. Tereſiæ. Leander de Granata ex ordine S. Benedicti libro Reuelationum Sanctæ Gertrudis. Carolus de Tapia in auten. ingreſſ. c. 17. Laurẽtius Beierlinch Theatro verbo Religioſus,, inquiens: *Vt Elias Religionem Carmeli inchoauit in lege veteri, ſic Ioannes circa Iordanẽ, & B. Enoch quidem in Carmelo eam continuauerunt, aliſque poſt ſe tradiderunt.* Reliquos non inferioris notæ Scriptores annota-

notare non eſt opus.

Habemus ex ſectatoribus Eliæ diſcipulis S.Ioannis adhuc eo viuente duos ad Chriſti ſcholam tranſiiſſe Euangelio atteſtante Io: 1. dum ait. *Altera die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo, & reſpiciens Ieſum ambulantem, dixit. Ecce Agnus Dei, & audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum.* At verò poſtquam Ioannes ab Herode decollari iuſſus fuit in carcere, venerunt diſcipuli, & tulerunt corpus eius, & ſepelierũt in ſepulchro Eliſei, & Abdiæ prophetarum prædeceſſorum ſuorum, vt tradit S.Hieronymus epiſt.27. *Tunc*, inquit Scriptura Matth. 14. *venientes diſcipuli nunciauerunt Ieſu.* Ad quem locum Abulenſis ex S.Hieronymo. *Nunc orbati magiſtro nullum habebant ad quem recurrerent, niſi ad Ieſum, ideo familiares ei effici voluerunt. Et fortè Ioannes oſtenderat eis, antequam occideretur veniendum eſſe ad Ieſum*, &c.

CAPVT V.

Elianum Eſſenorum inſtitutum a Chriſto Domino perfectionem accepit, pleriſque eorum ad Fidem Euangelicam, tum ipſiuſmet Chriſti Domini, tum Apoſtolorum prædicatione conuerſis.

INſtitutum Eſſenorum vocamus Elianum, propter ea, quæ ſuperius à nobis allata ſunt. Nunc Eliæ regulam in eis, qui vocabantur Eſſeni à Chriſto bonorum omnium authore innouationem, perfectionem, conſummationem fuiſſe conſecutam proſequimur hoc capite.

Neque caret myſterio quod à primis Incunabilis cæleſtis hic Monachorum conſummator in Aegyptum fuerit illatus. *Nam non modo Aegyptum Domini præſentia illuſtratam, ſed & ipſam ſolitudinem, per quam tranſiuit, eſſe nobilitatam tradunt, quæ tunc quodammodo ſemen benedictionis ſuſcipiens, poſtea ſuo tempore, quod ait Propheta: Germinans germinabit & florebit ſolitudo ſicut lilium, tot Sanctorum Monachorum illic quaqua verſum incolentium produxit ſacra germina.* Verba ſunt Cardinalis Baronij, pro quorum intelligentia duo nobis aduertenda ſunt. Ab anno Chriſti 1. ad 400.

Primum ijs temporibus Eſſenorũ inſtitutum & Collegia frequentia fuiſſe in Aegypto per præfecturas ſingulas præſertim circa Alexandriam, atteſtante Philone l. de vita contemplatiua.

Secundum, horum plurimos ad fidem Chriſti conuerſos Patres fuiſſe Monachorum Aegypti, eoſque iuxta Eliæ Regulam inſtituiſſe, vt inferius oſtendemus. Chriſtum etiam ad inſtar Eſſenorum vitam ſuam compoſuiſſe nonnulli arbitrantur; vt Serrarius in Mineruali l.5.cap.26.& Iacobus Boulducus de Eccleſia ante legem varijs in locis.

Quin & Zenclerus in deſcriptione Terræ Sanctæ affirmat tempore ieiunij dierum, noctiumque quadraginta, Ieſum vſque in Collegium conceſſiſſe Eſſenorum, & rationem ſubdit: *Quid enim iſtud erat hactenus intra limen veniſſe neque congreſſum fuiſſe genti? quod ſi ab omni conuictu humano ſegregatus, ſolus conſcius ſibi & Ieiunij & tentationis, vixit, quis rem geſtam euulgauit? qua narrandi occaſione oblata? Nam hoc nimis humanum, nimis populare, quempiam ſuas pugnas, & fortiter res geſtas narrare; quo etiam alio ipſius ſimili exemplo? Chriſtus à tempore oſtenſionis ſuæ ad plebem Iſrael nihil vnquam geſſit extra arbitros, quodque ignoratum fuiſſet niſi ipſe euulgaſſet. Ergo ſub conſcientia Eſſenorum vixit, quibus ætate illa nihil innocentius omnium opinione habebatur, neque alij teſtes æquè incorrupti pariter ad plebem, & legis interpretes, & templi præſides, vt vulgarent fuiſſe homi-*

Ab anno Chriſti 1. ad 400.

hominem apud ſe, qui Moſech, & Eliahu exemplum ieiunij ipſemet præſtitiſſet, &c.

Certè nemini dubium eſſe poteſt nullam ex Iudæorum ſectis, quæ tunc florebant, magis honorabilem fuiſſe, magiſque Chriſti & Apoſtolorum vitæ conformem, quam Eſſenorum ex inſtituto Eliæ. Ideoque nec à Chriſto reprehenſam audimus, & vt Baronius ait in app. & ſub annum ſalutis 64. *Sanè quidem omnes ſectas, quæ erant in Paleſtina Chriſtum Dominum aliquando auerſatas eſſe, nempe Phariſeos, Saduceos, Herodianos & Samaritas Euangelica atteſtatione exploratum habetur. De Eſſenis verò, quod aliquando vel Domino, vel eius Apoſtolis, atque diſcipulis, vel minimum negotium fecerint nuſquam legitur. Imo propter pijſſimum, ſanctiſſimum, & antiquiſſimum filiorum Dei ad Chriſtum venturum, naturalem Dei filium, analogiam habens inſtitutum, tamdiu tamquam fideliter, ac Religiosè obſeruatum, in eis facilè credidcrim Chriſtum ipſum, & Ioannem eius præcurſorem Eſſenorum duxiſſe vitam, vt ex mox dicendis patebit.*

Inſtitutum tamen Elianum, aut Eſſenum profeſſus rigorosè dici non poteſt, propter rationem quam Sanctus Thomas adfert 2. 2. q. 88. art. 4. ad 3. Niſi quod eminentiori modo quidquid virtutis, ſtabilitatis, perfectionis, Sanctitatis in quocunque reperitur ordine, hoc Chriſtus in ſacratiſſima ſua humanitate compleuit, fundauitque, tanto fælicius meliuſque, quanto incomparabiliùs omnis perfectionis æterno fonti in vnam perſonam coniunctus totius gratiæ plenitudine dignificatur.

Ex his Eſſeni inſtituti cultoribus, quam plurimos Chriſtianæ fidei colla ſubdidiſſe, & ad propagationem Euangelij fidelem operam nauaſſe, Baronius loco citato colligit ex præcedentibus, cum habentium ſymbolũ facilis ſit communicatio. Iacobum minorem fratrem Domini Ieroſolymorum primum Antiſtitem inter eos computandum facilè ſuadebit, & iuſti, ſiue Chaſid cognomen & mores Eſſenorum inſtituto cõformes, & familiaris in templo habitatio, & in Sancta Sanctorum introitus, & quæ ſuperius attulimus ex Egeſippo. Ideoque Serrarius in Trihæreſio l. 3. c. 19. Eſſenorum Chriſtianorum principem appellat, & Iacobus Boulducus de Eccleſia poſt legem c. 7. & 8. aſſerit ſtatum Eſſenorum profeſſum, vt multi graues authores ſcribunt iuxta Rechabitarum, & Prophetarum modũ.

Ibidem author ille non contemnendæ eruditionis, & authoritatis, quatuor nobis Apoſtolos tribuit, dicens: *Ex dictis colligere licet, ſaltem quatuor ex Apoſtolis, nempè Bartholomæũ, Iacobum minorem, Iudam & Simeonem ex huiuſmodi Societatibus (Eſſenorum, Rechabitarum, Prophetarum) fuiſſe.* De Sancto Andrea multo etiam certiùs eſſe, ſupra cap. præcedenti probauimus ex Euangelio Ioannis I.

Tempore Apoſtolorum, inquit Abbas Odilo, *caput Monaſticus Ordo pullulare, ſeu (vt melius dicam) reuiuiſcere, quem à B. Elia, & Ioanne Baptiſta nouimus proceſſiſſe.*

Tertium igitur ex ante promiſſis aggrediamur, ac in primis ſtabiliamus viros illos Religioſos de quibus acta loquuntur Apoſtolica, Aſſeclas Elianæ Regulæ fuiſſe, quemadmodũ ex antiqua traditione docent inſtituta Ioannis Hieroſolymitani cap. 30. in hæc verba: *Religioſi viri filij Prophetarum Eremitæ Montis Carmeli, & alij iuxta fluenta Iordanis, & in Eremis, & ſuburbanis ciuitatum terræ promiſſionis habitantes, ne præcepta legis tranſgrederentur, annis ſingulis in Ieruſalem venire conſueuerant, vt iuxta legis præceptum feſtiuitates peculiares, Paſchæ, Pentecoſtes, Scenopegiæ celebrarent. Et ob hoc quam maximè manſionem Religioſorum, filiorum Prophetarum habebant in Ieruſalem, vt dictis feſtiuitatibus conuenirent ad eam. Anno ergo in quo Chriſtus Ieſus aſcendit in Cælum, omnes prædicti Religioſi, mox poſt eius Aſcenſionẽ conuenerunt in Ieruſalem, vt ibi inſtans feſtum*

Digitized by Google

feſtum celebrarent. Habitabant autem tũc in Ieruſalem Apoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti propè manſionem dictorum Religioſorum, ſcilicet in cænaculo grandi & ſtrato, in quo Chriſtus in die cænæ fecit ſibi parari Paſcha, vbi Sacramentum Euchariſtiæ inſtituit, corpus ſuum ſub ſpeciebus panis ſumendum diſcipulis tradidit, eoſque Sacerdotes ordinauit. Quod cænaculum erat in monte Sion, quæ dicitur Mello, vbi olim erat Palatium, quod Rex Dauid ſibi conſtruxerat, & ita prædicti Religioſi fuerant habitationi Apoſtolorum tunc vicini. In die itaque Pentecoſtes, ſicut B. Lucas refert, factus fuit de cælo repente ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & impleuit totam domum (illius cænaculi, vbi erant Apoſtoli Chriſti, & diſcipuli) & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Repleti ſunt autem omnes Spiritu Sancto, & cæperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Religioſi autem præfati in monte Sion non multum remoti à prædicto cænaculo, vt præmittitur, habitantes obſtupuerunt, audientes prædictum ſonum inſolitum reſonare in cænaculo Apoſtolorum, & ſcire cupientes quidnam hoc eſſet, ad illud cænaculũ Apoſtolorum acceſſerunt. Qui cum illuc peruenijſſent, ſtupebant omnes, ac mirabantur, quoniam non ſolum illi ex Religioſis, qui in terra promiſſionis, ſed etiã omnes illi ex eis, qui extra dictam terram in diuerſis regionibus fuerant, audiebant Apoſtolos linguis ſuarum Regionum loquentes, & Deum magnificantes, & propterea Religioſi magis ſtupebant, ſcientes Apoſtolos Galileos, qui nunquam extiterant in eorum regionibus, neque à quoquam homine edocti fuerant loqui eorum linguis, ſeu idiomatibus. Alij autem ex Iudæis, qui ſuperuenerant, audientes Apoſtolos loqui diuerſis linguis, & eos minimè intelligentes, dicebant eos eſſe ebrios; Beatus verò Petrus Apoſtolus cernens religioſos, & quoſdam alios ex ſuperuenientibus eſſe ſcientes, incepit detrahentibus obuiare, oſtendens Apoſtolos nõ eſſe ebrios, & per ſcripturas Prophetarũ eos Spiritu Sancto repletos. Euangelizauit quoque Religioſis Ieſum à mortuis reſurrexiſſe, & ipſum eſſe Deum, qui Apoſtolis Spiritum Sãctum effudit, exhortans vt à prana generatione Iudæorum ſegregarentur. Auditis ergo ſermonibus Petri, Religioſi compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & cætum Apoſtolorum: Quid faciemus viri fratres? Ad quos Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. Alijſque pluribus verbis exhortatus eſt illos Petrus. Multi ergo ex prædictis Religioſis videtes, quod illi, quos Apoſtoli baptizabant, in nomine Ieſu Chriſti recipiebant in ſpecie ignis viſibilis Spiritum Sanctum, recordati fuerunt aduenijſſe tempus, de quo dux eorum B. Ioannes Baptiſta Chriſtum prophetans eis prædixerat; ille (ſcilicet Chriſtus) baptizabit vos in igne, & Spiritu Sancto. Quamobrem acceperunt ſermones Apoſtoli Petri, & baptizati sũt ipſa die in Chriſto, recipientes in ſigno viſibilis ignis Spiritum Sanctũ. Huc vſq; Patriarcha.

Ab anno Chriſti 1. ad 400.

Hanc ob cauſam S. Petrus ad eos conuerſus in ſolemni illa prædicatione, qua quinque millia hominum apposita ſunt Chriſto, honorifico proprioque nomine ſalutat dicens: *Vos eſtis filij Prophetarum*, Act. 2. Nam vt inquit S. Hieronymus epiſt. 4. ad Ruſticum, *filij Prophetarum ſunt quos Monachos in veteri Teſtamento legimus.* Maius etiam robur accipient, quæ nunc dicimus, ex his quæ infra de Agabo Propheta ex ijſdem actibus Apoſtolicis, & Euſebio, alijſque Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptoribus dicturi ſumus.

Nunc Ioſephum Antiochenum, qui paulò poſt primum ſæculum ſalutis Chriſtianæ floruit, adferamus in aſſumpti probationem. Is enim in ſpeculo perfectæ Eccleſiæ primitiuæ: *Perfectiorum*, inquit, *militum Chriſti, ideſt Apoſtolorum, coadiutores ſurrexerunt, ſtrenuiſſimi viri ſolitarij, contemplationi dediti, Sanctorum*

Ab anno Chriſti 1. ad 400.

Prophetarum Eliæ, & Eliſei imitatores, qui de monte Carmelo deſcendentes, per Galileam, Samariam, & Paleſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Virginis Mariæ honorem in Carmeli montis declivio fabricantes oratorium, Saluatoris Matri ſpecialiſſimè ſeruierunt. ſic ille cap. 12. & 72.

Et Chronicon Romanum vetuſtiſſimum à Paleonydoro citatum. *A tempore Eliæ & Eliſei prophetarum Religioſi de numero eorum, qui morabantur in monte Carmelo, iuxta Ciuitatem Dominæ noſtræ Nazaret ſecretiùs ſolebant inhabitare vſque ad tempora Saluatoris. Qui tandem prædicantibus Apoſtolis in fide confirmati, in vno latere ipſius montis Eccleſiam in honorem Virginis Mariæ conſtruxerunt.*

Et Luitprandus qui nono ſæculo floruit veritatem hanc mirificè confirmat in fragmentis ab interitu vindicatis, ſtudio ac diligentia D. Thomæ Iamaio Regis Hiſpaniarum hiſtorici, fragmento 256. Vbi ſic loquitur vetuſtus ille Scriptor. *Mihi valde probabile eſt, & legitur in Orientis hiſtoricis, Elpidium & reliquos Epiſcopos quos traxerat S. Iacobus in Hiſpanias & ab ipſo Iacobo baptizatos, fuiſſe de numero Carmelitarum, qui in Hiſpania, & per alias regiones monachatum introduxerant.* Iſtos vocat Euſebius l. 2. c. 3. Prophetici ordinis.

Et fragmento 209. *Amator coniux Veronicæ, cui Dominus faciem ſuam expreſſam dedit, famulus Sanctæ Virginis Mariæ, & Ioſeph, & Domini Baiulus, ac nutritius, poſt diſceſſionem eius ad cælos, eius hortatu S. Martialem cum coniuge ſecutus eſt ad Gallias, vbi ſicut viderat prope Nazareth Eremitas Montis Carmeli, eam vitam in editiſſimo monte ſecutus eſt. Vixit ibi multos annos, agens vitam magis cæleſtem, quam terrenam, creditur deceſſiſſe anno 75. celebratur prima die Nouembris.*

CAPVT VI.

Ægypti, Syriæ, Græciæ, Italiæ, Africæ, Galliæque Monachi vſque ad annum Chriſti 400. Sanctorum Patrum noſtrorum Eliæ, & Eliſæi Prophetarum Inſtitutum ſectati ſunt.

ILluſtre teſtimonium præbet Zozomenus occaſione Therapeutarum Philonis Hebræi, Monachos in Aegypto ad ſua vſq; tempora, ſiuè ad ſæculum vſque quartũ noſtræ ſalutis, ſub Eliano inſtituto perduraſſe. Ait enim l. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 12. *Per id temporis* (videlicet ſub Imperio Cõſtãtini) *qui monaſticæ vitæ genus excolebant, cum Eccleſiam maximè omnium illuſtrare, tum Religionem Chriſtianam ſuis pgt viuendi inſtitutis magnopere dilatare viſi ſunt. Hanc præclaram viuendi rationem primus, vti quidam memorant, inſtituit Propheta Elias, & Ioannes Baptiſta; Philo porro Pithagoreus tradit, Hebræorum facilè præſtantiſſimos vndique in locum ad lacum Mariam in colle ſitum coactos, ſe pio & ſeuero vitæ generi dicaſſe. Quorum domicilia, victus rationem, & inſtitutionem vitæ talem perhibet, qualem etiam nos hoc tempore à Monachis in Aegypto obſeruatam videmus.*

Et Euſebius l. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ caput 16. ſic exorditur. *Iam vero cum eorum viuendi rationem, qui apud nos Therapeutæ, ideſt Monachi, Religioſique, virtutis ſtudio, & exercitationi maximè dediti, appellati ſunt, quã accuratiſſimè Philo percenſeat.* Ac tãdem relatis ex Philo ne pijſſimis eorũ moribus, concludit. *Iſta Philonis tam perſpicua, tamque rata teſtimonia, de noſtræ Religionis viris ſolum tradita eſſe pro certo arbitramur.*

Sed

Digitized by Google

Sed Therapeutas illos Philonis, atque adeo primorum sæculorum gratiæ monachos per Palestinam, Syriam, & Aegyptum propheticæ Religionis ab Elia institutæ professores & assecias fuisse, satis superque ex eodem Philone significat Eusebius, dum de ijsdem loquens, pergit.

Societates hominum moribus, ac vita longè dissimilium ab eorum instituto, qui per illud tempus acri & ardenti fide istud Religionis genus diligenter vt par erat excolere studebant, & Prophetarum more sanctum & seuerum viuendi modum sedulo imitari nitebantur, valde inutiles, & noxias fore, pro certo cognouerunt. Item leges & oracula à Prophetis diuinitus edita, hymnosque recolunt. Extant etiam apud illos commentarij veterum quorundam hominũ, qui illorum sectæ, ac Religionis authores, ac duces fuerunt.

De ijsdem Essenis à Philone descriptis eadem ferè narrat Nicephorus l. 2. Historiæ Ecclesiasticæ c. 16. *Eosque similiter* ait, *Vitam prophecam flagranti atque feruenti fide meditari atque emulari.* Quod explicans Ioannes Cartagena l. 17. homil. 2. *Quæ est*, inquit, *ista vita prophetica, nisi ea quam Elias, & Elisæus, filijq; prophetarum coluere?*

Floruit Philo disertissimus Iudeorum post Apostolorum tempora, & quemadmodum Hieronymus testatur lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersationem scripsit. Et quomodo Lucas narrat Ierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic ille, quod Alexandriæ sub Marco fieri Doctore cernebat, memoriæ tradidit.*

Vnde Suarez tom. 3. de Religio. lib. 6. c. 1. fatetur hos Essenos fuisse Monachos, qui in Alexandria sub Diuo Marco Christianam professionem profitebantur, vnde per illud Iusiurandum professio Religiosa significari videretur.

Ab anno Christi 1. ad 400.

Luculentissimè nostrum intentum confirmat sermo Sancti Macarij Abbatis Aegiptij ad Monachos, in quo ait. *Eliam & Elisæum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti monachos, imitari curate. Melius est enim cum Elia Carmelum, & cum Elisæo ac filijs Prophetarum Iordanis ripas frequentare, quam cum quibusdam Israeliticis Bethel, Samariã, & Bersabee Ciuitates inhabitare. Melius est cum Elia in deserto subcinericium panem accipere & vas aquæ, quam post monachi professionem delicias desiderare carnales. Veniamus ergo ad monachum noui Testamenti, Ioannem scilicet Baptistam, qui propter sanctitatem & munditiam à Domino vocatus est Angelus. Hic ab Angelo in spiritu, & virtute Eliæ Dominum præcursurus prædicatur, & ab ipso Domino de eodem dicitur: si vultis scire, Ioannes ipse est Elias. Quorum exempla fratres carissimi in ordine monastico, quem sectari cæpistis, debetis sollicitè curare, vt ab eorum recto tramite, ideſt monastica vita, nullatenus recedatis. Hos secuti sunt Paulus, & Antonius, & multi huius propositi Sectatores, qui idcirco laudibus extolluntur, quia à cæpto ordine nullatenus leguntur deuiasse.*

Et quid aliud indicauit Sanctus Antonius, qui intra semetipsum dicebat, *Oportere Asœtem, siue monachum, ex instituto magni Eliæ continuò discere tanquam in speculo suam ipsius vitam.* Sic enim Verbum verbo reddendo habemus ex Sancto Athanasio. Ex Syria & Palestina Hieronymum profero Doctorem in scripturis interpretandis maximum, qui è Bethleem ad Heliodorum monachũ, institutum suum, Monachorumque sibi commilitantium Elianum esse, & Principem Eliam, & Elisæum, Duces filios Prophetarum agnoscere gloriatur ad annum circiter 390.

De Monachis Aegypti, Palestinæ, & Mesopotamiæ idem testatur Cassianus infra allegandus.

Ab Anno Chriſti 1. ad 400.

Antiochiam Syriæ Ciuitatem celebrem fecerunt antiquitùs Zedechiæ Regis Iudeorum diuturna captiuitas, quando adhuc Reblata dicebatur ſub Nabuchodonoſoris Imperio, & à Seleuco ſub Alexandro Græcorum Monarcha magnifica reſtauratio. Sed longè celebriorem ſeptennalis Petri ſedes; primum Eccleſiæ Concilium in ea habitum, & prima Chriſtianorum nomenclatura: Et quod ad propoſitam materiam ſpectat, ordinis Prophetici viri quam plurimi in ea congregati, atque ex ea, ad diſſeminandum Euangelium cum Apoſtolis prodeuntes per vniuerſum Mundum.

Regredi mecum oportet ad ea, quæ de Agabo diximus ſupra, & cõferre quæ Sanctus Lucas memorat in Actis Apoſtolicis cap. 11. dicens, *In his diebus peruenerunt ab Ieroſolymis Prophetæ Antiochiam, & ſurgens vnus ex eis nomine Agabus ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram.* Quẽ locum allegãs Euſebius l. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 3. ſubdit. *Apud Antiochiam florentiſſima congregatur Eccleſia, in qua erant etiam prophetici ordinis viri quamplurimi.* Iunge, ſi placet ex Luitprando ſupracitato; *Iſtos (ſcilicet Carmelitas) vocat Euſebius l. 2. cap. 3. prophetici ordinis.*

Viguiſſe hoc inſtitutum in Antiochena Eccleſia vſque ad Sancti Ioãnis Chryſoſtomi tempora, ipſumque in monachatu Eliæ regulam, & exẽplar inſecutum non inficiabitur, qui ipſius vitam, & ſcripta perpenderit; præſertim quomodo in Abbatem poſtulatus, mox fratres exhortatus fuerit, *vt Sanctorum conuerſationem pia emulatione imitarentur, præcipuè quidem Eliæ, & Eliſei Prophetarum: Qui quidem Angeli terreſtres effecti pretio inopiæ, & externæ penuriæ mercati Regnum Cælorum, conſecuti ſunt.* Multaque alia admonendo proſequitur, Regulæ noſtræ, & inſtituto prophetico conformia, vt videre licet apud Georgium Patriarchàm in vita eiuſdem Sancti: Qui deinde ad ſedem Conſtantinopolitanã euectus plurimã in latiſſimo ſuæ iuriſdictionis campo monaſticæ inſtitutionis ſementem, iecit, fouit, eduxit.

Inter Græcos primo loco ad tertium ſęculum nouę legis Magnum Baſilium adferimus, qui priuſquam monachorum per Græciam foret legiſlator, & Pater, Diſcipulum ſe fuiſſe Eliæ, & prophetici inſtituti cultorem, emulatorem monachorũ Aegypti, & Paleſtinæ, non indecora humilitate fatetur. Illud epiſt. 164. *Nos, cum Moyſe & Elia, ſimilibuſque beatis viris verſamur, qui nobis barbarica voce doctrinam ſuam tradunt.* Hoc Epiſt. 79. & 63.

Adiungamus Sodalem amiciſſimum S. Gregorium Nazianzenum, qui pro ſodali in funebri laudatione teſtimonium ferat, dicatque Baſiliũ cum noſtratibus Nazareis Eccleſiæ Chriſti parte ſelectiore profugiſſe in pontum, & cum Elia, & Ioanne ſummis philoſophis ſolitudinem amplexum.

Et ille ipſe Theologus contra obtrectatores inſtituti ſui rationẽ reddat oratione in Maximum: *Iam noſtra exponamus, atque ea quæ à ſolitudine vobis offeramus. Nam & Elias libenter in Carmelo cæleſti philoſophiæ operam dabat, & Ioannes in deſerto, & Ieſus ipſe.*

Tertius accedat Gregorius Niſſenus Magni Baſilij ſecundum carnẽ, ſed magis ſpiritu frater, in cuius obitum inſigne demonſtrationis laudatoriæ Thema proponens, dicit. *An etiam audebimus ad ſublimem Eliã ſermone aſcendere, & oſtendere noſtrum Doctorem ſuę vitæ inſtituto illius gratiæ aſſimilari:* Non ea profero, quibus operosè & prolixè probat Baſilium Elianæ vitæ normam expreſſiſſe allatis ad ſingula exemplis. Solummodo lectori verba Sancti Doctoris in vitæ ſuæ inſtituto inculco, & conſideranda relinquo. Interim

dum

dum ex eiuſdem homil. 7. in Cantica niue candidiùs aſcribo ſuffragiũ. Explicans illud: *Capilli tui ſicut greges Caprarum, quæ aſcenderunt de Galaad*, ſic ait: *Fortaſſis & Elias aliquid nobis ad hanc Caprarum conſiderationem conferet, qui longo tempore verſatus in Monte Galaad, inſignia vitæ continentis exempla præbuit, forma ſqualliduſ, capillis hirſutus, pro veſte molli pelle caprea tectus. Itaque omnes quotquot ad exemplum Prophetæ illius vitam ſuam inſtituunt, ornamentum Eccleſiæ fiunt, gregatim (qui philoſophandi mos hoc tempore in vſu eſſe cæpit) virtutem in conuerſatione mutua colentes.* Illuſtrius, grauiuſque teſtimonium ab authore vetuſtiſſimo, & celeberrimo Eccleſiæ Patre deſiderari poſſe non exiſtimo.

Proinde rebus noſtris in Eccleſia Græca ritè compoſitis, Beatiſſimam Virginem Ordinis Patronam, Eliam & Eliſeum Principes noſtros, Tutelares Angelos, Sanctoſque deprecor, vt Eliani inſtituti flammantes rotas in Italiam fæliciter ſubſequamur.

Inter eos, qui ex Eliæ ſchola in Italiam monaſticæ vitæ formam antiquitus intulerunt, primus mihi dicendus Sanctus Dionyſius Romanæ Sedis Præſul digniſſimus ad annum reparatæ ſalutis 263. iuxta Bergomatem, ſiue à Sanctorum Sixti prædeceſſoris ſui, & Archidiaconi Laurentij anno nono. Hunc Religio noſtra ex antris Carmeli reconditis ad Apoſtolicam Sedem euectum, atq; inde ad ſummum gloriæ Thronum pro meritis ſublimatum ſupplicibus votis, & ad Eccleſiæ trutinam ex æquatis colit, & lectoris voce decantat, dicens: *Dionyſius imitatus Sanctiſſimos illos monaſtici inſtituti Duces, qui ædificatis ſibi caſulis prope fluenta Iordanis, & turbis Vrbium derelictis, herbis agreſtibus victitabant, Anachoreticam, ſeu Monaſticam, & propheticam vitam aliquandiu egit, inde ad ſummum Pontificatum aſſumptus, Valeriano, & Galieno Imperatoribus Eccleſiam gubernauit.*

Ab anno Chriſti 1. ad 400.

Romam etiam præclariſsimi, ac Sanctiſsimi Viri declinantes Arianorum perſecutionem, Elianum inſtitutum, quod à Sancto Antonio didicerant, traduxerunt. Nam vt Sanctus Hieronymus ait epiſt. 16. *Marcella ſub Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaq; Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionem Arianæ hæreſeos declinãtes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romæ confugerant, vitam Beati Antony adhuc tunc viuentis, monaſteriorumque in Thebaide Pachumij, & Virginum & Viduarum didicit diſciplinam: nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognouerat.*

Vnde meritò Sanctus Athanaſius de Antonio ſcribebat: *hominem alio penè orbe celatum inter tantas poſitum ſolitudines, Affricæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illirico, ipſi etiam quæ Vrbium caput eſt Romæ Chriſtus demonſtrauit.*

Euſebius deinde Vercellẽſis Epiſcopus, poſtquam in Oriente Religionis Elianæ didiciſſet inſtituta, in Occidente Magiſter Monachorum effectus eſt, quod nemo negauerit, ſi epiſtolam Sancti Ambroſij ad Vercellenſem Eccleſiã perlegerit diligẽter.

Hoc inſtitutum Sanctus Auguſtinus tum Romæ, tum Mediolani à Simpliciano hauſit, vt de ſe teſtatur l. 8. Confeſſ. cap. 6. & lib. 1. de moribus Eccleſiæ cap. 3. & in Affricam inuectum propria Regula ditauit, exornauit. Sanctus etiam Martinus tertio ſæculo cadente, prius quidem in Italia ſolerter exercuit, deinde in Gallias numeroſo Fratrum Choro, & caſtiſſimis moribus locupletauit, ac per Sanctum Patritium ex ſorore nepotem in Hiberniam ſimul cum Euangelio propagauit.

Denique Ioannem Caſſianum, plura Galliæ Narbonenſis, & Lugdunenſis Cœnobia, Patrem, Magiſtrum, inſtitutorem agnoſcunt, qui velut apis argumentoſa, per Eliani inſti-

Ab anno Chriſti 412. ad 1171.

inſtituti iam dicta floralia, Paleſtinæ, Aegypti, Meſopotamiæ, cœleſtem Monachatus rorem in patriã deportans, ſic ait de inſtitutis renũciantium lib. 1. cap. 2. *Itaque Monachum, vt Militem Chriſti in procinctu ſemper belli poſitum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere. Hoc enim habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento profeſſionis huius fundauere primordia, Eliam ſcilicet, & Eliſeum, diuinarum Scripturarum authoritate monſtratur.* Ita ille in inſtitutis Monachorum verſatiſſimus.

CAPVT VII.

Anno 412. Carmelitæ à Ioanne 44. Hieroſolymorum Patriarcha Eliani inſtituti normam in ſcriptis poſtulant, obtinentque, ad quam deinde vitam ſuam componere pergunt.

CVm ex inſtituto Eliæ, tanquã ex equo Troiano, variæ prodirent regulæ, quas præſertim Viri Sanctiſſimi iuxta datam ſibi à Deo ſapientiam, diſcipulis obſeruandas traderent; Iamq; Sãcti Pachomij ab Angelis accepta per Aegyptum inualeſceret, eamq; ab Alexandria ſibi tranſmiſſam in Bethleẽ Sanctus Hieronymus traduxiſſet in Latinum, in gratiam eius linguę monachorum, qui in Thebaide exercebantur: Et Magni Baſilij Regulam Greciæ cœnobia celebri plauſu fructuque recepiſſent: Monachi Carmeli Montem, aliaque Paleſtinæ loca incolentes, puriùs, ac illibatiùs priſtinum Eliæ, ac prædeceſſorum ſuorum inſtitutum colere & cuſtodire volentes, nouos non admiſere legiſlatores; & ne fortaſſe recentium admixtione regularum, aut vetus inſtitutum alteraretur aut ad noua deflecterentur, rogauit Capraſius illorum ſuperior Ioannem Hieroſolymorum Patriarcham, ex Eliana profeſſione monachum, vt iuxta quod obſeruari viderat in Carmelo, antiquum Eliæ atque Eliſei & filiorum Prophetarum inſtitutum litteris conſignaret, deinceps alacriùs certiùſque proſequendũ. Quod ipſe ſedulo ac fideliter præſtitit ſub Imperio Honorij ad annum ſalutis noſtræ 412. nec tractatum ſuum titulo Regulæ prænotauit aut obſeruandum mandauit, ſed librum appellauit de inſtitutione primorum monachorum in veteri lege exortorum, & in noua perſeuerantium, & ex toto contextu luculenter apparet non nouam eum Regulam aut Monachorum Canonem, etiam ſuper fũdamento priori condere, ſed antiquum ſolum inſtitutum propheticæ Religionis proponere conſeruãdum. Si quis tamen inſtructionis nomine voluerit honorare, non procul à ſcopo aberraſſe mihi videtur.

Non immoror in aſſerenda tractatus huius authoritate, vel authoris veritate, vel fide, & refellendis quorundam obiectionibus, aut ſedandis ſcrupulis. Hoc enim præſtiterunt ante me viri laudatiſſimi, & inter eos nouiſſimè Pater Petrus Lucius Belga, & Author hiſtoriæ Propheticæ in ſuis Apologeticis.

Quorum ſtudio ac induſtria complanatam temporum viam currat hiſtoria, quemadmodum etiam ſub hac inſtructione lætum carpebãt iter Religioſæ perfectionis noſtri Carmelitæ, donec ſub Coſdroe Perſarũ Rege, qui ad annum Chriſti 537. Ieroſolymam occupauit, Chriſtiani, ac præſertim Monachi Eliæ per Syriam, Paleſtinamque varijs cladibus affecti, plurimi etiam in odium Fidei Chriſtianæ crudeliter enecti ſunt, ac multis Monaſterijs deturbati.

Sub hac inſtructione ſeptennium exer-

exercitatus eſt præclariſſimus Ordinis noſtri Martyr S. Anaſtaſius, de quo ex Sanctæ Sedis Apoſtolicæ approbatione ſequentia legimus in eius feſto duplici ad diem 22. Ianuarij. *Anaſtaſius Perſa adoleſcens in militia Coſdroe adſcriptus cum Dominicæ Crucis, quæ tunc in Perſidem delata miraculis corruſcabat, myſterium noſſe cuperet, dictumque ei fuiſſet Dei Filium in ea pependiſſe; tanto eſt incenſus fidei Chriſtianæ deſiderio, vt fugatis ab Heraclij exercitu Perſis, relicta militia, primum Hierapoli apud Chriſtianum Perſam argentarium aliquandiu manſerit; deinde Ieroſolymam profectus ibi ab Elia presbytero in Chriſti fide inſtructus, à Modeſto Ieroſolymitanæ ſedis Præſule, baptizari, & mutato nomine, ob Domin. Reſurrect. venerationē, Anaſtaſius appellari voluerit. Elapſis verò octoginta diebus, quibus non licebat eos, qui illuminati fuerant, egredi, monaſticum habitum ſumpſit. Tranſactis poſtea in Monaſterio ſumma cum laude ſeptem annis, per viſum agnoſcens martyrem ſe futurum, in Ciuitatem ad feſtum Reſurrectionis celebrandum venit, & Diaconium ingreſſus Magiſtro ſuo arcanum aperit, à quo & per benignè dimiſſus eſt, &c.*

Reſpirarunt nonnihil Chriſtiani, ac præſertim Religioſi noſtri ob miraculoſam Heraclij victoriam, ineūte ſexto ſæculo, tunc enim Sanctam Crucem, ab impio Perſarum Dominio recuperatam, ſolemniter intulerunt in Eccleſiam, exaltauerunt in trophæum, & feſto deinceps die populus vniuerſus, noſtri vero ieiuniorum ſuorum initio conſecrarunt.

Eccleſias etiam, ac Monaſteria ſuis ipſorum ſpolijs, qui diruerant, reſarcierunt, & videbatur ſecura pax Chriſtiano Imperio firmas moliri radices: Niſi Heraclius ex ſecuritate defluxiſſet in otiū, ex otio deflexiſſet in libidinem, ex libidine ruiſſet in hæreſim Euthychianam. Vnde factum eſt vt diuinam à ſe repulerit protectionem, iram prouocauerit, & attrita à Saracenis ſceptri Conſtantinopolitani potentia, grauiter inclinari cæpit, & in interitum vergere. Ab anno Chriſti 412. ad 1171.

Nam ad annum 636. crudeliſſimus, atque impijſſimus Saracenorū Rex Humar, perfidi Mahometi diſcipulus ac ſucceſſor, totam terram ſanctam ſuo ſubiugauit Imperio, & quemadmodum ex Vgone Floriaco in Chronica refert Lyranus ſuper 18. cap. Apocalipſis, *in his Prouincijs multi erant Religioſi Chriſtiani in magnis Monaſterijs ducentorum, trecentorumue monachorum vel amplius in caſtitate viuentes, quorum centum quadraginta millia exiſtimantur fuiſſe virgines, qui per gladium Saracenorum martyrizati, ad Cælorum Regna tranſierunt.* Hæc Nicolaus de Lyra.

Quo tempore, inquit Sanctus Cyrillus Prior Montis Carmeli cap. 7. & 8. libri, quem de particularibus ſui ordinis geſtis conſcripſit, *Parui quidem reſpectu anteriorum temporum, ſed tamen probatiſſimi Religionis noſtræ Carmeliticæ Monachi, dimiſſis Vrbium manſionibus, in monaſtica vita ab Elia inſtituta in Eremis Carmeli, & alijs permanſerunt.* Hæc ille in ſpeculo Ordinis.

Sub Saracenorum ergo ſpurciſſima Tirannide Sanctiſſimam vitam in Eremis Paleſtinæ ducentes, & velut lucernę lucentes in caliginoſo loco, meruerunt varijs gratijs, ac priuilegijs iam tunc ab Apoſtolica Sede muniri & exornari & nonnullorū adhuc autētica cōſeruatur memoria, præſertim Adriani II. Stephani V. Sergij III. Ioan. X. Ioan. XI. Sergij IV. Summorum Pontificum, qui ab anno Redemptionis noſtræ 873. vſque 1004. Sancti Petri Cathedram gubernarunt, quæ inferius à Gregorio XIII. confirmata videre licebit.

Interim cum ad recuperandam Terram Sanctam variæ fierent expeditiones Occidentis ad Orientem, ac tandem ad finem ſæculi decimi

Iero-

Ab Anno Christi 1171. ad 1243

Ieroſolyma in Latinorum cedente potestatem, plures ex Europæ partibus tam pio proposito nomen dederunt, & vitam consecrarunt.

Quin & Petrus ille Eremita, qui primus aduersus Paganos classicum cecinit, & ad bellum sacrum animos Vrbani Pontificis, ac Christianorum Principum accendit, inter Beatissimæ Virginis Fratres Sãctum Carmeli Montem incoluisse, in eoq; vitam Eremiticam duxisse, didicisse Virginis Psalterium recitare per globulos, existimant graues authores, nec sine fundamento.

Nec facilè erit referre quanto deuotionis affectu Principes illi venerarentur præclaros Dei seruos. Habemus inter cætera decretum Gotefredij Bullonij, Primi Regis Hieroſolymorum, bellica gloria, ac Christiana Religione præclarissimi, super pietatis subsidio, quod singulis Sabbathis Fratribus nostris iubebat exhiberi, vt testatur Mantuanus in Apologia.

Præcipuos inter Europęos, qui sęcularis vitę tędio & perfectionis desiderio sua relinquerentes omnia, Carmeli Societatem iniuerunt, fuit Bertoldus de Malefaida Doctor Parisiensis, quem tandem ad annum 1121. Aimerius Antiochenus Patriarcha, & Apostolicæ Sedis legatus, Priorem Mõtis Carmeli de vnanimi Fratrum consensu creauit, confirmauitque, cum iam antea persecutionum bellorumque gratia dispersos in vnum Monasterium congregasset.

Eorum etiam in gratiam, qui ex latinis in Carmelo degebant Ioannis 44. librum in latinum idioma dictus Patriarcha conuertit.

CAPVT VIII.

A B. Alberto Hieroſolymarum quoque Antiſtite Breuiorem Regulam Carmelitæ impetrant, & Apoſtolica confirmatione, ac correctione communiunt; Quam poſtea temporis vitio mitigatam, S. Virgo Tereſia in priſtinum vigorem reſtituit.

SAnctus Brocardus Bertholdi succeſſor existimãs faciliorem fore antiqui instituti obseruantiam, si breui compendio Fratribus traderetur, Albertum Hieroſolymorum Patriarcham rogauit, vt iuxta propositum vitæ formulam, eis traderet. Quod & Albertus iure suo præstitit in Ciuitate Anconitana anno Domini 1171. sic præfatus.

Albertus Dei gratia Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis filijs Brocardo, & cæteris Fratribus Eremitis, qui ſub eius obedientia iuxta fõtem Eliæ in Monte Carmeli morantur, in Domino ſalutem, & S. Spiritus benedictionem. Multifarie multiſque modis Sancti Patres inſtituerunt, qualiter quiſque in quocumque ordine fuerit vel quemcumque modum Religioſæ vitæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti viuere debeat, & eidem fideliter de corde puro, & conſcientia bona deſeruire. Verum quia requiritis à nobis, vt iuxta propoſitum veſtrum tradamus vobis vitę formulam, quam tenere imposterum debeatis. Illud in primis ſtatuimus, &c.

Alexandrum III. qui ab anno 1157. vel secũdum Platinam 1159. ad sequẽtes viginti & vnum Romanam Cathedram gubernauit, Anno Domini 1180. in primo Concilio Lateranensi, ac deinde Innocentium Tertium ante secundum Concilium Lateranense, anno salutis 1199. Regulam hanc Alberti confirmasse refert

Digitized by Google

fert Trithemius Abbas de laudibus Carmelitarum. Non extant horum Pontificum diplomata. Adſtipulatur tamen relatio Iordanis Mantuani, hoc tempore ſaracenorum manibus, erepta quatuor diplomata Pontificum ad Hieroſolymorum Patriarcham in fauorẽ Ordinis Carmelitarum, ac in Cyprum illata fuiſſe.

Quam inſulam Riccardus Angliæ Rex in ſuam poteſtatem redactam, Guidoni Luſignano, non ita pridem Ieroſolyma per Saladinũ ciecto, ceſſit 1189. viciſſim ab eodem accipiens *omnia iura* rationeſque, quas inamiſſum regnum ſibi vendicabat. Re tamen infecta rediens in patriam, primus fuiſſe creditur, qui in Angliam traduxerit noſtrorum Carmelitarum Coloniam, atque adeo in eadem Inſula, dum Henricus Octauus Bibliothecas integras Orthodoxorum, ac præſertim Monaſteriorũ iuſſit exuri, plurima interierunt noſtri Ordinis veneranda monumenta, quod ex teſtimonio Vniuerſitatis Cantabrigenſis, vbi de quibuſdam illorũ fit mentio, colligere eſt obuium.

Habeo penes me quaſdam reliquias à Patribus noſtris in illa miſſione laborantibus excerptas, quæ diſertis verbis aſſerunt, conſtare Carmelitas tempore Richardi Primi iam iam in Northumbria, & alijs prædicti regni locis habuiſſe monaſteria. Et Conuentus in Oppido Olmenſi monſtrat adhuc in ſuis ruderibus & parietibus D. Ioannis Vrſei Equitis nobiliſſimi fundatoris ſui ſtemma, nomen, & ſtratagemata: videlicet quod Richardum Primum cum expedito exercitu ad recuperandam Terram Sanctam comitatus, tandẽque cum eodem rediens, fratres à Monte Carmelo ſecum duxerit, eiſque ad annum 1191. Conuentum in proprio dominio fundauerit, ac dotauerit.

Capta namque Ieroſolyma, & tota paulatim Palęſtina in poteſtatem Saracenorum declinante, S. Cyrillus Conſtantinopolitanus Ordinis Generalis Fratrum ſuorum indixit comitia, & oratione, ieiunijs, mortificationibus, oculos ſuos, & cor conuerterunt ad Dominum, qui ſolus oues illas pauculas in medio luporum poterat conſeruare. Apparuit Orantibus Virgo Sanctiſſima Religionis Mater, ac Patrona, & nomine filij ſui iuſſit, vt furorem hoſtium declinantes Carmeli obſeruãtiam paulatim in Europam totumque mundũ efferrent: ſe comitem fore, proſecuturam gratijs, defenſuram ab hoſtibus, ornaturam priuilegijs. Ab Anno Chriſti 1171. ad 1248

Hinc non ſolum in Angliam, ſed in Cyprum, Siciliam, Italiam, ac Galliam profugi, Carmelos nouos Beatiſſimæ Virgini Mariç dedicarunt varijs in locis pari obſeruantiç emulatione, quæ non eſt modo neceſſe referre per ſingula.

Solùm addo quod in breuiario noſtro recitamus: *At cum Ordo in Europa eſſet ignotus, & ob id apud Honoriũ Tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent, adſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planèque iuſſit, vt inſtitutum & homines benignè complecteretur.*

Nam cum Concilium Lateranenſe ſub Innocentio Tertio ad annum 1215. celebratum decreuiſſet, ne quis de cætero nouam Religionem inueniret, ſed quicumque voluerit ad Religionem conuerti, vnam de approbatis aſſumeret: hoc prætexebant nomine inuidiam emuli noſtri, ſeu potius ille virus euomebat, quod olim conceperat, in eius fratres inſidiatus, quæ poſita eſt à Deo, vt ſerpentinum conterat caput.

Sed Honorius ex Reginæ cælorũ monitu os obloquentium obturauit, Religioſos conſolatus eſt, Regulam confirmauit ad annum 1217. vt teſtatur Bzouius, iterumq; anno 1226. in hæc verba:

Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs Priori & Fratribus Eremi

Ab Anno Christi 1171. ad 1248

mi de monte Carmeli salutem & Apostolicam benedictionem. Vt normam viuendi regulariter à b.m. Hierosolymitano Patriarcha editam, quam ante Generale Concilium vos dicitis humiliter suscepisse: imposterum vos, & successores vestri, quantum cum Dei adiutorio poteritis, obseruetis, in remissionē vobis iniungimus peccatorum. Datum Reatæ 3. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno 10.

Sub initium Pontificatus Honorij Tertij Alexandria Romam venit Sāctus Angelus Ordinis nostri Martyr Sanctissimus, & in itinere Messanam vrbem Iudęorum, ac Saracenorum baptismo, ac miraculorum frequentia condecorauit, & Carmelitarum Conuentum ibidem iampridem fundatum suo hospitio reddidit celebriorem.

Post paucos deinde annos S. Ludouicus aliam è Carmelo Coloniam deduxit in Gallias, & hinc quidem vniuersam Europam peruasit pium institutum, & sanctitate & numero Fratrum maiora sumpsit incrementa. At cum in Palęstina ob Paganorum spurcitias ac ęquitias Carmelū montem omnino deserere coacti sunt circa annum salutis nostræ 1240.

Tunc Fratres paribus animis, votisque concordibus ad primum Capitulum Generale in Anglia celebrādum conuenerunt. Vbi iam omissus fuit titulus Prioris Montis Carmeli, quo huc vsque pollebat ille, qui reliquos fratres eiusdē instituti vbicunque degerent, cum suprema intra Religionem authoritate gubernabat, more apud Religiosos temporibus illis vsitato. Nam magister Hospitalis Hierusalem Sācti Sepulchri, Templi Hierosolymitani; Itidem Abbas Cistercij, Abbas Præmonstrati, Prior Carthusiæ, dignitatum nomina sunt à loco desumpta, sed nequaquam illius angustijs terminata.

Fuit ijs in Comitijs electus in Priorem Generalem Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo S. Simon Stok, & forma regiminis stabilita, Cōstitutiones ad Regulæ obseruantiam adaptatæ iuxta locorum & nationum, in quibus iam degebant, exigentiam.

Quamobrem ipsam quoque Regulam ab Alberto traditam quibusdam in locis corrigi ac moderari visum fuit. In quem finem duos è Capituli gremio Patres Romam ad Innocentium Papam Quartum amandarunt; ac primam obtinuerunt approbationem regulæ in terminis propriis, id est, ita vt ipsa Regula intra Pontificium diploma veniat de verbo ad verbum inserta, adeoque iure merito Regulæ primitiuæ nomen apud nostros exterosque promeruit, & hucusque possedit. Litterarum Apostolicarum tenor est quem subiungo.

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Fratribus Eremitis Ordinis Gloriosissimæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ de Monte Carmeli salutem & Apostolicam benedictionem.

Quæ honorem Conditoris omnium, & professum continēt animarū, roboris præsidio sunt fulcienda perpetui, sed illa præcipuè super quibus Apostolicæ Sedis authoritas salubris prouidentiæ studium nosc itur habuisse. Cum igitur nos ad vestræ supplicationis instantiam per dilectum filium Vgonem tituli Sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem, & Venerabilem fratrem nostrum Gulielmum Anteradensem Episcopum, quædam regulæ vestræ dubia declarari, & corrigi, ac etiam quædam ipsius grauia misericorditer fecerimus mitigari, prout in litteris inde confectis plenius continetur: Nos vestris pijs desiderijs annuentes declarationem, & correctionem ac mitigationem huiusmodi authoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum fecimus presentibus annotari, qui talis est. Frater Vgo miseratione Diuina tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, & Frater Gulielmus eadem miseratione

Ante-

Digitized by Google

Ab Anno Chriſti 1171. ad 1248

Anteradenſis Epiſcopus : Cariſſimis in Chriſto filÿs Religioſis viris Priori Generali & Definitoribus Capituli Generalis Ordinis Fratrum Glorioſiſſimæ Dei Genitricis de Monte Carmeli ſalutem in omnium ſalutari. Accedentes ad Apoſtolicam Sedem Fratres Clerici Raynaldus, & Petrus Ordinis veſtri, ex parte veſtra à D. Papa humiliter poſtularunt, vt quædam quæ in veſtro Priuilegio, & & Regula olim vobis à felicis memoriæ Alberto Patriarcha Hieroſolymitano tradita continentur dubia declarare, corrigere, & quædam grauia mitigare miſericorditer dignaretur. Cum igitur D. Papa eorum deuotis ſupplicationibus annuendo nobis commiſerit, vt declarationem, correctionem, & mitigationem huiuſmodi faceremus vice ipſius, ſecundum quod bono ſtatui ordinis, & fratrum ſaluti expediens videremus. Religioni veſtræ, qua fungimur authoritate, mandamus quatenus regulam à nobis correctã, declaratam, & mitigatam, pro vt expedire vidimus, deuotè recipientes eam firmiter obſeruetis, & ad inſtar eiuſdem veſtras alias regulas corrigatis, quam vobis per eoſdem fratres ſub ſigillis mittimus in hanc formam.

Albertus Dei gratia Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha, Dilectis in Chriſto filÿs Brocardo, & cæteris fratribus Eremitis, qui ſub eius obedientia iuxta fontem Eliæ in Monte Carmeli morantur in Domino ſalutem, & S. Spiritus benedictionem. Multifariè multiſque modis SS. Patres inſtituerunt, qualiter quiſque in quocunque ordine fuerit, vel quemcumque modum Religioſæ vitæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti viuere debeat, & eidem fideliter de corde puro & & bona conſcientia deſeruire. Verum quia requiritis à nobis, vt iuxta propoſitum veſtrum tradamus vitæ formulam quam tenere imposterum debeatis : Illud in primis ſtatuimus, vt vnum ex vobis habeatis Priorem, qui ex vnanimi omniumque aſſenſu, vel maioris & ſanioris partis ad hoc officium eligatur : cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſeruare cum caſtitate & abdicatione proprietatis. Loca autem habere poteritis in Eremis, vel vbi vobis donata fuerint, ad veſtræ Religionis obſeruantiam apta, & commoda, ſecundum quod Priori & fratribus videbitur expedire. Præterea iuxta ſitum loci, quem habitare propoſueritis, ſinguli veſtrum ſingulas habeant cellulas ſeparatas, ſicut per diſpoſitionem Prioris ipſius, & de aſſenſu aliorum fratrum, vel ſanioris partis, eadem cellula cuique fuerint aſſignata. Ita tamen vt in communi Refectorio ea, quæ vobis erogata fuerint, communiter aliquam lectionem Sacræ Scripturæ audiendo, vbi commodè poterit obſeruari, ſumatis.

Nec liceat alicui fratrum niſi de licentia Prioris, qui pro tẽpore fuerit deputatũ ſibi mutare locum, vel cum alio permutare. Cellula Prioris ſit iuxta introitum loci, vt venientibus ad eumdem locum primus occurrat, & de arbitrio & diſpoſitione ipſius poſtmodum quæ agẽda ſunt, cuncta procedant. Maneant ſinguli in Cellulis ſuis, vel iuxta eas die, ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, niſi alÿs iuſtis occaſionibus occupentur. Hi qui horas canonicas cum Clericis dicere norunt, eas dicant ſecundum conſtitutionem Sanctorum Patrum, & Eccleſiæ approbatam conſuetudinem. Qui eas non nouerint, viginti quinque vicibus pater noſter dicant in nocturnis vigilÿs, exceptis Dominicis & ſolemnibus diebus, in quarum vigilÿs prædictũ numerum ſtatuimus duplicari, vt dicatur Pater noſter vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio in laudibus matutinis.

In alÿs quoque horis ſepties ſimiliter eadem ſingillatim dicatur oratio, præter officia veſpertina, in quibus ipſam quindecies dicere debeatis. Nullus fratrum aliquid eſſe ſibi proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuantur vnicuique per manum Prioris, ideſt, per fratrem ab eodem ad idem officium deputatum, pro vt cuique opus erit, inſpectis ætatibus, & neceſſitatibus ſingulorum. Aſinos autem ſine mulos, pro vt veſtra expoſtulauerit neceſſitas vobis habere liceat,

Ab Anno Chriſti 1171. ad 1248

liceat, & aliquod animalium ſine volatilium ad nutrimentum. Oratorium, prout commodius fieri poterit, conſtruatur in medio cellularum, vbi mane per ſingulos dies ad audienda miſſarum ſolemnia cõuenire debeatis, vbi hoc commodè fieri poteſt. Dominicis quoque diebus, vel alijs, vbi opus fuerit, de cuſtodia Ordinis, & animarum ſalute tractetis, vbi etiam exceſſus, & culpæ fratrum, ſi quæ in aliquo deprehenſæ fuerint, charitate media corrigantur. Ieiunium ſingulis diebus, exceptis Dominicis obſeruetis à feſto Exaltationis S. Crucis vſque ad diem Dominicæ Reſurrect. niſi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia iuſta cauſa ieiunium ſolui ſuadeat, quia neceſſitas non habet legem. Ab eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio ſumantur. Et quia vos oportet frequentius mendicare itinerantes, ne ſitis hoſpitibus oneroſi, extra domos veſtras ſumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus, ſed & carnibus ſupra mare veſci licebit. Quia verò tentatio eſt vita hominis ſuper terram, & omnes, qui piè viuere volunt in Chriſto perſecutionem patiuntur, aduerſarius quoque veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, omni ſollicitudine ſtudeatis indui armatura Dei: Vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias inimici, accingendi ſunt lumbi veſtri cingulo caſtitatis. Muniẽdum eſt pectus cogitationibus ſanctis, ſcriptum eſt enim, cogitatio ſancta ſeruabit te. Induenda eſt lorica iuſtitiæ, vt Dominum Deum veſtrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligatis, & proximos veſtros tanquam vos ipſos. Sumendum eſt in omnibus ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Galea quoque ſalutis capiti imponenda eſt, vt de ſolo Saluatore ſperetis ſalutem, qui ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorũ. Gladius autem Spiritus, quod eſt verbũ Dei, abundanter habitet in ore, & in cordibus veſtris, & quæcumque vobis agenda ſunt, in verbo Domini fiant. Faciendum eſt vobis aliquid operis vt ſemper vos Diabolus inueniat occupatos, ne ex ocioſitate veſtra aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat inuenire: habetis in hoc B. Pauli Apoſtoli magiſterium pariter & exemplum, in cuius ore Chriſtus loquebatur, qui poſitus eſt, & datus à Deo prædicator & Doctor gentiũ in fide & veritate, quem ſi ſecuti fueritis non poteritis oberrare. In labore, inquit, & fatigatione fuimus inter vos die ac nocte operantes, ne quem veſtrum grauaremus, non quaſi nos non haberemus poteſtatem, ſed vt noſmet ipſos formam daremus vobis ad imitandum nos; nam cũ eſſemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nõ manducet: Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes: his autem qui eiuſmodi ſunt denunciamus & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducent. Hæc via ſancta eſt & bona ambulate in ea. Commendat autem Apoſtolus ſilentium cum in eo præcipit operandum, quemadmodum Propheta teſtatur cultus iuſtitiæ ſilentium eſt, & rurſus in ſileutio, & ſpe erit fortitudo veſtra. Ideoque ſtatuimus vt dicto Completorio ſilentium teneatis, vſque ad primam dictam ſequentis diei, alio verò tempore licet ſilentij non habeatur obſeruantia tanta diligentiùs tamen à multiloquio caueatur, quoniam ſicut ſcriptum eſt, & non minus experientia docet, in multiloquio peccatum non deerit, & qui immoderatus eſt ad loquendum ſentiet mala. Item qui multis vtitur verbis lædit animam ſuam. Et Dominus dicit in Euangelio de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij. Faciat ergo vnuſquiſque ſtateram verbis ſuis, & frenos rectos ori ſuo, ne fortè labatur, & cadat in lingua ſua, & inſanabilis ſit caſus eius ad mortem, cuſtodiens cum propheta vias ſuas, vt non delinquat in lingua ſua, & ſilentium in quo cultus iuſtitiæ eſt, diligenter & cautè ſtudeat obſeruare. Tu autem frater Brocarde, & quicumque poſt te inſtitutus fuerit Prior, illud ſemper habeatis in mente, & obſeruetis in opere, quod

quod Dominus ait in Euangelio. Quicunque voluerit inter vos maior fieri erit minister vester, & quicumque voluerit inter vos primus esse erit vester seruus. Vos quoque cæteri fratres Priorem vestrũ honorate humiliter, Christum potius cogitates quam ipsum, qui posuit ipsum super capita vestra, & Ecclesiarum Præpositis ait, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit, vt non veniatis in iudicium de contemptu, sed de obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem. Hæc breuiter scripsimus vobis, conuersationis vestræ formulam statuentes, secundum quam viuere debeatis. Si quis autem supererogauerit, ipse Dominus cum redierit reddet ei, vtatur tamen discretione, quæ virtutum est moderatrix. Actum Lugduni anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo D. Papæ Innocentij IV. anno quinto Kal. Septembris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Lugduni Kalendis Octobris Pontificatus nostri anno quinto.

Sub hac regula primitiua militarunt Sanctitate & Doctrina Religiosi præclarissimi, quorum, veluti stellarũ firmamenti, numerum inire arduum foret, & supra vires. Elucent autem in Ecclesiæ militantis Ecclesiastico officij nostri Zodiaco splendore singulari dictus Generalis Simon Stok Anglus Confessor ad annum 1265. S. Albertus Siciliæ Prouincialis ad annum 1292. S. Petrus Thomas Gallus ad annum 1366. martyrio coronatus, S. Andreas Corsinus ad annum 1373. S. Auertanus ad annum 1380.

Viri etiam scriptis voluminibus celeberrimi: Atque vt de reliquis taceam, insignis ternarius emicat.

Scholasticos inter Ioannes Baconus Doctor resolutus, qui floruit ad annum 1341.

In interpretandis Scripturis, admirandus Michael de Ayguana Generalis Ordinis ad annum 1381. & quem deinde secuti sunt, qui contra sectarios editis controuersijs dimicarunt, Thomas Vbaldensis Hæreticorum Malleus, Religiosæ obseruantiæ murus, qui ad meliorem vitam transijt 1430. Ab anno Christ. 1248 ad 1431.

Anno proximè sequenti, vt in rebus humanis nihil solet esse perpetuum, deficiente primæuo feruore, Ioannes Facius Prior Generalis cæterique Carmelitæ Eugenio IV. Pontifici Maximo supplices exposuerũt, quod propter arctitudinem & rigorositatem Regulæ, tam ex fragilitate humana, quam ex debilitate corporea nequeuntes eandem regulam obseruare, dispendium suæ salutis incurrerent, quodque plures etiam asperitatem huiusmodi pertimescentes ab ingressu Ordinis retraherentur; ideoque rigoris Regulæ mitigationem in principalibus punctis, videlicet, abstinentiæ à carnibus, ieiunij, silentij, solitudinisque petierunt, obtinueruntque, vt latius patet ex litteris Eugenij IV. quæ incipiunt: *Romani Pontificis*, Datis Romæ 15. Kalendas Martij anno 1431. & plures alias mitigationes decurrentibus annis à Pio II. & Sixto IV. deinceps impetrarunt.

Donec virilis animi Virgo Teresia mundum docuit, antiquorum Patrum rigorem, nostram etiam ætatem, complexiones, regionesque ferre posse, si suauissimo orationis pabulo condiantur. Et ipsa reliquorum animosa Dux mitigationi nuncium misit, regulamque primitiuam iuxta rigorem antiquum professa est, illamque eodem anno, quo in Insula Cypro Monasterium sui Ordinis, in quo solo, & vltimo primitiua hæc vigebat Regula, Turcæ funditus eruerunt, hoc est anno 1562. non sine arcano Diuinæ prouidentiæ consilio, afflante sanè Spiritu Sancto, Pioque IV. approbante, primum Mulieribus, deinde

Viris

Ab anno Chriſti 1431 ad 1562.

Virls obſeruandam propoſuit. In quo conſilio mirum quam efloruerit omnipotens miſerentis Domini benedictio; nam duo ſupra triginta Monaſteria inops Virgo potuit ædificare, omnibus humanis deſtituta auxilijs, quin imo aduerſantibus plerumque ſæculi Principibus. Adeoque Gregorius XIII. in ſua Bulla, quæ incipit: *Pia conſideratione*, &c. edita 22. Iunij 1580. motu proprio, & ex certa ſcientia de conſilio Sac. Congregationis Cardinalium inſtitutum, quod iuxta primitiuam Regulam profitemur, laudans, approbans, confirmans, prouinciam ex Diſcalceatis erexit, atque inſtituit à proprijs Superioribus gubernandam.

Hanc igitur Regulam primitiuam, Sanctorum Prophetarũ Eliæ, ac Eliſei, aliorumque Sanctorum Patrum veſtigijs inſiſtentes, obſeruare punctualiter ſatagebant fratres noſtri, ſupererogando exercitia varia orationis, mortificationis, atque auſteritatis, de quibus in huius Hiſtoriæ decurſu plura dicemus, ſuiſque locis inſinuabimus.

CAPVT IX.

Breuis, & elegans ſupradictorum omnium recapitulatio, & epilogus ex Ven. P. N. Ioanne à Ieſu Maria, ad perfectam illorum confirmationem, ac veluti coronidem, hic attexitur.

HActenus inſtitutum reformati Carmeli fuſiùs ab origine deduxi, rudique pennicillo adumbraui. Vt ergo nimium & vſque ad faſtidium forſan prolixæ rerum veternarum narrationi, quæ ſanè vltra modum, & præter intentionem in manibus meis creuiſſe videtur, optatum, & gratiorem ſimul finem imponam; ſubijcio ingratis epulis bellaria dulciora, elegantem videlicet dictorum confirmationem, ac veluti coronidem ſtylo V. P. N. Ioannis à Ieſu Maria elaboratam.

Anno ante fauſtiſſimum Chriſti ortũ nongenteſimo, circiterque trigeſimo, Elias Propheta clariſſimus in Carmelo Syriæ monte, quem cultu ſuo fecit inſignem, prima inſtituti monaſtici fundamenta defodit, quæ grauiſſimorum Patrum confeſſio eſt.

Poſtquam enim Dei iuſſu, primogenitum ſuum, & ex aſſe paternæ laudis hæredem Eliſeum ex agri cultura euocatum, ſibi ſociauit, plurimos alios excelſum, & à fluxis mundi curis exemptum vitæ genus affectantes (quos filios Prophetarum appellatos Scriptura Sacra demonſtrat) in agmine illa primæuo recenſuit, qui eius domum poſt raptum, in oratorium tanti Vatis namine decoratum, in Carmelo dedicarunt.

Nec Paleſtinæ, Syriæue tantum finibus cæleſtis inſtitutio circumſcripta eſt: in Aegyptum enim temporis excurſu, lectiſſimæ gentis colonia, quos Eſſenos nuncupabant, deductæ ſunt, vt Eliæ imitatione Alexandria quoque clareſceret. Quidquid enim Orientis, Auſtrique primores, quorum genere Monachorum cœtus gloriantur, tradidere, quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat inuectum, nõ minima ex parte Inſtitutionis Eliæ quædam expolitio, & ad nationes diuerſas coaptatio eſt, ſiue cõtemplationis ſtudium, ſiue ſolitudinem, ſiue auſteritatem, ſiue paupertatem velimus expendere.

Omnia quippè capita hæc in Cœnobijs laudatiſſima, ſic in eo Propheta ſplenduerunt, vt Ioannis Baptiſtæ laudi Chriſtus verterit, Imaginem Eliæ ad viuum expreſſiſſe, quaſi animi ſuſpenſio, eremus, aſperitas, caſtimonia, inopia, ceteraque Inſtituti monaſtici notæ, quibus Ioannes claruit, totidem Eliæ dotibus harmonicè conſentirent.

Illi verò Prophetarum filij, Eſſenive, Paleſtinam incolentes (quemadmodum & Eſſeni poſtea in Aegyptum traducti) miris

Digitized by Google

miris exemplis captam inſtitutionem vſque ad Virginis partum produxerunt. Neque enim Chaldæorum, aut aliorum hoſtium feritas, quæ vindictam, ſpoliaque ſitiebant, in homines innoxios, & nihil mortale curantes deſæuijt, Deo ſic agente, vt tanti Vatis eruditio ad eum, cuius typum prætulit, illæſa pertingeret.

Cum ergo gens diuinis rebus addicta id in Carmelo, quod in Oriente tres illi reges Balaam poſteri, modis licet diuerſis, moliretur, vt ſcilicet Deo intentiſſimè vacaret; mox vt Chriſti ſplendor illuxit, benè comparata, Euangelicæ veritatis ſtudium arripuit, & vna cum Apoſtolis in opus prædicationis incubuit; cui fidem aſtruit ſacellum, quod in Beatiſsimæ Virginis honorem ab ea ædificatum, authores nonnulli prodiderunt.

Nec ſanè decuit Prophetæ tanti poſteritatem ignauia torpeſcere, cum denſas orbis terrarum tenebras lux noua diſcuteret, ſed antiquum pietatis cultum, cum nouo potius conciliare, quem & ipſa orbis Domina, Roma ſuſpiceret.

Strenuam ergo primæ Chriſti ſementi, & Virginis laudi cum Eliæ poſteri operam nauarent, Illuſtriſſimum cognomentum adepti ſunt, vt Virginis fratres appellantur. Quem ſanè honorificum titulum clementiſſima Regina, & viſis, & miraculis vti rem inuidioſam propagauit, multiſque alijs prærogatiuis gentem auxit, inter quas ſuper humerale, ſeu ſcapulare, tēporis proceſſu B. Simoni Anglicano donatum mirificè lucet.

Noua igitur Chriſti agmina, concepto fidei orthodoxæ calore, validius dimicantia Virginis auxilio, feliciter egerunt. Et Carmelus celeſtibus iam viris, quam plantis fœcundior, capit animos excelſos procreare, ac in hunc modum, non tam ſcripto, quam traditione inſtructus, vſque ad annum à Chriſti natali quatercenteſimum perduranit.

Creuit mirum in modum noua Virginis proles, quam ſcriptis iam legibus temperari opus erat, quamobrē Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha quadrageſimus quartus (quem Molanus inter Sanctos refert) regulam è Scriptura Sacra conſilijs, & veterum Patrum, qui ab Eliæ tempore Carmelum incoluere, documentis contextam eis præſcripſit. Ab anno Chriſti 1431 ad 1562.

Series verò longa ſub ea regula per annos plurimos excurrit, multiſque laboribus, & infeſtationibus Carmelus afflictus eſt. Ad annum quippè ſexcenteſimum vſque numeroſa proles inereuit, ac poſthac perſecutionibus graniſsimis Eccleſiæ hoſtium exagitata in patrio monte, quo ſe velut in Aſylum tota recepit, vſque ad octingenteſimum annum perſeuerauit.

Poſt eum verò annū Pontifices Summi (à Leone illo, qui Pontificatum ad annum 848 geſsit, vſque ad Gregorium VII.) ſtatum rerum aduerſarum commiſerati, gentem afflictam priuilegijs augere perrexerunt.

Verum interlapſis annis aliquot Aymericus Lemouicenſis, Antiochenus Patriarcha, & Apoſtolicæ Sedis in Oriente legatus, inſtitutionem Eliæ penè collapſam conſpicatus, regula Ioannis à Græco in latinum tradūcta, ac à multis Latinis, qui eò commigrauerant, exactiùs percepta, deiectos animos in anitā obſeruationem erigere ſtuduit, & Eremitas Carmeli ad communem vitæ rationem latinorum monachorum moribus conſentaneam induxit.

Refecit pius Patriarcha ſedulitate, ac authoritate ſua Carmeli vires, vt aliquandiu vigerent, ac poſt nonnullos annos, cum multa intellectu difficilia è Ioannis regula emergerent, quæ explanatione indigebant, B. Albertus Hieroſolymorum Patriarcha breuiorem quādam regulam compendio, & perfectione laudatam edidit.

Caterum Eliæ poſteritas à calore primo deferbuit, & excurſu temporis, poſtquam fortiter egit, ab Innocentio IV. mitigationem impetrauit.

Nec tamen (quæ hominum imbecillitas eſt) ſatis propterea conquieuit, ſed poſt exactos annos circiter ducentos, ab Eugenio IV. regulam rurſus leniri curauit, quæ vſque ad nouiſsimam reformationem à B. Virgine Tereſia captam prolata eſt.

Anno

Ab anno Christi 1431 ad 1562.

Anno igitur millesimo quingentesimo sexagesimo secundo clarissima Virgo Teresia regulam Alberti ab Innocentio modicè temperatam, & sub ipso temperamento pro primitiua habitam tam cupidè amplexata est, vt primęuam illam obseruationem, quæ Innocentij mitigationem antecessit, excelluerit: & ad sui emulationẽ Patres duos, & sanctiiate, & doctrina conspicuos, depositæ Eugenij mitigationi permulserit.

Ne historiæ textum intercidere oporteat, equum erit in hoc quasi vestibulo, instituti à Beata Virgine Teresia instaurati rationem ac progressionem exprimere, vt rerum exitũ ab ipso lectionis exordio lector quisque perspiciat.

Clementissimus ergo Deus hac ætate Virginem hanc excitauit, vt opus excelsum moliretur. Cum enim per annos plures inter Moniales Carmelitanas egisset, nec illud mite viuendi genus sitim diuini amoris, quo flagrabat, expleſſet: grandi ausu arctiorem vitæ disciplinam adeo faustè condidit, vt non virgines plurimas tantum, sed eximios quoque viros ad imitationem allexerit, claustro egressa multas vrbes obierit, monasteria multa construxerit, eodemque tempore Patres illos, qui eam æmulari cæperunt, ad Cœnobia plura condenda permouerit.

Fuit autem progressus, Deo propitio, tantus, vt Congregatio à Sixto V. in prouincias distributa, & à Clemente VIII. generalem proprium nacta fuerit, quæ postquam Hispaniam implenit, & ad Occidentales Indos palmites porrexit, nunc in Italia coalescens de Orientis, ac Septemtrionis missionibus serio cogitat.

Hactenus V. P. N. Ioannes à Iesu Maria, qui breui hoc, elegantique Ordinis, ac Instituti nostri, veluti speculo, & epilogo, quæ hucusque in præcedentibus huius libri capitibus diximus, albo quasi calculo & irrefragabili, omnique exceptione maiore suffragio confirmauit, atque insimul ad ea, quæ in sequentibus nobis dicenda sunt viam strauit.

CAPVT X.

Sancta Mater Teresia thesaurum reformationis suæ toti Mundo communicare desiderat; Promissis, signisque non dubijs annuit Deus; Nec non insigni Prophetia futura propagatio confirmatur.

VIrginem Teresiam Cælestis animarum sponsus, eo sibi sæculo delegit, quo dilatatis inferni faucibus, tot, tamque sęua prodierunt errorum monstra: vt nullis vnquam retroactis temporibus, tantam, tamque deplorandam ediderit diabolus animarum Christi Sanguine redemptarum stragem.

Tunc Angeli quinti multiplex plaga, quam Ioannes in Apocalypsi prædixerat, magno Ecclesiæ detrimento mundum inuoluit: nam precedentis sæculi iustro quarto pernicioſissimus ille sectarum architectus Lutherus ex aperto puteo abyssi magnæ, pestilentiũ errorũ fumũ cæpit educere, & fidelium mentes turpissimis hæresibus obtenebrare, Religiosam Obedientiam detrectare, Virginum prodere pudorem: Obseruantiam relaxare, claustra conuellere, libertatem carni, & sanguini asserere, offerre. Vnde diffractis concupiscentiæ repagulis, locustæ prodierunt innumeræ, quæ carnali blandimento deciperent, & in Animas semel irretitas, insatiabili feritate sæuirent.

Eodem tempore, non sine Diuini Numinis prouidentia singulari, data est Mundo Teresia, ceu Virum Apostatam debellatura Virgo, & Monasteriorum splendorem exemplo suo restauratura: quemadmodũ solerter à pijssimis viris est annotatũ. Equidem licet admodum imbecil-

lis,

Digitized by Google

lis, & ſegnioris foret ſexus: Attamen Imperatoris Aeterni nutu, manuque, ſic erat roboranda; vt contrarijs ex aduerſo rebellantium armis, non ſolum intrepida pro Chriſto ſtaret, ſtrenuèque depugnaret; ſed cęleſti cõſilio munitiſſimas quaſdam conſtrueret arces, fidelibus in refugium, hæreticis in terrorem: in quibus exactiſſimus obedientiæ rigor, virginei pudoris, ac caſtitatis illibatus flos, Clauſtri receſſus inuiolabilis, Chriſti glorioſa ſeruitus, ſpiritus intemeratæ deliciæ, perpetua mortificatio carnis, auitæ fidei ſimplicitas, Deo donante, regnarẽt.

Nam in libro, quem Perfectionis Iter indigetat, ad heroicam virtutũ obſeruantiam, ad antiquorum Eremi Patrum rigorem, in reformatione, quam moliebatur, introducendam; hoc ſe præcipuè motiuo teſtatur extimulatam cap. 1. Sed verba, calorem ſpiritus, vndè eructata fuerunt, adhuc ſpirantia, quibus tractatum aureum auſpicatur, referre non pigebit.

Principio, cum Monaſterij huius primordia iacerentur, nondum animo ſtatueram, vt tantus in exterioribus obſeruaretur rigor, nec vt ſine redditibus fundaretur: quin potius optabam adeſſe media, quibus rerum neceſſariarum inopia tolleretur. Ea tempeſtate ad notitiã meam peruenerunt damna Galliarum, & quantam Eccleſiæ Dei cladem Lutherani intulerant. Extemplò me magna capit animi moleſtia, & tanquam non nihil valerem, plorabam ad Dominum, & ſupplex tanto malo remedium poſtulabam. Videbar mihi mille poſitura vitas, vt vni ſaltem, ex tot pereuntibus animabus, ſuppetias ferre poſſem: Sed me mulierem inutilem eſſe conſiderans, neque voluntatis deſiderio vires ſuppetere ad præſtandum obſequia Domino proficua; decreui modicum hoc quod mearum partium erat: nimirum Conſilia Euangelica; qua poſſem perfectione ſectari, & ſorores has paucas, vt idẽ præſtent inducere. Deinde deuota quadam digreſſione facta ſic ad propoſitum reuertitur. *Redeundo igitur ad præcipuum motiuum, propter quod Deus nos in hac ade coniunxit, & in quem ego finem vnicè deſidero, vt aliquid valeamus: Dico; quod cum agnouiſſem exorta mala tam grandia, vt vires humanæ non ſufficiant extinguendo igni iſtorum hæreticorum, qui tam latè depaſcendo progreditur; viſum mihi fuit neceſſarium, vt ſicut, dum hoſtes belli tempeſtate totam peſſumdederunt regionem, Dominus illius in anguſtias redactus, ad ciuitatem quandam ſe recipit, eamque diligenter muniri iubet: Ex qua non rarò contingit inimicos oppugnari, & ſiquidem milites ex ſelectioribus ſint, plus valeant pauci, quam magnus numerus ignauorum, ſæpiuſq; victoriam conſequantur.* Hæc aliaque multa in eandem ſententiam Seraphica illa Mulier.

Ab Anno Chriſti 1562. ad 1582.

Imitata eſt in motiuo tam ſublimi, Patriarchæ ſui Eliæ ſpiritum Teresia: qui Regnum Iſrael, poſt turpiſſimum lapſum in indololatriam, aſceterijs Religioſorum ſuorũ Prophetarum repleuit, qui populum in diuino cultu continerent, ab Idolis auerterent, impios percellerent, probos confortarent. *Fuitque* (vt Vir eruditiſſimus ſolerter aduertit) *hoc ſingulare Dei in eam gentem beneficium poſt fœdiſſimam illam decem tribuum apoſtaſiam, conſeruantis hoc modo inter prophanos ſemina ſalutaris doctrina, & ſcholas, atque officinas pietatis cum ſuis exercitijs.* Hæc Bertius Regius Galliarum Coſmographus. Vt videlicet omnimodis, in Teresia eiuſque filijs, Eliæ ſpiritus compleretur.

Et quidem ſi verum eſt, quod veteres Hæbrei tradiderunt, & Sancti Patres approbarunt: Epiphanius de vita Prophetarum, & S. Iſid. de ortu Prophet. Vitulos aureos, à Ieroboam in duobus terminis regni decem tribuum ad cultum expoſitos, in natiuitate Sancti Patris Noſtri Eliæ acutum edidiſſe mugitum: quem cum Sacerdos Domini Ieroſolymis au-

Ab anno Chriſti 1562. ad 1582.

diſſet, Diuino nutu dixiſſe fertur: Prophetam natum in Iſrael, qui ſculptilia deorum deſtrueret: Certè non minori prodigio lamenta dœmonum Tereſia extorſit in ortu ſuæ reformationis, quæ abſtinentia perenni, continuatis ieiunijs, continentia perpetua, paupertate voluntaria, meditatione indefeſſa, vigilijs ſacris, humili obediẽtia, omnimoda deniquè ſui mortificatione, & abnegatione hucuſque decertat aduerſus nouatorum noſtrorum Idolum: quorum Deus vẽter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſola ſapiunt, & ſoli ſibi ſapere videntur, contemnuntque Eccleſiam Chriſti, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Hæc erat Sanctæ Tereſiæ mens, cũ reformatio vnius anguli contineretur anguſtijs, nec ad amplius lucrũ aſpiraret, quàm quod Eccleſiæ Dei à tredecim monialibus prouenire poſſet. Verùm ſupremus ille rerum arbiter, qui ſublimiora mentis ſuæ conſilia rerum infimarum imbecillitate perficit, mulieris inuentum, quod inſpirauerat, non ſolum approbauit, ſed continuæ benignitatis aura, ſic aſpirauit: vt duce Tereſia totas breui tempore Hiſpanias, tùm Italiam, Germaniam, Galliam, Poloniam, Belgium, Angliam, Hyberniam, Syriam, Paleſtinam, Meſopotamiam, Perſidem, Indiaſque remotiſſimas, arcibus huiuſmodi ſpiritualibus voluerit eſſe munitas.

Quam ſuæ reformationis propagationem quantopere deſiderauerit, ipſa deinceps proſequitur non obſcuris verbis: Nam cum cerneret pia Mater, Carmeli primitiui renaſcentem florem, & filiarum ſuarum cæleſtem, Angelicamque vitam contemplaretur, gaudebat quidem affatim, maximè cum pro periclitantium, errantiumque animarum ſalute videret intus ardere zelo pro gloria Chriſti, & exteriùs reſolui in lachrymas præ teneritudine compaſſionis. Equidem benigniſſimus Sponſus pro totidem guttis lachrymarum, flumina rependebat gratiarum.

Verum in generoſo pectore ſacra fames animarum his paucarum delicijs exatiari non potuit, exacui potiùs cæpit, & accendi magis. Etenim quantò ampliorem accipiebat animo voluptatem ex diuitiarum cæleſtium copia, quas liberaliter in ſinum Virginum illarum depluebat Deus; tantò cruciabatur ampliùs, quod vnius anguli anguſtijs concludi cerneret reformationis theſaurũ, quem optabat toti terrarum orbi eſſe communem. Deflebat ergo inconſolabilibus lacrymis in abundãtia diuitiarum ſummam paupertatem: Et vt verbis ipſius progrediamur: *Videbar*, inquit, *mihi ſimilis ei, qui cum magnum theſaurum cuſtoditum poſſideat, cupiatque omnes homines illo frui, manus tamen ne diſtribuere poſſit, habeat ligatas. Sic mihi vincta, conſtrictaque videbatur anima.*

Cumque ſimilibus æſtibus cor Seraphicum quadriennio exagitaretur, voluit Clementiſſimus data quadam occaſione nouas ſuſcitare flammas, & fornacem ſuccendere in ſeptuplum: vt ad ea, quæ ſuſpirabat, obtinenda melius diſponeret; ſed verbis eius Sanctiſſimis hiſtoriam pertexamus: ſic enim proſequitur.

Ex inde poſt annos quatuor contigit, vt adme conueniendum accederet ad monaſterium Religioſus Ordinis Sancti Franciſci, Frater Alphonſus Maldonatus, inſignis Dei ſeruus, eiſdem, quibus ego ſalutis animarum tenebar deſiderijs, ipſe quoque ſuccenſus: ſed ſua ille deſideria poterat executioni mãdare. Cuius rei gratia, Sanctam Ego quandam, nec mediocrem inuidiam in memetipſa ſenſi. Non ita pridem ex Indijs appulerat Præfatus Pater, & aggreſſus enarrare, quam multæ myriades animarum illis in terris doctrinæ defectu perirent; ſuper eadem materia

lucu-

luculenta prædicatione differuit, ad opera pœnitentiæ nos hortans, animanſque, & completo ſermone diſceſſit.

Ego vero tot animarum interitu adeo grauiter afflicta remanſi, vt vix mei compos forem. In vnam igitur ex Eremiticis cellis, quas habemus in Viridario, me recepi; & magnam ex oculis vim fundens lacrymarum, vociferabar ad Dominum, poſtulans aliquod mihi concedi medium, quo vterer, & me ipſam lucris animarum impenderem in ipſius obſequium. Aemulatione non mediocri ferebar in eos, qui ob amorem Dei ſemetipſos exhibere poſſunt miniſtros, & cooperatores Deo, ad conuerſionem animarum: quantumuis non exiguos ſubire labores, & mille mortes oporteat pati. Hinc accidere mihi ſolet, vt dum in vitis Sanctorum legimus, eos ad Dominum animas reduxiſſe, plus mihi denotionis, plus teneritudinis, hoc ipſum ſuggerat, plus excitet æmulationis, quã martyrium ipſum, & ſupplicia cuncta, quæ ſuſtinent: Hic eſt enim ſenſus, & inclinatio cordis mei, quam tribuit mihi Deus. Nam exiſtimo Diuinam Maieſtatem maioris pendere lucrum vnius animæ, quam largiente Dei miſericordia medijs noſtris laboribus, & orationibus acquirimus; quàm omnia reliqua, quæ præſtare poſſumus obſequia. Huiuſmodi tormento afflictam agebam animam: & nocte quadam dum orationi inſiſterem, ſeſe mihi Dominus exhibuit, modo, quo ſolet: & amoris præcipui ſigna præferens, conſolantis in morem, inſit: Paululum expectes, ò filia, & grandia cernes. Hæſerunt adeò firmiter impreſſa menti verba, vt memoriam eorum obliterare nequirem; Et quamuis diu, multumque recogitans medium, modumque diuinæ promiſſionis attingere non valerem, immo neque via ſeſe hactenus obtulerat vlla, qua vel imaginationi tale quid occurreret: Cæleſti tamen conſolatione perfuſa veritatis verborum certitudinem tenebam, ignorans executionis modum. Interim medius elabitur annus, pauloque poſtea, quod modo narratura ſum euenit.

Videlicet, vt prolixam narrationem breuitate reſtringam, Prior Generalis Ordinis, quod antehac nunquam factitatum fuerat, in propria perſona viſitaturus Hiſpanias aduenit: Huic Tereſia pectus ſuum aperit, deplorat neceſſitatem Ordinis reformandi, antiquorum Carmeli Patrum feruorem ob oculos ponit, noui Monaſterij obſeruantiam, rigoremque, concepta deſideria maiora, ſpes à Deo datas. Generalis, vt erat vir prudens, & Religioſæ diſciplinæ zelo præſtans, amplam largitur facultatem mulierum fundandi Monaſteria; & vt eandem reformationem viri amplecterentur, cum difficultatum quarundam metu diſtuliſſet, demum libenter conceſſit litteris animatus Tereſiæ. Ab Anno Chriſti 1562. ad 1582.

Hæc ſemina ſunt illorum grandium, quæ ſeruæ ſuæ pollicitus fuerat Chriſtus, quorum magnitudini, & ipſas prę luſiſſe meritò cenſeas Hiſpanias, cordi Tereſiæ totum Mundum ambientis, nimium anguſtas. Et profecto, quæ grandia ſponſę ſuæ potuit promittere conſolans votiſq; annuens Chriſtus; niſi ad quæ totis viſceribus ſuſpirabat, ideſt, omnes homines, totumque Mundum participem fieri Theſauri reformationis; Galliarum damnis, aduerſus Vgonottos, Lutheranorum ſtragibus in Germania, per eandem obuiam iri, & animarum ad extremos Indos, operariorum defectu pereuntium ſaluti, Tereſiam per ſuos filios opitulari?

Neque mea ſunt hæc commenta, ſed manifeſta verborum à nobis allegatorum ſenſa. Quæ Vir celeberrimus Didacus de Yepes Epiſcopus Turiaſonenſis, qui multis annis eidem à ſacris fuerat confeſſionibus, & interiora ſacrarij penetrauerat diligenter, expreſſit, cuius verba non grauabor apponere in latinum ſermonem ex Hiſpanico traducta. Vitæ Sanctæ Tereſiæ, l. 2. c. 15. vbi rela-

Ab anno Chriſti 1562. ad 1582.

relatis ijs, quæ nos modo ex Libro fundationum attulimus ſic ait. *Ex ſublimibus his & zelo diuinæ gloriæ ac ſalutis animarum plenis, grauidiſq; affectionibus, nata eſt in agro Eccleſiæ Diuina hæc noua Planta, Carmelitarum Diſcalceatorum Reformatio: nam inficiari quis audeat hæc Sanctæ Tereſiæ deſideria, ſemina fuiſſe, virtutemque primigeniam, quibus conceptus, formatus, atque in lucem editus fuit nouus hic partus.* Explicanſq; illa verba, cæleſtis promiſſionis, à dulciſſimo Sponſo Tereſiæ, vt ſaluti animarum per vniuerſum Mundũ pereuntium conuerſioni cooperari poſſet ſuſpirãti facta; paululum expectes, ò filia, & grandia videbis, ſic ſubiungit: *Vidit quoque Sancta Tereſia de Cælis completa ſua deſideria, quibus ad infidelium conuerſionem ipſa quoque, medio quodam proprio, concurrere geſtiebat. Quo motiuo Deus illam ex angulo, & clauſtro Abulenſi ad virorum etiam monaſteria procuranda deduxerat. Videt inquam de Cælo hodie impreſſum zelum iſtum in corde filiorum ſuorum, ſpecialiter in Patribus Carmelitis Diſcalceatis Congregationis Italiæ, qui feruentibus animis, ſpiritum, ac intentionem ſuæ Fundatricis, vel vt melius dicam, ipſorum Apoſtolorum veſtigia ſubeuntes, ſe ipſos, totamque Sanctam hanc familiam orbis terrarum conuerſioni dedicarunt, & in nouam miſſionem Perſidis, prædictum ob finem religioſos amandarunt, munitos litteris Apoſtolicis Clementis VIII. ad Perſarum Regem fauoris, ac beneuolentiæ plenis. In Regia quoque Regni Poloniæ Ciuitate Cracouia iam Conuentum poſſident, & dum hæc ſcribo, vt in Gallijs fundent, accinguntur.* Hæc Religioſiſſimus Antiſtes ſub principium Pontificatus Pauli V. ex quibus luce meridiana clariùs apparet; nec Tereſiæ votis deſiderijſque, nec diuinæ promiſſionis veritati ſatisfactum iri, ſi ſola Hiſpaniarum Regna cæleſtem hunc Theſaurum inuidiſſent alijs, ſed oportuiſſe in Italiam primùm deriuari, atque adeò in Almam Vrbem Romam, & ex ea tanquam ex capite in reliqua totius orbis membra.

In huius rei confirmationem illuſtrem profero prophetiam euentu clariſſimo comprobatam. Nam cum enarrata deſideria promiſſioneſque diuinas, prudens Virgo ne alicubi offenderet, Doctorum, ac Sanctorum iudicio examinanda proponeret: Inter primos præſertim circa Fratrum reformationem conſultus B. P. Frater Luyſius Beltrandus Ordinis Prædicatorum, cuius doctrina, ac ſanctitas ad modum lucidiſſimæ Stellæ totam illuſtrabat Hiſpaniam, in hæc verba reſpondit: *Mater Tereſia, tuam accepi epiſtolam, quia negotium, ſuper quo me conſulis, ad obſequium Dei non mediocriter ſpectat, illud eidem volui pauperibus meis orationibus, & ſacrificijs commendare, & hæc occaſio fuit, cur tardiùs reſponderim. Nunc in nomine eiuſdem Domini hortor te, animum ſumere ad tam grande, quod moliris, inceptum: Ipſe tibi ſuppetias, fauoremque præſtabit. Nec non ipſius nomine certiorem te reddo, non tranſigendos quinquaginta annos, quin Religio tua vna euadat inter illuſtriores, quas habet Eccleſia Dei, qui te ſeruet. Valentiæ. Frater Luyſius Beltrandus.*

Etenim ſi temporis rationem ineamus, & à primi Monaſterij Diſcalceatorum fundatione, quod ductu Tereſiæ Duruelæ fuit auſpicatum anno 1568. computauerimus annos quinquaginta; peruenietmus ad annum huius ſæculi decimum octauũ, qui prius quam laberetur, voluit Deus teſtatam facere ſuæ promiſſionis veritatem. Nam in Capitulo Generali Congregationis Italicæ, quod Romæ, quadrageſimo nono poſt Beltrandi prædictionem anno, fuit celebratum, cum multitudine Conuentuum Regionumque varietate, mirum in modum excreuiſſet, ipſa Congregatio in ſex Prouincias ampliſſimas fuit diuiſa, præter la-

tas

Digitized by Google

tas Orientis, ac Septentrionis miſſiones. Voluit nimirum fideliſſimus Deus in comitijs generalibus Congregationis Italicæ filiorum Sanctæ Tereſiæ propriis actibus, tabuliſque Capitularibus in totius Orbis Theatro Roma teſtatum Mundo facere, ſe adamuſſim, apicemque propagationis huius ſemel datam matri fidem, appetente termino, liberaliter exoluiſſe.

CAPVT XI.

Diuino afflante, ac prouidente numine, Sancta Mater Tereſia adhuc viuens, aliquos Italicæ nationis Patres inter primos ſuæ reformationis alumnos aduocat; illiuſque in Italiam optatæ propagationis non ſpernenda relinquit indicia.

TOta ſanè Virginis Tereſię Vita prodigium quoddam, myſteriumque fuit; Hinc infero, exiſtimoque non ſine diuini Numinis prouidentia ſingulari factũ fuiſſe, vt ex quatuor Patribus, quos primitùs ad reformationem induxit, primi duo eſſent Hiſpani, duo reliqui forent Itali: Illis Duruelam fundaret, primum reformationis Conuentum, his Paſtranam; Secundum, vt illa biga totas penetraret Hiſpanias, hac Italiam excurreret, orbẽque peragraret; Illa Hiſpanicam, hac Italicam Congregationem præſignificante. Præterea inter præcipuos alios, quos ſub initium reformationis Tereſia ſibi iunxit eminent duo, P. Frater Hieronymus à Matre Dei Hiſpanus, Congregationis Antiſtes, & P. Frater Nicolaus à Ieſu Maria Ianuenſis, qui eidem immediate ſucceſſit, & primus Reformationis Generalis fuit, quique tantæ Matris inſtitutum primo in Italiam tranſtulit. Deo duobus his diuerſarum nationum ſuperioribus demonſtrante varia Mundi Regna, ad Tereſianæ ius hæreditatis prope diem admittenda. Sed de Venerando Patre Nicolao Ianuenſi multa nobis dicenda ſunt in ſequentibus capitibus. Ab Anno Chriſti 1562. ad 1582.

Nunc priuſquam progregiamur, ipſis Tereſiæ verbis exponamus qualiter illos duos Patres, ceù Italorũ, atque extraneorum primitias ad ſortem ſuæ hæreditatis adlegerit.

Sic enim ait: *His dum intendo, à Domino mihi fuit iniunctum, vt non prætermitterem profectionem: Ad maiora, & ampliora, quam Conuentus Paſtranenſis fundationem, iter meum deſtinari: portarem mecum regulam, & conſtitutiones.*

Egreſſa Toleto ſecunda Pentecoſtes die, Madriti Hoſpitio excepta fuimus à Domina Leonora Maſchareñas, quæ lætari ſe ſummoperè inquiebat, aduentum meum tali tempore fuiſſe prouiſum, quo Eremita quidam adeſſet, qui multo deſiderio me conueniendi tenebatur, videri ſibi viuendi morem, quem ipſe ſacęque ſeruabant, noſtræ Regulæ plurimum eſſe conformem. Mihi, quæ ſolum duos hactenus habebam Religioſos, ſubitò in mentem venit percommodum fore, ſi ad habitum noſtrum Diſcalceatorum ſumendum perſuaderentur: Ideoq; rogaui, maturaret colloquium. Morabatur Eremita prædictus in parte domicilij quam D. Leonora ipſi conceſſerat cum altero ſocio florentis ætatis, Ioanne à Miſeria cognominato, Magno Dei Seruo, & quantum ad res mundanas attinet ſimplicitatis eximiæ. Sed prius quam adulteriora progrediar, enarrare volo, quæ de prædicto Patre, qui vocatur Marianus à Sancto Benedicto, cognoui. Italus erat, Natione Calaber, legum Doctor, ſummique ingenij, & induſtriæ vir. Dum in aula Reginæ Poloniæ gereret officium œconomi, nunquam animum inducere voluit ad matrimonium; Sed inter

Ab anno Chriſti 1562. ad 1582.

ter Equites Melitenſes Sancti Ioannis Comendam, vt vocant, poſſidebat: Inuitabat eum Dominus ad vitam ſolitariam, & ab hominum conſortio remotam, vtque res omnes abdicaret, quo meliùs ſaluti ſuæ conſuleret. Neque defuerunt afflictiones, quibus exerceretur, & inter cæteras, tanquam complex homicidij accuſatus duobus annis carceri mancipatus fuit: In quo neque legis peritos, neque alium quempiam in ſui defenſionem aduocauit, committens ſe ſe ſolius Dei manibus, ſolamque Diuinam Iuſtitiam inuocans in ſui præſidium. Deponentibus teſtibus, quod à reo vocati fuiſſent ad interficiendum illum, qui fuerat occiſus, contigit (quemadmodum Suſannæ ſenibus) vt vnuſquiſque ſeorſum interrogatus, vbi locorum reus ageret, cum ab eo ſollicitarentur, vnus reſponderet: lecto tunc temporis conſediſſe, alter aſtitiſſe feneſtræ, ac vterque tandem fateretur impoſturam. Affirmauit etiam mihi multa ſe pecuniæ ſumma redemiſſe, ne periurij luerent panas. Immo capitalem illum ſuum hoſtem, qui totius machinæ fuerat Architectus, cum in manus incidiſſet ratione informationis cuiuſdam, omni ſtudio, atque auctoritate, qua valuit indemnem ſeruare conatus fuit. His, aliiſque virtutibus (erat enim vir purus, & caſtus, & à conuerſatione mulierum alieniſſimus) Veriſimile eſt à Domino lucem illam impetraſſe, qua Mundum cognoſceret, & ab eo ſe ſe procul elõgaret; quapropter diligenter conſiderans, cui ſe Religioni dedicare vellet, nunc hanc, nunc illam vocans in examen, quædam in ſingulis animaduertebat, quæ ſuæ conditioni videbantur incommoda. Reſciuit interim non procul ab Hiſpali Ciuitate ſimul commorari Eremitas aliquot in Deſerto, quod vocatur Tardon, qui ſuperiorem agnoſcebant virum, vitæ ſanctitate præclarum, nomine Matthæum. Vnuſquiſque cellam incolebat ſeparatam, nec officij quidem Canonici penſum ſimul recitantes, licet ad Oratorium conuenirent, audituri Miſſarum ſollemnia. Redditus annuos nec poſſidebant, nec volebant poſſidere, nec acceptabant eleemoſynam: ſed labore, operiſque manuum ſuarum vitam ſuſtentantes, vnuſquiſque in cellula tenuiter veſcebatur. Videbar mihi mox, vt enarrantem audiui, Sanctorum Patrum noſtrorum primitiuæ regulæ videre effigiem. Per octennium tenuerat hanc viuendi normam, tunc cum Sacri Concilij Tridentini decreto ſancitum fuit, vt Eremitæ ad vnam ex approbatis Religionibus reducerentur, huius rei gratia Romam meditabatur, vt licentiam in priſtino ſtatu perſeuerandi facilius impetraret. Talia mente voluebat, cum ei primum loquerer. Verum quemadmodum ipſe mihi propoſiti ſui modum aperuerat, ita ego illi Regulam noſtram primitiuam ob oculos poſui; ſubiungens eum, abſque laboribus itineris longinqui, priſtinam viuendi normam poſſe conſeruare, Regulam noſtram à ſuo propoſito non diſcrepare; maximè, ac ſpecialiter in eo conuenire, quod victum labore manuum quærendum ſtatuat, ad quod ipſe vehementer propendebat animo, aſſerens Mundum auaritiæ vitio, proſtibulè deditum, adeò, vt ex eo capite præſertim oriretur, quod non admodũ magnificiat Religioſos. Cũ ipſa nõ abſimilis forem opinionis facilè ſuper hoc, immò & ſuper reliquis punctis in eandem venimus ſententiam. Ea propter, cum rationibus demonſtraſſem, quantum obſequij Deo præſtare valeret, ſi Religionis habitum indueret; Reſpondit ſe nocte proxima deliberaturum. Iam tum animi fermè determinati ſigna perſpexeram, & incipiebam ſenſum eorum, quæ in oratione audiueram, intelligere; nimirum quod ampliùs illud, ad quod iter meum à Domino parabatur, hoc ipſum erat. Vnde gaudebam affatim, exiſtimans, non vulgare ſperandum eſſe Diuini cultus incrementum, ſi Religionis iugum ſubiret Pater Marianus. Et Diuina Maieſtas, quæ ipſum elegerat, tam potenter animum eius eadem nocte permouit, vt extemplo ſequenti die me aduocaret, ſtatueretque firmus, ac conſtans adimplere quæcunque dixeram; ſe ipſum admiratus, quod fœmina

vnius

vnius opera, ita repente mutatus foret. Quaſi vero ſubitæ conuerſioni cauſam dediſſet famina, non Deus, qui poteſt immutare corda. Denique Diuina Maieſtas eius opera vti decreuerat, in eo opere cuius iam fundamenta poſuerat. Nec Pater Marianus leue fuit aditorium reformationi, pro qua multos hactenus labores exant lauit, & impoſterum, donec libertatem nanciſcatur Religio, plures paſſurum eſſe facilè coniectare licet ex contradictionibus, quas hac tempeſtate primitiua Regula ſuſtinet. Etenim, cum animi magnitudine, ingenij viribus, ac vitæ probitate polleat, facilè gratiam iniuit virorum dignitate præſtantium, qui nos fauore, atque auctoritate protegunt. Subiunxit Pater Marianus, Principem virum Ruy Comes, Paſtranæ (ad quam Ciuitatem ego pergebam) aſſignaſſe ſibi domum Eremiticam, & ſitum ad Eremitarum Congregationem opportunum: velle ſe Ordinis habitum ſuſcipere, & vna ſecum Ordini locum offerre. Placuit ſummopere propoſitum, Deoque grates dixi, quas potui maximas. Ex duobus enim Monaſterijs, quorum condendi facultatē Reuerendiſſimus Generalis mihi conceſſerat, vnum dumtaxat erat hactenus fundatum. Tabellarium ergo Paſtrana ad Prouinciales præſentem, & officio proximè functum amandani, rogans illorum beneplacitum, quandoquidem ſine conſenſu vtriuſque fundatio ſtabiliri non poſſet. Addidi litteras ad Abulenſem Antiſtitem Dominum Aluarum Mendozam, qui ſingulari nos fauore amplectebatur, vt ipſe, quod poſtulabam, à Prouincialibus obtineret. Complacuit Diuinæ voluntati, vt ambo ſuffragarentur, exiſtimantes locum adeo remotum, nemini fore præiudicio: Reſcripſit Epiſcopus obtentam, quam petebam, facultatem. Vnde ingentis conſolationis, ac gaudij ſenſum ad ſummum vſque percepi. Mox Paſtranam me contuli, & tribus menſibus multas paſſa moleſtias, eo quod Domina conditiones exigeret, Religioni noſtræ parùm conformes, decreui re infecta remeare, vnde veneram. Verum Dominus Princeps Ruy Comes, morum ſuauitate, qua valet plurimùm, coniugem mitigauit, & nonnihil à conditionum rigore deflexit: & ego tolerabam nonnulla maiori deſiderio fundationis Monaſterij Fratrum, quam monialium. Callebam enim quāti intereſſet, vt poſtmodum rei monſtrauit euentus.

Ab Anno Chriſti 1562. ad 1582.

Reuerſi ſunt hoc tempore Paſtranā, vt polliciti fuerant, Pater Marianus, eiuſque Socius: Et viſum fuit Principibus, Eremiticam illam caſam Fratribus Diſcalceatis aſſignare. Itaque Patrem Fratrem Antonium à Ieſu, qui Manzeræ degebat, accerſiri curaui, vt monaſterio principium daret. Habitum etiam, & cappas ipſa ſarcini, quantum poteram me ipſam impendens, & ſollicita, ne moræ necterentur.

Suſcepit igitur habitum P. Marianus, & ſocius, ambo tanquam Laici, nec P. Marianus inter choriſtas numerari voluit, ſed minor cæteris haberi, neque ego illum ad alium ſtatum inducere potui, donec ſuccedentibus temporibus, Noſtri Patris Generalis vrgente præcepto paſſus eſt ſe initiari ſacerdotio.

Sic ſcribebat hiſpanico ſermone Sãcta Carmeli Reſtauratrix, iam tum congregationis vtriuſque Hiſpanicæ atque Italicæ, velut primitias deguſtans. Si quis enim genium Diuinæ Sapientiæ, mirabili rerum ordine cuncta nectentis, attenderit, contuleritque primam illam duorum conuentuum fundationem, totiuſque reformationis originem cum vtriuſq; Congregationis augumento, videbit duplicem illum Tereſiæ partum, vtrumque gemella prole fœcundum, votis, doloribus, cura, ſollicitudine matris, diuinis inſuper promiſſis, ac fauore præſtantiſſimo in lucem editum, priorem filiorum duorum è medijs hiſpanijs, regno Caſtellę; poſteriorem, duorum ab extrema Italia oriundorum, illum magno ſtudio quęſitum, hunc quaſi diuinitùs oblatum, non obſcuris miſterijs ſignificaſſe

Tere-

Ab anno Chriſti 1562. ad 1582.

Tereſiæ fœcunditatem, vna Regnorum Hiſpaniæ congregatione non debuiſſe concludi, ſed alterius congregationis partu ad extremos vtriuſque imperij fines peruaſuram.

Circa quod (vt rectè adnotat, & ſcribit Hiſpanus Reformationis noſtræ hiſtoriographus to.1. lib.2.c.29. num.4.) ſcitu admodum dignum eſt, quod cuidam Patri Carmelitæ Mitigatæ obſeruantiæ alumno, nationeq; Italo, cui nomen Fr. Ioannes Baptiſta Mantuanus hac tempeſtate contigit. Vir erat multa virtute prędituſ, cunctorum opinione, atque confeſſione laudabilis, zelo Reformationis Ordinis ſui ſummoperè flagrans; qui cum audiſſet illam iam in Hiſpania, in Monialium Monaſterijs incępiſſe, eademque in virorum Cœnobijs, meliori quo poſſet modo, promouere vehementer optaret, ſtatuit illuc accedere. Mox, vt propoſitum ſuum executioni mandaret, conſcenſa iam naue, apparuit illi Beatiſſima Virgo, & ſic ipſum affata: *Equid*, inquit, *in Hiſpaniam pergis? Si ad reformandum Ordinem meum, ſcito me iam illic habere duos filios, & hos è tua etiam natione oriundos, qui vita ſanctitate, rigore pœnitentiæ, & omnigenarum virtutum exemplis naſcentem hanc Religioſorum Reformationem fulciunt, & illuſtrant; vt verò eos valeas dignoſcere, ecce illos tibi.* Ad hæc verba comparuerunt & ipſi, eoſq; illi Virgo Deipara manu protenſa commóſtrauit, excalceatos vtique, rudibuſque veſtibus amictos. Hoc dicto, viſuque tanto gaudio perfuſus eſt ſeruus Dei, vt præ nimio cordis iubilo illicò expergefactus fuerit: cùmque non Reformatoris gaudendi titulo, ſed optatæ Reformationis deſiderio ageretur, ab vlteriore incępti iam itineris proſecutione non deſtitit. Matritum peruenit; nec inuento ibi, quē quærebat, Conuentu (nondum enim in regia illa ciuitate fundatus fuerat, imò nec fuit, vſque dum anno 1575. die 17. Ianuarij prima eius fundamenta in exigua caſula iacta ſunt, quæ poſtmodū in magnum, & inſigne excreuere Cœnobium) Toletum inde petijt. Dies illic multos ſuperfluę inquiſitioni cōſumpſit; à nemine ſiquidem quidquā planè, quod ipſi pro voto ſatisfaceret, reſcire vnquam potuit, cò quòd noua Diſcalceatorum Congregatio, vix adhuc benè orta, & ab vrbium frequentatione ſemota, omnes penè lateret. Verum ſpe propè iam fruſtratus, die quadam offendit in Patrem Marianum, qui ſeu fortuitò, ſeu potius Deo ſic ordinante, illuc aduenerat, & nudis pedibus, totoque corporis habitu ad auſteritatem ſimul, ac modeſtiam compoſito callem pertranſibat. A rudi ſtatim veſte, ab excalceatis pedibus, imò & à vultu agnouit vnum ipſum eſſe è duobus, qui in ſupradicta viſione ſibi præmōſtrati fuerant. Ad tam prodigioſum & inſperatum conſpectum ſubſtitit, exultauit, manuque prehenſum de omnibus fusè interpellauit; ac viciſſim ab eo de omnibus, quæ in reformatione Religionis ſuæ acta fuerant, abundè certior eſt factus. Mutuo, gratoq; colloquio ambo exhilarati, ſimul poſthac Paſtranam commigrauerunt, vbi viſo Fratre Ioanne à Miſeria, aduertit & ipſum alterum eſſe è duobus Religioſis ſibi in ſomnis oſtenſis, eum tenerrimè amplexatus eſt, Reformationis propoſitum laudauit, ad perſeuerantiam eſt adhortatus, immenſiſque gratijs Deo actis de tam fœlici Religioſæ Reſtaurationis principio, fœliciorem adprecatus ſucceſſum, ingeminata lætitia, & cōſolatione plenus, in Italiam remeauit.

Et quidem iuxta Venerabilis Mātuani votum Frater deinde Ioannes à Miſeria Religionis primordia in Italiam tulit, dum Conuentus Genuenſis fundamenta locarentur, vt ſuis in locis dicturi ſumus. At Pater Marianus vexillum quidem reformati Carmeli, primus ex Italis ſuſtulit, Patriæ tamen non intulit; ipſo nan:que

namque alijs in rebus occupato, & diuturnis ob perſecutionem, quam Reformatio patiebatur, carceribus detento, quemadmodum Sancta Teresia ſcriptum reliquit; Pater Frater Nicolaus à Ieſu Maria Ianuenſis, ex Illuſtriſsima gente Doria, vel Auria, vt latinè pronunciant, primus omniſi adhuc viuente Teresia (cuius ſuaſu tam proiectæ ætatis vir Religionis iugo colla ſubdiderat) radium quẽdam Teresianæ lucis Patriæ protulit, ac paulò poſt Sanctę Matris ad ſuperos tranſitum, ipſa iam in cęlis præſentius apud ſponſum inſtante, in ciuitate Ianuẽſi Carmeli Teresiani obſeruantiam, fundato Conuentu ſtabiliuit.

Duo alia ſunt argumenta, quibus mortalem adhuc vitam agens Teresia, deſiderium votumque de quo loquimur, non ambiguè manifeſtauit.

Primum, nam cum intellexiſſet, in Italia quendam adhuc ſupereſſe Cõuentum Carmelitarum, in quo Religioſi primitiuam regulam ſine mitigatione profiterentur, nimirum Sanctæ Mariæ Montis Oliueti in Pello dominij, & Diœceſis Ianuenſis, plurimum gauiſa eſt, ſperanſque per eoſdem theſaurum illum ſuum extra Hiſpanias deriuare, honoris, ac beneuolentiæ plenam ad dictos Patres epiſtolam dedit, ad nouum inſtitutũ reformationemque exhortans.

Viuit adhuc in Religioſis honorandiſque Patribus deuota memoria litterarum harum, honoriſque, & affectus ſingularis, quem à B. Matre Noſtra adhuc in terris agẽte, ob primitiuæ Regulæ obſeruantiam, ſunt promeriti: eamque Epiſtolam ad Reuerendum Patrem noſtrum Ioannem à S. Hieronymo tunc temporis Præpoſitum Generalem noſtræ Congregationis gratis officijs recoluit R. P. Fr. Auguſtinus Schiaſtinus Prior digniſſimus 15. Ianuarij 1637.

Secundum; Nam mulier illa fortis, ac prouida Mater, non ſolùm ſpiritualia curans, ſed etiam temporalibus filiorum neceſsitatibus, eo quò poterat modo ſuccurrens; de ſupellectile, præſertim ſacra, nouarũ fundationum ſolebat eſſe ſollicita, & labori manuum diligenter incumbens, quieti ſomnoque demere, quodimpenderet Eccleſiæ. Cumque ſpiritu præuideret propè diem futurum, vt in Italiam inferrentur reformationis primitiæ, voluit huius ſuæ charitatis, ac laboris monumẽtum Italicis fundationibus non deeſſe: atque in hunc finem velum quoddam calicis non inelegans ſericum, reticulatim cõtextum proprijs manibus elaborauit, ac expreſsè iuſsit cedere in ſubſidiũ ſacræ ſupellectilis primi conuentus, qui in Italia fundaretur. Quod à fundationis initio iure ſuo poſſidet Conuentus S. Annæ Ianuenſis, monſtratque venerabile ſignum, ſacrumque pignus amoris, ac ſollicitudinis maternæ in prolem poſthumam. Ab anno Christi 1582 ad 1584.

CAPVT XII.

Sancta Mater Teresia è viuis erepta, ac de Cęlis apparens ad Galliarum, Belgijque fundationes animat, opemve ſpondet: ad Italicæ congregationis ſtabilitatem viros ſeligit, & morbo liberat: ac demum illam pretioſo ſacri vnius pedis pignore locupletat.

AT fortaſsè Teresiã ad ſuauiſſimos Sanctiſſimæ Trinitatis amplexus ex ergaſtulo corporis auolantem, propagandæ per vniuerſum Orbẽ reformationis ſuæ curæ deſtituit? Nequaquam. Nam præſentius inſtans, quod abſens promeruerat, obtinuit, & fauoribus, auxilijſque amplioribus promouit de Cœlis, quod ardentiſſimo charitatis

Ab anno Chriſt. 1582 ad 1584.

æſtu concupierat in terris: adeo, vt ipſa Cõgregationis Italicæ principia ſingulorumque conuentuum fundationes, progreſſuſque, Tereſiæ potius, quam hominum ſint opera, ſine cuius euidenti patrocinio vix aliquid alicuius momenti, vel inceptum fuerit, vel ſtabilitum, quemadmodum ex decurſu hiſtoriæ liquidum euadet. Quid dicam ſi deſideratæ propagationis ſuppetias latura, relicto fortaſſe cælo, terris adfuit ſollicita Mater? Etenim tam propenſæ curæ plurima ſuppetunt argumenta, quorum duo ſolùm proferam generalia, magis, magiſque illuſtria.

Nam volens Tereſia Monialium ſuarũ coloniam in Gallias, Belgiumque deducere, atque inde poſtmodũ occaſionem accipere Fratrum ſuorũ reformationem in eaſdem regiones tranſplantãdi, duas eodem ferè tempore perſonas ſui præſẽtia honorauit, ad opus quod iam dixi monens extimulanſque.

Vna ex illis erat Venerabilis Mater Anna à S. Bartholomæo. Solebat nimirum Tereſia ſociam olim ſuam, ſubindè cæleſtibus confortare delicijs. Quadam igitur inter cæteras vice manifeſtam ſe illi exhibuit, duas ſecum comites habens, Mariam à Cruce, & Mariam à S. Ioſeph, quas inſtante laborum fælici meta (vt euẽtus rei quam primum declarauit) Tereſia Mater ad Aeternitatis quietem, ſecum vna ducere feſtinabat. Carpebant lætum iter per amœna floridiſſimi prati, moxque ſororem Annam cupido inceſſit tantæ fælicitatis, nitebaturque ſequi, & velut alter Eliſeus clamabat; *Mater, ô Mater me quoque tecum tolle cælo.* At Tereſia, *nunc*, inquit, *nequaquam expedit filia: opus enim eſt vt mundo maneas, perfectiaſque quæ complerem ego ſi adhuc mortalis forem.* Quibus profecto verbis ſufficienter Tereſia expreſſit ſe, niſi morte præuenta fuiſſet, in Galliam, Belgiumque reformationis ſuæ Theſaurum proprijs manibus illaturam: hoc enim vnum ex præcipuis fuiſſe Sanctæ Matris intentum declarat, tũ rei euentus, tum quod eodem fere tempore S. Tereſia mulieri cuidam nobili proſapia, ſed nobiliori virtutibus (quæ poſtmodum inter Carmeli reſtaurati Moniales Maria ab Incarnatione vocari meruit, ac non vulgare ſpecimen Sanctitatis toti Galliæ præbuit) eundem in ſcopum apparens, Diuinæ voluntatis eſſe dixit, vt Moniales ſui inſtituti ex Hiſpanijs in Gallias transferri curaret, ordinemque ſuum eo in regno ſtabiliret. Illa qua erat animi ſinceritate, ad Confeſſarij, Doctorumque tribunal viſionem deponit, qui pluribus conſultationibus habitis, difficultatum pondere preſſi, fælicem exitum deſperantes, iubent nihil in præſens moliri: acquieſcit obedientiæ filia per multos menſes, donec iterum Tereſia fortiùs inſtat, vrget acriùs, præcipit nè differat, ſuo de Cælis adiutorio difficultates omnes ſuperãdas, amolienda quælibet obſtacula.

Confirmatis igitur Confeſſariorũ animis, & Sancta Tereſia ſtante promiſſis, tandem Moniales ex Iberia in Gallias Coloniam inſtituti Tereſiani deduxerunt, inter quas præcipuè illa, quam diximus Mater Anna à S. Bartolomæo, ac Mater Anna à Ieſu.

Virorum quoque Tereſiani inſtituti, in exteras prouincias latam propaginem, Tereſia de cælis in terris apparens, prædixit ac promouit. Habemus inter cætera, illud vulgatum, & manifeſtum, quod cum initia nouæ Congregationis fæliciter admodum procederent, indigeretue tenella adhuc planta viris virtute robuſtis: prouidit Tereſia ſolida quædam columina, quibus ædificium fulciretur.

Huius rei ſingulare exemplum pia Mater demonſtrauit in perſona Patris Fratris Dominici à Ieſu Maria, non minima huius Baſilicæ Marianæ columna, qui eam præcipuis in muneribus,

Digitized by Google

neribus, ac tandem Generalatus officio rexit, auctoritate muniuit, virtute ſolidauit. Nam cum dictus Pater in Conuentu Madritenſi ad annum 1598. moraretur; & die quadam circa veſperam domum remearet, occurrit mulier lacrymabunda, ſuppliciter poſtulans, vt tantiſper diuerteret in domum proximam, ac ſuper caput infirmę mortali morbo decumbentis, Euangelium Eccleſiaſtico ritu recitaret. Annuit Pater, & ſola charitatis exercitia lucris annumerans, ſummo deuotionis affectu præſtitit Sacerdotale obſequiũ. Quo peracto, quæ vocarat mulier, & ipſa genibus Patris aduoluta: & mihi, inquit, ò Sacerdos Dei, ſimilem propitiationem præſta, quæ peſtis contagio non abſimiliter correpta ſum. Non expalluit ob periculum, non excanduit ob fraudem; ſed conſtanti, ſereno que vultu, ſerio tamen, grauique ſermone corripuit, ne deinceps ſimili fraude cuipiam mortalium, aut tabem afflare, aut eiuſdem auderent creare periculum: ipſe poſtulatam precationem ritè peregit: & cum vtramque pijs exhortationibus animaſset, ac præparaſſet ad mortem Chriſtiano dignam, tum demum Cœnobium verſus, iter interruptum inſtituit. Et ecce nocte concubia, veluti nouaculæ ictu, dexterum ſibi gutturis latus tranſuerberari repentino dolore ſenſit: mox tuber oui magnitudine excreſcere, inde latus alterum tabe virulenta, ceù fulminis impetu feriri, & in parem enaſci tumorem: hinc febris vehemens, & acutiſſimus capitis dolor, luis peſtiferæ manifeſta ſigna.

Verùm, cum animum aliàs intrepidum, varijs conſtantiæ, ac fortitudinis actibus magis, magiſque ſolidaſſet; lętus operiebatur ingruentem mortem: Et ne fratribus breuem ſomnum capientibus, moleſtiam vllam faceſſeret, tantiſper quidem ſuſtinere, & ſtatim ac ad diuinas laudes excitarentur, exeuntium Sacramenta humiliter poſtulare meditabatur. Ab anno Chriſti 1582 ad 1584.

Hęc dum furente febre tabifica recogitat, ardoremque morbi, feruore virtuoſorum actuum ſuperare contendit, incidit in mentem, ſe penes reliquiam eſſe Tereſiæ Virginis, non ita pridem celebri Sanctitatis opinione defunctæ, quam, cum deuotis manibus appręhendiſſet, talia calenti pectore verba profudit: *Scio*, inquit, *ſcio ò Deus, nec me vlla tenet dubitatio, Tereſiam, Carmeli noſtri reformati parentem, cuius ſacrarum exuuiarum partem amplector, dulciſſima tua præſentia iucundari in cœlis, & tui muneris ampliſſima facultate pollere, qua ſanitati me priſtinæ reſtituat: Eam tamen nec peto, nec cupio, niſi tuæ ſit placita voluntati, in cuius ſinum vitam meam, vna mecum lubens, volenſque depono. Et tu ò glorieſa Chriſti ſponſa, ſi quidem diuinæ maieſtati gratum fore noſti, vt à lethali labe conualeſcam; ipſa à ſponſo, quò frueris, impetra, ne in vanum recipiam Dei beneficium; ſed ſummo bonorum omnium authori tantam effice me diuinæ gloriæ reddere meſſem, quantam exegerit obtentæ gratiæ fœnus immenſum.* Hæc & ſimilia feruenti ſoliloquio præfatus, reliquiam, qua decebat reuerentia, qua calebat deuotione tumoribus admouit, & mox in ęxtaſi rapto, Mater, quam inuocarat, apparuit denſo Sanctorum agmine ſtipata, & ſuper vtramque veneni ſedem ambas manus imponens, his verbis Dominicum ſuum eſt allocuta: *Sanatus es fili, ſurge, vade, & plurimas ad Deum animas conuerte, totumque te iuxta talentum liberaliter concreditum, obſequio ſponſi mei cæleſtis impende: nec eius gratia tibi deerit, nec meum abſiſtet auxilium: ſed benedictionum diuinarum larga ſuper te fluenta decurrent: Deſtinato à ſuprema prouidentia tempore, Romam perges, ibique meam canonizationem promouebis.*

Sic nouellæ congregationi, vix

Ab anno Chriſt. 1582 ad 1584.

dum natæ, futurus aliquando anteſignanus, cum ſenſibus reſtitutus eſſet, ſanitati reſtitutum ſe reperit; ceſſiſſe tumorem, febrem ceſſaſſe, periculum euanuiſſe. Et poſt annos aliquot Romam miſſus Clementis VIII. mandato, per Eminentiſſimum Card. Gymnaſium, tunc Summi Pontificis in Regnis Hiſpaniarum Nuncium, Italicæ Congregationi nomen dedit; deinde, dum Procuratoris Generalis in eadem Congregatione officio fungeretur, & non vulgari apud Paulum V. ob Sanctitatis opinionem, auctoritate vigeret, non minima cauſa fuit impetratæ beatificationis. Denique à Gregorio XV. ſummo in pretio, & affectu ſingulari habitus, canonizationem cum alijs mirum in modum promouit, ipſe ſolus maturauit, accelerauit: vt ſuis in locis dicturi ſumus. Quibus Sancta Mater Tereſia prophetiæ ſuæ veracitatem, & maternorum viſcerum prouidam pietatem liquidò nobis demonſtrauit.

Voluit etiam hanc maternam erga congregationem noſtram, pietatem & curam, iam poſtquam in cælos recepta fuit, inſigni pignore ſubharrare. Nam inter exuuias puriſsimi corporis, quas ſuis prolibus dereliquit, pedem alterum Romano Conuentui S. Mariæ de Scala voluit conſignari, ipſo rei euentu teſtata, ſe poſſeſſionem inire congregationis noſtræ, ceù hæreditatis propriæ, pedis alterius in ipſam poſitione: vt Tereſianæ Reformationis cor, ideſt continua Dei præſentia, ac rerum ſacrarum meditatio: pectus, ideſt intra cellæ vnius anguſtias, amata ſolitudo: viſcera pietatis, ac charitatis in proximum: Reliquum denique primitiuæ Regulæ, ac Conſtitutionũ eius corpus vtroque pede, tam Hiſpano, quam Italico firmiùs, meliuſque conſiſteret.

His igitur pignoribus ſubharrauit ſe Virgo Tereſia filijs, filioſque ſibi: vt vtrimque, & ipſa pactam fidem cõtinuo deſuper adiutorio præſtaret, & nos tantæ Matris obſeruantiæ ſolemni profeſſione deuoti propoſiti rigorem perſolueremus.

Atque hunc in toto decurſu huius operis mihi ſcopum præfixi: vt videlicet ſcripto conſignem, diuinæ prouidentiæ magnalia, quæ Sancta Tereſia procurante, diuinus animarum ſponſus Conregationi noſtræ tum in vniuerſum, tum in primis eius alumnis, liberaliter eſt elargitus, nondum in diem hanc obſtructo gratiarum fonte: Quo fratres meos ſpontè currentes, propoſito maiorum exemplo, & diuinæ virtutis præſidio ad vlteriora commoueam.

Me verò, meique ſi qui fuerint ſimiles, domeſticarum virtutum calcaribus excitem, & ad æmulationem Chariſmatum diuinorum prouocem. Ideoque non inutiliter, vt ſpero, Sanctæ Matris noſtræ deſiderium, quò in hanc congregationem deflagrauit: Votum, quo poſtulauit: promiſſiones diuinas, quibus obtinuit: auxilia, quibus promouit: arrhas, quibus ſe ſe oppignorauit, ante omnia, veluti fundamentum rerum dicendarum, poſui, & his primis Capitibus nonnihil fusè, carptim tamen, ac ex multis pauca delibans, nec pro rei dignitate ſum præfatus.

†

CA-

CAPVT XIII.

V.P.N.F.Nicolaus à Ieſu Maria Genuenſis, ex Aurica ſtirpe oriundus, Procurator ex Hiſpania in Italiam mittitur; eiuſque vita ad hoc vſque tempus ſummatim deſcribitur.

QVod Obſeruantiæ Carmeliticæ primitiuum florem, non infœcunda propagine viderit Italia, & ex hoc primogenito Eccleſiæ Regno, in omnes ferè, quot quot extra Hiſpanias ſunt, regiones deriuata fragrantia, nos quoque allexerit, vt exuti fœtorem ſæculi, ex inſtituto Tereſiæ, ad Cæli delicias aſpirantes, curreremus in odorem veſtimentorũ eius; non minima V. Patri Noſtro Fratri Nicolao à Ieſu Maria laus debetur, & gratia.

Nam ſi prophanis annalium Scriptoribus, tunc cum Quartus Romanorum Rex Oſtiam, in ipſo maris, fluminiſque confinio, coloniam poneret, licuit augurari, futurum aliquando, vt totius mundi opes, & commeatus, illo veluti maritimo hoſpitio reciperentur in Vrbem: Cur non ego præſagiam melioribus auibus, tunc, cum primus ille futurus Reformationis Generalis, in celeberimo Ianuenſium Emporio, ceù primo aditu terræ, mariſque, coloniam fratrũ ſuorum deduceret; nos omnes ab vniuerſis terræ prouincijs, ad diuitias regni ſpiritualis, inita poſſeſſione Tereſianæ hereditatis, in totius orbis Chriſtiani Ianua fuiſſe inauguratos?

Sed priuſquam huius primæ fundationis Italicæ initium expediam, pauca quædã de Venerabili iſto Patre præmittere non importunum exiſtimo. Ex antiquiſſima pariter, ac nobiliſſima familia gentis Auriæ, quæ inter Ianuenſes facilè primatũ tenet, exortus, cum iam maturæ ætatis vir Hiſpali moraretur, ſupremi Rectoris prouidẽtia diſpoſitum fuit, vt Sancta Parens noſtra Tereſia Monialium ſuarum fundatura conuentũ, in eamdem appelleret ciuitatem. Aduocauerat ſua ſpontè Præſul Hiſpalenſis: conductam domum præparauerant Patres: momento peragenda cenſebatur fundatio. Verùm totius Religionis lapidem angularem mundanæ molis monti Deus exſcindere decreuerat manibus Tereſiæ: ideoq; tempus non modicum componendis difficultatibus permiſit excurrere, quo lapicidæ cæleſti opportunitatem tribueret ab adamantinis ſæculi vinculis tantum Virum auellendi. Compatiebatur S. Tereſiæ deuotus nobilis & auctoritate ſua negotium fundationis non modicè promouebat: ſed interim dum ſæcularium ſatagit, ſpiritualem animæ ſuæ curam ſpiritui Tereſiæ committit. Hinc fælici cãbio, procurante Doria, temporalia illa domus Dei perficiendæ impedimenta, ſublata ſunt. Et Tereſia diuinis nutibus annitente, quod totum ſpiritus Tereſiani ædificium aliquando ſuſtineret, fundamentis immiſsũ eſt viuum ſaxum.

Ab anno Chriſti 1582 ad 1584.

Hinc Tereſia, dum progreſſu temporis cerneret, quàm magnos progreſſus in Religione faceret, maiores quoque ſpiritu præuideret, ſolebat facetè dictitare: *P. Fr. Nicolaus*, inquiens, *meorum negotiorum curam in ſe ſuſcipiebat: Ego animæ illius negotiũ gerebam; & vix dum elapſo anno, inter fratres meos clauſtro, caputioque innexueram.*

Itaque anno 1575. Hiſpali, cũ 38. foret annorum, Pater Nicolaus Doria Religioni nomen auitum dedit, & æternę vitæ cognomina accepit, Nicolaus à Ieſu Maria non inauſpicatè vocatus. Datiſque virtutum altiſſimarum illuſtribus ſpeciminibus, ſtato tempore, Religioni ſe deuouit, iam ſpiritu, quam ſanguine nobilior.

Vero enim, & magnanimo deſpectu

Ab anno Chriſt. 1582 ad 1584.

ctu rerum omnium pro Chriſto, mundanorum titulorum paterna faſtigia ſupergreſſus, primo ferè claſſici ſigno, religiosæ perfectionis arci ſublimis imminebat, & inde ſibi gradum fecerat ad apicem virtutum, quo plerique currunt ad profunda vitiorum.

Vix dum guſtauerat delicias ſpiritus, quas ſuauiſſimus animarũ ſponſus dilectis militiæ ſuæ tyronibus in ſecreto cordis ſolet inſtillare; cum ecce rapidiſſimus turbo perſecutionis toti machinæ Tereſianæ, ſeù potius diuinæ, grauiter incumbit, impellit, concutit, ruinam, excidium minatur. Pater Generalis Ordinis ſiniſtris informationibus irritatus in Diſcalceatos, vna cum Deffinitorio, eos extinguere decernit. Prohibentur mandato Deffinitorij fundationes nouæ, & antiquæ aboleri iubentur. Ipſi Tereſiæ iniungitur, vt in vnum ſe conuentum, velut in carcerem abdat: Diſcalceati inter reliquos diſperguntur, vt diſperdantur. Tandem Illuſtriſſimus Hormanettus, quem Tereſia Sanctum Nuncium appellat, & hucuſque Reformationi fauerat, boni operis fructum recepturus ad cęlos euolat, & naſcentem in terris Religionem omni iam præſidio deſtitutam nouo luctu replet. Denique in vltimum diſcrimen ex Vrbe Roma adeſt alter ſuæ Sanctitatis ad Regem Hiſpaniarum Nuncius; firma, ac pertinaci mentis ſententia debere Diſcalceatos profligari, nouum illud inſtitutum peſſumdari.

Res proclamata: nihil ſpei reliquum. Qui inter Diſcalceatos officijs, aut rerum experientia inſignes erant arctę cuſtodię mancipantur, reliqui Madrito, totaque Curię vicinia procul abiguntur: ſolus, de quo agimus, Pater Nicolaus religioſa modeſtia & ſimplicitate, latuit oculos inuidię, & perſecutorum odium ſuperauit; adeo vt Madriti inter Calceatos commorari permiſſus, prudẽtia, & induſtria ſua, iam cadenti Religioni, vna cum Sancta Tereſia infractos humeros ſuppoſuerit; donec Deo dante, penitus ſtabiliretur.

Sed præſtat audire illorum temporum virum, doctrina pariter, ac dignitate Illuſtriſſimum Fratrem Didacum de Yepes Epiſcopum Turiaſonenſem, qui in quadam relatione hiſpanico idiomate ab ipſo compoſita, de virtutibus Sanctę Tereſię ad ſapientiſſimum Patrem Fratrem Luyſiũ de Leon in vniuerſitate Salmantina ſacrę paginæ cathedraticum, refert modũ, quo Venerabilis P. Nicolaus periclitanti Religioni opem tulit, & iucundam pariter, ac deuotam narrationem attexit de Cane Sancti Dominici dicto Patri ducatum præſtãte. Sic igitur ait: *Ediſſeram hic non infimæ notæ hiſtoriam, quam didici à P. Fr. Nicolao à Ieſu Maria moderno Diſcalceatorum huius Ordinis Prouinciali, viro admodum graui, docto, & ſancto, & omnino mihi narrandam cenſeo: nam propter ſingularem eius modeſtiam, & talibus in rebus taciturnitatem, nunquam euulgaturum ſcio, quæ ſibi honori ducantur, & laudi. Nec tamen fas eſt rem adeo præclarã obſcuro premi ſilentio. Cum igitur Madriti totis viribus incumbitur in ruinam, & deſtructionem ſacræ illius Religionis, nonnulli Fratres Diſcalceati in ſui defenſionem nitebantur, inter quos antedictus P. Fr. Nicolaus natione Genuenſis.*

Edixerat Nuncius Diſcalceatos omnes curia excedere, neminem præter vnũ Nicolaum remanere: ita ſublatis impedimentis facilè propoſiti ſui compotem fore. P. Fr. Nicolaum minoris induſtria, nullo negotio, ſi quid moliretur, ſuperari poſſe. Neque planè decerrabant: nam quamuis vultus totaque exterioris hominis compoſitione magnam præ ſe ferat aquabilitatẽ animi, prudentia tamen, ac induſtria pollet ſingulari. Præiudicio igitur atque opinione ſpeciei externæ, ſi quid fortè curare poſſet inter ſuas curas non reponebant; ipſe verò nullum momentum cauſæ ſuæ præter labi ſinebat. Quamuis ſi vera loqui velim, nulla ſuffecerit humana virtus, niſi Deus diſpoſitione ſua, ad finem

nem ſibi beneplacitum, & ſeruis ſuis optatum Ordinis negocia deduxiſſet. His litibus occupatus modica ſpe victoriæ P. F. Nicolaus, qui apud Calceatos morabatur (ſic enim ad maiorem ſecuritatem cauerant aduerſarij) ſæpius ad Beatæ Virginis de Atocha conuenire ſolebat, P. Fratrem Petrum Hernandez Viſitatorem ſuum Apoſtolicum, qui fauebat inſtituto, eo quod vitam Fratrum, & Monialium probè perſpectam haberet.

Quadam vice cum P. Fr. Nicolaus ad Viſitatorem alloquendum, platea S. Hieronymi egrederetur, incidit in canem non modicæ magnitudinis, qualis ante pedes Sancti Dominici depingi ſolet, album colore, nigris maculis inſperſum; progrediebatur ſex, aut ſeptem paſſibus, & paruis quibuſdam intercalatis morulis verſo capite reſpectans an ſequeretur, quaſi fauorem ſpondens vſque ad oſtium Viſitatoris ducatum præbuit. Aduertit ſtatim ab initio pius Religioſus cæleſte S. Patris auxilium, ſed tacuit. Altera vice diuerſum, ne deprehenderetur iter, ad eundem inſtituens in exitu vici, Moloſſum eundem incurrit, qui Patrem, ſicut prius fecerat, amicè deduxit. Interroganit Pater Fr. Nicolaus Viſitatorem, an talem aliquem canem aut educaret, aut noſſet, narrauitque, quæ ſucceſſerant: ille ſubridens nullum ſe canem alere, aut quidquam noſſe reſpondit. Perſeuerauit tamen ducatus ille, in hunc quem diximus modum; vſque dum in fauorem Ordinis lis terminaretur. Voluitque S. P. Dominicus hoc pacto ſignificare, ſe Patris Nicolai ducem, & totius Ordinis eſſe defenſorem, quodque ipſo mediatore negotia Religionis recte dirigerentur, adeoque exolueret fidem, quam Sanctæ Matri Tereſiæ Segobiæ quondam dederat Reformationis adiuuandæ.

Hæc Reuerendiſſimus Turiaſonẽſium Antiſtes, cui volupe eſt pluribus in locis in P. Nicolai vitam excurrere, ceu in amœnum campum floridæ virtutis. Sed ad primigenium fructum, quem flores illi nobis parturierunt, auida ſe extendit oratio.

In primo Capitulo Prouinciali Diſcalceatorum, quod Compluti celebrarunt anno 1581. adfuit P. Nicolaus nondum annorum Religionis numero, ſed virtutum compẽdio venerandus, & vt Prior conuentus Paſtranenſis ſecundum inter Patres locum obtinuit, ac Capituli ſuffragijs Procurator Ordinis, nec non ſocius Patris Pruincialis electus fuit. Ab anno Chriſti 1582 ad 1584.

Poſtulabant grauiſſima Religionis negotia, vt in Italiam quam primum deſtinaretur vir aliquis, quem zelus Religionis animaret, prudentia dirigeret, armaret auctoritas: Patres Nicolao noſtro prouinciam hanc demandarunt. Iam enim profundam animi ſagacitatem, & in negocijs gerendis induſtriam, ac in tutanda Reformatione conſtantiam experti, non parum ponderis acceſſurum rebãtur, ſi ad primum Ordinis Generalem amãdaretur vir nobilitate præcipuus, ac Regi Hiſpaniarum Philippo II. tum proprio, tum totius familiæ nomine charus. Sed oportebat legatum illum Religionis, priuſquam ad externas prouincias dimitteretur à Sãctiſſima Religionis huius Reſtauratrice ſuas accipere inſtructiones.

Eodem igitur anno principio menſis Iunij comes Tereſiæ datus eſt Palencia Soriam ad fundationem Monialium, quæ feſto S. Eliſei, magna tum Epiſcopi, tum totius ciuitatis deuotione perfecta eſt. Huius comitatus occaſione ab ore illo ſeraphico, quæ in Italiam abeunti rebus gerendis prodeſſent, accepit documenta nouiſſima, & præclariſſimum meruit encomiũ, quod inferius adferemus. Nam, vt inquit Didacus de Iepes, vitæ S. Tereſiæ l. 2. c. 32. *Sancta Tereſia affectu præcipuo proſequebatur Patrẽ Fratrem Nicolaum, eiuſque ſpiritum, ſanctitatem, virtutem, plurimi pendebat, iam tum venerabundis oculis ſuſpiciens, vt Patrem, & ſtabilem ſuæ Religionis columnam, quod rei poſtea probauit euentus.*

Ex Hiſpanijs diſcedentẽ Rex Philippus II. pietate, quam vaſtiſſimo impe-

Ab anno Chriſt. 1582 ad 1584.

imperio maior, de Reformationis incremento paternum in modum ſollicitus, omni fauore proſecutus eſt, litteraſque grauiſſimas ad Eccleſiæ, & Religionis Prælatos, & ad coronæ ſuæ miniſtros dedit.

Non illic defatigatas ab itinere vires, non nauſeantem longa nauigatione ſtomachũ delicijs paternæ domus reficere curauit, non diuertit ad paternos lares, ſed nobiliſſimis carnis fratribus præpoſuit pauperes fratres ſuæ Religionis, à quibus hoſpitium petijt, & impetrauit, nec vllis fratrum, vel parentum precibus, aut blanditijs à Monaſterij modica cella, & victu paupere, ad magnifica ſuorum palatia, & epulas delicatiores valuit traduci. Omne tamen charitatis officium hoſpiti tanto Patres exhibuerunt: apud quos dum non nihil moraretur, intelligit, Reuerendiſſimum Ordinis generalem. P. Fratrem Ioannem Baptiſtam Caffardum Senam verſus, natale ſolum, iter meditari viſitationis regularis gratia. Succeſſerat Venerandus hic totius Ordinis Prior, ac Magiſter, Venerabili viro Ioanni Baptiſtæ Rubeo, quẽ vt ante diximus, in reformationem vltro propenſum, colloquijs, ac litteris S. Tereſiæ incitatum primam licentiam dediſſe reformationis inſtituendę iuxta Tereſianam normam. In huius locum electus eſt Pater Caffardus, patria ac natione Senenſis ad annum 80. huius ſęculi; & cum eſſet vir admodum pius, pium Diſcalceatorum inſtitutum paterno fouebat affectu, nouamque prouinciam ſingulariter promouebat.

Reperio in comitijs generalibus, Romę celebratis ad Sanctæ Mariæ Tranſpontinę, quibus idem Reuerendiſſimus Pater in totius Ordinis Generalem renunciatus eſt, Diſcalceatorum cauſam mitius, ac honorificentius fuiſſe tractatam, quam in duobus præcedentibus capitulis non ſatis cognitam acerbè perſtrinxerant Patres; adeoq; diſcuſſo nubilo, quod inter fratres eiuſdem ordinis fuerat, emicuit ſub Ioanne Baptiſta Caffardo aurora claritatis; nam inter acta capitularia, quorum ex originali depromendorum copiam mihi fecit, Reu. P. Mag. Lezana vir doctrina ſimul, ac pietate conſpicuus, extat decretum, quod Patrum Ordinis ſinceram arguat in Diſcalceatos charitatem, ac in rebus dijudicandis prudentem humilitatem.

Nam nè vel ſiniſtris informationibus pręiudicium inferrent reformationi, vel ab alia parte nonnulli fortaſſe conquererentur, mediam iniuere viam, totamque controuerſiam ad Tribunal prudentis iuxta, ac pijſſimi Generalis communibus ſuffragijs remiſerunt in hæc verba:

Propoſita fuit cauſa pro primitiuis Diſcalceatis. Omnia vnanimi aſſenſu, quę agenda erunt in primitiuorum Diſcalceatorum cauſa, Reuerendi Diffinitores demandauerunt ſapientię, ac vigilantię Reuerendiſſimi Patris.

Ad hunc igitur Procurator reformationis tanquam ad Patrem, & Superiorem, & in quem totus ordo auctoritatem ſuam hoc in negotio trãſfuderat, à filijs obedientiæ ſpecialiter deputatus, aduenit. Gauiſus eſt ſummoperè ob nuncium acceſſui Generalis: reformidabat enim quam maximè Romam proficiſci: nam qui verè, & ex animo mundanos honores in perpetuum propudiauerat, verebatur nè carnalis parentum affectus, religioſæ humilitati potentiores ſtrueret inſidias ea in vrbe, quæ dignitates cum imperio, & auctoritate diſpenſat.

CA-

CAPVT XIV.

V.P.N. Nicolaus à Ieſu Maria Hoſpitium Genuæ erigit ad Sanctæ Annæ, ibiq; cum paucis alijs Diſcalceatis ſocijs pijs Religioſæ vitæ exercitijs fideliter incumbit.

DEſiderauerant iam pridē, tum è ſęculo viri Principes, tum ex Religione primarij Patres, theſaurū primeuę Reformationis ad exteras ab Hiſpania nationes ſine inuidia communicare: verùm plurima, & grauiſſima deterrebant impedimēta, tum ex parte Regis Hiſpaniarum, tum ex parte Reformationis. At Nicolai noſtri capacior, & generoſior animus, totum mundum charitate feruenti complexus, vt Tereſianum ſpiritum omnibus communicaret, Tereſiano ſtratagemate vſus eſt: Et ſicut illa Duruelæ porticum, ne cuiuſquam pateret inuidiæ, promiſſæ à Deo magnitudinis debile principium dedit; ſic Nicolaus loca commoda in meditullio Ciuitatis à ſuis oblata repudians, Oratorium quoddam extra ciuitatem colle difficili ſitum, anguſtum, & inops ſuis elegit ampliſſimis votis initium; Idque non Conuentus nomine, ſed Hoſpitij.

Rem itaque, quam ſępiſſimè ſolebat, nunc enixius Deo, Sanctęque Annæ cui dedicatum erat Oratoriū, nec non Sanctę Tereſię iam in cęlos receptæ commendans, legatum Hiſpaniarum adit. Nolebat enim in negotio Religionis quicquam momenti grauioris attentare, niſi conſultis miniſtris Regis Philippi, cuius auctoritate Religio iam peſſumdata reuixerat, cuius in fulcris, ac virtute magis, quam ſuis pedibus adhuc tenera ſtabat. Conſignat litteras Regis fauore pleniſſimas, negotia ad quę à Rege, à Religione miſſus ſit, aperit, mandata regia proponit: expectari Generalem Senis, ab eo plurima dependere. Legatus per ſe Religioni fauens, omnem operam ſpondet, tum conſultare inter ſe, quo pacto ad finem optatum, quæ Rex, & Religio poſtulabant, deducantur. Dumque hęc diſquiruntur, & expediuntur, Nicolaus de fundando pro ſuis fratribus hoſpitio paruulo ſermonē exorſus, facilè pijs rationibus animum legati deduxit in eandem ſententiā: Varijs negotijs vrgeri religionem admittendos in Italiam Religioſos; Genuę primum appellere, ſępius morari neceſſe; in ſęculares domos parentum, aut aliorum diuertere reformatæ Religionis ſpiritui contrarium; apud Patres Calceatos hoſpitari, tum illis, tum negotijs, quæ plerumque tractaturi veniebant, propter nonnullos aduerſarios prorſus incommodum. Ab anno Chriſt. 1584 ad 1585.

Habito conſenſu legati, adeoque ab offenſa Regis ſecurus, Fratrem ſuum Illuſtriſſimum Dominum Ioānem Baptiſtam, alioſque parentes, & amicos propoſiti ſui certiores facit, rogatque vt diligentia, authoritate & facultatibus ſatagant Oratorium illud Sanctæ Annæ ſibi, Fratribuſque ſuis in hoſpitium dedi.

Erat Oratorium S. Annæ Capella modica extra portam platęæ nouæ ſita, cui tres, quatuorue cellulæ fuerant inedificatæ. Adiacebat hortus modicus, ſed dos nulla ad miniſterium Eccleſiaſticum aſſignata, nullus ei miniſter erat deputatus, ſolūmodo, qui viciniam incolebant æſtatis tempore, ſacrum vnum per dies fermè ſingulos pro ſua deuotione celebrari curabant: adeo Nicolai noſtri religioſa prætenſio citra damnum, infra inuidiam fuit, vt ſine cuiuſquam oppoſitione, aut tergiuerſatione vicinorū, de quibus modo locuti ſumus, habito liberali cōſenſu, vir admodum Illuſtris, ac Reuerendus Clemens Politus Archiepiſcopi Genuenſis Vicarius Ge-

Ab anno Chriſt. 1584 ad 1585.

neralis authoritate ſua Sanctæ Annę Capellam Carmelitarum Diſcalceatorum Religioni in perpetuum attribuerit. Moxque compoſitis nõnihil, atque ordinatis in vſum regularem cellulis, Oratorio quoque congruenter adaptato, vt in eo tum Miſſæ Sacrificium celebrari, tum ſermones ad confluentem populum haberi poſſent; P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria cum collega à Carmelitarum Conuentu receſſit, & in cellulas Sãctæ Annæ ſe recipiens, loci poſſeſſionem accepit Kalendis Decembris anno reparatæ ſalutis 1584. & primitiui Carmeli filios Magnæ Matri tenerrimo deuotionis ſenſu iure merito reſtituit.

Conſtans enim eſt maiorum noſtrorum traditio, Carmelum illum veterem ab Elia in honorem naſcituræ Virginis, quam ſub ſpecie nubeculæ, ceu veſtigium pedis humani mari emergentem viderat, conſecratum, diuturna tandem expectatione fatigatum, Prophetarum ſuorum ſuſpirijs languentem, progenitorum Virginis familiari conuerſatione reſpiraſſe. Nam in Sacro Carmeli Monte Sanctam Annam parens Emerentiana prius obtinuit à virginea mente, quam conciperet corpore, & tantæ matris felix ortus potius antiquorum illorum Carmelitarum debetur ſanctitati, quam parentum fęcunditati.

Ne vero lector ea, quæ diximus, auitæ potius nobilitatis, quam ſincerę veritatis amore à nobis prolata cenſeas, in huius rei confirmationẽ referam totidem verbis, quæ excerpi ex Petro Dorlãdo Carthuſiano in vita Sanctæ Annæ, quam reperies in fine librorum de vita Chriſti Ludolfi de Saxonia. Sic enim ait capite 1. *Appropinquante plenitudine temporis, quo per filium ſuum Deus, humanum genus redempturus erat, ſeptuaginta ſeptem (vt Diuus Cyrillus Carmelita ait) ante diuini Verbi Incarnationem annis floruit in Iudæa Virgo quædam generoſiſſima ex Dauid ſtirpe nata, diues admodum, mirèque formoſa, optimè morata, valdeque cordata, ac ſpei de redemptione Iſrael refertiſſima, quæ cũ parentum venia filios Prophetarum in Carmelo viſitare ſolita, ab eiſdem moribus, ac prudentia, ac ſanctitate plurimum illuſtrabatur, donec iam matura viro, iam plenis nubilis annis, matrimonio ad generis propagationem à parẽtibus optimis, & prudentiſſimis ex veteri inſtituto addiceretur. Quibus tamen virgo caſtis colloquijs imbuta, virginalique vitæ aſſueta, animoque deſtinata, primum quidem refragata, rem ad Carmelitas detulit, qui in ieiunio, & oratione Deum conſuluerunt, donec eorũ tres in ſpiritu rapti radicem videre pulcherrimam geminam ex ſe arborẽ emittentem, ex quarum altera natus eſt ramus ſpecioſiſſimus, tria diffundens ramalia, è quorum primo longè decentiſſimo natus eſt flos puriſſimus, atque fragrantiſſimus odore cælum, ac terram perfundens optimo. Ex reliquis quoque prioris arboris ramalibus flores nati sũt, ſi ſeorſum ſpectentur pulcherrimi, ſed ad primi comparationem nihili; Ex altera vero arbore orta eſt virga ſanè pulchra, pulchriorem producens florem, nec tamen primo comparabilem. Hac radice ſic viſa, audita eſt ſimul vox, dicens: Hæc radix eſt Emerentiana noſtra magnæ propagationi deſtinata. Qua re intellecta, Virgo Deo, & parentibus obediens Stolano viro iuſto, & Deum timẽti nupſit.* Et proſequitur idem Dorlandus c. 2. *Ex quo matrimonio Emerentiana concepit filiam Iſmeriam nomine, quæ genuit filium Eliud, & filiam Elizabeth matrem Ioannis Baptiſtæ. Concepit præterea, & peperit Emerentiana alteram filiam, cui Annæ, ideſt gratiæ Dei nomen indidit, quæ verè gratia Dei, quia ex eius filia proceſſit Saluator Mundi.* Hæc Venerandus Ille Pater, qui ante annũ Incarnati Verbi, 1490. ex antiquiſſimis Codicibus Sancti Cyrilli depromebat in ſua Carthuſia Coloniæ Agrippinæ.

Nam vt Ioãnes Tritemius Abbas Ordi-

Ordinis S. Benedicti celeberrimus, in libro de laudibus S. Annæ ſcriptum reliquit: *Sanctus Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus cultor quondam Montis, & Ordinis Carmeli, cum de ortu Beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ ad Celeſtinum Papam ſcriberet, de vita, & conuerſatione Sanctæ Annæ multa laudum præconia inſeruit;* Eadem refert ex Ordine Sancti Franciſci, Frater Enricus Mauroy Pariſienſis Doctor in antiquitatibus Iudaicis verſatiſſimus, in Apologia, quam ad Iulium III. pro reliquijs Patriarcharum conſcripſit par. 1. c. 36. in editione Pariſiēſi anni 1553. fol. 166. & habetur in Bibliotheca noſtra Beatæ Mariæ de Victoria, Romæ. *Huius enim rei teſtes,* inquit, *ſunt ampliſſimi Sanctus Cyrillus Hieroſolymitarum Patriarcha, Tritemius Abbas, D. Petrus Sutor, Ioannes Oriedo, Iacobus Faber, Natalis Beda in ſua Apologia pro filiabus, & nepotibus Annæ, Ioannes Bertandus Iureconſultus de Cognatione Sacerrimi Ioannis Baptiſtæ, multique alij Authores non panitēdi; Appropinquante plenitudine temporis, inquiunt omnes, potiſſime tamen poſt Sanctum Cyrillum, quo per filium ſuum Deus humanum genus redempturus erat, floruit in Iudæa, anno ſcilicet 77. ante Diuini Verbi Incarnationem, quædam virgo Emerentiana nomine, nobiliſſima, & ex Dauid proſapia nata, diues admodum, mireque formoſa, & optime morata, ac ſpei de redemptione Iſrael refertiſſima, quæ plurimum prudentia, & ſanctitate illuſtrata, iam nubilis, viroque matura, matrimonium ad generis propagationem inire ab optimis parentibus compellebatur. Quibus tamen virgo caſtis eloquijs imbuta, virginalique vita aſſueta aliquantulum refragata eſt. Hæc ad Prophetas in Carmelo, quos deuotionis gratia frequentius viſitabat, iſta retulit. Qui in ieiunio, & oratione Deum conſulentes, iam in ſpiritu rapti radicem pulcherrimam geminam ex ſe arborem emittentem viderunt, ex quarum altera natus eſt ramus pretioſiſſimus, tres diffundens ramos, ex quorum primo longe decentiſſimo natus eſt flos pulcherrimus, atque fragrantiſſimus, odore optimo cælum, & terram perfundens. Ex reliquis quoque huius arboris ramis ſeorſum flores nati ſunt, pulcherrimi quidem, ſed ad primam floris comparationem in nullo cōparabiles, nihilque redolentes, inſuper & cum præſentis viſionis extaſi, audita ſimul vox, dicens: Hæc eſt Emerentiana noſtra, magnæ deſtinata propagationi. Iſta viri Sancti Dei alti tonantis Sacramenta huic eidem Emerentianæ retulere. Vnde hac re ſic intellecta, Virgo ipſa Deo, & parentibus obediens, Stolano viro iuſto, & Deum in primis timenti, nupſit. Ex quo peracto, & legitimè conſummato matrimonio Emerētiana cōcepit, peperitque filiam nomine Heſmeriam; Concepit præterea, & peperit alteram filiam, cui nomen Anna, quod eſt gratia Dei, indidit, quæ verè gratiæ Dei fuit plena.* Hucuſque Doctor ille ex ordine Seraphico.

Ab anno Chriſti 1584 ad 1585.

Guilielmus etiam Pepinus ex Ordine Sancti Dominici Doctor Pariſienſis, ſermone 2. de Sancta Anna dictam reuelationem, non minus fideli, quam eleganti ſermone deſcribit in hunc modum. *Tertia quæſtiuncula eſt, vtrum aliquid legatur de parentibus Beatæ Annæ? Reſpondetur, quod ſic. Reperi enim, quod B. Cyrillus dudum inhabitator Montis Carmeli, qui regnauit circa annos Domini 428. ſcripſit de ortu B. Annæ oſtendens, quis fuit Pater illius, ſimiliter & Mater. Refert ergo, quod anno circiter 78. ante Chriſti Incarnationem, fuit quædam Virgo nobilis de genere, & tribu Iuda, pulchra corpore, ſed pulchrior mēte, cui nomen erat Emerentiana. Hæc igitur honeſtiſſima Virgo de licentia parentum ſuorum, viſitauit quoſdam fratres deuotos in prædicto Monte Carmeli commorantes, & cum eis conferre cæpit de aduentu Meſſiæ, & de prophetijs, atque promiſſionibus ſuper hoc factis; cumque illa attigiſſet annos nubiles, parentes voluerunt eam dare cuidam honeſto*

Ab anno Chriſt. 1584 ad 1585.

Inueni in vxorem. Illa tamen conſentire noluit, eo quod in occulto promiſiſſet Domino ſe ſeruaturam virginitatem, ſi modo Deo placeret. Recurrit ergo pro hac re ad dictos Patres, narrans ſuorũ parentum voluntatem, pariter, & ſuam. Qua audita illi orauerunt Dominum, vt dignaretur oſtendere ſuper hoc voluntatem ſuam, quod cum triduo feciſſent, tandem ſeniori inter eos, pariter & duobus alijs, qui erant magis deuoti, oſtenſum eſt arbuſtum quoddam, ſuper quo erat ramuſculus quidam, portans pulcherrimum florem, fructumque delectabiliſſimum in ſe continẽtem; Deinde facta eſt vox, ad eos dicens: quod arbuſtum deſignabat Emerentianam, & eius bonam voluntatem, cum Dei volũtate vnitiſſimam. Ramus vero ſignificabat quandam Filiam Sacratiſſimam, quam in ſtatu matrimoniali Deus ſibi daturus erat; flos autem deſignabat Virginem quandam caſtiſſimam, quam filia ipſius Emerentianæ eſſet paritura, quæ virgo permanens, fructum vitæ, ideſt Filium Dei naturalem, qui per fructum prædictum deſignabatur, eſſet clauſura in ſuo Vtero Virginali, & tandem tempore debito ſine dolore paritura. Hanc igitur viſionem retulerunt prædicti Patres Emerentianæ puellæ, quam audiens illa, dixit, fiat voluntas Domini. Ex tunc igitur illa conſentit intrare matrimonium: orans humiliter Deum, vt nulli in matrimonium iungeretur, qui non timeret Deũ. Cumque poſt hæc ſucceſſiuè ad illam adducti fuiſſent ſex viri, nulli eorum voluit copulari, propter corruptam eorum intentionem, quam ſpiritu reuelante illa præcognoſcebat. Poſtremo ſuperuenit ſeptimus, dictus Stollanus, qui Deum timebat, & qui non cauſa explendæ libidinis, cum illa eſſet ſpecioſiſſima (vt dictum eſt) ſed potius cauſa ſuſcitandæ prolis eam quærebat habere in ſponſam. In hunc igitur Stollanum conſentit. Facto ergo inter eos honeſto matrimonio, illam concepit filiam, quam Annam vocauit. Hæc Cyrillus. Hucuſque Pepinus ex vetuſto Codice Bibliothecæ ſui Ordinis Valencenis apud Belgas extraxit.

Quæ tria teſtimonia non piguit ad verbum exſcribere, tũ vt auitam Carmeli nobilitatem celebraret os alienum, tum quod animaduertebã tam inſigne antiquitatis monumentum ab aliquibus hiſtoriæ prophetiçe ſcriptoribus fuiſſe prætermiſſum; Attamen Sancta Tereſia noſtra non obſcurè inſinuat, dum in fundatione Hiſpalenſi refert nobilem quandam puellam lectione vitę Sanctæ Annæ ad Carmeli primitiui regulam fuiſſe inflammatam, quod in ea legiſſet: Emerentianã Sanctæ Annæ Matrem, auiam Deiparę ſolitam fuiſſe cum antiquis illis Religioſis Carmeli incolis, caſta ſua deſideria, animique pia ſenſa conferre.

Illa ergo Mater, quæ tunc Carmelitarum benedictione concepta fuit, nunc aduentantes ex Hiſpania primitiui Carmeli filios, ad Ianuam Italiæ geſtiens expectauit, amplexa eſt, fouit, ſinumque maternę pietatis gratanter aperuit.

In hoc ſacrato Matris Annę gremio receptus Nicolaus noſter adeo dulcibus amplexibus, tum Auię Sãctiſſimę, tum Dei parentis filię, tum Chriſti Domini conſolatus fuit; vt ſui fermè oblitus videretur: aſperitatem brumę calor refocillabat animorum, & incredibili conſtantia frigori obriguiſſe videbatur. Inediam, iciuniumque continuum dapes replebant Cęleſtium meditationum, quibus non ſolum pingueſceret ſpiritus, ſed vt in facie plena Maieſtatis ipſa caro floreret. Aduenerant ſub initium fundationis nõnulli Patres, qui cum Romæ Generalem Ordinis acceſſiſſent, in reditu apud Patrem Nicolaum diuerterunt. Remanſerunt etiam apud eundem P. Frater Petrus ab incarnatione, & Frater Ioannes à Miſeria Laicus natione Calaber, quorum aduẽtu pluriraum exhilaratus, exercitia Religionis alacrius obire, ſtatas in

Con-

Digitized by Google

Conuentibus meditationis, orationis, Chori, examinis conſcientiæ, diſciplinæ, aliaſque vitæ regularis horas punctualiter obſeruare, ſpiritui nihil detrahere, corpori vix cõmoditatis aliquid condonare: cerneres in quaternario Fratrum numero choros caſtrorum, & in hoſpitio paupere nobilium virtutum formatiſſimum Conuentum.

Ea tempeſtate Generalis Ordinis Senas aduenerat, & prẹmebant Nicolaum noſtrum grauiſſima reformationis negotia, quin etiam inciuile videbatur,& à religioſa ſubmiſſione prorſus alienum procuratorem non ſolum à Diſcalceatis, ſed ab ipſo Hiſpaniarum Monarcha demandatum totius Ordinis capiti non occurrere. Verum primitiui ſpiritus Carmelita cuncta poſthabuit ſolitudinis amori, & primum quidem feruentiſſimis precibus Deo,ac Sanctiſſimę Genitricis Dei parenti conſilium ſuum commendans,ſtatuit ad Generalem non accedere, niſi vocatus; ſed humilibus litteris ſuę commiſſionis capita,neceſſitatemq; percenſens, voluntati ſui Præpoſiti, in quo venerabatur Deum, dimiſit, an Senas, aut alibi ad eum accedere, aut Genuæ deberet expectare.

Placuit ſubditi modeſtia viro religioſiſſimo, atque exinde initium ſumpſit affectus ille, quo deinceps eum proſecutus, non parui momenti poſtulatis in reformationis fauorem libenter acquieuit: adeoque peramanter reſpondens, Genuę iuſſit ſubſiſtere, dum appelleret. Gauiſus eſt ſummopere Nicolaus,& fiducia perducendi ad optatum finem, quæ ſibi ad honorem Dei, & Religionis augumentum fuerant cõcredita, magis, magiſque ſolitudinis amore inardeſcens, non frequentabat contribulum ædes, non palatia Fratris, aut parentum, ſed in ſecreto Annę Matris hoſpitio peregrinã à curis ſęcularibus mentem gerens, in meditationibus ſanctis,& delicijs lętabatur æternis, & receſſus tam exacta illi cura fuit, vt quamuis ſuperior Ordiniſque Procurator in domo multorum indiga, inter medios ſuæ ſtirpis magnates, occurrentibus plerumque grauiſſimis occaſionibus, vix, & non niſi neceſſitate magna ſpirituali vrgente, ciuitates, aut villas adiacentes adiret: vt notatum ſit nonnunquam ſpatio ferè quinque menſium pedem domo non mouiſſe; fouebat nimirum vt anxia mater ſemen illud paruulum, quod in Italicam, & orbis reliqui Congregationem excreſceret. Seminalis enim Tereſianę reformationis vigor non alio pacto facilius euaneſcit, quam non neceſſarijs per ciuitates diſcurſibus. Ab anno Chriſti 1584 ad 1585.

CAPVT XV.

V. P. N. Nicolaus multa Genuæ à Reuerendiſſimo Ordinis Generali in fauorem Reformationis obtinet; Abſens Primò in Prouincialem, deinde in primum Vicarium Generalem illius eligitur; Eumque in Hiſpaniam regreſſus miris modis promouet.

TAndem peruenit Genuam Generalis Magiſter Ordinis. Hic iam omnes orationis neruos altiùs intendere puſillus Grex, matrem Annam deuoti hoſpites imis precibus ad Deum interponere, ieiunia multiplicare, vigilias protrahere, Deo Optimo Maximo incruentum Corporis Chriſti Sacrificium in propitiationem offerre, vt in Carmeli reformatione firmam poſſent in hac ad Deum peregrinatione fundare Ciuitatem.

Non

Digitized by Google

Ab anno Chriſt. 1584 ad 1585.

Nondum enim deſęuerat aduerſus Tereſianam prolem infernus, & primo quidem prælio erecta iam Prouincia proſtratus, fugatuſque reparatis aciebus inſtabat, & nouis pugnabat armis. Machinis enim, quæ extrinſecus admouerat Diuini Numinis virtute magis, quam humano conſilio diffractis, inteſtinum fabricatus eſt bellum ſub ſpecie boni pernicioſiſſimum. Nam cum Religioſi mitigatam hactenus profeſſi Regulam Virginis Tereſię reformationem è perſecutionum profundo caput erexiſſe cernerent, & diſſipatis murmurationum nebulis apparuiſſet candida lux Carmeli primitiui, non minimus etiam ſplendor Regum, ac Principum nouo fauentium inſtituto perſtrinxiſſet oculos, ac denique virtus ipſa virtute quadam potentiſſima prouocaret ad emulationem, plures è mitigatis ad Diſcalceatos confluere, & vt ſolutis repagulis mare in continentem non dum ſatis tenacem, impetum facere nulla conſideratione cœperunt.

Annuebat Generalis poſtulatis multorum, qui vel fortaſſe non auſterioris vitæ zelo, ſed vel animi quadam præcipitatione, vel vt fit nouarum rerum cupiditate, aut alijs de cauſis habitum reformatorum expetebant. Vetera non placebant, nondum vſu temporis diſplicuerant noua, eadem in Religione ſub eodem Generali, breui nouitiatu, facilè veſtem, difficilè mores priſtinos exuebant, & renunciata mitigatione, ex mitigatis relaxati fiebãt. Quamobrẽ non contemnendus numerus eorum, qui reformatos inter numerus erãnt, & habitu ſolum, ac nomine Diſcalceati, totum Tereſiani ſpiritus ædificium quodam, vt fieri ſolet, exempli ſegnioris contagio, in profundũ relaxationis præcipitare moliebatur, eratque malum eo perniciouſius, quo rodebat intimius. Ipſum enim Religionis corpus cancer depaſcebat, quem ſi ſerpere permitteres, obſeruantiam interimeres; ſi exſcinderes, multorum mutilationem membrorum plantam adhuc teneram detruncares.

Prouiderat tamen Deus viros fortiſſimos velut corporis iſtius oſſa, qui conſtantia regerent, virtute ſolidarent, & delicatę carnis morbos, ne exitiales toti reformationi fierẽt, verbo, & exemplo, denique modis omnibus prohiberent. Inter quos ſi primo loco nominem P. Fratrem Nicolaum, de quo loquimur, non deerrauero. Quod ex ijs, quæ deinceps dicturi ſumus manifeſtum euadet.

Remedium huic malo nullum ſupererat, niſi Generalis ſuam authoritatem, qua nonnulli nimirum abutebantur, reſtringi ſineret, & paulatim ad totalem ſeparationem via ſterneretur.

Humiliter manus Generalis exoſculatus, primum quidem Regis litteras oſtendit, voluntatem explicuit magnatum, ac Principum deſiderium, ac conſenſum adiunxit; Deinde à gloria Dei, Religionis, & obſequij diuini neceſſitate, deductis argumentis, tanto ſpiritu, tantaque grauitate, ac modeſtia perorauit, vt flexerit, & nonnulla obtinuerit remedia, quibus pro temporis neceſſitate maioribus malis obuiam iri poſſet: Quæ à Summo Pontifice Breuibus Apoſtolicis ſunt confirmata. Ea tempeſtate poſt hoſpitij fundationem anno primo, die 10. Aprilis mortuus eſt Summus Pontifex Gregorius, qui vt bonis omnibus fauit, ſic & Reformationi noſtræ primum firmitatis Apoſtolicæ robur dedit, dum Prouinciam ei ſeparatam conſtituit, alijſque fauoribus ampliauit. Succeſſit in Apoſtolicæ poteſtatis culmine Sixtus V. qui Tereſianę Reformationis mores illibatos optimè callebat: fuerat enim, dum Cardinalis eſſet, vnus ex ijs Eccleſię proceribus, quibus prædeceſſor Gregorius cauſam Carmelitarum

litarum Diſcalceatorum examinandam commiſerat, & ſuper diuiſione à mitigatis in vnam Prouinciam à proprijs ſuperioribus regendam cõſuluerat, ac in fauorem Reformatorum grauiſſimè fuerat ſuffragatus. Mox igitur totis viribus ſtuduit procurare, vt nouus Pontifex ſua authoritate ſtabiliret, quod in minoribus exiſtẽs ſua pietate promouerat.

Et ecce dum hęc aguntur non ſine diuino nutu in Capitulo Prouinciali ſub initium menſis Iunij Paſtranæ celebrato P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria concordibus Patrũ ſuffragijs abſens, & extraneus eligitur in Prouincialem. Nullus enim pectus adeò conſtans videbatur, nullius ardentior in Religionem affectio, nullius zelus aptior temporibus præſertim illis, quibus grauiſſimę difficultates exantlandę, fouenda Religionis teneritudo, Inſtituti ſeueritas aſſerenda; necnon, quę ob iam dictas rationes in Carmeli noualibus enatæ erant, ſpuria vitulamina penitus exſcindenda. Omnes ad illum vnum, tanquam ad ſacram anchoram, tanquam ad exortam aſpectus benignioris Cynoſuram, ex imminenti naufragio reſpirare. Letitiæ ſenſum nonnihil temperabat timor, ne vir iam olim nobili contemptu mundanos honores ſupergreſſus, non ſe ſineret nouis dignitatum nexibus irretiri; aut Sanctę Matris Annę, quo maximè delectabatur tugurio, pateretur auelli; Ideoque duos nomine Congregationis totius deſtinant ad eum grauiſſimos Patres, videlicet P. Fratrem Petrum à Purificatione, & P. Fratrem Chryſtophorum à Sãcto Alberto, qui mandata perferant, ſupplicent, vrgeant nomine Chriſti, ac Tereſianę hęreditatis amore conteſtentur, nauiculę nimium hactenus iactatę clauum ſua velit prudentia gubernare, zelo defendere, authoritate promouere.

Pugnabant in Nicolai pectore hinc ſolitudinis amor, illinc Religionis; hinc cauſam dicebat quies priuata, illinc publica; Contemptus ſui refugiebat honores, & idem ille non audebat reluctari; ne iam nimia eſtimatione ſui cęteros contemneret. Summis tandem precibus agonem ſuum Deo commendans, diuino inſtinctu conſtituit humeros oneri ſubijcere, honorem humilitate ſuperare, & ſuis laboribus ſibi, totique Religioni, ſi liceret, ſtabilem comparare quietem. Ab anno Chriſti 1585 ad 1586.

Circa finem menſis Iulij Genua ſoluit, ſed quę vetus ille Religionis parens præclariſſimè deinceps in Hiſpanijs egerit, non eſt inſtituti noſtri recenſere, ſolummodo ne ſuſpẽſus ex ijs, quę ſuperius de Congregationis ſtatu diximus, hęreat beneuolus lector, ſciat in primis ſtatim annis omnibus ijs inconuenientibus remedium non ſine numinis auxilio ſpeciali fuiſſe prouiſum. Nam quę Genuę Pater Generalis benignè quidem, ſed reſtrictè admodùm indulſerat, tandem agente Patre Nicolao, & Philippo II. Maieſtatem Regiam interponente, Sixtus ille V. Eccleſię Catholicę Præſul digniſſimus diplomate ſuo remedia, ac priuilegia eſt elargitus, & alia plura ſuperaddidit.

Atque in primis confirmationem Prouinciæ à prędeceſſore erectę ipſe confirmauit, & Procuratorem in Romana Curia haberi poſſe iuſſit. Deinde, vt neminem amplius ex mitigatis, aut alijs præter formam ſuorum ſtatutorum reformationis, & præſertim à Familia Diſcalceatorum aliquando eiectum, ad habitum, aut profeſſionem admittere tenerentur, prætextu quarumuis licentiarũ. Nullus etiam præter ipſos Diſcalceatos, & iuxta formam prędictam habitum eorumdem Diſcalceatorum, aut valde ſimilem conferre, aut geſtare poſſet, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda. Præterea ſine Summi Pontificis licentia Diſcalceatis ad mitigatos, aut alios Reli-

Ab anno Chriſti 1586 ad 1587.

Religioſos tranſitum non patere ſine apoſtaſię nota. Ad Prouincialis quoq; tribunal delicta quęlibet ſuorum ſubditorum pertinere. Deniq; vt Diſcalceatorum Prouincia in plures diuidi poſſet, & ex ijs Congregatio ſtabiliretur à proprio Vicario gubernanda, qui eandem authoritatem exerceret, quam Magiſter Generalis in loca vendicat ſibi ſubiecta, pro vt in tribus breuibus ab eodem Pontifice obtentis latiùs continentur, quorum primum incipit: *Quæ à Prædeceſſoribus*, datum ſęculi illius anno 86.20.Septembris: Secundum incipit: *Decet Romanum Pontificem*; & emanauit anno 1587. 27. Iunij. Tertium; *Cum de ſtatu*: eodem anno menſis Iulij vndecima fuit expeditum. At ſequenti die vndecima menſis eiuſdem Quartum obtinuit ab eodem Pontifice, quod Symbolum eſt deuotionis, ac pietatis eius in auguſtiſſimum Corporis Chriſti Sacramentum, ac Suauiſſimum Ieſu nomen. Nam vſitatas in Religione pias conſuetudines, impetrato ſpiritualium indulgẽtiarum lucro, ſtuduit conſeruare, ac promouere: Primam, qua ſe inuicem non ſęcularibus verbis Fratres ſalutant, ſed dicentes: *Laudetur Ieſus Chriſtus*, reſpondentque, *in æternum*, aut *Amen*, aut *ſemper*. Secundum, qua frequenter Fratres honoris gratia nomina dulciſſima Ieſu, ac Marię proferentes, vitę auſteritatem, ceu mellis ſuauiſſimo fauo, ſolent lenire; Tertiam, quà vel in Choro, aut Oratorio, aut dum manibus laborant, aut iter faciunt, Lytanias Beatiſſimę Virginis, aut Nominis Ieſu conſueuerunt recitare: Quartã, qua feria quinta Miſſam de Sanctiſſimo Sacramento, pręſertim in partibus vicinis hęreticorum frequenter celebrant. Ad harum ſingulas à Pontifice, quem ſibi plurimum fauere dignouerat, obtinuit ex Eccleſię Theſauro indulgentias.

Et quia non modico lucrãdarum animarum ardebat zelo, non ſolum Fratribus, ſed etiam Chriſti Fidelibus deprecatus eſt eſſe communes: Ijſque, qui in Eccleſijs noſtrorum Fratrum, vel miſſę ſacrificio, aut prędicationi, aut lectioni verbi Dei intereſſent, aut Sacram Euchariſtiã ſumerent, aut ad adorandum accederent locupletes indulgentias promeruit. Quę in ſupradicto Breui, quod incipit: *Reddituri*, diſtinctiùs, fuſiùſque percenſentur.

Venerabilis etiam P. Nicolaus plurimis per vniuerſam ferè Hiſpaniam fundatis Conuentibus, mirum in modum commiſſam ſibi vineam dilatauit. Inter cęteros ſtatim ab initio ſuſcepti Prouincialatus in Regia Ciuitate Madriti oblatum vltro Conuentum ſtabiliuit. Nam cum, à Rege Philippo II. viri celeberrimi, vna cum Reuerendiſſimo Didaco de Iepes Regio Confeſſario, miſſi forẽt Abulam ad diligenter inquirendum de veritate prodigiorum incorruptionis, odoris, ac manantis balſami, quę in Tereſię corpore cernebantur, reuerſique maiora, quam fama prętulerat, referrent à ſe viſa; inter cęteros aulę proceres, etiam Archiepiſcopo Toletano Domino Gaſpari de Quirogas, miracula sãctitatemque Tereſię expoſuerunt; quibus ille tenerrimo deuotionis ſenſu commotus, & recordatus ſe à Tereſia dum viueret poſtulatum, vt Maddriti, quod ſuę Diœceſis eſt oppidum, Fratrum, ac Sororum Conuentum fundari fineret: compunctus ob repulſam tunc factam, nunc vltrò nemine petente, ſed internis inſpirationibus vrgente Tereſia P. Fratrem Nicolaum accerſiri iubet, & pro vtroque Conuentu licentiam impertitur. Cuius Eccleſia, dum Sancto Ermenegildo dedicatur, anno 1586. inſignem ſermonem habuit Reuerendiſſimus Didacus de Iepes, quem ante nominauimus, Regis Philippi Confeſſarius, in quo P. Nicolaum à Ieſu Maria Architectum

Digitized by Google

ctum totius Religioſi ædificij, honoris, & reuerentię gratia appellat.

Abſoluto Prouincialatus officio, cum ſperaret ab onere prælationis abſolui, & ſibi, Deoq; vacare, in Capitulo Madriti celebrato concordibus votis authoritate Breuis, quod ſupra tertio loco numerauimus, in primum Reformationis Generalem Vicarium eſt creatus 18. Iun. 1588. In qua electione quam parum præeſſe cuperet, & quam altas radices humilitatis egiſſet ſub nobiliſſimo pectore, non verborum apparentia, ſed operibus demonſtrauit. Nam ſuppoſuit quidem humeros oneri, ſed ſtatim imperandi cęteris liberã ſibi facultatem amputans, in ſex Deffinitores authoritatem ſuam eſt partitus, vt non ſolum Generalis, ſed quilibet ex illis in grauibus Reformationis negotijs ſuffragium ferret deciſiuum. Quod quidem tribunal neque hactenus in noſtra, in alijs verò Religionibus parùm vſitatum, eo certe tempore ad Reformationis adoleſcentiam prudenter regendam plurimum floruit, & huc vſque in vtraque Congregatione, nonnulla moderatione adhibita, non inutiliter perſeuerat.

Eodem tempore oblatos ſibi Archiepiſcopatus conſtanter renuit; nã vt refert Didacus de Yepes, Sixtus Pontifex Maximus in Italia Archiepiſcopatum Genuenſem ei obtulit, & Philippus II. Burgenſem in Hiſpania, & ad multas alias dignitates, fauoreſque in ipſa Curia voluit promouere: Sed verus Carmelita, Diſcalceatus, nullũm Pontificijs, Regijſque, aut parẽtum perſuaſionibus aditum indulſit, & reſpõſo quodam ſincero, ac ſeuero, ceu Religioſi fulminis ſpiculo, abſterrebat dicens: *Se, qui ad ſaluandam animam ſuam pauperem Diſcalceati vitam contemptis omnibus elegerat, aptum non fore Regno Dei, ſi retro reſpiceret ad ea, quæ dimiſiſſet.*

CAPVT XVI.

Ab anno Chriſt. 1586 ad 1587.

V.P.N. Nicolaus Hoſpitium Genuenſe in Conuentum erigit, qui tum ædificijs, tùm Nouitijs, in ſpiritualibus, ac temporalibus, non parum proficit, ſub Prioratu V.P.N. Ferdinandi a S. Maria; de quo ea, quæ huc vſque ad illum attinent, curſim recenſentur.

HIs breuiter delibatis, Genuæ ad hoſpitium S. Annę reuertamur. Mox vt in Hiſpanias appulit prima ſollicitudo fuit nouæ fundationi prouidere. In Capitulo quod nouo Prouinciali aduenìente fuit celebratum menſe Octobris anno 1585. iam hoſpitium S. Annę in conuentum erigit, eique in primum Priorem præficit P. Fratrem Chriſtoforum à S. Alberto, & in Suppriorẽ P. Fr. Ferdinandum à S. Maria, qui deinceps potiſſima munia Religionis, & Generalatum ipſum ter geſſit, & magna fuit Cõgregationis noſtrę columna, quibus cum aliquot alios Religioſos ex Hiſpanijs miſit, inter quos non ſicco veſtigio prętereundus P. Fr. Ioãnes à Ieſu Maria, quem ante omnes Genuam nauigare iuſſit, iam tum pręſagiens animo, quantũ ſpiritus, deuotioniſque Frater ille nõdum Sacerdotio initiatus, temporibus ſuccedentibus Italicę Cõgregationis nouis alumnis inſtillaret, quãtumque ſua prudentia exemploque, & gubernatione prodeſſet, vt poſtmodum in varijs huius hiſtorię locis dicturi ſumus. Adeoque iam noua Genuenſis fundatio Fratrum numero, & merito inter non vltimas computari cępit. Anno 1587. ſucceſſorem accepit P. Chriſtophorus in officio Priorali P. Fratrem Petrum à Purificatione, quo ſub initium anni

Ab Anno Chriſt. 1587 ad 1588.

90. in Hiſpanias profecto, P. Fr. Ferdinandus à S. Maria Conuętum gubernauit, atque in ſequenti Capitulo 2. Iunij 1591. Prior electus eſt.

Hic profectò abs re non erit, aliqualem magni huius viri, qui poſtea primus ad ſupremam nouę Congregationis dignitatem euectus eſt, notitiam lectori tradere; & quę huc vſque ad ipſum pertinent breuiter, ac ſtrictim exarare. Venerabilis igitur hic Pater in ſęculo Ferdinandus Martinez vocatus eſt; honeſtis parentibus, in Pago S. Romani Regni Legionẽſis in Hiſpania, propè Aſtorgam natus. Humanioribus litteris iam inſtructus, cùm noua noſtra Reformatio vbique per Hiſpanias fama clareſceret, optimumque, ac ſuauiſſimum virtutum omnium, ac ſanctimonię odorem in dies magis, ac magis ſpargeret, ad illam Deo vocante, ac dulciter trahente feſtinanter, alacriterque cucurrit. Factus Religioſus primas Carmeli renouati columnas agnouit in Conuentu Manzerę, Venerabilem, ſcilicet, P. N. Ioannem à Cruce, V.P.N. Antoniũ à Ieſu, cęteroſque illos Religionis velut Athlantes, ſanctitate inclytos, ſub quorum diſciplina in omni virtutum genere, ac exercitio fęliciter adoleuit, atque in ſcientia Sanctorũ, tot Sanctorum exemplis, familiarique conuictu doctiſſimus, & expertiſſimus euaſit. Potuiſſet & Sanctã Virginem, ac Matriarcham noſtram Tereſiam corporeis oculis aliquando conſpicere, niſi ſtupendo mortificationis, ac modeſtiæ impulſu, vel vt veriùs loquar, miraculo clauſiſſet oculos, illamque mortalem adhuc videre renuiſſet, vt eam poſtmodum maiori perfundendus gaudio in cęlis immortalem ac glorioſam poſſet intueri.

Propter eximiam tandem ſingularis prudentię, ac omnigenę virtutis, & ſanctitatis laudem, qua apud cordatos illos, ac ſeueros Religioſę vitę ęſtimatores, & iudices admirationi erat, Genuam miſſus eſt; vt nouellam, ac vix benè exortam fundationem promoueret, & in Regulari obſeruantia cùm verbo, tùm exemplo firmaret, ſolidaretque. Anno Domini 1585. in primum fundati ad S. Annę Conuentus Supprioręm electus eſt: In eoq; officio ſub Prioratu P. F. Chriſtophori primi eiuſdẽ Cœnobij Prioris, imo & ſub P. F. Petri à Purificatione ſucceſſoris eius regimine, aliquandiù, hoc eſt ad annum 1590. cum maximo Religioſorum omnium hanc domum inhabitantium applauſu perſeuerauit. Tunc verò prędicto Priore in Hiſpanias Superiorum iuſſu reuerſo, eius in Conuentus gubernatione vices geſſit, quouſque tandem anno ſequẽti 1591. in Capitulo 2. Iunij celebrato albo primorum Reformationis Patrum calculo, vt iam ſuperiùs innuimus, in Priorem ſuffectus, atque creatus eſt.

Sub prudenti tanti viri regimine, noua domus noua incrementa, nouos progreſſus in dies experta eſt. Diuinum namque numen, quod regnum cęleſte quęrentibus adijcit etiam temporalia, ſuſcitauit virorum diuitum, ac perilluſtrium pietatem, ne ſupra quam vires ferre poſſent diuturnioribus incommoditatibus premi ſinerent ſeruos ſuos, qui ad S. Annę cellulas habitabant. Adeoque Ioannes Baptiſta Doria Patris Nicolai à Ieſu Maria germanus frater, Iulius Pallauicinus, Auguſtinus Spinola Burgo, nec non Lazarus, & Ambroſius Spinolę viri nobiliſſimi, ac ditiſſimi accepta Conuentus protectione, contribuerunt in eleemoſynam nouem millia librarum monetę patrię, quibus domus quędam vicina, & ſitus non modicus coempta fuerunt, quò tranſlati fratres, nihilominus vetus Oratorium S. Annę die frequentabant ac nocte; & cum æſtus vreret, aut gelu, aut ſpiraret Boreas, aut imbres de cęlo ruerent, per apertum ęthera totum illud non modi-

modicum ſpatium, quod inter domum, & Oratorium extendebatur dimetiebantur alacriter.

Eodem tempore Domini Protectores ſuis expenſis ampliorem Eccleſiam Beatę Annę fabricare ſunt aggreſſi, idque tam pio feruore, & diligenti magnificentia, vt anno quidem 1586. partem eam fabricę compleuerint; in qua venerabile Sacramentum decenter collocari, & ſacrificijs, laudibuſque diuinis celebrari poſſet, provt ad 16. Decembris magno Ciuitatis concurſu, ac fructu factitari cęptum eſt. Anno verò 1591. Principum Apoſtolorũ glorioſa ſolemnitate, iam perfecto, completoq; omnibus ſuis partibus, quod modo cernitur, templo iuxta normam Religionis noſtrę pulchro ſanè ac ſpatioſo, Sanctiſſimum Sacramentum in deſtinatum ſupra maius altare tabernaculum translatum fuit, renouata totius Ciuitatis deuotione ac plauſu, Dominorum Protectorum conſolatione, ac laude.

Sed vt viua Spiritus Sancti ędificia, & meritò augerentur & numero, atque adeo viuas firmaret noua fundatio radices, quibus ad intimiora totius Italiæ poſſet propagari, nouam Religionis ſobolẽ educari Genuę voluit P. Nicolaus, ſtatimque nonnulli non infimę notę Genuenſes, atque ex alijs Italiæ populis, rigidum vitę genus, quod prius admirabantur, amare cęperunt, & amplecti. Inter quos primi ſua vota nuncuparunt Fr. Damianus à S. Anna laicus Genuenſis 29. Sept. 1587. P. Fr. Iacobus à Sanctiſſimo Sacramento, & Clemens à Spiritu Sancto Pedemontani, Elias à Cruce Ligur, anno 1590. & totidem alij nationis Hiſpanicę.

Profeſſionis hęc erat ea tempeſtate formula: *Ego N. à S. N. facio profeſſionem meam, & promitto obedientiam, caſtitatem, & paupertatem Deo, ac B. Mariæ Virgini de Monte Carmelo, & Reuerendiſſ. P. Fr. Ioanni Baptiſtæ Caſſardo Priori Generali Fratrum Ordinis dictæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, ſuiſque ſucceſſoribus, ſecundum Regulam primitiuam pradicti Ordinis, hoc eſt ſine mitigatione, vſque ad mortem. Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius, in atrijs domus Domini, in medio tui Ieruſalem*: quam qui nuncupabat, manu propria ſcribebat, totius conuentus Patribus nomina etiam propria ſubſcribentibus. Eadem formula profitebantur laici lingua vulgari, nec in exteriori habitu, clericali tonſura excepta, differebant à choriſtis: ſed ſubſequentibus temporibus, non niſi ſub ſtatu, ac ſchemate donatorũ fuerunt recepti. Ab anno Chriſt. 1588 ad 1590.

Opportuna fuit noua hęc in Conuentu S. Annæ plantatio; diuerſis enim occaſionibus plures Patres in Hiſpaniam remeare fuit neceſſe: quinimò videbatur pręcipuis quibuſdam Patribus Religionis deſeri debere Conuentum; cui, vaſtiſſimo maris mediterranei tractu à totis Hiſpanijs ſeparato, difficulter ſubueniri poſſet. Nam hactenus licet paucorum quorundam eleemoſynis, vtcunque ſuſtentarentur, erat prouiſio incerta, & ob nimium benefactorũ grauamen non cenſebatur duratura, cùm Domini Protectores & pauci eſſent, & iam grauiſſimum pecuniæ pondus comparandæ domui, & Eccleſiæ ędificandæ inſumpſiſſent. Hinc aut reliquis Hiſpaniæ Conuentibus oneri futuram, creſcente pręſertim numero, aut nimia paupertate, & Fratrum paucitate relaxandum diſciplinæ rigorem, quem multis fundationibus oportet eſſe chariorem.

Ea propter V. P. Nicolaus, nè fortaſſis humanum aliquid pateretur, amore Conuentus in patrio ſolo à ſe ędificati; & ne quem totis viribus ſtabilire conabatur, primitiuum Tereſianæ obſeruantiæ ſpiritum in aliquo labefactari ſineret; duos non magno temporis interſtitio Cõuentus Genuenſis Viſitatores deſignauit

Ab Anno Chriſt. 1590 ad 1592.

grauiſſimos Patres Luyſiũ à S. Hieronymo, & Didacum Euangeliſtam: Quorum vterque cum florentem obſeruantia regulari reperiſſent, ac inſignem, quem in illa ciuitate deuotionis, ac pietatis fructum referret, oculis vſurpaſſent, nec non nobiliũ Genuenſium liberalitate, neceſſitatibus fratrum abundè ſuccurri, Religioſis quidem nouos animos indiderunt ad alacriter currendam, quam cæperant, reformati Carmeli viam: Patri verò Nicolao facta relatione, ſcrupulum omnem exemerunt, & ad manutenendam, ac protegendam fundationem animarunt.

Diſpoſuerat percommodè diuini numinis prouidentia ſingularis, vt R. P. Ferdinandus à S. Maria, quem ſupra nominauimus, huius vineæ per hæc tempora gereret Prioratum, vir obſeruantia Regulari præcipuus, & qui ſuis verbo, atque exemplo præeſſet; & ad extraneorum ſalutem charitatis ſuæ viſcera laxans, prudentia, ac grauitate mixta comitati deuotionis ſpiritum non infimis ſolùm, ſed etiam in pleriſque nobiliũ infuderat; & Deo interiùs operante, quantumuis exterus & ignotus, tantam apud plurimos conſecutus erat gratiam, vt Patris loco diceretur, & haberetur. Cuius rei cum plura ſuppetant, vnum hic attexam, narrationi noſtræ, ſeu exemplum, ſeu argumentum.

Viſitabat Conuentum S. Annę R. P. Aloyſius à S. Hieronymo, & cauſas timorum, quas iam recenſuimus, ponderans fluctuabat animo: Cùm ecce grauitas negotij cuiuſdam expediendi Viſitatorem vrget, vt Mediolanum proficiſcatur, conueniatque Regium illius Gubernatorem; vtque ex voto res ſuccederet P. Fratrem Ferdinandum Priorem, cuius prudentię plurimum fidebat, ſecum aſſumpſit. Huius itineris occaſione magis emicuit Primorum vtriuſque Ciuitatis in Ferdinandum, & Religionem affectus: Nam præter alia obſequij, ac reuerentię ſigna à varijs exhibita, qui vltrò & certatim offerebant, obtrudebantque quę itineri erant neceſſaria; Lazarus Spinola, inter Genuenſium Primates non infimus, deuotionis ergo, qua in Ferdinandum, & nouam fundationem ferebatur, Mediolanum ad corriſpondentem ſuum Annibalem Spinolam, litteras, quas vocant creditì, miſit in hanc ſententiam: *His viſis, nec à me expectato alio mandato, Patri Ferdinando à S. Maria Diſcalceato Confeſſario, ac Domino meo numerabis triginta aureorũ millia, imo & omnem illam ſummam, pro qua valeo, ſi petierit.* Cumque dictus Annibal publico foro Ciuitatis Mediolani inperilluſtri virorum corona conuerſaretur, vidit pertranſeuntes Patres, & aſtantibus inquit: *Diſcalceatus ille*, digitum intendens in Ferdinandum, *plus crediti habet, quam vllus Nobilium, aut mercatorum huius ciuitatis.* Quod vt Pater Viſitator cognouit, ſimul etiam oculis intuitus authoritatem, qua pollebat apud Gubernatorem Mediolanenſem, Legatum Genuenſem, alioſque illius tractus miniſtros Regios, reuerſus in Hiſpanias dictitare ſolebat: *Ferdinandum non vni Conuentui Genuenſi ſuſtentando ſufficere, ſed pluribus etiam Congregationibus, ſi opus foret, erigendis aut gubernandis.* Quod eorum, quæ paulò poſt euenerunt, non leue prognoſticon fuit.

Sub Reu. P. Didaco Euangeliſta, quem alterum Viſitatorum ad Conuentum Genuenſem à Vicario Generali deſtinatum fuiſſe diximus, & eiuſdem in manibus profeſſionem emiſit Fr. Thomas à Ieſu Maria, die 13. Febr. 1593. in ſæculo Hector Doria cognominatus, ex ſupradicta nobiliſſima Auriæ familia, frater carnalis P. Nicolai à Ieſu Maria. Erat vir ille iam prouectæ ętatis, in Philoſophia, ac Theologia doctus, & cùm oculorum corporeorum vſu careret, perſpicacitate mentis cæcitatem

tem compenſabat carnis; & velut alter Didimus Alexandrinus, quem S. Hieronymus videntem ſuum appellat, quemq; oculis corporeis captum, iam canis caput reſperſus Magiſtrum ſe habuiſſe gloriatur, primus in Italia lectoris officium exercuit; & nonnullos ad Theologię magiſterium in Congregatione ſubeundum erudiuit: Nec fortaſſe ſine myſterio, quo diſceremus eos maximè, qui ſcientia pollent, & munere docendi præſtant, intellectum ſuũ in obſequium obedientiæ captiuare, atque excœcare debere.

CAPVT XVII.

V. P. N. Nicolaus ad Comitia Generalia totius Ordinis Cremonam pergit cum octodecim Diſcalceatis; Peccatores in itinere conuertit, Pœnitentem à Demonis obſeſsione liberat; emicatque in publicis actibus Sancta Diſcalceatorum ſimplicitas, ſingulariſque doctrina.

INterea dum Genuenſis fundatio ſub prudenti, ſanctoque V. P. N. Ferdinandi gubernio vires acquireret, firmiùſque ſtabiliretur, Reuerendiſſ. totius Ordinis Carmelitici Generalis Ioannes Baptiſta Caffardus extremum diem mortalis vitæ clauſerat Senis in patrio ſolo 3. Aprilis 1592. & neceſſe erat in defuncti locũ ab vniuerſi Ordinis Patribus eligi ſucceſſorem. Condicta dies, ad quam conuenirent, 6. Iunij 1593. conſtitutus locus, quo concurrerent, Cremona Ducatus Mediolanenſis ciuitas, vberis ſoli, ſalubris cæli: Incolæ nobiles, liberales, magnifici, Pij, auitam Romani ſanguinis ſpirant originem. Huc condicta comitia totius Ordinis, vt in Romanorum antiquiſſima Colonia, noua reuirentis Carmeli ſoboles in diſtinctam deduceretur Coloniam, familiamque ſibi ſuam ipſa conficeret, gubernaret, educaret: Et in qua ciuitate prodigium fortiſſimæ turris miratur Europa, in eadem Tereſianæ Reformationis ſtabiliretur arx; quæ iugi meditatione nubes penetraret, & paſſionum diſtricta mortificatione ſe præberet expugnabilem. Ab anno Chriſti 1592 ad 1593.

Habebat ex indulto Sixti V. in Capitulo Generali vocem, ac locum Pater Nicolaus tanquam Vicarius Generalis Diſcalceatorum, & cum eo duo alij ſocij ab ipſis Diſcalceatis eligendi: ſex etiam Prouinciales ex eadem congregatione cum duobus ſocijs iure ſuffragandi gaudebant. Adiunctis inſuper alijs viris doctiſſimis ſimul, ac religioſiſſimis ſuæ Congregationis, nihil cunctatus diuturnæ nauigationis labores, ac pericula, Genuam tempeſtiuè appulit.

Tota, quam ſecum tulit, ſupellex Diuini officij Breuiarium fuit, quod ſcapulario breuiori, quo noctibus vti ſolemus, inuolutum, ac diſciplinæ funibus, ne decideret, conſtrictum, ligatumque appendebat cingulo. Nec oblatam ſibi ſuiſque conſodalibus ſpecialem triremem admiſit, ſed communem aſcendit, vulgi pauperis conſortio gaudens: voluitque Deus ſerui ſui humilitatẽ honorare, ac ſolari, plurium animarum conuerſione, quam per eum operari dignatus eſt. Nam non pauci ſentinam peccatorum, qua multis retrò temporibus premebantur, facta ad Patris Nicolai pedes dolorosa confeſſione, in diuinæ miſericordiæ pelagus exanthlarunt, deinceps vitam in melius commutantes.

Quędam etiam fœmina, iuuenis ætate, venuſta facie, ſed multitudine criminum grandęua, & mentis turpitudine abominabilis, quatuor militum contubernio, ex Hiſpanijs Genuam

Digitized by Google

Ab anno Chriſti 1593 ad 1594.

Genuam nauigabat; quæ Patris Nicolai, ac ſociorum eius modeſtia,& mortificatione magis, quam verborum ornatu compuncta, malæ conſuetudini nuncium remiſit,& deinde eodem Patre inſtigante, ac procurãte, ne lubricæ ſemel libidinis ſtimulis ad priora relaberetur, in clauſtrũ ſe ſe abdidit earum,quæ vulgò conuerſæ dicuntur; vt vno eodemque tempore peccatorum occaſionibus, quibus plenus eſt mundus, ſe priuaret, & auſteritate vitæ carnis illecebras domaret.Sed quò amatores antiqui peruenire non poterant, penetrauit veteratoris inuidia: Et ecce, Deo ad animæ medelam, & Serui ſui gloriam permitttente, Dœmonialem recenter conuerſam arripit, allidit, & rabiem, quam exercere prohibebatur in animam tentationibus, iam contendit in corpus duplicare tormentis. Accurritur ad Patrem Nicolaũ, qui frementis hoſtis antiquas inſidias animaduertẽs, Deum gemitibus exorare, flagellis placare, ieiunijs inclinare,& ſacrificijs propitiare ſtudet; ne nuper ereptam diabolo prædam, tam grauibus ſinat agitari ſupplicijs. Hinc concepta diuinæ miſericordiæ fiduciali ſpe, ſolitis Eccleſiæ coniurationibns, & exorciſmis energumenã aggreditur tanta conſtantia ac fide; vt non multò poſt à Dœmonis infeſtationibus liberam reddiderit, ac ſecuram.

Ad condictam comitiorum diem Cremonam appulerunt, & in Capitulo ad electionem noui Generalis, ordine ſuo conſederunt ex Diſcalceatorum Congregatione Patres ſequentes.

R.P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria, Congregationis Diſcalceatorũ Vicarius Generalis.

P.Fr. Ioannes à S. Paulo Prouincialis Caſtellæ veteris S. Eliæ.

P.Fr.Ioannes Baptiſta Prouincialis Caſtellæ nouæ Spiritus Sancti.

P.Fr. Dominicus à Præſentatione Prouincialis Catalonię S. Ioſeph.

Alijque tum Vicarij,tum Prouincialium ſocij decem. Omnes ſimul quatuordecim, & ſextam ferè Capituli partẽ conficiebant, præter alios ſuſtinendis concluſionibus, ac concionibus ad populum habendis deſtinatos. Et à ſeptuaginta duobus ſuffragatoribus, diſcipulorum Chriſti numerum implentibus, ſexaginta octo votis in Magiſtrum Ordinis Generalem renunciatus eſt omnium applauſu Reuerendiſſ. P.Mag. Ioannes Stephanus Chizzola Cremonenſis.

Sed inter hæc ſeria, non ingratum fuerit, ſi lepidam interſeruero narratiunculam, piam tamen ac deuotam. Rudis ac pauper Diſcalceatorum habitus, totius corporis modeſtia,ac ſimplicitas,gens noua à paucis hactenus cognita, pleriſque deſpicatui erant;præſertim vero ijs,qui in actibus publicis plus exteriori tribuunt pompę, quàm interno ſpiritui.Cùm ad ſolemnes Capituli actus aut ſupplicationes quiſque ſuo ordine vocaretur, omneſque Capituli Patres titulo Magiſterij forent inſignes, & Reu. PP. Magiſtri appellarentur; cum ad nomina Diſcalceatorum peruentum fuiſſet, quibus Magiſtri titulus non pręponebatur, ſed ſolummodò Fratres ſimpliciter vocarentur, ſimulque ſimplicitatem mentis vultu,geſtuq; præ ſe ferrent, quaſi per iocum ſuccamabat Bedellus, inquiens: *Accedant Fratres noſtri ſimplices.*Hi verò ſimpliciter obedientes, locum oſtẽſum acceperunt, pleriſque ex aſtantium corona cachinnantibus, & vt fieri ſolet, verſo in prouerbium cognomine Fratres ſimplices,vel Magiſtri ſimplices promiſcuè tam à Religioſis, quàm à ſæcularibus appellati ſunt.

Verùm iuxta ſeriem diſputationũ ac cõcionum feria quarta poſt Dominicam Pentecoſtes P.Fr.Auguſtinus à Regibus vir eruditiſſimus, reſpondente P.Fr. Petro à Matre Dei, cathe-

cathedram Theologicam in Eccleſia Sancti Bartholomæi frequentiſſima doctiſſimorum hominum corona, ſumma cum laude ſuſtinui; Cum matutino tempore ex eadem congregatione celeberrimus concionator egregiè munus ſuum expleſſet; Et primum quidem mirari plerique ſub humili pallio profundam in diſputando ſapientiam, deuotam in dicendo facundiam. Sed poſteaquam ſub P. Dominico à Præſentatione Cataloniæ Prouinciali Sabbatho ſequenti concluſiones defendit, P. Fr. Ioannes à Ieſu Maria, in publicum pręconium Diſcalceatorum erupere tum Prælati, ac Canonici, alijque Ciuitatis primores, tum grauiſſimi Patres, qui ex orbe toto conuenerant ad comitia. Et Scommate in laudem verſo, dictitare ſolebant: *Iſti ne ſunt Magiſtri ſimplices?* Certè P. Fr. Ioannes tanta ingenij viuacitate, iudicij maturitate, memorię promptitudine munus ſuum pręſtitit, vt nihil vltrà deſiderari poſſe videretur; Cumque oppugnantium argumentis ita ſatisfeciſſet, vt ab vrgendo deſiſterent, nec adhuc elapſum eſſet diſputationi prefixum tempus; ipſe ſibi varias, ac ſubtiliſſimas replicabat inſtantias, quas ordine ſuo pari promptitudine refellebat. Quod cum non ex animi nimiùm ſibi blandientis vanitate, ſed ex ſingulari modeſtia, atque humilitate procedere videretur, mirum quam celebrem apud omnes, non illi ſolum, ſed toti etiam Reformationi conciliauerit gratiam, & æſtimationem. Nec errauerim ſanè, ſi dixero hac de cauſa, pleroſque Capituli Patres, proniùs in totalem Congregationis noſtrę ſeparationem incubuiſſe: adeò vt Reformatio Tereſiana bonum hoc, doctrinæ, virtutique P. F. Ioannis à Ieſu Maria, magna ex parte acceptum referre debeat.

Aſſumpſerat hos duos Patres reſpondentes à Conuentu Genuenſi P. Fr. Nicolaus, tunc adhuc ætate iuuenes, ſed qui poſtmodum Congregationem Italiæ ſuis virtutibus fundauerunt, rexeruntque. Denique Dominica Trinitatis P. Franciſcus Chriſoſtomus, cum Italicum non calleret, idiomate latino tãta facundia, feruore, ac promptitudine declamauit in pulpito S. Agathæ, ac ſi lingua naturalis foret. Ab anno Chriſti 1593 ad 1594.

His de cauſis digniſſimus P. Fr. Ioſeph Falco in hiſtoria Carmelitana, quam ad annum 1595. Placentiæ euulgauit, inter cęteras laudes quibus Diſcalceatos exornat, eam quæ ab eruditione ſumitur in hanc ſententiam exprimit. *Cernere eſt*, inquit, *inter eos viros litteris, ac doctrina præſtantes, lectores, ac prædicatores famoſos, quemadmodum in cathedris pulpitiſque demõſtrarunt in Capitulo Generali Cremonæ celebrato hoc anno.*

CAPVT XVIII.

Fit in Capitulo Generali totalis ſeparatio Diſcalceatorum à Mitigatis, & poſtmodum Pontificio Diplomate confirmatur: nec non Diſcalceatis priuilegia mitigatorum conceduntur, & communicantur.

NOn deerant etiam grauiſſimi viri, qui cognita Patris Nicolai omnigena virtutum præſtantia, & conſiderata familiæ primaria nobilitate, fauore ac gratia, quibus apud Regem Hiſpaniarum, ac Romanum Pontificem pollebat, nec non Clementis VIII. zelo, quem in reformandis Religionibus demonſtrabat, propalam dictitabant, Nicolaum Doriam à Summo Pontifice toti ordini præficiendum fuiſſe, ſiquidem Romæ in eiuſdem conſpectu

Ab anno Chriſti 1593 ad 1594.

ſpectu comitia conueniſſent.

Rumor hic, & Diſcalceatorum perſpecta virtus, ac ſcientia, plurimorum Capituli Patrum perturbauit animos. Timebant enim ne qui numero, gratia, meritis creuerant, iamque ſe ad Italiæ ianuam propagauerant, conuentus ſuos molirentur accipere, & facilè fortaſſis obtinerent; & quibus hactenus præfuerant, aliquando ſubeſſent. Patres Capituli ferè omnes tam acriter hęc cura momordit, vt vltrò ſeparationem totalem offerrent, vrgerentque; conditione tamen appoſita, ne mitigatorum monaſteria vllo vnquam tempore, vel prætendere poſſent, vel accipere.

Nihil magis in votis habebant Diſcalceati, ad hoc ſe totis conatibus præparauerant, hoc in tota Diſcalceatorum Reformatione poſtulabant à Deo peculiaria ieiunia, verbera, cilicia, communiones ad hunc finem deſtinata; Hoc deſiderium erat filiorum Sanctæ Tereſiæ, & credibile eſt ipſâ in cęlis intercedente commotos eſſe Patrum Capituli animos ad poſtulandum, & faciendum, quod ipſa tantoperè deſiderauerat.

Rebus ſic depoſitis in Capitulari conſeſſu P. Frater Ioannes Baptiſta Procurator Generalis Congregationis Diſcalceatorũ ſupplicem libellum nomine totius Congregationis porrexit Reuerendo Deffinitorio huius tenoris. *Reuerendiſſime Pater, Reuerendi Admodum Patres Magiſtri Diffinitores Capituli Generalis, Frater Ioannes Baptiſta Procurator Generalis tam Fratrum, quam monialium Congregationis Carmelitarum Diſcalceatorum, nomine dictæ Congregationis expono Paternitati Veſtræ Reuerendiſſimæ, & Reuerendis Admodum Magiſtris, & Diffinitoribus Capituli Generalis, quod propter bonum pacis, trãquillitatis, & augumenti, tàm totius Ordinis, quam dictæ Congregationis, et propter alias cauſas iuſtas, Reuerendus Vicarius Generalis, & Diffinitores, cum alijs Capitularibus dictæ Congregationis in ſuo Diffinitorio congregati determinarunt, vt à Paternitate Veſtra Reuerendiſſima, & à Capitulo Generali totius Ordinis, in quo omnes actu ſunt congregati, humiliter poſtularem, vt ſeparatio, & renunciatio iuriſdictionis vtriuſque partis fieret: ita vt dicta Congregatio, nec locum, nec vocẽ actiuam, & paſſiuam in Capitulo Generali totius Ordinis amplius habeat, nec quomodolibet in ſuis Capitulis ſe intromittant, renunciantes quantum ad hoc litteras Apoſtolicas Gregor. XIII. Sixti V. Greg. XIV. & Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Octaui; Et Paternitas Veſtra Reuerendiſſima cum ſuo Capitulo Generali renunciet, nomine totius Capituli per ſe, & per Capitulum totam illam iuriſdictionem, facultatem, & authoritatem, quæ Paternitati Veſtræ Reuerendiſſimæ, & Capitulo Generali per dictas litteras Apoſtolicas conceſſa eſt. Maius enim vinculum pacis erit, ſi nec Paternitas Veſtra Reuerendiſſima in nos, nec nos in totum Ordinem, ſeu Capitulum Generale, aliquam iuriſdictionem, ſeu authoritatem exerceamus: quæ omnia Sanctiſſimo Domino Noſtro proponenda ſunt, vt ſua benedictione, & conſenſu confirmentur, & corroborentur.* Et per vota ſecreta decreuerunt, *faciendum eſſe iuxta petitionem: ita tamen, vt dicta Congregatio, vel eius ſuperiores omninò in perpetuum non præſumant accipere loca, vel Conuentus noſtræ Religionis, etiam ſi ſponte à Ciuitatibus, vel Principibus, ſeu Communitatibus eis exhibeantur, vel efferantur. Quod ſi oppoſitum aliquando ipſos feciſſe compertum fuerit nulla ſit, & irrita iſta conceſſio, & nullum ius omnino acquiſitum intelligatur.*

Quæ deciſio Patrum, omniũ ſuffragijs vno dumtaxat excepto facta fuit, eamque quam primum P. Frater Nicolaus ad Ducem de Ceſſa Regis Hiſpaniarum apud Apoſtolicam Sedem oratorem tranſmiſit, vna cum Regijs litteris, quas in eũ

finem

Digitized by Google

finem ſecum detulerat: poſtulans, vt Vniuerſali Paſtori pro confirmatione nomine Regio ſupplicaret. Quam reſolutionem à ſuiſmet Patribus procuratam, poſtquam inaudijt Reuerendiſſimus P. Frater Timotheus ex Carmelitarum Ordine, ad Nolanum Epiſcopatum aſſumptus, qui deuotionis ergo Cremonã ad ſui Ordinis Patres occurrerat, quaſi extra ſe raptus obſtupuit, exclamauitque: *Quid feciſtis Patres; parcat vobis Deus: Coronam, quam habebatis pulcherrimam, veſtro capiti, detraxiſtis.* Cuius ſententia, ceu diuino quodam Oraculo, perculſi (erat enim pietate, ac deuotione ſingularis, vitę ſanctitate celebris, authoritate inter ſuos præcipuus) De reuocando ſeparationis decreto ſerio nonnulli cogitare cœperunt, & P. Nicolaum in eandem ſententiam deducere multis argumentis ſunt conati. Verum ille, quod tam ardenter reformatio deſiderauerat, quod non ſine ſpeciali diuini Numinis prouidentia obtinuerat; quod Patribus omnibus in grauiſſimo Capituli conſeſſu iam modo placuerat, ſine ingratitudine in Deum, in ſuam Congregationem iniuria, ac leuiſſimæ inſtabilitatis nota retractari poſſe negabat.

Interim Regius Hiſpaniarum orator apud Pontificem ita ſtrenuè inſtitit, vt ad diem 20. Decembris ciuſdem anni 1593. decretum ſeparationis Apoſtolica auctoritate fuerit confirmatum: Nec non P. Frater Nicolaus vſque ad Feſtum Pentecoſtes anni inſequentis, quo tempore Capitulum Generale celebrari debebat, conſtitutus, ac nominatus fuerit in primum Prępoſitum Generalem Carmelitarum Diſcalceatorum.

Extat in Bullario ſuper hac re à Clemente VIII. editum Breue, in quo Summus, ac Prudentiſſimus Eccleſiæ Paſtor inter cætera ſic loquitur: *Cum autem, ſicuti nuper accepimus, in Capitulo Generali Ordinis Carmelitarum in Ciuitate Cremonenſi hoc præſenti anno celebrato, in quo Fratres eiuſdem Ordinis, tam Diſcalceati, quam mitigati nuncupati interuenerũt, propter bonum pacis, tranquillitatis, & augmenti tam totius Ordinis, quam Congregationis Diſcalceatorum huiuſmodi, ac ob alias iuſtas, & rationabiles cauſas vnanimi conſenſu determinatum fuerit, vt ſeparatio Congregationis dictorum Diſcalceatorum omnino ab Ordine Fratrum mitigatorum, & renunciatio iuriſdictionis Prælatorum vtriuſque partis fieret, ita vt dicta Congregatio Diſcalceatorum, nec locum, nec vocem actiuam, & paſſiuam in Capitulo Generali totius Ordinis Carmelitarum amplius haberet, nec quomodolibet in ſuis Capitulis ſe ſe intromitteret; Nec Prior Generalis dicti Ordinis mitigatorum vllam haberet authoritatem, iuriſdictionem, & ſuperioritatem in Congregationem Diſcalceatorum prædictã, ac in eius perſonas quaſcunque ſiue ſuperiores, ſiue inferiores, & Dilectus filius Frater Ioannes Stephanus Chizzola Prior Generalis Ordinis Carmelitarum, & reliqui Capitulares in ſuo Capitulo generali renunciauerint per ſuffragia ſecreta nomine totius Capituli per ſe, & vniuerſum Ordinem totam illam iuriſdictionem, facultatem, & authoritatem, quæ ſibi, & Capitulo Generali per prædictas, & alias litteras Apoſtolicas conceſſa fuerat: Ita tamen, vt dicta Congregatio Diſcalceatorum, vel eius ſuperiores omnino in perpetuum non præſumerent accipere loca, vel Cõuentus huius Religionis mitigatorum, etiam ſponte à Ciuitatibus, vel Principibus, ſeu quibuſcumque alijs eis exhibenda, vel offerenda, quod ſi contrarium aliquando ipſos feciſſe compertum foret, nulla, & irrita iſta conceſſio, & nullum ius omninò acquiſitum eis intelligeretur.* Ab anno Chriſti 1593 ad 1594.

Nos æquum, & rationi congruum ducentes, vt qui arctioris regulæ obſeruantiam ſectantur ſuperioribus eorum, qui in laxiori degunt, non ſubiaceant,

Ab anno Chriſti 1593 ad 1594.

ſed ſuperiores habeant eiuſdem profeſſionis, & ab illis iuxta inſtituta regularia proſperè, & feliciter gubernentur, ac dictarum litterarum, & decreti dicti Capituli Generalis, & omnium in eo contentorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, nec non de præmiſſis à Dilecto filio noſtro Dominico Tituli Sancti Chryſogoni Cardinali Pinello nuncupato dicti Ordinis, necnon præfatæ Congregationis Diſcalceatorum Protectore plenè informati, motu proprio, non ad dictorum Fratrum, aut aliorum pro eis nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiã, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictę ſeparationis decretum in Capitulo Generali huiuſmodi factum, & ordinatiõ, ac omnia, & ſingula in eo contenta, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac idem de nouo decernimus, & determinamus; nec non prædictum Vicarium Generalem, ac omnes, & ſingulas perſonas præfatæ Congregationis Diſcalceatorum, illiuſque Conuentus, domos, Collegia, & Prouincias, tam virorum, quàm mulierum ab omni ſuperioritate, iuriſdictione, gubernio, regimine, & adminiſtratione, ſubiectione, obedientia, viſitatione, correctione, & emendatione, tam Generalis Ordinis Carmelitarum, quàm aliorum Prælatorum, & Superiorum, quacunque authoritate fungentium, & functurorũ, & quantumuis ampliſſimis priuilegijs, ac facultatibus utentium, & uſurorum, perpetuò eximimus, & liberamus; ita vt dictus Prior Generalis, aut alij ſuperiores dicti Ordinis vniuerſi Carmelitarum, nunc, & pro tempore exiſtentes nullam omnino iuriſdictionem, facultatem, authoritatem in dictam Congregationem Diſcalceatorum, illiuſque Vicarium Generalem, ac Conuentus, Domos, Collegia, & Prouincias tam virorum, quàm mulierum, habere, exercere, aut prætendere aliquo tempore poſſint; minuſque in rebus, & negocijs eiuſdem Congregationis aliquo pacto ſe ingerere, aut immiſcere valeant; ipſamque Congregationem Diſcalceatorũ, eius Vicarium Generalem; necnõ Conuentus, Domos, Collegia, & Prouincias, ſub immediata noſtra, & Sedis Apoſtolicæ protectione, ſubiectione, gubernatione, & obedientia recipimus, & ſubijcimus. Sed quia ſicut accepimus antea ſubordinationem habebat prædictus Congregationis Diſcalceatorum Vicarius totius Ordinis Carmelitarum Priori Generali, ac propterea Vicarij nomen obtinebat, & ceſſante illa ſubordinatione illius, cuius vicem gerebat, ſit neceſſe quoque nomen mutare; Ideoque hac ſerie ſtatuimus, & ordinamus eundem ipſum, qui antea Vicarij nomine vocabatur, de cætero Præpoſitum Generalem nominandum Ordinis Diſcalceatorum, ſiue primitiuorum, videlicet primitiuam Regulam Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo obſeruantium.

Et aliquibus interiectis. *Quia vero Capitulum proximè futurum indictum eſt, pro feſto Penteceſtes anni ſequentis* 1594. *& antea non poſſent ſine magno conuentuum diſpendio, & Fratrum incommodo capitulariter accedere ad illud, idcirco ex nunc eum, qui iam eſt Vicarius Generalis, conſtituimus, & nominamus Præpoſitum Generalem cum plenitudine authoritatis, & poteſtatis generalis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die* 20. *Decembris* 1593. *Pontificatus noſtri anno* II.

Aliud quoque Breue Pater Nicolaus in fauorem Religionis ab Apoſtolica Sede promeruit, quo Põtifex declarat Ordinem Carmelitarum Diſcalceatorum eſſe vnum ex quatuor mendicantibus, & ad eum pertinere Carmelitarum priuilegia principaliter, reliquorum omnium per participationem. In quo non exiguis præconijs deprædicat Diſcalceatos os Apoſtolicum, inter cætera ſic decernens: *Cum vberes laborum ſuorum fructus ex continuis ſuis prædicationibus, lectionibus, ſtudijs, exhor-*

exhortationibus, & alijs penè innumeris pietatis operibus, quæ pro ſalute animarum aſſiduè præſtant, Eccleſia colligat, & vberiores quotidie colligere ſperet, vtpotè qui iam ad Indos vſque ſint non modicè propagati, ibique, & vbilibet hominum corda ad Deum omni ſtudio conuertere nitantur; Et quia cum prædictos Diſcalceatos à mitigatis ſeparauimus dubitari forſan poſſet, an gratiæ, & priuilegia ipſis Carmelitis Mitigatis tam principaliter, quàm per communicationem conceſſa, ea etiam Diſcalceatis competant: Propterea nos, ad tollendam omnem præfatam ambiguitatem, prædictorum Fratrum Diſcalceatorum Præpoſitum Generalem, eiuſque Fratres ſibi ſubiectos omnes, & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon quorumcumque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum Mitigatis Fratribus conceſſorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes: volentes eoſdem Fratres Diſcalceatos, ſuumque Ordinem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi, & à Dilecto Filio noſtro S. R. E. Cardinali Dominico Tituli Sancti Chryſogoni Pinello, eiuſdem Protectore plenè informati, & ad eius inſtantiam, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictum Ordinem Diſcalceatorum, qui vnus eſt de quatuor mendicantium, eiuſque Præpoſitum Generalem, ſuoſque Fratres omnes, & ſingulos, ac moniales, domos, conuentus, cœnobia, Collegia, tam virorũ, quam mulierum, cæteraque eiſdem pertinentia reſpectiuè priuilegijs, indultis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentijs, & gratijs, quibus fruuntur, & gaudent cæteri Carmelitæ Mitigati, tam principaliter, quàm per communicationẽ conceſſis, tam à Sixto Papa IV. & à Clemente VII. quam ab alijs Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris quibuſcumque, vti, potiri, & gaudere debere declaramus. Ab anno Chriſt. 1593 ad 1594.

Nec non prædicta, & omnia, videlicet priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, indulgentias, & gratias, & alia quæcunque dicti, & aliorum Ordinum etiam mendicantium Fratribus, perſonis, & bonis, Confraternitatibus, & alijs locis, vel aliàs quomodolibet præfatis Ordinibus, domibus, & eorum bonis conceſſa, & concedenda (dummodo Sacroſancto Concilio Tridentino, & Regulæ primitiuæ, & eorum conſuetudinibus non aduerſentur) prædictis Fratribus Diſcalceatis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmeli domibus, & eorum bonis, eadem omnino, ſimilique modo competere verè, & propriè, ac ſi eiſdem ſpecialiter conceſſa eſſent, præſentibus pro expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, haberi volentes, decernimus, & ſtatuimus, & ſi opus eſt, eadem nunc concedimus, & impartimur, & quoad quartam funeralium, ſicuti alij præfati Ordines gaudent, & potiuntur. Incipit; *cum dudum.*

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris 23. Martij 1594. Pontificatus anno III.

Ab anno Chriſti 1594 ad 1595.

CAPVT XIX.

V. P. N. Nicolaus Genuenſem Conuentum mirabiliter promouet, Italicam Congregationem aliquando futuram prædicit, felixque illius ad Deum tranſitus, debitaque Elogia breuiter perſtringuntur.

DVm allatæ ſuperioris capite Pontificis litteræ Romę expediebantur Nicolaus noſter Genuam, atque inde in Hiſpanias remeauerat: At verò, quam præclara vir tantus Fratribus, exteriſque in Italia reliquerit ſanctitatis exempla, non facilè erit explicare. Nam illis menſibus, quibus eũdo, ac redeundo à Maio ad Auguſtum in Genuenſi Conuentu moratus eſt, nunquam ne minimum quidem in victu, vel veſtitu peculiare voluit exhiberi; orationis ſtudium, cellæque receſſum colebat aſſiduè; non niſi rariſſimè, ac vrgentiſſimis de cauſis foras prodiens, etiam tùm ægrè patiebatur ab ea, quæ in communi fit, oratione diuelli, vrgebatque ſocium, & accelerabat paſſum, vt ad conſtitutam horam tẽpeſtiuus accurreret. Et vt vno verbo multa complectar, totius primitiui rigoris in ſemetipſo formam exhibens, erat eiuſdem in alijs exemplo, verboque feruidus exactor.

Duorum quoque Nouitiorum vota Genuæ per id tempus profitentium ſuſcepit, Fratris Alberti à Sãctiſſimo Sacramento Genuenſis ad 28. Maij, cùm ex Hiſpanijs aduenisſet; & Fratris Auguſtini à Matre Dei ad 15. Auguſti, cùm reditum meditaretur, & exhortatione ad feruorem compoſita, omnium animos accendit, vt mille potius vitas, ſi poſſibile foret, impenderent, quam Tereſianæ hæreditatis tantillum ſua negligentia ſinerent deperire.

Gaudebat noua ſobole nouitiatus ſui Nicolaus, & ab eo, cuius virtutis odorem percipiebat in flore, ſuaues aliquando ſperabat Religionis fructus.

Nonnulli ex grauiſſimis Patribus, qui cum eo transfretationem in Hiſpaniam operiebantur, exiſtimabant rem Deo gratam fore, Congregationi vtilem, ac propemodum neceſſariam, ſi Conuentus aliquis in interioribus Italiæ, Romæ præſertim, fundaretur. Propendebat in eandem ſententiam P. Nicolai vaſtior mens; ſed refragabantur plures, quibus proinde ſubſcribere maluit, quam proprio iudicio; Prudens enim humiliſque ſuperior Religionem ſuam communibus regebat conſilijs, non priuatis regebatur opinionibus.

Contigit autem quadam vice, vt nobiliſſimus vir Ioannes Baptiſta Doria, eius frater germanus, vna cum Patre Fratre Ferdinando à Sancta Maria Conuentus Genuẽſis Priore deambulando ſermocinarentur, & de Romanæ fundationis vtilitate tractarent. Tùm P. Nicolaus, qui intererat, in diſcurſus medio, quaſi graui cogitatione perculſus, repente ſubſtitit, & cum nonnihil ad interiora ſuſpenſus hæſiſſet, vultum ad aſtantes reflectens; *fiet*, inquit, *Romana fundatio, verum non ſub Hiſpanica Congregatione, ſed eo modo, quem Diuina Sapientia perſpectum habet.* Quam tanti Patris prophetiam tunc quidem non intellexerunt, ſed paucis poſt annis, eo iam defuncto, rei perſpicientes euentum, mirati ſunt exactam prædictionis veritatẽ.

Non proſequar Venerabilis Patris geſta reliqua, quæ contigerunt in Hiſpanijs; ſolummodo felicem eius ad Deum trãſitum paucis enarrabo. Iam ſextus finiebatur annus, quo

quo totius Congregationis Diſcalceatorum gubernacula moderabatur; iam nauiculam ſuam inteſtinis tumultibus fermè conquaſſatam deduxerat in ſecuram ſub proprio rectore ſtationem; zelus Religionis ad ſuſcipiendum regimen inclinauerat; humilitas, ac ſolitudinis amor deponere perurgebāt; ſubeſſe malebat, quam preeſſe, ſed non patiebantur plerique talentum hoc obruī terreno humilitatis. Inter cæteros Hiſpaniarum Rex cum non valeret Nicolaum, cuius conſilio ſępius vtebatur, ad ſuſcipiendas extra Religionem dignitates inducere, firmitati Congregationis, quam mirum in modum fouebat, expedire iudicabat, vt in Generalem Præpoſitum confirmaretur. Quia tamen talis reelectio cōſtitutionibus ordinis obſtare videbatur, Pontificem per Oratorem ſuum conſuluit, & impetrauit hac vice poſſe maiori ſuffragiorum numero reaſſumi ad Prępoſitū. Adeoque iam inclinatis Capitulariū animis, prope diem officium ſuum ad aliud ſexēnium renouaturus credebatur. Sed Nicolaus dignitatem, quam Pontificis conceſſio, Regia poteſtas, & fratrum ſuorum beneuolentia humeris eius imponere volebat, fiducia ad Deum, & orationis potentia fretus auertit. Nam non ſine Spiritus Sancti diuino impulſu, ad Sanctiſſimum Sacramentum confugit, tanquam ad vnicam ſpei ſuæ relictam anchoram, & azilum humilitatis ſuæ; ibique recollectis introrſum animi viribus, apertiſque fidei oculis, magno fiduciæ ſenſu præſentem Dominum ſic oraſſe fertur: *Omnipotens, & miſericors Deus, quod deſiderabam tu perfeciſti: Iam non ſum neceſſārius.* O prodigioſam orationem, qua muneris præcipui loco mors obtinetur, nec mora compluti exiſtentem febris occupat, deſperatur à Medicis; & ad Patris, imo ſuum periculum, quotquot inaudire poterant Religioſi, ac Moniales, gemere, ſuſpirare, ſummis, imiſque precibus diuini pectoris pulſare propitiatorium. Noluit poſtulata filiorum effectu ſuo fruſtrari Deus ad vitam, qui Patris exaudierat ad mortem: Et ecce diſpulſa febri, ſubito conualuit, & Medicis ipſis omnibuſque expertis miraculi res plena videbatur, & in lætitiam verſa facie per conuentus omnes ſolemnis gratiarum actio Diuino Numini reddebatur, ſoluebantur vota. Verum enim verò prævaluit humilitatis oratio, adeoque poſt puſillū recuperatæ valetudinis, denuo morbus inſiluit, & paucis diebus ante Capitulum, temporalibus honoribus abſtulit, dedit ęternis.

Ab anno Chriſt. 1594 ad 1595.

Huius viri glorioſam mortem voluit Deus præmonſtrare monialibus quibuſdam ſpecialiter deuotis, & primo quidem Annæ à Ieſu, quæ Sanctæ Tereſiæ fundandis Conuentibus comes extitit, & propagandæ in Gallias, & Belgium Religionis Dux fuit. Hæc dum valetudinem Generalis ſui Deo comendat, interius audit vita mortali prope diem procul dubio ceſſurum, adeoque nuncij huius, quam primum certiorem reddidit. Annæ etiam à Sancto Auguſtino tunc, cum pro recuperata Generalis valetudine gratias redderet, tranſitum eius ad ſplendores Sanctorum demonſtrauit prodigio ſplendidiſſimi cometæ, qui in Patris Nicolai caput incidiſſe viſus eſt.

Funus tanti viri, magno Ciuitatis concurſu honoribuſque elatum eſt; à filijs vero rigatum lacrimis, ſuſpirijs proclamatum, in quo ſolidas eius virtutes non minus verè, quam eleganter declamauit Pius quidam, ac diſertiſſimus orator. Plures etiam non infimæ notę ſcriptores huius viri laudes publicæ luci dederunt, atque in primis Sacra Tereſiæ penna non vulgare de eo adhuc viuente ſcripſit elogium, quod ſupra retulimus. Reuerendiſſimus Didacus de Iepes varijs in locis vitæ Sanctæ Tere-

Ab anno Chriſti 1594 ad 1595.

Tereſiæ Nicolai noſtri celebrat encomia. P. Frater Angelus Manriquez Generalis Ordinis Sancti Bernardi, ſic de eodem loquitur: *Vita V. P. Nicolai fuit omni tempore ſanctitate conſpicua, virtutes heroicæ, zelus Apoſtolicus, aut vt melius dicamus tantus, quantum deferre ſecum poſſet, ſi ad ſuam ipſius rediret Religionem ſuus Pater Elias.*

Et ne domeſtica planè prætereamus Pater Noſter Thomas à Ieſu in elogijs ſic eum breuiter deſcribit. *Pater Nicolaus à Ieſu Maria fuit Italus ab Illuſtri familia Genuenſium de Oria originem ducens, vir doctrina, ac pietate celebris, primus noſtræ nouæ reformationis generalis, magnos in virtutum omnium ſtudio, præſertim orationis exercitio profectus fecit, magna etiam in diſcernendis ſpiritibus diſcretione pollens. Ad erectionem Conuentus Genuenſis in Italiam miſſus fuit, & in Capitulo Vliſſiponenſi Prouincialis electus, deinde Generalis, per nouem annos ſumma cum laude, nec minori fructu noſtræ reformationi præfuit, eamque abſolutiſſima obſeruantiæ perfectione ſemper excoluit. Philippo II. Hiſpaniarum Regi percharus erat. Inter cætera virtutum exercitia vitæ communis æqualitatem impenſius ſectabatur, ita vt etiam Generalis, tam infirmitatis, quam ſanitatis tempore, ne vnum quidem ordinarijs ferculis ſibi addi permiſerit. Eius ſtudio, & vigilantia, noſtra Religio pluſquam quinquaginta Monaſterijs excreuit. Partitus eſt ordinem in ſex Prouincias, ac tandem nō abſque ſanctitatis nomine obijt compluti anno 1594. Scripſit Opus de Cambijs, & Epiſtolas de Regulari obſeruantia cum magno Religionis noſtræ fructu.* Hucuſque ex elogijs P. Thomæ à Ieſu.

CAPVT XX.

V.P.N. Petri à Matre Dei vitæ primordia, vſque dum Sacræ noſtræ Religioni nomen daret.

NOndum Tereſiana Reformatio Romæ cœnobium erexerat, reſidebat tamen apud Apoſtolicam Sedem Congregationis procurator ad expedienda negotia. Huius muneris Prouincia P. Fratri Ioanni à S. Hieronymo demandata fuerat, eique V. P. Nicolaus in ſocium adiunxerat fratrem Petrum à Matre Dei nondum Sacerdotio, ſed Diaconatu ſolùm initiatum; qui poſtmodum Summorum Pontificum Apoſtolicus concionator, & Italicæ Congregationis fuit ſolidiſſima columna; quique eam ſuo quaſi labore parturijt, educauit, ac rexit, authoritate, ac prudentia, ſanctitate, ac ſapientia. Atque adeo non incōgruum fuerit ad huius fratris primum aduentum in Italiam, & Vrbem, principia Sanctitatis, & gratiarum eius paulò altiùs repetere.

Poſt tridie Virginis Aſſumptæ, qui Diuo Rocho ſacer eſt, reparatæ ſalutis anno 1565. in ciuitate Darocenſi Regni Aragoniæ, feliciter editus fuit Petro à Villagroſſa medicinæ Doctore, ac Hieronyma de Albanque coniugibus; eique ad octauam Kalendas Septembris in Parochiali Principis Angelorū Eccleſia nomen Baptiſmo impoſitum Petrus Hieronymus. Singularem erga eum prouidentiam, dum adhuc in vtero geſtaretur, diuinum numen oſtendit. Nam cum mater vltimis ante partū menſibus in ſocietate aliarum fœminarum, ac puellarum in campum Ciuitatis deambulationis gratia cōceſſiſſet, & reliquæ ad legendos flo-

res,

Digitized by Google

res, fructuſque carpendos forent intentæ, ipſa ſupra ſaxum reſedit, vt anguſtiam cordis, qua premebatur, non nihil releuaret. Verùm ibidem tanto deliquio apprehenſa fuit, vt defectis viribus in ſolum rueret mortuæ ſimilis: Et ecce vidit accurrentem pulcherrima ſpecie puerulũ, qui aqua, quam ferebat in vaſe, faciem aſperſit, & potum dedit; ſtatimque recuperatis viribus, ac mirum in modum recreata, ſalutis authorẽ quæſiuit oculis, ſed ille iam declinauerat.

Exiſtimauit autem reliquo vitæ tempore ſibi hanc gratiam in extremis illis anguſtijs Deum attuliſſe, vt ſaluaret puerum, quem gerebat vtero. Habebat infans ſub lingua ſtellam elegantiſſimè formatam, candicantibus radijs diſtinctam, ac fulgidam, quam V. P. Fr. Ioannes à Ieſu Maria Prępoſitus Generalis à ſe Romæ fuiſſe conſpectam ſæpius eſt teſtatus; quo prodigio illuſtrem prędicationis gratiam, authorem naturæ totius ſignificare voluiſſe, nemo iure negare poterit.

Annos pueritiæ non nugis dedit, aut iocis, ſed petulantium conſortia fugiens, in res pias propenſum ferebat animum; ac ſubindè in abdito domus, aut templi prælibabat tenerrimos deuotionis ſenſus. Mox, vt legere didiciſſet, exercitium ordinarium fuit vitas Sanctorum euoluere, ac eorum dicta, & facta domeſticis enarrare; ipſe ſuam vitam ad eorum exemplar inſtituere, alios naturali ſermonis elegantia prouocare, ſororibus frequentes egreſſus diſſuadere, bonis conſilijs non ſolùm coetaneos, ſed ſeniores etiam grato quodam lepore, ac dicendi, agendique ſuauitate monere, inſtruere: vt in eum tanquam in viuendi ſpeculum iam tum proſpicerent. Multos commilitones in ſcholis, ingenij ſubtilitate, docilitate, alijſque dotibus præcelluit: Cumque à præceptore quibuſdã rudioribus prępfectus fuiſſet, ad edocendam Catecheſim fidei Chriſtianæ, non facilè quis dixerit quanta cum deuotione, ac diligentia munus id pręſtiterit, quaſi prędudium quoddam eius zeli, quo poſtea ſemper exarſit. Ab anno Chriſt. 1594 ad 1595.

Quantæ tamen ſimplicitati, ac ſinceritati viuacitas illa mentis coniuncta foret per id tempus, oſtendit, quòd cum dicenti ſibi grandinem dulciaria quædam eſſe ex Saccaro confecta, & oleum de cælo pluere, nihil reluctatus credidit, & admirantibus cunctis, qui pueri nouerant ingenium, foras ad colligendum proceſſit. Nunquam ab eius ore mendacium, vel leue prodijſſe notatum fuit, non palliabat veritatem, non reluctabatur moleſtiam inferre nitentibus, & ſereno vultu, ac mente placida parentum, ac Magiſtrorũ ſeuera, ac difficilia nonnunquam iuſſa promptus implebat.

Humanioribus litteris gnauiter incumbens, modico tempore magnos profectus fecit, & ad grauiora ſtudia, quibus anhelabat, gradum ſibi ſtrauit. Hic iam pœnitentiæ, & mortificationis exercitijs animum, ac corpus exercere cæpit adhuc puer, & teneram carnem duriter tractare, mentem humilitate coercere, ac frequenter, dum alij à ſtudijs recrearentur, ipſe in ſpelunca ciuitati proxima, quam interpoſitæ rupes abſcondebant, contortis funiculis acriter ſe ſe flagellabat. Religioſos Patres conuentus S. Franciſci ſingulari frequentabat deuotionis affectu, & eorundẽ ſpiritualibus documẽtis, ac colloquijs mirum in modum recreabatur, apud eoſdem ſumma fidei viuacitate, modeſtia, ac reuerentia, ſacro Miſſæ ſacrificio miniſtrare ſolitus.

Circa annum ætatis 14. Complutum, celebrem Hiſpaniæ vniuerſitatem, grauiorum ſtudiorum cauſa, à pijs parentibus miſſus, curſum artiũ ſub excellentiſſimis magiſtris confecit, quod ſtadium tam ſollicita diligentia, tanta memoriæ fęlicitate, mentiſque perſpicacitate cucurrit; vt ple-

Ab anno Chriſt. 1574. ad 1595.

plerosque longo poſt ſe reliquerit interuallo, ſemper tamen in æternitatis metam interiores animi ſigebat obtutus. Ætatis adoleſcentis illecebras ſeueriori caſtigauit pœnitentia, & grauioribus litteris ampliora miſcuit ſtudia pietatis.

Nam primo quidem anno ſolemnioribus Domini noſtri, ac Beatiſſimæ Virginis feſtiuitatibus, deinceps verò ſingulis Dominicis, feſtiuiſque diebus mentem expiabat ſacra confeſſione, & cæleſti corporis Chriſti pabulo reficiebat, tanto fidei, & ardentiſſimæ charitatis ſenſu, vt calor ſpiritus reddâret in corpus, & malelentam, pallidamque ieiunijs faciem nouæ gratiæ venuſtas decoraret; quam D. Didacus de Muro Viennus, ac Theſaurarius Eccleſiæ Sâcti Michaelis in ciuitate Darocenſi, tunc in ſcholis commilito, ſæpius obſeruauit, eo die quo ſacra Sinaxi refectus fuerat, ſubitò formoſiorem, ac rubicundiorem emicuiſſe, vt angelicum vultum, ac ſpeciem præ ſe ferre videretur; idemque aliorum confodalium experientia comprobatum, magnam in omnium animis peperit erga Petrum noſtrum reuerentiam, & admirationem.

Flagella, quibus ſe ſe à puericia affuefecerat, ingeminabat frequentiora, & tenue corpuſculum ſæpius cruentabat. Aſperum quoque cilicium, quo carnem domarer multo tempore, ac frequenter indiebatur, tanta cautela ac fecrero, vt non niſi à familiariſſimis contubernalibus, & qui perſpiciſſimè vitam eius explorabant, fuerit animaduerſum, quos humiliter obteſtans, adiurans que, ſingulari quadam modeſtiæ vi deuinciebat, ne quod videràntcuilgarent. Librum aliquem plum ſecum plerumque geſtabat, præcipuè verò, cum cui titulus eſt, *Contemptus mundi*, ex quo breui periodo, aut ſententia ſubinde lecta, aut recitata, ſe ſocioſque ſuos ſenſim, ſuauiterque à terrenis ad cæleſtia ſubleuabat.

Non erat complexionis melancholicæ, nec moribus tetricus, ſed abundantiam ſuauitatis interne vultus hilaritate demonſtrabat, & dicendi venuſtate ac gratia cunctis ſe præbebat amabilem; nunquam tamen ab eius ore auditum fuit, aut laſciuum quidquat minus honeſtum, aut dicax, aut protercum; aut veritati, aut charitati minus conſonum. Multa prætereo, quibus in ſeculo exercitatus eſt virtutum rudimentis; Nam illa vitæ decurſu, & ampliori fœnore multiplicauit, & maioribus auxit incrementis. Voluit enim Deus floré virtutis tam infigniter proturbantem, tam ſuauiter emicanté Religionis ſepto concludere; ne vel mundus carperet, aut conculcarent paſſiones, aut vitia protererent.

CAPVT XXI.

V. P. N. Petrus ſacro Religioni ſ noſtræ habitu induitur, Nouitiatum virtuosè perfoluit, vota ſolemniter nuncupat; ſtudijs Philoſophicis, ac Theologicis nauiter incumbit, ac demùm in omni virtutum diſciplina mirum in modum proficit.

CRebreſcebat per Hiſpaniam fama rigidiſſimæ Reformationis Tereſianæ, quæ à procellis grauiſſimis caput erexerat, & proprio iam regebatur à Prouinciale; ſtudiumque contemplationis ac meditationis continuæ, quod profitebatur, ſummoperè placebat adoleſcenti. Quamobrem mundo renunciare, & huic inſtituto ſe conſecrare, Deo inſpirante conſtituit.

Igitur anni 1582. principio, qui erat ætatis 17. Compluto Paſtrana profectus habitum Sacræ Religionis petijt, & obtinuit, viuente adhuc Sancta Teresia Carmeli Reſtauratrice, & eiuſdem Conuentus fundatrice.

Digitized by Google

trice. Sed non facile fuerit primos Nouitij feruores verbis explicare. Nam qui hoc viuendi genus, ob austeritatem vitæ, & à mundi vanitatibus abstractionem, continuamque contemplationem, elegerat; vnicè satagebat, totisque viribus, Deo dante, procurabat, quidquid summi rigoris erat amplecti, mentem à sæculi memoria sacris occupationibus abstrahere, Deo per contemplationem adhærere. Quod vt faciliùs obtineret, instar magni illius Antonij, non infimos quosque sacri nouitiatus condiscipulos, aut Patres, sed fortiores quosque athletas sibi proposuit imitandos. Atque adeo Teresiam ipsam, Sanctosque eremi antiqui, ac renouati Patres suis virtutibus studuit exprimere.

Nouitiatus Pastranensis obseruãtia, in quo Reformationis rigor ad vnguem exercebatur, aut potius tãquam in fornace diuinæ charitatis nouiter cudebatur, modica videbatur adolescenti, præ feruore; nec calcaribus vrgendus erat, sed coercendus freno. Nam vndique quęsitis occasionibus plura, quàm delicatior habitudo corporis ferre posset, supererogabat pœnitentiæ, ac mortificationis opera. Neque solum tyrones reliquos, sed semetipsum etiã superare visus est in singulari sui ipsius, rerumque mundanarum omniũ obliuione, ac despectu: Adeo vt nullam sui ipsius curam gereret, sed neglectis sensuum omnium functionibus, à semetipso abstractus viueret, & vnica cura illi foret Deo rebusq; diuinis adhærere.

Hinc feruentissimos mentis impetus, quos corporis vires ferre non poterant, necessarium fuit moderari per obedientiam. Hinc silentij tanta tenacitas, vt loquelæ videretur oblitus, & quę in regulari vita necessariò manifestanda occurrebant, signis exprimens, aut scripto, per multos menses, extra officia sacra, linguæ officium ignoraret. Quibus exercitijs, quam magnos fecerit in Religione progressus, facile est colligere; præsertim cum tanta constantia, ac soliditate se se ijs imbuerit vt conceptus animi feruor ad extremum vsque spiritum in eo perseuerarit, ac maiora in dies acceperit incrementa. Ab anno Christi 1594 ad 1595.

His virtutibus initiatus tyro vigesima tertia Ianuarij 1583. militiam Carmeli solemni votorũ nuncupatione professus est; quo tempore sanctum carnis, & sanguinis odiũ perspicuè declarauit. Nam ad celebritatem professionis suæ cognatos propinquosque noluit inuitari, & duos ex ijs, qui sua deuotione Pastranã accurrerant, vnum auũculum, videlicet Petrum Lagar, alterum Petrum Lopez bailo-sororium, non permisit interesse, tantumque apud Superiorem effecit, vt nec eum viderent, nec alloquerentur. Non minus indignati de repulsa, quam patiebantur in se, quam admirati contemptum sæculi, quem videbant in adolescente, suoque frustrati desiderio remearunt in patriam; quod quali spiritus affectu fecisset satis apparuit, quando paulò post Darocam grauibus de causis ad ædes paternas ab obedientia missus, in ijs quasi in carcere quodam moraretur, & in secretius cubiculum abditus nemini verba redderet, nisi à Patre, quo cum erat, ei iniungeretur; ac tãnto animi mœrore ob parentum præsentiam afflictus est, vt nec vultu dissimulare posset.

Pastrana Manceram ad primum Reformationis Conuentum transmissus, in eodem diuitias primitiasque spiritus Carmeli ibidem renouati gustauit, & sacram paupertatẽ, rerumque omnium indigentiam in loco paupere, solitario, ac remoto, tanquam pretiosissimum animæ thesaurum gratanter amplexus est. Ducem itineris Patrem illum habuit quem in tyrocinio Magistrum habuerat. Is diligenter discipuli sui

Ab Anno Chriſt. 1594 ad 1595.

mores aduertens, vidit Fratrem Petrum, ceu cadauer quoddam ferri iumento, cui ob infirmitatem inſidebat. Nam relicta magiſtro carpendi itineris cura, ipſe ne varijs rerum occurrentiũ imaginibus mentis ſpeculum inficeret, oculos corporis toto tempore viæ clauſos gerebat, in diuinam pulchritudinem, abſtractis ſenſibus, aciem mentis intendens.

Mancera Complutum ad ſtudia deſtinatus, quamuis non nihil arduũ videretur, ad ariditates ſcholæ reuerti, magna tamen animi reſignatione rurſus artium recurrit ſtadiũ, & Sacræ Theologiæ ſtudium confecit: tantaque ingenij facilitate profundiora fidei myſteria penetrauit, & in occaſionibus defendit, explicuit, vt maioribus celebris illius vniuerſitatis Theologis foret admirationi; tanta etiam mentis puritate, ac circumſpectione intra Religioſi ſtudij fines, limiteſque continuit curioſæ mentis impetum, vt ſi quando legenti, aut lecta meditanti prophanũ aliquid occurret, aut quod non ſatis pium, aut ad gloriam Dei non omninò directè conducens animaduerteret, id quantociùs abijceret manibus, eliminaret oculis, elongaret à mente; ſilentium etiam illud, quod in nouitiatu didicerat, tempore ſtudiorum tam conſtanter coluit; vt in ſcholaribus exercitijs parcè admodum loqueretur; cæterùm ſignis vteretur ad neceſſaria explicanda. Quin, & tempore Capituli Generalis, ob anguſtiam loci, Patrumque frequentiam, in vna cella multo tempore commorans cum alio, nunquam verbum vnum ab ore Fratris Petri proceſſit, ſed ſe ſe mutuo tuſſiendo, ſputando, ſuſpirando ad præſentiæ Dei affectuoſam recordationem prouocabant.

Tam exactam ſilentij curam à ſermonis penuria, & ineptitudine dicendi prouenire iudicabant nonnulli, ſed prudentiores rem taciti conſiderabant, & veluti de altero Thoma præſagiebant futurum, vt aliquando ſilentiarij vox per Apoſtolica pulpita reſonaret. Vnde communis emanauit inter Patres noſtros antiquos ſententia: nimirùm Deum Opt. Max. P. Petro gratiam tantam dediſſe ſermonis, & ad Pontificij cõcionatoris euexiſſe dignitatem in premium accidentale, ſiue laureolã quandam temporalem ſilentij tanto rigore ſeruati.

Stato per Superiorem tempore, Siguẽſam, vt Sacro Diaconatus gradu initiaretur, profectus eſt; iamque ordine ſuſcepto, Pater, qui Fratrem duxerat, ab Epiſcopo poſtulauit, vt eidem in patriam iuſſu Superiorum tendenti licentiam concedere dignaretur, exhortationes aliquas in ſolo natiuo, lociſque vicinis ad populum habere poſſet, Reſpondit Epiſcopus: *nimium iuuenis eſt, nec ad tantum munus idoneus eſſe videtur*. At ille vrgebat examinaret, experiretur: domeſticis exercitijs, iam excellens talentum eius Superioribus innotuiſſe. *Experiar*, inquit Epiſcopus, *& examinis loco die craſtina in tali Eccleſia coram me ſermonem habeat*.

Præſtitit iniunctum munus tanta gratia Fr. Petrus, vt admiratus Antiſtes Dominus Laurentius Figueroa, Prędicatorij Ordinis Prędicator celeberrimus, ac Sanctitatis merito præclarus, in iuuene tantam ſermonis efficaciam, exclamauit: *In ore Religioſi iſtius idioma Dei reſonat, à quo ad miniſteriũ verbi vocatus eſt. Ego non ſolum omnem facultatem impertior libenter, ſed etiam exhortor moneoque Superiores, vt concionibus applicent, magnum enim, vt video, præſtiturus eſt animarum lucrum*.

Complutum reuerſus, nondum perfecto Theologiæ curſu, in præclariſſima Academia claris initijs cœpit oſtendere quanta polleret dicendi mouendique virtute; vt non vulgus ſolùm, ſed celeberrimi doctores certatim accurrerent ad vitæ morumque magiſtrum in pulpitis, quem

quem adhuc habebant diſcipulum, in ſcholis. Quod cum aduertiſſet ſapientiſſimus D. Garnicia primæ Cathedræ Theologicæ moderator eximius, ac Fratris Petri Magiſter voluit diſcipulum ſuum in S. Idelfonſi ad doctiſſimorum virorum totius Academiæ coronam pluries habere ſermonem, & concionantis admiratus ſpiritum, magno mentis affectu dicere ſolebat: *Non eſt ille quē audiuimus Fr. Petrus diſcipulus meus, ſed Chriſtus, qui in ore Religioſi iuuenis loqui dignatur*. Quin etiam Compluto ad alias ciuitates concionandi gratia miſſus, mirum eſt quantum fructum fecerit præclaro virtutum omnium exemplo, & Apoſtolica concionandi gratia. Vnum tantum referam ſingularis manſuetudinis argumentum, quod paulò antequam in Italiam mitteretur contigit.

Compluto miſſus fuerat Fr. Petrus ordine Diaconatus inſignitus ad conciones habendas in ciuitate Regni Caſtellę nomine Molina. Morabatur in ea nobilis quidam, qui Fratris Petri Patrem Darocæ quondam occiderat per tumultum. Nam cum populi ſolemnia Taurorū agitatione celebrarentur, & enatis (vt fieri ſolet) diſcordijs, ac rixis, magna ſeditio fuiſſet excitata; Accurrit Petrus de Villagroſſa, & tanquam regius miniſter, vtpotè qui eo anno gereret magiſtratum, authoritate ſua rumorem ſedare nitebatur. Verum efferato quidam animo ſaxum manibus vibrans, in caput Iurati tam validè illiſit, vt poſt paucos dies deceſſerit è vita. Fugit qui vulnus inflixerat, & à miniſtris Iuſtitiæ Regni Aragonum comprehendi, & debitas temeritati pœnas luere metuens, in Regnum Caſtellæ ſeceſſit, morabaturque Molinæ tum temporis, cum Frater Petrus ibidem haberet conciones.

Aduenerat Daroca licētiatus Didacus de Muro Fratris Petri audiēdi, ac viſitandi gratia, cui cum homicida retuliſſet ſe verbis concionatoris compunctum eſſe, ac quidlibet facturum, vt redire poſſet in gratiam, & Didacus Fratri Petro ſignificaſſet ſuos inter auditores numerari illum, qui ſanguinis paterni reus erat, eumque deſiderare quidem, ſed non audere pro iniuria, quam fecerat, accedere, ac veniam poſtulare: Reſpondit Fr. Petrus ſe libenter amore Chriſti non permiſſurum ſolùm, vt ad ſe accederet; ſed etiam iniuria condonata, eius indemnitati, ac commoditati quam libentiſſimè ſeruiturum. Aduocauit Didacus hominem, quem vt eminus vidit Fr. Petrus, paſſum accelerauit, occurritque ei in publica platea; ibique in medium luti, quod plurimum tunc temporis erat proſtratus, pedes eius exoſculatus eſt, ac cum deinde ſurrexiſſet, ſumma amoris teneritudine complexus: *Cur*, inquit, *ò amice cum hic degeres tamdiu me latuiſti? cur non potius ad patriotam tuum inuiſendum aduenisti? Volo vt poſthac frequenter ad me accedas, iubeaſque in quo tibi ſeruire valeam*. Obſtupuit homicida, & confuſus tam inſolito manſuetudinis ſpectaculo, & charitatis Chriſtianæ documento, taliter compunctus eſt; vt ne verbum quidem reſpondere potuerit, ſed magna vi lacrymarum interceptus, ſuſpirijs vtebatur pro vocibus. Quin etiam circumſtantibus omnibus in lachrymas reſolutis, eo die nihil aliud agi potuit, donec poſtridiè ſedato non nihil animo homicida reuerſus, expertus eſt fideliſſimum amicum, quem iuſtiſſimum aduerſarium prius formidarat.

Ab anno Chriſt. 1591 ad 1595.

†

Ab anno Christ. 1594 ad 1595.

CAPVT XXII.

V. P. N. Petrus Romam mittitur, inde Genuam: In Capitulo Generali Cremonæ Cathedram Theologicam sustinet, Conuentus Genuensis fit Supprior; & vbiq; mira virtutum edit exẽpla, ac in Pulpitis dicendi gratia floret.

TAm egregias animi dotes, ac præsertim Apostolicam verbi gratiam veris virtutibus coniunctam, in sinum Vrbis effundi dignum iudicabat V. P. Nicolaus: Eius ergo iussu nauigat Genuam, ac deinde Romam cum ordinis Procuratore ad annum Domini 1591. appellit. Sed duæ difficultates restabant superandæ, vna linguæ, valetudinis altera; vt illam vinceret, atque Italicum idioma perdisceret, quod ipsi fuerat ab obedientia præscriptum, quanta tolerauerit nõ est opus enarrare: solùm hoc recensebo humilitatis exercitium, quod Romæ libenter exegit, tanquam præludium honorum, quibus postmodum humilitas eius coronaretur.

Erat P. Fr. Ioannes à S. Hieronymo procurator Religionis vir austerus admodum, sed firmæ valetudinis, ac memor eius, quod in mandatis à Generali acceperat, vt omnibus modis curaret linguam Italicam P. Petrus edisceret, & occasio colloquij Italici, iuxta rigorem instituti nostri, raro se se offerret: hoc vsus est commento, vt P. Petrum ritu Laici sine socio per plateas, & fora Romana dimitteret, ad comparanda quæ victui, & sustentationi sunt necessaria. In quo tam humili seruitutis exercitio, plurimas certè de seipso victorias reportauit: nam animum nobilem stimuli partis inferioris pungebant acriter, quod choro muneribusque sublimioribus addictus, ac laudabiliter perfunctus leui prætextu distineretur, & incomitatus instar eorum, qui seruitijs vilioribus mancipati sunt, grauatus sarcinis per lutum, & puluerem tempus tereret, salutem perderet in vrbe Roma, ad quam cõcionandi gratia fuerat à Generali destinatus. Vicit tamen, & tam gloriosè vicit, vt nec de suo procuratore apud Generalem conquestus sit, nec minimum animi renitentis dederit signum: Quin imo quod prius durum, ac ignobile videbatur vitæ genus, tanquam suaue, ac glorioſum summa animi voluptate prosequebatur, & per annum fermè integrum continuauit; vsque dũ Genuã reuersus ad annum 1593. in Capitulo totius Ordinis Cremonæ summa cum laude Theologicas Theses sustinuit, quẽadmodum supra cap. 17. enarrauimus; & anno insequenti eiusdem Conuentus Supprior electus, ibidem remansit.

Interim quantum ad idioma pertinet, cum ingenio docili, ac memoria fælici polleret, ac natura ad dicendum promptus, eleganſq; foret, & quod maximum in addiscendis linguis momentum præstat, laboribus non parceret, vt præscriptum obedientia finem valeret attingere; breui temporis interuallo tantùm promouit, vt nõ indecorè posset Italicè declamare, & si quid natiui splẽdoris deesset, reliquę Concionatoris partes, in quibus excellebat, abundè suppeterent.

Valetudinis impedimentum difficiliùs amouendum credebatur, erat enim delicatissimæ complexionis, patiebatur cordis interiores impetus tam vehementes, vt vires naturales ad eos coercendos, aut tolerandos non sufficerent. Vndè paulatim debilitato corpore sustinendis pulpiti laboribus imparem futurum com-

communis erat tum Fratrum, tum Medicorum ſententia. Durum vtriſque videbatur ſepelire tam inſigne talentum, duriùs manifeſto vitæ periculo Patrem exponere. Vrgebatur interiùs Petrus animarum lucrandarum ardenti deſiderio: *Et*, inquit, *experiamur vna concione, vel altera: & ſi quidem ſacræ functionis exercitio natura ſuccumbat, Phyſicorum obtemperemus conſilio, ſin vero vegetiorem & robuſtiorem pulpiti labores effecerint, ſequamur Dei, gratiaque ductum.*

Placuit Patribus conſilium, & à Medicis tandem obtentũ eſt, vt ſuarum virium periculum faceret; ſtatimque poſtquam functionẽ aggreſſus fuiſſet, ceu nouo quodam vigore corpori ſenſibiliter inſtillato, reſtaurari viſus eſt, cunctis velut ad rem inſolitam ſtupentibus. Et Religioſi quidem quaſi miraculũ quoddam, referebant ad Deum, qui leges naturæ præſcripſit: Medici verò paradoxum aſſerebant eſſe naturæ, quæ frigidos ventriculi humores, ſedem hactenus materiamque debilitatis, exercitio Concionum, ac Pulpiti calefaceret, agitaret, minueret, expelleret. Quidquid ſit: Quaſi certo beneplaciti diuini ſigno confirmati ſuperiores, quod prius ſtatuerant, exequuntur: & P. Frater Petrus nouo ſtimulatus feruore, diffractis morborum repagulis, currebat alacriter viam charitatis, qua in Gloriam Dei, & animarum ſalutem fortiter, ſuauiterque ardebat, ac in auditorum animas inſtillabat pietatem, morumque conuerſionem non modicam præſtabat in celeberrima Ciuitate Concionator iuuenis, & extraneæ linguæ, non ſermonum floſculis, alijſque aurium irritamẽtis, ſed ſpiritu, quo feruebat, Apoſtolico. Hinc ad Sancti Laurentij Cathedralem, Sanctæ Catharinæ, aliaſq; præcipuas illius emporij Eccleſias ad prædicandum inuitatus, mirum eſt ad quantam morum reformationem, tum exemplo, tum dicendi gratia ſingulari breui tempore permouerit auditores.

Ab anno Chriſt. 1595 ad 1596.

Inde in Ciuitatem Papienſem ad idem munus exercendum euocatus, tanto ſpiritu, tamque notabili totius populi fructu per Sacrum Quadrageſimæ tempus id præſtitit, vt Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Baſtonius, reuerſo iam ad Conuentũ Genuenſem P. Petro, cernens quã ſolidam in populo ſuo excitaſſet virtutem, ac deuotionem, ad Priorem Sanctæ Annę ſcripſerit in hanc ſententiam. *Si quidem*, inquit, *ante diſceſſum P. Fratris Petri ex hac noſtra Ciuitate perſpectum habuiſſem amorem Dei, quem in meorum ſubditorum cordibus Concionum ſuarum efficacia ſuccendit, adhuc ardentem; profectò non fuiſſem paſſus tantum virum à nobis auelli, ſed catenis potius illigaſſem ferreis; Verùm quia tardiùs præſentiæ fructum animaduerti, ideo abſentiæ iacturam impenſiùs doleo.* Hęc Præſul ille ſapientiſſimus.

CAPVT XXIII.

Romam reuerſus V. P. N. Petrus dicendi gratia, & virtutum exemplis proceres, imò & Summum Pontificem mouet; Hoſpitium obtinet, primaque amplioris Cœnobij, & nouæ Congregationis veluti fundamenta iacit.

AVgebatur quotidie ſermonis gratia P. Fr. Petrus, & iam tempus opportunum videbatur, vt in Vrbe Orbis Magiſtra vox eius reſonaret. Cardinalis Pinellus Ordinis Protector, & Fratrum Diſcalceatorum Fautor eximius datis litteris Priori Genuenſi ſignificauerat, deſiderare ſe pro Ciuitate Romana

Ab Anno Christ. 1596 ad 1597.

mana Prædicatorem ex Ordine Diſcalceatorum.

Interim ex Hiſpanijs Genuam appellit Cardinalis Alexandrinus, & cognita Prędicatoris excellentia, ac Superiorum intentione, voluit eum vna ſecum Romam perducere, vt itineris ſaltem tempore ſermonibus, ac colloquijs ſpirituali dulcedine plenis, ac virtutum exemplo frueretur.

Nauigauit cum Cardinali P. Fr. Petrus, datuſque ei fuit in ſocium P. Frater Iacobus à Sanctiſſimo Sacramento Pedemontanus, Genuæ profeſſus, vir raræ ſanctitatis, & auſteritatis. Cumque Portum Finum appuliſſent, excitatis ab auſtro ventis pelagus intumuit, & ne nimium fiderent elemento infido, iactis anchoris ſtetit in Portu triremis, & Cardinalis cum aſſeclis, ac populo deſcendit in terram. Ibi P. Petrus ne diffluereț ocio turba, ſuper Ionæ prophetia, tum in Eccleſia Conciones, tum in littore lectiones cæpit habere frequentes, quas reliquo nauigationis tempore magno Cardinalis guſtu, ac totius multitudinis fructu continuauit in naui. His charitatis exercitijs auditores ſuos Deo, & Cardinalem ita ſibi promeruit, vt deinceps eum habuerit ſuę Religionis patronum zelantiſſimum.

Ad Romanum littus ab Illuſtriſſimo D. Tarugio Sancti Spiritus Commendatore Cardinalis excipitur in Villa Hoſpitalis, quę Sanctæ Seuerę dicitur; & vix completis primis vrbanitatis ad tãtum hoſpitem ceremonijs, Alexandrinus ad Tarugium infit: *Adduxi mecum Patrem iſtum Hiſpanum Natione, magnũ Dei ſeruum, in vitæ ſanctitate, doctrina, ac concionandi gratia excellentiſſimum*; Statimque grauiſſimo Cardinalis teſtimonio commotus Commendator, P. Petro verbis officioſiſſimis obtulit omne ſuum obſequium, & Petrus reſponſo breui, ſed humilitatis, ac ſuauitatis pleno, hoſpitem ſibi ſuum in perpetuum deuinxit. Hoc principium fuit affectus incomparabilis, quo deinceps Tarugius eum proſecutus eſt.

Romam Cardinalis rheda vectus, Patres ſecum conſidere iuſſit, & Romæ in Palatio ſuo tamdiu hoſpitari donec ad ſanctitatem ſuam referret. Pontifex cum audiſſet à Cardinali Patris Petri vitæ, morumque ſanctitatem, & Apoſtolicam in Cõcionando gratiam, & quanto fructu Genuæ, alijſque in locis è ſuggeſtu fuiſſet auditus; A Tarugio quoque de eadem re certior factus, iuſſit Cardinali, vt eum ſecum adduceret. Ad ſacra beatorum pedum oſcula admiſſus, paucis intentionem ſuperiorum ſuorum expoſuit tanta gratia, & modeſtia; vt prudentiſſimo Pontifici ſummopere placuerit, ſtatimque aduocato Tarugio dedit in mandatis, vt Patribus de conuenienti hoſpitio alijſque neceſſarijs prouideret, velle ſe eos in Vrbe cõmorari. Commendator ſine mora iuſſum Pontificis exequitur, & quaſdam cameras apud Sanctæ Marię de Pace verſus Plateam Agonalem ſuo ære conductas per modum prouiſionis inhabitandas dedit, quo etiam conuenit P. Fr. Ioannes à Sancto Hieronymo, Procurator Ordinis cum ſocio laico.

Contigerunt hęc anno 1596. mẽſe Septembri: quibus in cubiculis per duos menſes commorati, rigorem Reformationis, viteque Regularis ſeriem, tanquam ſi in Conuentu forent, obſeruarunt. Vnum tantum eius rei proferam exemplum, vnde cętera liceat coniectare. P. Fr. Iacobus à Sanctiſſimo Sacramento tam exactum ſibi ſilentium indixerat, vt ſęculares, qui maiorem, ac principaliorem domus partem incolebant (erant enim ædes nobiles, cuiusdam Matronę Romanę) & quibuſcum ad portam, ad puteum, & alia domeſtica miniſteria ſępe communicandum erat, nunquam ab

eius

Digitized by Google

eius ore verbum audierint; ſed quæ opus erat ſignis exprimebat, vt à domeſticis vel mutus exiſtimaretur, vel ob humorem melancolicum phantaſiæ facultate læſa, in hãc delirij ſpeciem deueniſſe; donec tandem aliquid à ſuperiori exequi iuſſus, quod ſignis nullo modo poterat verbis perfecit. Mirum ergo in modum gauiſi ſunt, & P. Fratri Petro domum reuertenti nobilis illa Matrona cum domeſticis occurrũt gratulabundi, nunciantes, quod P. Fr. Iacobus à morbo, quo laborabat, conualuiſſet.

Hoc etiam tempore P. Petrus demonſtrauit, quam inſigniter ſemetipſum vincere didiciſſet. Nam cum Frater laicus incidiſſet in morbum, & ſeruitijs vocationis ſuæ vacare nõ poſſet, ille ſe ipſum vltro obtulit ad obſequia laici præſtanda, quę ſuperioribus annis repugnante ſenſu ſubierat; & conuerſorum ad inſtar nõ modica ſpiritus voluptate per compita Romanę Ciuitatis procurabat neceſſaria, & onuſtus ſarcina per lutum, pulueremque domum remeans reliquis Fratribus præparabat, ac ipſe talibus humilitatis exercitijs, magis quam litterarum ſtudijs, Apoſtolico muneri præparabatur; non enim alia melior ad concionũ gratiam impetrandam diſpoſitio, quàm contemptus ſui, & charitas proximi.

Dum his mancipatur, Tarugius apud Cardinalem Pinellum totius Ordinis Carmelitarum Protectorem inſtabat, vt aduentu proximo Conciones haberet in ſua Sancti Spiritus Eccleſia. Renuit Cardinalis, inquiens iam Pulpito Sancti Ioannis Florentinorum deſtinatum eſſe. Verum cum Nationis Conſuli ſe ſuadente Tarugio circa Feſtum Omnium Sanctorum præſentaſſet, & ab eodem ambiguum reſponſum accepiſſet: Gauiſus ſupra modum Tarugius ad Cardinalem redit, impetratque, vt pro Eccleſia Sancti Spiritus reſeruetur. Vnde à Cameris Agonalis ad aſſignatum ſibi locum in Hoſpitali Sancti Spiritus, quod in Saxia nuncupatur, tranſmigrauit; vbi non facilè quis dixerit quanto charitatis, ac liberalitatis affectu ab Illuſtriſſimo Commendatore ſint excepti. Moxque, vt animata illa Sancti Spiritus tuba (ſic enim merito Concionatorem Apoſtolicũ nominarim) cœpit in eius Eccleſia reſonare, percrebeſcente fama magnus omnium Ordinum factus eſt concurſus, qui Concionum eius dulcedine allecti, atque efficacia compuncti, mirabantur ſimul & in Prędicatore ſingularem gratiam, & in ſe ipſis animorum in melius ſubitam mutationem. Ab anno Chriſt. 1596 ad 1597.

Tarugius, cum experientia propria cõcionatoris ſui percepiſſet excellentiam, quam crediderat per famam, magno perfuſus gaudio Clementem Octauum Pontificem adijt, aitque: *Pater Sancte, Virum habemus incomparabilem, & Concionatorem eximium; ſummopere intereſt Eccleſiæ Dei, vt V. Sanctitas eum Romæ retineat, & locum pro ſuæ Religionis fundatione concedat.* Placuit Zelantiſſimo Gregis Chriſti Paſtori ſuggeri ſibi conſilium ſancto ſuo deſiderio Reformationis Religionum conforme. Nam cum ab initio Põtificatus Regularis diſciplinæ reſtitutioni plurimum inſudaſſet; & labentibus annis animaduertiſſet non eum, quem ſperabat, ſuis laboribus referre fructum: Tanti mali cauſam, collatis prudentiſſimorum ex omni Ordine Religioſorum conſilijs, hanc demũ eſſe perſpexit: quod in omnibus Conuentibus, ijs præſertim, qui maiori reformatione indigebant, ſinguli ad Religionem venientes paſſim reciperentur; ſicque inculta', & infructuoſa nouiter profitentium germina quotidie ſuccreſcerent, quę regularem diſciplinam, aut vix, aut nunquam edocta, difficulter vitę licentiam, quam ſemel induerant, depone-

Digitized by Google

Ab anno Chriſti 1596. ad 1597.

ponere poſſunt, aut volunt.

Igitur vt infectam radicem amputaret anno 1596. 12. Martij ſub grauibus pœnis interminatus eſt, ne deinceps ad Ordinem quorumcumque Mendicantium vllus admitteretur, niſi in Conuentu à ſe deſignando. Interim profeſſiones atque receptiones illegitimæ forensi arrisque. Decreuit enim in ſingulis Regionibus quoſdam Reformatorum aſſignare Conuentus, vbi Nouitij regularem diſciplinam edocerentur, atque inde ad reliquos Conuentus dimitterẽtur. Rigida videbatur nonnullis ſententia, niſi quod extremis malis, extrema funt adhibenda remedia. Et diuerſis argumentis, ac medijs clementiam Pontificis interpellabant. Nec deſuit Eccleſiaſtica Dignitate primarius, qui pro Carmelitis allegarer: Indignum eſſe, tam antiquam Religionem defectu ſobolis emori. Non eſſe in Italia, ac Romæ præſertim eius Ordinis Reformatos, in quorum Conuentibus educarentur Nouitij. Reſpondit Pontifex, ſe eum in minoribus foret, & in abſentia Protectoris Ordinis Carmelitani munus hoc exerceret, vidiſſe Reformationis Tereſianæ Religioſos Romam pro ſuis negotijs rebidentes, apud hos Carmelli Nouitiatum inſtitui poſſe, ne pereat, ſed floreat magis.

Igitur cùm referente Tarugio cerneret votis ſuis facilem ſterni viam, magnopere gauiſus eſt, & non ſolum permiſit, ſed authoritate ſua iuſſit, vt vna cum P. Petro ſirum pro conſtruendo Nouitiatu diſquirerent, qui Religionis exercitijs aptior, & ſubſidio nouo ſpirituali videretur indigentior. Et Procuratori Reformationis P. Fratri Ioanni à Sancto Hieronymo hac de re voluntatem ſuam intimauit. Procurator poſt quam Suæ Sanctitati pro pio in Religionem affectu gratias egiſſet, humiliter expoſuit, ſe ab Ordinis Superioribus, qui degebant in Hiſpania, nullum accepiſſe hac de re mandatum, quibus ignorantibus ſi fundamentum noui Conuentus inchoaret præſumptionis atque inobedientiæ notam non poſſet effugere. Dignaretur indulgere, Generalis ſui mentem ſuper hoc diſquireret, Sanctitati Suæ ſemper liberum foreque placeret, perficere. Cui Procuratoris ſupplicationi Clemens quidem annuit, ita tamen vt nollet interim à diſpiciendo ſitu conquieſcerent. Et P. Petro mirum in modum placebar locus ille, circa quem hoc tempore vaſtæ molis Eccleſiam fabricarunt Longobardi, Diuis Ambroſio, & Carolo ſacram, quam circumcirca frequentibus viculis inhabitabant mulieres, quæ corpus venale, proſtituunt viris, animam Dæmonibus; Vt vel vicinio Monaſterij reſipiſcerent à diaboli laqueis, vel ſaltem in eo loco, vbi Deus iugiter à luxuriæ mancipijs offendebatur, ibidem à filijs Beatiſſimæ Virginis placaretur.

Sed re melius perpenſa, atque adhibita fiduciali ad Deum precatione, prælatus eſt locus miraculoſa B. Virginis Imagine de Scala tota Roma lacer, ac celebris. Quod conſilij relatione Pontifici facta præ cæteris arriſit. Adeoque Cardinali Comenſi ad ſe vocato, dedit in mandatis, vt in acquirendo prædicto loco, atque Eccleſia, quæ ſub ſcius protectione conſtruebatur, Fratribus Diſcalceatis fauorem præſtaret, & auxilium, quemadmodum infrà latius enarrabimus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXIV.

Superioribus Hiſpaniæ propagationi renitentibus, Clemens VIII. Pontifex Maximus motu proprio Fundationem Romanam, & Genuenſes Conuentus, tùm Fratrum, tùm Mouialium, ab Hiſpanica Congregatione ſeparat, ſibique immediatè ſubijcit.

INterim ex Hiſpanijs Procuratori reſpondẽt Ordinis Superiores, immo & ipſe Rex Philippus Secundus in eandem ſententiam Oratori ſuo litteras dedit; Nullo modo conuenire Tereſianæ Reformationis inſtitutum extra Hiſpanias propagari: primùm, quia Regularis Obſeruantiæ rigorem, quo fundatus erat in Hiſpanijs, ibique ob robuſtam complexionem, & fauens Cæli, Terræque Clima, Deo dante, perſeuerabat; apud exteras nationes plerumque delicatiores, & ſub inclementiore cælo degentes, flaccеſcere neceſſe erat. Alteram præterea rationem acriter vrgebant regię litterę fundatione Romana magnam aperiri ianuam diſcurſibus, Inſtituto primitiuæ Regulæ, imo cuilibet Regulari Obſeruantiæ tantoperè contrarijs; dùm prętextu recurſus ad Superiorem Romanoſque proceres, diuagandi libertas vix negari poteſt inquietis. Videbatur pleriſque res deſperata; & duabus his machinis, Regis, ac Religionis facilè ruiturum fundationis Romanæ tenue principium.

Refertur ad Pontificem reſponſũ Superiorum Ordinis, mente, ac ſententia tanti Regis confirmatum; ſed Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor vaſtiorem Hiſpania mentem gerebat, nec vnius Regni concreditam ſibi credebat ſalutem, cui Chriſtus totius Orbis commiſerat gubernationem. Auditis ergo magna attẽtione Procuratoris Generalis reſponſo, ac relationibus: *Eia*, inquit; *diuidamus eos, qui Hiſpanias incolunt, ab his, qui in Italia degunt; & illos quidem ſuo conſilio regi permittamus, hi vero Romæ fundent, & in reliquas orbis partes Reformationem propagent*; Subiungenſque Procuratorem interrogauit, quo numero Diſcalceati forent in Italia; eoque reſpondente, quod triginta non excederent: *Bene eſt, abunde eſt*, replicauit Pontifex; *Duo ſoli reformationem hanc aggreſſi ſunt in Hiſpanijs, Nos triginta habemus. Deus adiuuabit*. Hanc Summi Pontificis inſperatam, ſed firmam reſolutionem, tanquam Regiæ ſententiæ non aduerſantem, Orator Regius approbauit, laudauitque; Procurator verò Ordinis, tanquam de Cælo lapſam veneratus, atq; exoſculatus eſt. Ab Anno Chriſti 1596 ad 1597.

P. Fr. Petrus à Matre Dei ſalutem proximorum, quam totis viſceribus ardebat, libenter ſuſcepit. P. Frater Ferdinandus à Sancta Maria Prior Genuenſis, P. Fr. Ioannes à Ieſu Maria, alijque primi nominis, ac ſanctitatis Religioſi reſcripſerunt ſe libenter in Italia permanſuros, ſi ad Diuinæ Maieſtatis obſequium id vtile Pontifici videretur. Hos igitur omnes Pontifex motu proprio, & eorum Conuentum Genuenſem, atque eum, qui erigebatur, Sanctæ Mariæ de Scala, nec non Conuentum Monialium Ieſu Mariæ nuncupatum in Ciuitate Genuenſi, inuicẽ vnita ab omni ſubiectione, obediẽtia, ſuperioritate, ac dependentia Præpoſiti Generalis, & Conſultæ, ac cęterorum Religioſorum Congregationis Hiſpaniarum, & quorumuis aliorum in perpetuum exemit, ac ſeparauit; ac ſibi, Sedique Apoſtolicæ, ſub protectione Dominici Cardinalis Pinelli immediatè ſubiecit. Super quibus omnibus die 20. Martij 1597. litteras Pontificias

Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

ficias dedit in forma Breuis tenoris ſequentis.

Sacrarum Religionum in Eccleſia Dei piè, ſanctèque inſtitutarum propagationem, & incrementum ſincero deſiderantes affectu, ea libenter concedimus, quæ ad propagationem, & incremẽtum huiuſmodi ſalubriter in Domino conſpicimus expedire. Sane cum in Italia præter Monaſterium ſeu Collegium Sanctæ Annæ Ianuenſis, nullum aliud extet Monaſterium, neque Conuentus, aut Domus Ordinis FF. Carmelitarũ Diſcalceatorũ nuncupatorum, qui Ordo ad primitiuæ Regulæ Ordinis Carmelitarum præſcriptum in Regnis Hiſpaniarum inſtitutus ſanctitatis fama redolet, ac ſuaues in vinea Domini ad populorum eius ſalutem, & ſpiritualem conſolationem fructus affert. Cumque ſi in Alma Vrbe noſtra alia eiuſdem Congregationis domus erigeretur, magnos profectò fructus ad Dei laudem, & animarum ſalutem, inde prouenturos eſſe ſperandum ſit.

Nos ordinem ipſum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & quorumcumq; priuilegiorum, indultorum, conceſſionum, & gratiarum tam ſpiritualium, quàm temporalium eidem Ordini Fratrum Carmelitarum, etiam per modum communicationis, & extenſionis, ac alias quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſorum, ac litterarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus Dilecti Filij noſtri Dominici Tituli Sancti Chryſogoni Presbyteri Cardinalis Pinelli nuncupat. totius Ordinis Fratrum Carmelitarum apud nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris inclinati, vnam Congregationis prædictorum Fratrum Carmelitarũ Diſcalceatorum domum in Vrbe præfata, in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Scala in Regione Trans Tyberim ſita, vel in alia Eccleſia in quacumque Vrbis Regione poſita per ipſos obtinenda ad Dei laudem, & ipſius Congregationis propagationem, ſeparatam tamen & diuiſam, vt infra, à prædicta Congregatione Hiſpaniarum perpetuo, Authoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac in ipſa domo Ordinem Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum perpetuo introducimus, ac ipſius domus pro tempore Religioſis, in perpetuum, vt habita, & Regula, atque Inſtitutis prædicta Congregationis Hiſpaniarum, citra tamen illius ſubiectionem, in omnibus, & per omnia ſe ſe cõformare, ac illius ſtatutis, & conſtitutionibus per nos ſub die 29. menſis Februarij anni 1592. Pontificatus noſtri anno primo confirmatis, nec non quibuſcumque priuilegijs, indultis, conceſſionibus, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiis, fauoribus, indulgentijs, & alijs gratijs tam ſpiritualibus, quam temporalibus ſupradictæ Hiſpaniarum Congregationi per quoſcumque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſiu extenſionis, aut alias quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innouatis, vti ac frui, & gaudere, perinde ac ſi eidem domui per annos erecta, eiuſque futuris Religioſis nominatim conceſſa fuiſſent, poſſint, & valeant, ac debeant, concedimus, & indulgemus, ac mandamus, ſtatuimus, & ordinamus; eandem tamen domum, nec non etiam prædictum Monaſterium, ſeu Collegiũ Sanctæ Annæ Ianuenſis, necnon Monaſterium Monialium de Ieſu Maria nuncupatũ eiuſdem Ordinis Ciuitatis Ianuenſis, cum omnibus iuribus, & pertinentijs eorum, ex nunc ab omni ſubiectione, obedientia, ſuperioritate, & dependentia Præpoſiti Generalis, & conſultæ, ac eæterorum Religioſorum Congregationis prædictæ Hiſpaniarum poſthac perpetuo eximimus, ſeparamus, & ſegregamus.

Ipſamque Domum Vrbis, & Collegium, ſeu Monaſterium Sanctæ Annæ, ac Monaſterium de Ieſu Maria Ianuenſis prædicta inuicem vnimus, & incorporamus, eamque à Congregatione

Hiſpa-

Hiſpaniarum prædicta ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſeparata, ac ſeiuncta eſſe, ita vt Congregatio prædicta in ea nullam habeat iuriſdictionẽ, nec vlla inter eos communicatio ſit, aut eſſe cenſeatur, neque capitulis, electionibus, aut alijs quibuſcumque actibus tam publicis, quàm priuatis ipſius Congregationis fieri ſolitis in domo, & Monaſterio, ſeu Collegio præfatis, nec viciſſim domus, & Monaſterij, vel Collegij prædictorum Fratres in Congregatione prædicta vocem activam, aut paſſiuam habeant, aut aliquo modo ſe ſe intromittant. Domumque Vrbis prædictam, & Collegium, ſeu Monaſterium Sanctæ Annæ, necnon Monaſterium Monialium de Ieſu Maria Ianuenſium, nobis & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecta ſub protectione dicti Dominici Cardinalis quandiu vixerit, abſque alia dependentia, ſubiectione, & ſubordinatione aliorum quorumcumque, tam Ordinis Carmelitarum mitigatorum nuncupatorũ, quam etiã aliorum Carmelitarum Diſcalceatorum, vbiq, tam in Italia, quam extra, in quacumque Mundi parte exiſtentium exiſtere, eſſe & fore, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus. Cæterum vt pax, quæ Religioſos maximè decet, in Congregatione, ac domo, & Collegio, ſeu Monaſterijs præfatis præcipuè ſeruetur, authoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, & ordinamus, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt nullus eorum Religioſorum per ſe, vel interpoſitam perſonam Congregationis, ſeu domus, & Monaſterij, vel Collegij huiuſmodi viciſſim Religioſos aliquo modo moleſtare, perturbare, vel inquietare, aut in illorum viſitationem, correctionem, & reformationem ſe ſe quoquo modo immiſcere, aut alia, quæ ad iuriſdictionem, vel ſuperioritatem aliquam attinent, attentare: Congregationẽ prædictam, ac Domum, & Collegium, ac Monaſteria huiuſmodi omnino ſeparata, & diſtincta eſſe volumus, præſumant.

Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Nullus quoque huiuſmodi Religioſus de Congregatione Hiſpaniarum ad Domum, ſeu Collegium, nec viciſſim de domo, & Collegio prædictis ad Congregationem præfatam ſe transferre: neque Congregationis fugitiuus, vel expulſus, aut apoſtata in domo, vel Collegio prædictorum in Congregationẽ prædictam admitti, & recipi valeant: quod ſi ſecus ſcienter, vel ignoranter fieri contigerit, translatio, receptio, & admiſſio huiuſmodi nullius roboris, vel momenti exiſtat, & ipſe receptus ſtatim eijci debeat.

Religioſi quoque domus, & Collegij prædictorum Congregationis Hiſpaniæ, illiuſue Prouinciarum, Conuentuum, aut ſingularium perſonarum negotia in Romana Curia per ſe, vel alios ſine licentia Præpoſitis Generalis, & Diffinitorij, ſeu conſultę ipſius Congregationis Hiſpaniarum tractare, aut Religioſos eiuſdem Congregationis Hiſpaniæ ſine huiuſmodi licentia huc venientes in eorum domibus recipere non poſſint. Quia vero nonnulla prædictæ Religionis Carmelitanæ Diſcalceatorum ſtatuta per Sedem Apoſtolicam, vt præfertur confirmata, præcipuè ea, quæ gubernij modum reſpiciunt in domo, & Collegio, Monaſterijſque prædictis nequeunt obſeruari, & multa quoque pro diuerſitate locorum, prout ratio poſtulat, expedit ſtatui, atque ordinari. Propterea Nos præfato Dominico Cardinali Protectori, vt adhibitis aliquibus ex grauioribus, & prudentioribus dicti Ordinis Fratribus, nunc in Italia exiſtentibus per ipſum eligendis, rè maturè cõſiderata circa domus Vrbis prædictæ, ac Collegij, ſeu Monaſterij Sanctæ Annæ, & Monialium de Ieſu Maria Ianuenſium regimen, & gubernium omnia diſponere, conſtitutiones prædictas (iuxta tamen dicti Ordinis inſtituta) declarare, & in ijs, in quibus opus eſt, addere, imminuere, aut etiam mutare, & alia de nouo condere, prout in prædictis omnibus ſecundum Deum pro ſtrictiori Regu-

Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Regulæ obſeruantia magis conſpexerit expedire. Concedimus quoque, & indulgemus, vt de licentia ipſius Dominici Cardinalis, Nouitij pro nunc extra Capitula capta informatione, & approbata per vota ſecreta Capituli domus, in qua recipi debent, de licentia tamen dicti Dominici Cardinalis, ſeu noſtra ad habitum prædicti Ordinis recipi, & admitti valeant. Decernentes præſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel de quocumque alio defectu, etiam ex eo quod omnes intereſſe habentes vocati non fuerint, notari, argui, impugnari, aut ad terminos iuris, ſeu in ius, vel controuerſiam reuocari poſſe, ſicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate vbique iudicari, aut definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacij PP. VIII. *Prædeceſſoris noſtri, qua cauetur expreſsè ne qui Fratrum Mendicantium profeſſores loca ad inhabitandum recipere, ſeu recepta mutare audeant, aut præſumant abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali de prohibitione huiuſmodi expreſſam mentionem faciẽte, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non erectionibus dictorum Monaſteriorum Sanctæ Annæ, & de Ieſu Maria; ac etiam ipſorum fundationibus, & bonorum, vbi vis locorum exiſtentium dotationibus, in quibus fortaſsè cauetur, vt bona dictorum Monaſteriorum, vel aliquorum ex ipſis, ipſorum Monaſteriorum ſint, ſi & quatenus eadem Monaſteria ſub ſuperioritate Præpoſiti Generalis, & Conſultæ Congregationis Regni Hiſpaniarum exiſtant, & vlterius dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi ad verbum inſererẽtur, præſentibus pro expreſſis, ac ad verbũ inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium transſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Martij 1597. Pontificatus noſtri anno ſexto.

M. Veſtrius Barbianus.

CAPVT XXV.

Compendioſa quorundam Religioſorum elogia, qui ſub Prioratu V. P. N. Ferdinandi à Sancta Maria, & ſub Magiſterio V. P. N. Ioannis à Ieſu Maria Genuæ profeſſionem emiſerunt, ac poſtmodum Congregationem noſtram ſuis virtutibus promouerunt.

CReſcebant in Italia filij, nomenque Tereſiæ, & veluti ſacro fœnore pro Venerabili P. Fratre Nicolao à Ieſu Maria Genuenſi, quem abſtulerat terris, nouam, ac nobilem Italorum ſobolem Genuę multiplicabat Deus. Nam à

25. De-

25. Decembris 1594. vſque ad 22. Aprilis 1598. ſequens manipulus in Carmeli Reformatione ſub Prioratu P. Fratris Ferdinandi à Sancta Maria, & ſub Magiſterio P. Fratris Ioannis à Ieſu Maria excultus, Diuino Numini conſecratus eſt, qui deinde Congregationem omnimodis virtutum exemplis, varijſque muneribus exnornarunt.

Et primus quidem P. Fr. Angelus à Ieſu Maria filius legitimus Marchionis de Sõcino Ducatus Mediolanenſis, Tereſianę Reformationi ſemetipſum deuouit die 25. menſis Decembris 1594. Hic dum Prioris officium Cremonæ exerceret, Mediolani in patrio ſolo Conuentum noſtrorum à Patre Fratre Ioanne à Ieſu Maria, tunc Præpoſito Generali, miſſus, ad annum 1612. fundauit. Deinde dum Conuentũ Sanctæ Annæ Genuæ gubernaret, author fuit, vt Sancti Ioannis Baptiſtę Deſertum emeretur, ac fundaretur. Denique diuerſis in Religione muneribus perfunctus, orationis gratia conſpicuus, diuinorum patiens, zelo charitatis feruens, dum Procuratorem Generalem Romæ ageret, & Congregationem quandam ad inſtar Eccleſiæ primitiuę, aliaque multa ad Eccleſię bonum meditaretur, non mediocri ſanctitatis opinione migrauit ad Dominum. Obitus cauſam admirabilem referunt. Nam cum P. Frater Dominicus à Ieſu Maria 26. Ianuarij 1625. infirmari cæpiſſet ad mortem, pauloque poſt à Medicis eſſet proclamatus; ſchedulam ſua manu deſcripſit in hæc verba. *Ego Frater Angelus à Ieſu Maria videns infirmitatem P. N. Fratris Dominici à Ieſu Maria, & cognoſcens quantum ille Deo, ac Religioni noſtræ, totique Sanctæ Eccleſiæ ſeruiat, conſiderans etiam quanti momenti ſit vniuerſo Mundo vita tam magni Serui Dei, valde libenter Domino offero vitam meam, quantumuis diuturnam, aut felicitatibus temporalibus, aut etiam ſpiritualibus abundans eſſe poſſit, vt dignetur dicto Patri ſuam prolongare ad ipſius Diuinæ Maieſtatis gloriam: ſperans quod hanc meam oblationem acceptabit in ſatisfactionem pro multis meis offenſis, quas in ipſum perpetraui, mihique concedet bonam mortem, quando ei placeat, etiã quantòcius me auferre ex hac vita, & ita hanc paruulam oblationem meam ſubſcribo vltima Ianuarij 1625. Fr. Angelus à Ieſu Maria.* Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Igitur hanc ſchedulam dum Miſſam celebraret ſuper Altare poſuit, & internis actibus aſſociauit; factũque eſt, vt P. Fr. Dominicus, accepto viatico, contra ſententiam Medicorum conualeſceret, vitamq; ad annos plures protraheret, & P. Frater Angelus eo ſanato in morbum incidens ad 16. Aprilis proximè inſequentis vitam perderet, vt eam fęliciùs inueniret.

2. P. Fr. Agatangelus à Ieſu Maria ex Illuſtriſſ. gente Spinula ad annum milleſimum quingenteſimũ, octuageſimum exortus; nondum Ephębus Religionem ingreſſus, in virum euaſit talentis plurimis, eximijſque, & præſertim docendi, ac prędicandi munere celeberrimum, ob ſingularem prudentiam, & obſeruantiæ zelum, ob caſtiſſimos & integerrimos mores, ad ſuæ prouinciæ regimen quinquies, ad Procuratoris, & Definitoris Generalis officium ſæpius electus; nec non ab Vrbano VIII. Monachis Camaldulenſibus montis Coronæ in Tuſcia, in Commiſſarium Apoſtolicum datus eſt; plurium Conuentuum fundator, Belgij & Galliæ Viſitator, officiorũ, vitæque periodum ad Sanctiſſ. Sacramenti, quod ſemper coluerat, ardentiſſimam laudem beato fine concludere meruit Genuæ 18. Iun. 1641

3. P. Fr. Franciſcus à S. Anna Toletanus, vir ætatis maturæ quadraginta circiter annorum, Sacerdotijque gradu inſignitus, octauo Iduum Octobris. anno 1595. in nouam regene-

Digitized by Google

Ab anno Christ. 1597 ad 1598.

generari voluit Teresianę Reformationis infantiam. Grauibus tentationibus excoxit Deus sæculi scorium, vt purum obseruantiæ thesaurum excoleret, Belgis inferret, aliaque in Cœnobia raro vbique virtutum exemplo dispergeret; Assiduas eius pugnas aduersus inuisibiles hostes, insigneſque victorias, reseruamus pro fundatione Neapolitana, vbi victoriam vt speramus, vltimam beato fine conclusit.

4. P. Fr. Paulus à Iesu Maria, ex admodum nobili apud Genuenses familia Riuarola, semetipsum Reformationi Teresianæ deuouit 12. Nouembris 1595. Ob ardentem zelum conuersionis Infidelium à Clemente VIII. Legatus Apostolicus ad Sciaabbas Persarum Regem missus, primus in eas partes Religionis nostræ, ac Fidei Catholicæ liberum exercitium intulit. Quamobrem à Summo Pontifice S. Simonis Persarũ Apostoli promeritus agnomen, deinceps Paulus Simon est appellatus. Post aliquot annos cum litteris Regijs ad Paulum V. ac Catholicos Principes egregia comendatione remissus, fidei causam generosa libertate promouit. Ob præclaras virtutes ad totius Congregationis gubernacula per annos viginti fermè continuos admotus, eam summa prudentiæ laude, religiosæ disciplinæ exemplo, ac zelo, generosa animi constantia ac gratia, rexit, defendit, amplificauit, ornauit. Ex authoritate Apostolica Vrbani VIII. reformationem Ordinis Sanctiss. Trinitatis gubernans, Romæ, & in Gallijs efformauit, firmauitque. Missiones Orientis, Persidis, Mesopotamiæ, Mogorri, Syriæ, Palęstinæ, Angliæ, & Hiberniæ, partim fundauit, partim stabiliuit. In Hollandia, & Cõstantinopoli tentauit, sæpius amandatis ed ea loca Religiosis virtute præstantibus; earumque operarios, & alumnos, ac exterarum nationum viros præcipuę charitatis visceribus amplexus, fouit, adiuuitque. Nunquam audita est ex ore eius de absente quęrela, aut verbum aliquod malum. Denique cum tertia vice Præpositi Generalis munus obiret, & interius ad cęlestẽ societatẽ se vocari sẽsisset, ac præparasset; Congregationem maximo, ac desideratissimo parente orphanã, mœstamque reliquit, Romæ anno 1643. octaua die festiuitatis Sanctissimi Patriarchæ nostri Eliæ, vt cuius Religionem ardenti zelo, ac generosa magnanimitate sustinuerat, virtutum quadriga vectus migraret in cælum.

Eadem die 12. Nouembris professionem emisit P. Fr. Martinus à S. Maria, qui sancta iustorum simplicitate Deo, & hominibus amabilis, suis laboribus, & exemplis Congregationi multum profuit, & diuersis in sua Prouincia muneribus perfunctus plenus dierum, & bonorum operum contendit ad cæleste brauium anno 1641.

6. P. Fr. Eliseus à S. Ioseph Genuensis ibidem 23. Martij 1596. professus, mortificationis, aliarumque religiosarum virtutum exẽplo Fratribus præluxit, ac præfuit. Romæ tempore Capituli Generalis anno 1629. Genuensem Prouinciam gubernans, mortalis vitæ stadium absoluit. Vnde Patres Capituli Generalis proximè sequẽtis anni 1632. ex motiuo, vt dicebatur, cuiusdam reuelationis sarcophagum aperuerunt, habitum putrefactum, corpus adhuc integrum, candidumque repererunt sine vllo fœtore, aut marcore.

7. P. Fr. Bernardus à Resurrectione, maturæ vir ætatis, sæculum deserere voluit antequam desereretur ab eo, adeòque iuxta Carmeli primitiui spiritum ad instar Aquilæ iuuentutem suam renouare promisit 22. Aprilis 1598. & non impigrè est conatus. Sed Deus laborum prẽmium non vlteriùs differre volens, ad annũ 1610. ad se vocauit Genuę.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

Vita V.P.N. Ioannis à Ieſu Maria Primi Congregationis noſtræ Nouitiorum Magiſtri, ab ortu ad Religionis ingreſſum.

REcenſitis primis illis naſcentis (vt ita dicam) Congregationis noſtræ fœtibus, congruum eſt, ac rationi, ordinique cõſentaneum, ea omnia, quæ ad primũ illorum, cæterorumque ſubſequentium magiſtrum, ac veluti communem Nouitiorum omnium nutritiũ, Ven: (inquam) P. N. Ioannem à Ieſu Maria ſpectant, ad hoc ſaltem tempus adiungere.

Natus eſt Fr. Ioannes à Ieſu Maria, anno ab Incarnatione Dominica 1564. in Ciuitate Calaguritana, Patria S. Dominici in Hiſpanijs, & ad diem 27. Ianuarij in Eccleſia Cathedrali ſacro fonte renatus, Ioannis nomen accepit.

Patrem habuit Didacum à S. Petro artium, & Medicinæ Doctorem pręſtantiſſimum, qui propter talentorum famam, ac præſertim Philoſophię eminentiam, Baccalaureus à S. Petro celebri nomenclatura coletur. Pietatem, temperantiam aliaſque virtutes adiunxerat, quibus incredito ſibi munere vitam agebat Chriſtiano nomine digniſſimam.

Mater D. Anna Vztarroz, nobilẽ proſapiam, & antiquam originem ducebat ex Regno Nauarrę, à Toparchis Vztarroz, in montibus Vallis Roncallæ: Animam nobilioribus virtutibus, & omnimodo pietatis ornamento reddiderat illuſtriorem. Sed honorabile Matrimonium, thorumque pudicum illuſtriſſimũ Deus fecit, vnicum maſculini ſexus elargitus filium, qui vtriuſque parentis cognomine, deinceps Ioannes de S. Petro, & Vztarroz more gentis, fuit appellatus. Locus ipſe pretioſus, in quo lucis vſuram accepit, ad annum 1628. Sanctiſs. Sacramento in hoſpitium, Domus in Conuẽtum S. Franciſci Fratribus ceſſit: Deo ſerui ſui natalitia ſanctiſſimę ſuę humanitatis habitaculo luculenter exornante. Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Genitrix, cum Ioannem noſtrum adhuc vtero gereret, adeo graui caſu de gradibus inopinè corruit: vt os tibiæ in duas partes diffractum, ęgrè tandem, & inter acerbiſſimas Chyrurgorum manus coaluerit: habitũque eſt à Medicorum peritiſſimis prodigij loco, tam grauem lapſum, cruciatus acutiſſimos, inopinam cõmotionem, ſede ſua fœtum non emouiſſe.

Voluit autem Dei ſapientia, vt tempus partus hominum opinionem falleret: Adeoque ſolam ſe ſe ſine obſtetrice, ſine famulorum adiutorio, in extremas anguſtias redactam cernens, grauiter ingemiſceret: ſed ille, qui Ioannem noſtrum ex ęternæ prędeſtinationis vtero in ſeruum ſibi perpetuum ſegregare diſpoſuerat, noluit, vt partus dolorem mater ſentiret, dum enitteretur: quemadmodũ neque tędia, neque ſolitas ſtomachi nauſeas perpeſſa fuerat, dum vtero geſtaret.

Clariùs, manifeſtiùſque futuram infantis Sanctitatem teſtari voluit Diuina ſapientia. Splendebat in patria Ciuitate Calaguri nõ mediocris Sanctitatis fama, quam ſolidis virtutum meritis adepta fuerat, matertera Ioannis noſtri non dum ętatis quinquennium ſupergreſſi: Tereſia Eſpagnola nomen habebat. Hæc vitę dies plenos operibus bonis, beato fine propè diem clauſura, iacebat in lecto mortali, certamen vltimum Deo commendans. Cum ecce paroxyſmo vehementi mortuæ ſimilis, extra ſe rapta eſt, & tandem in ſe reuerſa ad aſtantem Ioannis noſtri Matrem, hilari vultu: *Lętare Anna, vidi enim*, inquit, *filium tuum Ioannem*

Digitized by Google

Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Romæ inter Fratres Carmelitas Diſcalceatos, eorum habitu veſtitum, & Sanctitatis gloria præclarum. In qua prædictione nonnulla mihi ponderanda video, ab hiſtorico munere non aliena.

Primum, quod ad ann. 1569. contigiſſe, ſupputatio temporis oſtendat: quando Tereſia noſtra Sanctiſſima Monialium Reformationi vix ſeptẽnio defudauerat, quando paucorum Fratrum Diſcalceatorum manipulus obſcuro Durueli tugurio ab anno circiter vno in Hiſpanijs latebat, quando de Italicis, aut Romana fundatione nulla ſpes effulgebat.

Secundum, Eo tempore per quinquennium habitum S. Franciſci geſtabat, voti, vel deuotionis maternæ cauſa. Quid ergo mulieris mentẽ mouit, vt ad alterius profeſſionis adhuc obſcurę habitum, normamq; deſlecteret; niſi vis aliqua ſuperior diuinæ veritatis?

Tertium, meritò Ioannem noſtrũ in cæleſti viſione Romæ, & non alibi terrarum deſignatum fuiſſe habitu Carmelitarum Diſcalceatorum, & ſanctitate ſplendentem: Quod is, Romano vbi ſemel illuxit Hemiſpherio, Conuentus alios præſentia corporali non obierit: ſed veluti Congregationis noſtræ mater, domi ad penetralia reſidens, filios fouerit, eduxeritque, qui in cæteras mundi partes Carmeli primitiui diſciplinã, & educationem inferrent.

Denique certiſſima rerum, ac circumſtantiarum cum non ambigua prædictione concordia facilè me adducunt, vt aſſentiar, vires omnes humanæ mentis, aut ſagacitatem intellectus naturalis eam excedere; & ad Dei magnalia attollar, qui iam nunc Congregationi noſtræ virum prouiderit, à quo Religionis Tereſianæ ſpiritum Roma ſuſciperet, & in totum terrarum orbem deriuaret. Non enim modicam benignitas hęc laudem à nobis exigit; & ad cultum, obſeruantiamq; inſtituti noſtri prouocat ſingularem.

Nunc ad puerilem ætatem eamus & ad eos annos adoleſcentiæ, quos conſumpſit in ſæculo. Ioannis noſtri pueritia, nihil habuit puerile, niſi florem ętatis, & teneritudinem corporis. Iam enim tunc modeſtiæ ſpecimen conſodalibus præbebat; deuotionis feruore Deo ſe ſe initiabat, morum grauitatem, quam tota vita expreſſit, delineabat; obedientiam erga ſuperiores, pietatem erga parentes, obſeruantiam erga maiores, quibus poterat operibus exprimebat; erga pauperes, ęgroſque ampliſſima gerebat viſcera pietatis, vt & maiora ſubſidia, quam ætas ferret, adferre moliretur.

Vnde propriæ detrahebat commoditati, quod miſerorum impenderet infirmitati; & magnam partem eorum, quæ domi in vſum vitæ mortalis accipiebat à Matre, clam erogabat pauperibus in hoſpitale, fœnus expectans ęternæ miſericordiæ. Matrem etiam, ſororeſque compoſito ſermone, blanditijſque allicicbat; vt ſibi liberaliter tribuerent, quod ęterni Patris filijs, ac Ieſu fratribus in Noſochomio iacentibus cederet in ſolatium; moxque incredibili iucunditate perfuſus ad eos puerulus accurrebat; & veluti Chriſto Domino pauperi, reuerenter, alacriterque offerebat.

Quantum etiam fuerit, in illa ætate circumſpectus, ne puerili leuitate, aut cupiditate (vt ferè moris eſſe ſolet, & S. Auguſtinus in ſe ipſo fatetur, ac deflet) vicinorum pomaria attingeret, manifeſtum ex eo euadit; quod decerptos in horto flores pauculos, cum adhuc puer eſſet, voluit à Matre compenſari, quod ſine expreſſa Domini licẽtia ſumpſiſſe vereretur. Emicabat in teneris annis ingenij præcellentis aurora, & prognoſticum adducebat ſeſe maturioribus annis euaſurum in ſapientiam ſereniſſimam. In arte Grammatica, dicendique facultate ſic in patrio

patrio ſolo promouit; vt coetaneos longo poſt ſe relinqueret interuallo: Græcis etiam litteris animum exornauit, atque in humanioribus diſciplinis excultus, grauem, politumque ſtylum induit, quem deinceps, magno noſtræ Congregationis bono, varijs in libris ad pietatem exercuit.

Nondum egreſſus pueritiam in Salmanticenſis Vniuerſitatis ſchola celeberrima, artium facultatem eſt aggreſſus. Quantum verò per aliquot annos indefeſſo ſtudio, ſumma contentione, audiendo, ſcribendo, diſputando; alijſque ſcholarum actibus, tum priuatis, tum publicis profecerit intellectus ille perſpicax, ac nitidiſſimus in ſinu Matris ſapientiſſimæ, & Virorum doctiſſimorum corona, quid attinet modo pluribus enarrare? cum ipſa per ſemetipſam res proclamet, ac quæ deinceps dicturi ſumus abundè confirment.

CAPVT XXVII.

Mirabilis V.P.N. Ioannis à Ieſu Maria vocatio, & in Nouitiatu Paſtranenſi ſacri habitus aſſumptio, ſolemniſque votorum nuncupatio, ac demum virtutum omnium, & religioſæ vitæ perfectio.

VErùm alia intus in Ioanne noſtro clamitabat ſapientia, docebatque per contemptũ mundi tendere ad regna cęleſtia. Iam eo tempore recẽs S. Tereſiæ Reformatio ex turbulentiſſimo perſecutionum Oceano caput extulerat; iam anno 1581. ad diem 4. Martij in primo Capitulo Prouinciali Cõpluti celebrato, facultate literarum Apoſtolicarum Gregorij XIII. prouinciam ſibi conſtituerat à proprio ſuperiore gubernandam. Vidit adimpletum deſiderium ſuum Tereſia, adhuc mortali carne circumdata, & Deo gratias agens, de filiorum ſuorum fęlici progreſſu toto corde iubilabat; donec anno 1582. ad amplexus Sponſi euolauit, patrocinium fratribus ſuis præſtitura in Curia cęleſti, quos in exilio terreſtri materna cura fouerat, educauerat, inſtruxeratque. Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Hoc eodem anno Spiritus Sanctus adoleſcentem à ſæculi vinculis, ac periculis eripere, & in nouæ Reformationis ſecuram ſtationem voluit educere. Admirabili vſus ſanctæ prædeſtinationis arcano, non in ſibilo auræ tenuis, ſed in ſpiritu vehementi, & fluctibus procellæ terribilis ſpecioſam illam cimbam, velis, remiſque mundi fluctibus innatantem, excuſſit. Cum enim audiſſet Ioannes tremendum vitę exitum, quo Dei iuſtitia manum ſuam aggrauauit ſuper Vdonem Atchiepiſcopum Magdeburgenſem: qualiter à B. Virgine fęliciſſimo dotatus ingenio, cum prius craſſa, rudique Minerua in ſtudijs operam, oleumque perderet: quomodo ad infulam ſublimatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrauit, oues tandem Chriſti deglutiens, mactanſque, rapinis, compotationibus, ſcortationibus omnia compleuit; vſque dum viſus eſt à Diuinæ Iuſtitiæ ſatellitio, in Eccleſiam trahi, voce ſupremi Iudicis in Deiparæ præſentia condemnari; perforato collo, quas conſecrauerat, hoſtias excipi; ac denique cum tortoribus ęternis infęliciſſimum corpus, animamque proijci in horribiliſſimum illud ſine fine ſupplicium: Hoc, inquam, exemplo timorem ſanctum concepit, pericula mundi deſeruit, & ad extremum halitum, ceu pędagogum ſeueriſſimum filiorum Dei, non ſeruili metu, ſed filiali reuerentia ſuſtinuit. Neutiquam igitur ſpiritui Sancto vocanti reluctatus;

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

ętatus, inter S. Tereſię Fratres Carmelitas Diſcalceatos annumerari à nouo Prouinciali petijt: obtinuitq; vt in Nouitiatu S. Petri Paſtranæ Religionis habitu donaretur, & Reformationis obiret Tyrocinium.

Relictum eſt ei Ioannis nomen, quod in baptiſmate acceperat, Deo prouidente; vt regenerationis gratiam non recuperare, ſed augere per pœnitentiæ ſtatum in Religione ſuſceptum Ioannem ſuum indicaret. Addita dulciſſima ſalutis noſtræ nomina pro Reformationis more, vocatuſque eſt Fr. Ioannes à Ieſu Maria.

In ſapiętiſſima Ieſu Chriſti ſchola, quę in clauſtro Paſtranæ non in ſublimitate ſermonis, ſed in profunditate virtutis; non in magnis tituIorum vmbris, ſed in vera humilitate totius hominis; non in ſcientia inflante, ſed in oratione compungente radium Diuinę lucis inquirit; Fr. Ioannes noſter, vt aquila cęteris altiùs volans, fęliciter emenſus eſt nouitiatus ſtadium; & anno 1583. ſemetipſum Deo, ac B. Virg. Mariæ de Monte Carmelo, eiuſque primitiuę Regulæ, ſub inſtituto Tereſiano, votis ſolemnibus conſecrauit, cùm annum ageret ętatis decimum nonum.

Rarũ in hac occaſione ſpecimen ſolidę virtutis, amoriſque in Deum dederunt Fratris Ioannis noſtri Pater, Materque. Nam cum vnicam hanc haberent maſculini ſexus prolem, cui facultatibus mundanis locupletem hæreditatem tranſmitterent, nomen familiæ, decuſque propagarent; ipſi nihil de reſolutione inopinata filij conqueri, nihil triſtari, ſed lętari animo ac exultare, quod dignaretur Deus nobiliorem portionem ſeminis ſui adoptare in partem ſortis Sanctorum.

Sed Fratris Ioannis conſtantia ex eo commendabilior eluxit, quod non ſolùm diuitis hæreditatis ſpem certam, blanditias parentum, honores ſęculi poſtpoſuerit paupertati Chriſti; ſed quod audito optimi patris ad meliorem vitam tranſitu, dũ adhuc liber à votis eſſet, nihil de conſtantia dimiſerit, non de adeunda hęreditate nutauerit, non ſororũ ſe pręſidium, Matris vnicũ relictum eſſe ſolatium: Quis defendat viduã? quis tueatur orphanas? abſciſſum nomen, decuſque parentum, ad ſe vnum reſpicere; iure ſuo reuocare, in ſe incumbere; irreparabili caſu ruere, ſi renuat ſuſtentare: ſed Nouitius noſter ea, quæ pleriſque nectuntur in laqueum, conſtantiæ ſuæ ſubiecit in tropheum: vt ab omni mundana commoditate eleuatior, quantò maiora calcabat ornamenta ſæculi per conſecrationem ſui, tantò meliora Chariſmata gratiæ ſuſciperet à munificentiſſima manu Dei.

Abnegauit ergo cuncta Fr. Ioannes, nec vnquam ad domus maternæ memoriam, animumve reflexit. Nec ab eo tempore matrem vnquã videre curauit, aut vidit; niſi ſemel cùm Calaguram, ex obedientia ad alium Conuentũ miſſus, pertranſiuit.

Solebat pia Mater filium eo magis charum, quo à Deo charior dicebatur, frequenter per epiſtolas cõuenire, cùm Genuę, ac Romæ degeret, (peruenit enim ad annũ 1602.) & in eius ſinum familię caſus, afflictioneſque animæ ſuę deponere: vt eius orationibus ab Altiſſimo ſubſidium impetraret, & mutuis litteris conſolationem acciperet. Verùm, qui omnibus ob amorẽ Chriſti valefecerat, rarò, ac non niſi obedientiæ pręſcripto reſpondebat: Tranquillum in religioſa reſignatione ſpiritum, nec parentũ proſperis eleuari, nec aduerſis deprimi ſinebat: Cumque licitum erat, matris epiſtolam ad menſem integrum coram ſe iacentem non aperiebat: & tunc Superiorem, aut Confeſſarium rogabat, vt eam ipſi legerent, ac comburerent; & ſi quid à lege charitatis, aut obſeruantiæ, aut ſciendum, aut agen-

agendum iudicarent, hoc ipſi ſignificare dignarentur: ſe, qui in Chriſto amabat omnes, piam matrem colere ac venerari; precibuſq; apud Deum, qui vbique preſens eſt, enixè commendare.

Cum igitur ab omnibus ſęculi rebus elõgatus haberetur, poſt matris obitum, à ſororibus, alijsve conſanguineis nullam moleſtiam deinceps paſſus, nunquam etiam in animum induxit in Hiſpanias remeare: ſed procul à patria, procul à parentibus, & corpore, & mente, patriam inquirebat meliorem: In Superiore Patrem reuerebatur, in conſodalibus amplectebatur Chriſti fratres, in Religione matrem agnoſcebat omni carnali genitrice dulciorem.

Hic igitur non immorabor in recenſendis obſeruantiæ exemplis, quæ vel nouitius, vel recenter profeſſus exercuit. Satiùs enim, faciliuſque mihi fuerit creſcentes cum ætate virtutes, in ſubſequentia capita operiri, & aperiendas ad illa tranſmittere.

CAPVT XXVIII.

V.P.N.Ioannes à Ieſu Maria ſecundo poſt profeſsionẽ anno Ienuam ad nouum S. Annæ Conuentum mittitur, ibique ſtudijs ſcholaſticis operam nauat.

SI ad omnem periodum hiſtoriæ noſtrę in ſollicitam mentem incurrimus ſupremi Moderatoris; maximè Fratres noſtros in decurſu vitæ P. N. Ioannis attollere oportet oculos, & gratum animum aduertere ad aſſiduum Dei in noſtram Congregationem affectum.

Mouit ille virum incomparabilem Nicolaũ à Ieſu Maria Genuenſem, è Gente Doria, ętate maturũ, moribus, quam ſanguine nobiliorẽ; vt Hiſpali ad S.Thereſiæ hortamenta, relictis ſęculi diuitijs, commoditatibus, pompis; auſteræ Reformationi nomen, vitamque conſecraret. Mouit eius zelum in proximi charitate, & obſeruantia religioſa flagrantem; vt procurator Ordinis ad negotia peragenda in Italiam miſſus, ianuam aperiret Reformationi Tereſianę, & Fratribus ſuis hoſpitium Genuę ad S.Annæ anno 1584. fundaret: in quo primitiuum Carmeli ſpiritum, exemplo ſuo induxit: curaque ac gubernatione ſua ſemen fouit, quod in arborem excreſceret maximam, quę Religionis ramalia ad vtrũque diffunderet polum. Mouit Patres Capituli Vliſſipponæ in Luſitania celebrati ad diem 9.Iunij, vt abſentẽ, extraneumque eligerent, totamque Prouinciam Diſcalceatorum, eius regimini, ac prudentiæ committerent: Mouit, vt in proximis Congregationis comitijs, quæ in Hiſpanijs conuocauit, hoſpitium in Conuentũ erigeret, vt ſupra latiùs proſequuti ſumus: Mouit denique peculiari inſtinctu, vt Ioannis noſtri iuuenturem in hoc nouo Genuenſi Conuentu educari iuberet, in futurę Congregationis prȩcipuum columen, & firmamentum. Ab eo ergo miſſus Fr.Ioannes à Ieſu Maria, Genuam peruenit anno Chriſtianę ſalutis 1585. cum annum ageret vigeſimum primum, & à nuncupata profeſſione ſecundum, & S. Annæ fundatio numeraret primum. Ab Anno Chriſt.1597 ad 1598.

Certè ex ijs omnibus, qui ex Hiſpanijs, ad propagandam Carmeli noſtri vineam, in Italiam venerunt, & ad mortem vſque conſtanter coluerunt, Fr.Ioannes à Ieſu Maria, & temporis ſerie primus fuit, & ad ſobolem ex nationum varietate ſub auſtero Reformatinis iugo ſuauiter efformandam, ſui ipſius genium ſin-

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

ſingulariter inſinuauit.

Hic in Conuentu paupere, ventis, & pluuijs peruio, & pluribus alijs incõmoditatibus obnoxio feruorem, quem in Nouitiatu conceperat, operibus exercuit, omnium religioſarum virtutum ſemetipſum exhibens normam, & exemplum; vt à cunctis, ad inſtar Angeli mortali carne circumdati, amaretur, & coleretur: Adeo vt nouitios, qui paulò poſt ſub Magiſterio R.P. Fr. Ferdinandi à S.Maria Supprioris exercebantur, ipſe iam tùm eorum Dux, & anteſignanus erudiret exemplo, punctualitate præiret, ſpiritus feruore alliceret, mortificationum frequentia animaret, grauiora præripiens ſubleuaret, in humilioribus præueniens erigeret, in peragendis dirigeret, morum ſuauitate recrearet.

His etiam temporibus dum Genuæ degeret, ſtudio ſcientiarum, & præſertim Theologiæ ex Obedientiæ præſcripto mentem impigrè, feliciterque tradidit erudiendam. Nã cum in finẽ R.P.N.Nicolaus à Ieſu Maria lectorem ſapientiſſimum prouiderat, & ad S.Annæ ex Hiſpanijs ablegarat R.P. F. Dominicũ à Præſentatione, qui ex Foronda oppido Alabæ oriundus, non ſolùm in Religione, ſed adhuc in ſæculo degẽs, celebris in ſcientijs habebatur, atque in Academia Granatenſi Theologiam publicè docuerat, frequenti diſcipulorum concurſu, & eximia ſapientiæ fama. Sed titulis, & magni nominis vmbris animosè valedicens, maluit in ſchola Chriſti humilem diſcipulatum inire, quàm doctoratus prærogatiua ſublimi periculum experiri præcipitis ſuperbiæ. In qua certè pro ingenij præſtantia, ſpiritu quoque Religionis excelluit, eamque non mediocriter vtroque in munere promouit.

Tantum ergò præceptorem Frater Ioannes in ſcholaſticis diligenter audiuit, & præcellens ingeniũ ſic exornauit; vt Myſtica Theologia ſcholaſticæ ſpeculationis acumen non obtunderet, & ſcholaſtica ſpiritus vigorem non emaſcularet; ſed vna tenebras mentis Diuinis veritatibus abſtergeret, altera lignis ignem ſupponeret; vt vtriuſque auxilio mens accenſa, holocauſtum fieret ſuauiſſimi odoris, quod totum in honorem Domini, totum accenderetur in ſalutem proximi.

Quantùm verò Fr. Ioannes in Theologicis excelluerit, quam ſubtilis diſputator inſiſteret, quam liquidè difficultates arduas defendendo enodaret, vno inſtar omniũ exemplo iam ſupra ſatis ſuperque demonſtrauimus, vbi de comitijs generalibus totius Ordinis Cremonæ celebratis ageremus. Quam verò ſolidè doctus euaſerit hiſtoriæ noſtræ decurſus pluribus in locis explicabit.

Quæ didicerat, non in obliuionẽ abire ſinebat religioſus ſapientiæ amator; ſed ruminabat, ponderabat, inculcabat memoriç; congeſſeratq; ſibi theſaurum incomparabilẽ eruditionis in capaciſſimo mentis ſcrinio, quem deinceps procurrentibus annis auxit, locupletauit, & ad manum habuit. Nam memoriæ exercendæ laborem bonus ſcholaris, & in obedientiæ ſcopum intentus, libenter exantlabat: in eum finem diebus ſingulis ex Scriptura Sacra, aut S.Thoma, aut SS. Patribus periodum aliquam ei imprimebat; & immenſum illud, admirandumque gazophylacium, quod ad imaginẽ ſuam Deus in humana mente condidit, in Fratre Ioanne noſtro gemmis ditabatur pretioſiſſimis, & continuo exercitio ad maiorem ſe ſe extendebat capacitatem, proniori in dies facilitate diuitias ſapientiæ innumeras condens, promenſque.

Vnde ſenior factus non ferebat quorundam Religioſorum pro functionibus ſacris excuſationem, quã ex memoriæ defectu prætexebant, affir-

Digitized by Google

affirmare ſolitus: *nemini Deum tam parcè prouidiſſe de ſacro hoc ſuæ æternitatis ſimulacro, quin cõtinuatis exercitijs euadere poſſit in dines promptuarium: Eumque, qui in ſtudijs gloriam Dei quærit, & intento obedientiæ ſatisfacere, non tam ad ſubtilium quæſtionum explanationem mente aſcendere, & euolare; non tam in ingenij viuacitate, iudicijque maturitate gloriari, nõ tàm in librorum copia confidere debere: quàm ſolida S. Theologiæ principia, ac momenta penes ſe in numerato poſſidere, & bibliothecam viuam ſecum in mente deferre.*

Imò memoriæ cultum in ſchola nouitiatus, vt exerceri iubeant, magiſtros inſtruit p. 3. c. 6. his verbis: *Poſtquam verò in memoriæ exercitium deuenimus: vtile conſilium erit, Nouitios in propria ipſorum inſtructione exerceri: propoſito nimirum præmio aliquo ei, qui rogatus de prima, aut de ſecunda inſtructionis parte, ſummam paragraphi cuiuslibet fideliùs, promptiuſque retulerit. Sic enim æmulatione alterutra proficient, tempuſque in re vtiliſſima fructuosè inſument: quod in tenera præſertim ætate maximi ponderis eſt.*

Faxit Deus, vt hoc Sanctiſſimi viri propoſitum, & exemplum ſtudentes noſtros excitet, animetque ad alacriter excolendæ memoriæ ſubeundos labores, ac tædia, dum iuuentute valent; vt in matura ætate dulciſſimos fructus metant.

Spiritum hunc à primis Patribus noſtræ Reformationis in Paſtranæ Nouitiatu Fr. Ioannes didicerat. Illi verò ab antiquis Patribus noſtris, quorum nomine, & ſucceſſione gloriamur. Nam in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſcriptum legimus: Sãctos Eremi Patres, ita Codicum Sacrorum textum memoria calluiſſe, vt quamuis Imperatorum iuſſu volumina omnia contigiſſent exuri, ex ſcrinio tamen imperſcrutabili mentis potuiſſent iterum memoriter dictari, & fideliter exſcribi.

S. Antonius memoriam pro libris habebat, inquit S. Athan. c. 3. *Ammonius vetus, & nouum teſtamentum dicebat memoriter: & in doctorum virorum Origenis, & Didimi, & Pierij, & Stephani ſcriptis ita erat verſatus; vt ſexagies centena millia verſuum percurrerit*, Hiſt. Lauſiaca *lib.* 8. *c.* 12. & ibidem *c.* 32 de Herone Monacho inquit Palladius: *Cum nihil guſtaſſet, pedes ingrediens, pronunciauit memoriter quindecim pſalmos: deinde, magnum pſalmum: deinde, epiſtolam ad Hebræos: deinde, Iſaiam, & partem propheticorum Hieremiæ: deinde Lucam Euangeliſtam, deinde prouerbia.* Ab Anno Chriſti 1597 ad 1598.

Et vt ad altiora Religionis primordia aſcendamus, Eſdram inſtituti Eliani cultorem fuiſſe concorditer affirmant hiſtorici noſtri, tum antiqui, tum moderni. Hunc nonnulli Sanctorũ Patrum Sacros Veteris Teſtamẽti Codices prius omnino deperditos, vel in captiuitate Babylonica exuſtos, aut Ieroſolymæ deſtructione conſumptos, ex memoria reſtituiſſe, aut repoſuiſſe teſtantur S. Baſilius epiſt. ad Chilonem, Irenęus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, & narrat lib. 4. Eſdrę cap. 14. Quod ſi verum eſt: habemus argumẽtum irrefragabile, quo ſtudentes noſtri certò ſibi perſuadeant, tunc ſe prædeceſſorum ſuorum veſtigia ſancta egregiè ſequi; quando in codicibus Sanctorum menti imprimendis defatigantur, & memoriæ Theſaurũ cæleſtibus eruditionibus implent.

Huc libentiùs, liberiùſq; digreſſus ſum, non invtiliter, vt ſpero, nec iniucundè: Multorum enim curſuũ experientia didici, & ab alijs experiri perfacile eſt, nihil æquè ſcholaribus obeſſe, quam memoriæ cultum.

Scripturam Sacram humili tractabat reuerentia, affectu deuotiſſimo perlegebat, *velut Epiſtolam Omnipotentis Dei ad creaturam ſuam miſſam*, vt ait S. Gregorius. Ideoque quo-

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

quoties ſacros Codices vſurpabat, peragebat id genibus flexis, ac capite detecto; ſed magis inclinato corde, omnibus finibus mẽtis ad Creatoris ſui vocem arrectis, apertiſque.

Simile honoris genus, ad lectionem librorum Sancti Thomæ exhibuiſſe narratur: Reuerenter enim ſuſcipiebat Doctrinã Angelici Doctoris, à Concilijs, à Summis Pontificibus, ab ipſius Crucifixi Oraculo comprobatam; & ad eius miram ſapientiam, ſtudiorum indefeſſo labore, ieiunio, oratione, ſilentio, cæterarumque virtutum eius ęmulatione nitebatur attingere.

Punctualẽ, inter hęc duo, fidelitatem obſeruauit; vt nec ſimplicitatẽ orationi debitam Theologicæ ſpeculationes abblandiendo deciperent; nec decerperet oratio tempus, quod ſtudio conceditur; ſed aſſignata vtrique pondera iuſta bilance partiretur. Ad primum campanæ ſonum relictis omnibus curis, ac cogitationibus ſtudiorum in Chorum auolabat; moxque finitis Dei laudibus, alacri ſollicitudine regreſſus in cellam, ad Dei gloriam protinus iam philoſophabatur in libro. Non omittebat tamen vnquam, quin defixis in terram poplitibus, orationem breuem, feruore affectibuſque plenam, ſtudijs præmitteret; vt depurato mentis oculo, à cogitationum terrenarum fęcibus abſtractam intentionem, dirigeret ad omnis veritatis fontem, & ſanctitatis authorem, eique ſcientiæ, ſalutiſque progreſſum medullitus commendaret.

Ea eſt, quam huius viri exemplo, ſtilo, ac methodo, ex inſtructione ſolemus vſurpare, cum ad ſtudiorum initium genibus flexis dicimus: *Domine Ieſu Chriſte, qui vera ſapientia Dei es, quam non niſi puris, ſinceriſque mentibus ſuauiſti communicare: purga hanc animam meam igne amoris tui; Intellectum, memoriamq; confirma, ad perdiſcendas, quas tu ipſe præcipis, ſacras, vel honeſtas litteras; quibus te vnum quæram, te vnum diligam, te vnum ſapiam: extra quem, quiſquis aliquid quærit, quiſquis aliquid diligit, quiſquis aliquid ſapit, manifeſte deſipit. Qui viuis &c.*

CAPVT XXIX.

V.P.N. Ioannes à Ieſu Maria Sacerdotio initiatur; in domeſticis officijs Patribus alijs, etſi prouectioribus præfertur, & poſt Comitia Generalia Cremonæ celebrata, Genuæ Nouitiorum educationi præficitur; ac tandem Romam vocatur ad naſcentis Congregationis negotia.

HVcuſque ſub humilis Fratris nomine, ac conditione V. P. N. Ioannes à Ieſu Maria in Caſtris Religioſæ Obſeruantiæ militauerat, ętate potiùs, quam merito, ne ad altiorem gradum eueheretur, obſtante. Iam verò neutro eorum, nõ ſuis quidem, ſed communibus tùm ſuperiorum, tùm aliorum Religioſorum eundem cum ipſo Conuentum incolentium votis officiente, ad ſublimem illam, ſibique numeris omnibus debitam Sacerdotij dignitatem euectus eſt: vt qui pro gloria Dei, animarumque ſalute tanto charitatis æſtu flagrabat, millieſque ſemetipſum pro vtraque veluti hoſtiam offerre, ac ſacrificare voluiſſet: Sacroſanctum, atque incruentum Miſſæ Sacrificiũ offerendo, ab hac diuini ignis fornace nouos æſtus conciperet, alijſq; ſeu Religioſis, ſeu ſæcularibus communicaret.

Non potui hactenus V.P.N. Ioãnis à Ieſu Maria præciſum ſacerdo-

tij

tij tempus expiſcari: niſi quod in libris Conuentus Sanctæ Annæ, ſub menſem Februarium anni 1590. Pater Fr. Ioannes appellari incipit, more Sacerdotum: Neque ob ætatem multo antea licuerat ad ordinem illum aſcendere.

Non tamen eſt ſilentio obuoluẽdum: adhuc ætate iuuenem, & à Sacerdotio recentem, concordibus Capitularium Patrum ſuffragijs electum fuiſſe in Cõuentus Diſcretum, anno, & menſe iam dicto; quamuis plures alij Patres adforent non mediocris meriti, annorum numero ſuperiores.

Et quod me magis mouet: lego ad annum 1591. in electione Clauariorum Conuentus, primo loco nominatum P. Fratrem Ioannem à Ieſu Maria: ſecundo verò loco, & inferiore P. Fratrem Ioannem à Sãcto Hieronymo, virum ætatis proiectæ, auſteritate, & ſanctitate vitę illuſtrem, qui paulo poſt totius Reformationis Procuratorem; mox Congregationis Hiſpanicæ multis annis exercuit. De quo in hoc libro ſæpius honorificam mentionem fecimus.

Sacerdotis dignitatem adeptus, non ea vſus eſt ad teporem; non ad minimarum rerum neglectum, non ad exemptiones à Fratrũ exercitijs, non ad honoris gradum ſublimiorem, non ad commoditates ampliores: ne audiret à Gregorio Niſſeno, de vita Moyſis; *Fructum video, Sacerdotalem arborem non agnoſco*.

Magis autem ſatagebat ſublimiorem ſtatum humilioribus officijs exornare, ſuaue Angelorum epulum ieiunijs promereri: Et ad pretioſiſſimum illud Altaris Sacrificium, ipſe Sacrificium mortificatæ carnis, & contriti cordis ſic adferre; vt plerumque reſolueretur in copioſum lachrymarum imbrem, ſudaria humore repleret, & ex adſtantium Accolhytorũ oculis, ſuaues deuotionis riuulos eliceret.

Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Sed Angelica modeſtia, actionum grauitas, ſpiritus feruor, quibus hoc miniſterium iugiter, totaque vita peregit, grauiſſimas inter occupationes, afflictioneſque, ſemper eodem tenore hoſtiam æternitatis immolando; Seraphinum immortali carbone ſuccenſum repreſentare videbantur ad Thronum Diuinæ Maieſtatis, pauida mente, trementibus alis aſſiſtentem: vt maximi beneficij loco Fratres certatim ambirent, Patri Ioanni ad Altare miniſtrare; quod compunctionis, & deuotionis vberem fructum hauirent, & dignam Domino ſacrificandi normam ediſcerent.

Agebatur annus ab Incarnatione Filij Dei 1593. & P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria Vicarius Generalis Diſcalceatorum, ex Hiſpanijs Genuam appulit, ſuis cum Prouincialibus Vicarijs, ac ſocijs, alijſque Religioſis doctrina, ac ſermone præſtantibus: aſſumptiſque è Conuentu Genuenſi P. Fratre Ioanne à Ieſu Maria, ac P. Fr. Petro à Matre Dei, Cremonam ad totius Ordinis Carmelitici comitia perrexit.

Duo Patres hi, adhuc ætate iuuenes, præparati erant, vt more in Religione vſurpato publicam Cathedram ſuſtinerent. Hic quidem ſub Patre Fratre Auguſtino à Regibus: Pater verò Ioannes ſub P. Dominico à Præſentatione, Prouinciali Cataloniæ, ſuo quondam Prælectore.

Suo igitur muneri ſatisfecit V. P. N. Ioannes à Ieſu Maria in ſolemni illa, celebrique tot Religioſorum, ac doctiſſimorum virorum corona cum maximo Tereſianæ Reformationis honore, vniuerſalique omnium applauſu; imo etiã & partes ſuas ſupra id, quod expectabatur, expleuit. Mox verò finita functione modo, quem ſupra cap. 17. fuſiùs enarrauimus, Genuam reuerſus eſt, ibidemq; ex obedientia Vicarij

Ab anno Christi 1597 ad 1598.

carij Generalis remanſit in ſubſidiũ futuræ Congregationis, quam in Hiſpaniàs nauigaturus manifeſtis indicijs didicerat, & non obſcuris verbis prædixerat vijs incognitis à Deo ſtabiliendam.

Interea Nouitiorum quorumdam ipſe vota ſuſcepit: iuſſitque veſtiendis, educandiſque tyronibus, in Conuentu Sanctæ Annæ operam dari: quod ipſum P. Noſtro Nicolao ad meliorem vitam, non ſine ſanctitatis fama, translato, P. Fr. Elias à Sancto Martino confirmauit, mox vt in Præpoſitum Generalẽ electus fuit anno inſequẽti 1594.

Tunc tyronibus in ſpiritu noſtræ Reformationis educandis, intendere cæpit, & maximo Religionis emolumento præclariſſimam ſobolem procreauit: ex cuius præſtantia patris excellentiam liceat non ambigùe coniecturæ. Huius autem Catalogum cũ breui vniuerſinſq; Elogio ſupra cap. 25. præmiſimus, vnde pie lector, egregium cernere, potuiſti manipulum primitiarum, quem Pater Frater Ioãnes à Ieſu Maria, Deo, ac Religioni obtulit, ſua doctrina, ſuo exemplo efformauit, educauit. Vnde colligas qualem ignem in ſe habuerit, qui tantum calorem alijs communicauit.

Interim Clemens VIII. Pontifex Maximus vrbi Clemens, vrbi Pius Eccleſiæ Paſtor, cum Religionum reformationi intenderet, propagationiq. noſtræ per Italiam, ac reliquas orbis partes animũ adieciſſet; imò & iuxta Patrum noſtrorum Hiſpanorum, Regiſque Catholici Philippi II. beneplacitum, vel potius (vt rem ingenuè fateamur) iuxta ſecretum Diuini Numinis conſilium, & Spiritus Sancti afflatum, Italicos Conuentus ab Hiſpanis ad nouam Congregationem eformandam ſeparaſſet, vt eam tandem felicius aufpicaretur, per Cardinalem Pinellum Ordinis Protectorem, in Conuentu iam fundato Sanctæ Mariæ de Scala, conuocari iuſſit Patres numero paucos, ſed meritis ampliſſimos; & inter eos P. Fratrem Ioannem à Ieſu Maria, qui conſtitutiones Reformationis Tereſianæ reuiderent, & ad nouam reginimis formam authoritate Apoſtolica adaptarent, vt infra ſuſius expendemus. Vnde hac occaſione factum eſt, V. P. N. Ioannem à Ieſu Maria Romam adueniſſe, & tribunales pro Gloria Dei, noũque Congregationis ſtabilimento, ac incremento fructus edidiſſe. Fuit inter cætera ſtatutum memorabile, ſanctiumque decretum, ſatagente præſertim eodem Patre pro ſua humilitate, & prudentia; vt deinceps tribus ſubſtantialibus votis Religiosus adiungeretur quartum de non ambiendo. Quod primum à Patribus illis, ac deinde à reliquis omnibus gratanter acceptum, mox tum Romæ, tum Genuæ nuncupatum: deinceps ſub forma breuiori in morem introductum, adiungimus profeſſioni ſolemni.

Nam cum ab Vbe Roma, omnium Eccleſiaſticarum dignitatum parente, periculum aliquod immineret; voluit vir ſapiens ad murum Religiosæ humilitatis propugnaculum fabricari votorum, quibus procul arceretur omnis ambitio, tormentum Religioſorum, & ruina Religionum.

Hoc etiam tempore interpretationem abſoluit Cantici Canticorum: In qua amoris diuini mutuas inter animam, & ſponſum affectiones eleganter depingit, & cõmonendis ad pietatem animis accommodat: Quem primum ego librum eſſe exiſtimo, qui à noſtræ Congregationis Patribus ſit euulgatus ſaltici præcẽtu facti epithalamij nos ad cæleſtia inuitantis. Et hæc pro nunc ſufficiant, ad aliquam tanti viri notitiam lectori exhibendam, de quo rurſus ſæpiuſque in decurſu hiſtoriæ ſermo redibit: Iam

Digitized by Google

Iam verò ad non incongruè, nec iniucundè (vt puto) interruptam fundationis Romanæ narrationem, hiſtoriæ noſtræ contextus exigit, reuertamur.

CAPVT XXX.

De Miraculoſa Imagine S. Mariæ de Scala, & quomodo prophetico Spiritu eam, vna cum Eccleſia ad illam fabricata, in Conuentum Carmelitarum Diſcalceatorum ceſſuram prænuntiatum fuerit.

CLemens VIII. Pontifex Maximus (quemadmodum iam ſæpè innuimus (pro laudabili zelo, quo feruebat, reformandarum Religionum ex motiuo pectoris principalis, omninò voluerat Reformationi noſtræ Conuentum erigere in S. Mariæ de Scala; Patribuſque Hiſpanis, imò & Philippo II. Hiſpaniarum Rege, propagationi eius per Italiam, cæteraſq; Mundi plagas renuentibus, Apoſtolicis litteris nouam Congregationem ab Hiſpana omninò ſeparatam, ſibiq; immediatè ſubiectam erexerat; illique Conuentum futurum S. Mariæ de Scala, necnon Genuenſem tum Religioſorum, tum Monialium cōceſſerat, vt ſupra cap. 24. latiùs recenſuimus. Cum igitur ſuperiùs etiam cap. 14. 15. & 16. quæ ad erectionem Genuenſis Virorum Cōuentus attinent, abundè retulerimus, nunc reliquum eſt, atque Hiſtoriæ noſtræ contextus poſtulat, vt Romani Patrum Cœnobij, necnon Genuenſis Sacrarum Virginum Monaſterij fundationes ordine ſuo proſequamur. Quod quidem iſto, ac ſequentibus capitibus ſufficienter præſtabimus. A prima igitur incipiendo, ſic ad illam calamus aptatur, ac ſermo excurrit. Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Regionem Vrbis Tranſtyberinam non immeritò præ cæteris gloriari poſſe cenſeo, quod in ea ad tertium Octauiani Imperatoris Auguſti annum (vt refert Euſebius in Chronico) Intemeratæ Virginis partus, oleo per diem integrum è terræ penetralibus ſcaturiente, & à taberna meritoria ad Tyberim vſque largiter defluente, fuerit præſignatus; quodque in huius miraculi gratiã, Taberna hac aduerſus propinarios ab Alexandro Seuero Chriſtianis adiudicata, primum Romanis publicè templum aperuerit partui Virginis Sacrum.

Habet Religio Prophetica Carmelitarum non abſimiles prærogatiuas. Nam dum Elias Patriarcha oraret in Monte Carmelo, & puero ſepties verſus mare conſcendere iuſſo, ſeptima tandem vice nubecula de mari cōſcendens apparuit inſtar humani veſtigij: Intellexitq; Propheta S. Diſcipulos ſuos aſſeclaſq; ad hoc deſtinatos, vt continuis affectibus, ac deſiderijs ad Venturum Chriſtum, eiuſque Matrem aſcenderent, aſpirarent; Septima tandem generatione voti fore compotes. *Deinde primi omnium memoriam viſionis de ortu huius Virginis præoſtēſæ Sancto Prophetæ Eliæ* (Verba ſunt Ioannis 44. Hieroſolymitani Antiſtitis) *ſub ſpecie nubeculæ aſcendentis de mari in Carmelum, Monachi Carmelitæ anno Incarnationis Filij Dei 83. diruentes eorum Semnion* (Sic enim lego, ideſt oratorium, ſiue locus, in quo veneratio exhibetur Deo) *antiquum, adificauerunt huic primæ Virgini Deo dicatæ Capellam quandam iuxta fontem Eliæ in ſitu illo, in quo Elias orans viderat nubeculam illam, quaſi veſtigium hominis de mari aſcēdere in Carmelum. Vbi profeſſores prædicti ſe ipſos huic Virgini comendantes ſingulis diebus in ſeptem horis Canonicis ad effundendum dictæ Virgini,*

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

gini, & eius filio preces, & ſupplicationes, atque laudes etiam tunc ſemper conuenerunt, ibique de Verbo Diuino, culpiſque vitandis, & animarum ſalute procuranda humili colloquio ad inuicem contulerunt: Et propterea cæteri etiam ab eorum Religione externi eos deinceps Fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo ſemper appellauerunt. Huc vſque Hieroſolymitanus Antiſtes in libro, quem de Inſtitutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium ſcripſit ad Caprasium Monachum.

Igitur Deipara Virgo primis ſui nominis cultoribus locum præparare Romæ voluit in ea regione, vbi primum coli cæpta, atque ibi antiquum renouari ſemnion, vbi primum fuerat Virgini Romæ Templum. Nec fortaſſe Regionis ſitus myſterio caret; nam in vmbra ianiculi, quem martyrio ſuo purpurauit Petrus, non incongruum erat fundari Tereſianam Sobolem, cuius Patres adiutores fuerant Apoſtolorum ad prædicandam Fidem.

Sub pedibus montis Ianiculi, qua in Tyberim ortum verſus incurrit, planities ſternitur viculis frequentibus, caſuliſque pauperioribus habitata. In earum vna Scala viſebatur lapidea, quæ ſupernè ad altiora domus aditum præbebat, ſubtus verò in porticum incuruabatur mediocrem. Sub fornice Imaguncula erat Beatæ Virginis non omnino indecenter collocata, neque inelegãs, ſed cuiuſdam Inquilini priuata deuotione.

Nicolaus Polinus Ciuis Anconitanus non ignobilis, qui ad octuageſimum ætatis annum ſuperſtes erat, referre ſolebat, cùm adhuc iuuenis foret, multis annis antequam Deus per hanc Imagũculam edere miracula cæpiſſet, ob negotia illac pertranſeuntẽ vehemẽti pluuia cælo dilabente ſub porticum conceſſiſſe; atque ibidem reperiſſe virum ætatis prouectæ, qui Noſocomiorum viſitatione, Doctrinæ Chriſtianæ traditione, diſſidentium pacificatione, alijſque charitatis exercitijs vitam conſumpſerat, morumque probitate celebris habebatur. Stabat reuerenter coram Imagine pius ſenex, & magno deuotionis ſenſu inquit ad iuuenem; *Ego quidem, ò fili, quæ dicturus ſum, non videbo; iam enim prægranatus annis ad ſepulchrum propero, tu qui iuuenis es, vtique mirabilia Supremæ Maieſtatis opera poteris oculis vſurpare corporeis. Vides hanc Imaginem Deiparæ, vt priuatim hic habetur, & ferè neglectim, ſub fenilis ſcala, & porticu? Venient vtique dies, cum Diuinum Numen per eam innumera patrabit miracula, & maximo populi concurſu, ac deuotione celebrabitur: Quin etiam ex florentiſſimis Eccleſiæ Dei Religionibus vna, hoc in loco ad ipſius honorem Monaſterium excitabit; In quo mira ſanctitate, atque auſteritate vitæ, Deo, Virginique deſeruiet.* Nicolaus cum ſuccedentibus annis miracula percrebeſcere vidit, non adeo miratus eſt; ſatis enim frequens eſſe nouerat, vt per Imagines Deiparæ, prius ignobiliter habitas, mortalibus dona ſua concedat Omnipotens; ſed poſtquàm alteram etiam prædictionis partem adimpletam eſſe cognouit, obſtupuit vehementer, ob tam exactam prophetiæ cum rerum euentu concordiam.

Agebatur poſt milleſimum quingenteſimum annus 92. & vere nouo ſinum gratiarum ſuarum Virgo voluit expandere per Imaginem ſuam, & primum quidem miraculum huiuſmodi fuit. Cornelia obſtetrix puellulam teneram adhuc, ſed eã tamen ætate, qua cæteri iam loqui ſolent, hactenus manifeſtis inditijs mutam, ferebat brachijs, cumque viculum, in quo ſub ſcala viſebatur Virginis Imago pertranſiret hora diei 22. repentè cæpit infans præter morem expedita lingua articula-

culatim verba proferre, atque in Imaginem, ceu beneficij fontem, oculos conuertere. Cornelia nouitate rei, gaudioque insperato perfusa cæpit exclamare: *Miraculum! miraculum!* Et ad Imaginem gratias Virgini redditura procumbere. Tum conuenire vicini, qui impedimentum linguæ nouerant; explorare recentem in puella loquendi promptitudinem, gratiam admirari, præ deuotione collachrymari, Virginem laudibus extollere, pro suis etiam necessitatibus implorare, vota facere, Iconem exornare; & crebrescente fama, tanta subito confluxit populi turba; vt eiusdem diei vespera, formicarium quoddam hominum hæc regio crederetur, tota fermè Roma in Trāstyberim effusa.

Interim secundo miraculo, eoque multo celebriore confirmata fuit Imaginis veneratio. Pauper toti Ciuitati notissimus per multos annos stipem Romæ emendicans pauperem vitam trahebat potius, quam ducebat: Nam tibijs, suriſque paralysi dissolutis, contractisq; manibus annitens, posteriori corporis parte reptabat per terram: Miserandum cunctis spectaculum, ipsi misero durius, ac luctuosius. Excitus miraculi fama, ad Imaginem annititur, atque è regione illius aduolutus intimis suspirijs inuocat Virginem: cum ecce subitò cunctis spectantibus erigitur in pedes, consolidantur nerui, tibiæ protrahuntur, distenduntur coxæ, nec mora sit sanus, & semetipsum vix agnoscens, nec capiens, iubilans, subsilienſque lachrymas fudit pro gratia; & Vrbe tota mirante, potentiam Virginis luculento corporis proprij testimonio deprædicat.

Domus illa, sub cuius porticu Virginis effigies miraculosa colebatur, ad Venerabile Monasterium domus piæ dominio temporali pertinebat, statimque illius nomine Illustrissimus Protector, alijque Congregationis Officiales, honoris Deiparæ zelantissimi, atque innumerabilium gratiarum, ac miraculorum fontem latius diffundere cupientes, non exiguam Ecclesiæ molem eodem in loco dirutis casulis construere sunt aggressi, in qua decentius, nobiliusque Imago collocaretur, & coleretur. Ab anno Christi 1597 ad 1598.

Approbauit deuotissimus Pontifex pium consilium, & non modicam pecuniæ vim in opus erogans cæteris præiuit exemplo. Deinde Eminentissimus Ptolomeus Gallius, Cardinalis Comensis nuncupatus, domus piæ Protector, incredibili zelo fabricam promouens, maiorem sumptum partem magnificè contribuit. Reliquum eleemosinæ fidelium ad honorem Virginis abūdanter oblatæ suppeditarunt.

Iamque ad initium anni 1597. tota illa templi pars, quæ ab vtroque latere se se offert ingredientibus, erat absoluta. E Regione portæ principalis paries partim ex lateribus, partim ex tabulis compactus Intercolumina claudebat, in cuius medio Altare, ac desuper miraculosa Virginis Imago: Quam hunc in locum simul cum muri parte, super quam fuerat olim depicta, transtulerant.

Vsibus Sacristiæ deseruiebat vltimæ Capellæ locus, quæ modo Sanctæ Teresiæ est Sacra. A Sacristia per cochleam in solarium, In odeū, seu Chorum patebat via, vbi paucę cellulæ adhuc cernuntur.

Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

CAPVT XXXI.

Miraculoſa Imago, & Eccleſia S. Mariæ de Scala Carmelitis Diſcalceatis traditur; propter ipſam Conuentus erigitur, multiſque tum Diuinæ Prouidentiæ, tum Virgineæ benignitatis fauoribus inſignitur.

QVærebatur Religio Virginis ſeruitio mancipanda, cui ſimul cum ſacra ſuppellectile noua conferretur Eccleſia, eo tempore, quo, quemadmodum vigeſimo quarto capite dixi, Clemens Octauus Diſcalceatos vrgebat, vt Romæ fundarent; & Cardinali Comenſi ſummoperè placiturum ſignificarat, ſi ſua authoritate Tereſianos in nouum Virginis Templũ induceret: & 20. Martij emanarant Apoſtolicæ litteræ erectionis domus Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Scala in Regione TrãsTyberim ſita, vel in alia Eccleſia in quacumque Vrbis Regione poſita per ipſos obtinenda.

Nondum enim de cõditionibus, quas ad traditionem Eccleſiæ donatores requirebant, Conuentum erat: Super quibus 24. menſis eiuſdem tractatum, ac deinde prima menſis Aprilis, publico inſtrumento conuentum fuit, quod cũ pietatem, ac deuotionem ſpiret, ad res hic adiungere non grauabor.

In Nomine Domini Amen. Anno Domini 1597. die prima Aprilis Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ Octaui anno 6.

Cum Beata Virgo Mater Dei Genitrix Maria ad oſtendendam ſe gratioſam, & piam erga humanum genus, inter innumerabiles quotidianas gratias, ac fauores, quibus illud proſequitur, tum apud eius glorioſiſſimum filiũ, tum etiam apud Omnipotẽtem Patrem in Cælis, & in Terra nonnulla miracula mediante eius effigie in domo Venerabilis Monaſterij domus piæ de Vrbe exiſtente, ceu pícta, olim per Ioãnem Dominicum Neapolitanum inhabitata in Regione Tranſtyberim, iuxta, ab vna, viam publicam, ab alia, bonæ Monaſterij præfati, ſalnis alijs, ſi quæ fecerit, aut operata fuerit, vt latiùs apparet in proceſſu deſuper fabricato, quemadmodum per Vrbẽ, & vbique locorum omnibus hominibus ob innumerabiles ab ea acceptas gratias pateat clare. Vnde dictum Monaſterium, & illius Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Officiales, & Deputati ob tot, tantaſque acceptas ab ea gratias, & fauores, poſt multas effuſas preces, & actas per eos ſaltem, quas potuerunt gratias intrinſecè; volentes quoque hominibus præbere, & oſtendere ſe non immemores dictarum gratiarum, dictam effigiem à primo loco amoueri, & ad ſanctiorem, & pulchriorem, ad magis incitandam, & augendam fidelium deuotionem, ad illam tanquam gratiarum fontem, pro tempore confluendorũ, poni ſtatuerint, & ad hoc in honorem eiuſdem Beatæ Virginis Deiparæ Capellam fundari curauerint, de mandato infraſcripti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Comenſis ſumptibus in parte, & partibus Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ VIII. & ferè in maiori parte præfati Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Ptolomei Gallij S. R. E. Cardinalis Comenſis nuncupati, Venerabilis Monaſterij Præfati Protectoris, & eleemoſinarum in dicta priori domo ſeu Eccleſia collectarum, quoddam ſacellum, ſiue Eccleſiam ſub innocatione Beatæ Mariæ de Scala, in dicta Regione Trãſtyberim dicto priori loco proximo in proprio eiuſdem Monaſterij fundo, ſeu ſito, in quo nonnullæ domus habitabiles conſtructæ erant: dictamque Eccleſiam iam ſacris ſuppellectilibus, & vtẽſilibus

Digitized by Google

ſilibus ornatam ad illam rectè cuſtodiendam, & Sanctiſſima Sacramenta omnibus Chriſtifidelibus in ea adminiſtrandi, alicui piæ perſonæ, ſeu piæ Religioni concedere decreuerint, accedente tamen, quatenus opus ſit, conſenſu, & beneplacito Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, vt infra impetrando; quibus omnibus ad notitiam infraſcriptorum Fratrum Carmelitarũ Ordinis Diſcalceati nuncupatorum peruenientibus, poſtularunt à Præfato Illuſtriſſimo Comenſi, necnon ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Benedicto, etiam S. R. E. Cardinali Iuſtiniano nuncupato, altero dicti Monaſterij Protectore, quatenus ſibi ipſis de eorum benignitate concederent dictam Eccleſiam, offerentes ſe paratiſſimos poſſibilia pro ſeruitio dictæ Eccleſiæ peragere, & operari: quorum propterea petitionibus, tanquam iuſtis, & rationabilibus dicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Protectores annuentes animo conſulto deliberauerunt eiſdem Fratribus, confidentes in eorum bonis moribus, ac ſanctitate, dictam Eccleſiam cum omnibus, & ſingulis eius iuribus concedere, prout conceſſerunt, cum conditionibus infraſcriptis.

Hucuſque acta Alexandri Sarauelli. Cæterum conditiones apponere non grauabor. In primis quod Patres ſcuta annua ſeptuaginta, quibus Eccleſiæ fundus grauatus erat, & reliqua fabricæ debita perſoluerent; In Eccleſia domus piæ diebus ſingulis celebrari curarent, ſermones ad Moniales haberent in Quadrageſima feſtiſque. Ipſæ ſi luberet Monaſterium ab alia parte Eccleſiæ ædificare poſſent, & impoſitis cratibus, cancelliſque officiorũ, ac Sacramentorum Diuinorũ participes fieri. Ad interius frontiſpicium in marmore ſculpenda hæc verba. *Eccleſia Monaſterij, & Congregationis domus piæ de Vrbe*; Duabus Feſtiuitatibus anni Congregationis Guardianis apud Altare honoratum locum concedendum Officij Diuini tempore. Quod ſi vel Patres Eccleſiam deſerant, aut articulis non ſatisfaciant pleno iure ad Monaſteriũ domus piæ deuoluatur. Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

His igitur oneribus poſtquam Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Scala P. Fr. Petrus à Matre Dei, alijque concorditer acceptarunt, eodem Die Kalendarum Aprilis cum infraſcripta ceremonia in poſſeſſionẽ ſunt immiſſi. Aduenerunt deputati à Venerabili Monaſterio, ac Cõgregatione domus pię de Vrbe, & coram Notarijs, ac teſtibus P. Fr. Petro claues Eccleſiæ tradiderunt, quibus ipſe aperuit, clauſitque Templi valuas, ingreſſuſque Canticum: *Te Deum laudamus*, magno cordis iubilo cœpit intonare, quod Fratres per Choros diſtributi pari tenore proſequentes, in modum proceſſionis ad Altare maius deuenerunt, ibique coram Sacra Virginis Imagine procumbentes in genua, poſtquam illam deuotiſſimis orationibus ſalutaſſent, & in gratiarum actionem eidem ſe ſe mancipaſſent, contulerunt ſe ad cuſtodiam, atque obſequium eius Eccleſiæ, accepto à Deputatis ſupellectilis ſacræ deſcripto Catalogo. Quantum ad conditiones ſupra recenſitas attinet, ab ijs ſe ſe Fratres exemerunt circa annum 1608.

Quanto gaudio, ac conſolatione ſpirituali repleti fuerint Beatiſſimæ Virginis Filij, præſertim P. Fr. Petrus, dum ſe ſe à Matre pientiſſima in glorioſa miraculorum æde ſuſceptos vident, fas non eſt ſermone complecti, ſolum hoc externum adferam internę dulcedinis ſignum, quod quaſi ſolo Virginis habitaculo contenti, neutiquam de ſuo ſolliciti, pro Conuentu integro caſulam incolebant exiguam, cuius ob anguſtiam culina, Refectorium, & ambulacrum vno in cubiculo tabulis quibuſdam ad altitudinem hominis ab inuicem ſeparata, ſiue in latitudine, ſiue in longitudine non

exce-

Ab Anno Chriſti 1597 ad 1598.

excedebant ſimul palmos ſexdecim. Porrò, feneſtræque præ veruſtate rimas agebant, tecta ſtillabant vndique, & P. Frater Nicolaus à Cõceptione dicere ſolebat, ſe tum temporis, quamuis adhuc recentem à ſæculo, & iuuenili robore pręditum, plus à frigore paſſum, quàm apud Belgas per multos annos fenectutis.

Hinc cum ſub finem anni 1598. Tyberis impetu repentino euaſiſſet alueum, ac decliuiora Vrbis, latiique loca miſerabili ſtragę complexiſſet, adiuſque Sanctæ Mariæ de Scala peruadens, non parum paſſi ſunt nouii Tranſtyberini propter pauperratem, ac præſertim ignorum inopiam; Ceſſante curentium vndarũ impetu relictam in domo ſentinam, poſtquam exantlaſſent, madidi ingenteſque ſe recipiebant in cellas, nec habebant prę pauperrate, quo ſtruerent ignem, nec quo madidos mutarent pannos, quod cum nonnullis diebus ſpiritus ſeruore tolerarent, prouidit Deus, vt Eminentiſſimus Card. Sfondratus Sanctæ Cecilię nuncupatus, cuius memoria in benedictione eſt, de pauperibus Chriſti ſollicitus, cum magna diei parte cæno exportando laborantes vidiſſet, *Eia*, inquit, *tempus eſt, vt ſe ſe recipiant ad ignem, ni-mium humorem ſanitati nociturum*; cui cum Frater Stephanus domus inopiam expoſuiſſet, miſericordia commotus iuſſit exemplo procurari ligna, nec dilcedere voluit, quin Patres ſuccenſo igne refocillaſſet, conduciſque operis noluit Religioſos amplius labori tam nocuo mancipari.

Creſcebat Fratrum numerus, & deerant in anguſto habitaculo cellæ: loca deficiebant regularia, homines erant ignoti, paupertas extrema, nulla ſpes affulgebat eleemoſynæ pinguioris ad inchoẽdam fabricam. Sed P. Petrus, qui iam didicerat contra ſpem in ſpem credere, vocatis architecto, & artificibus, deſignat domum, ac fundamenta locare aggreditur, cũ ſolùm ſexdecim Iulios numeraret pro tota facultate Conuentus.

Placuit bonorum omnium authori fiducia ſui ſerui, & deinceps vſque ad cœnobij cõſummationem nihil vnquam defuit, quin ad conditam diem perſolueret debita, miris, & inopinatis modis Deo prouidente. Huius generis plura narrarem argumenta, ſed præſertim arrider, quod circa initium contigit. Nam cum vno ex primis Sabbathis Magiſter fabricæ pecuniam promiſſam exigeret ad operarum mercedem, poſtulareque ſcuta monetæ 25. Procurator Conuentus P. Petrum adijt, qui cum apud ſe nonnihil hæſiſſet cogitabundus, iuſſit, vt eleemoſynæ arcam reclauderet, ſoluerenque. Reſpondit Procurator: *Nouus hęri conſpexi quatuor paruos, ne erant pecuniæ quatuor in capſa eleemoſynarum, inſumpſi tuo iuſſu.* Et Petrus, *ò Parue ſpei Procurator*, inquit, *quaſi res tua ageretur, non Dei*. Abijt, acceptaque clauiſne ſuperioris imperio refragari videretur, inſtà compleuit allatiſque nummis ad Priorem, reperta ſunt præciſè ſcuta 25. quibus debito ſatisfieret. Sẽſibili ſigno diuini fauoris magis incitatus Prioris animus, & Procuratoris caſtigata diffidentia, ſimilia argumenta Diuinę Prouidentiæ deinceps promeruit frequentiora. Vnde factum eſt vt theſaurus ille rederet inexhauſtum pauperatem, & ex inope ſemper marſupio multorũ millium aurorum ſumma promeretur, ac ſine vllo reddituum fundo, aut eleemoſyna maiore, breuiſſimo temporis ſpacio fundaretur, & erigeretur Conuentus habitationi Religioſorum ſatis commodus.

Summus quoque Pontifex Clemens Octauus, pro ſingularis, & paterno, quem gerebat, affectu ex decem vncijs aquæ Felicis, quas in Tran-

Transtyberinam Regionem fecerat deriuari, partem aliquam conceſſit, & tanti Pontificis liberali gratia, Conuentus Sanctæ Mariæ de Scala perennium aquarum fonte gaudere cœpit ad annum 1604.

Cum Paulus V. Pontifex Maximus Fratribus Sanctæ Mariæ de Scala, totiſque Diſcalceatorum Familiæ ſingularem exhiberet benignitatis, & deuotionis affectum, intimas cordis anguſtias, ac graues curas in eorum ſinum deponere ſolebat; vt prudentia, ac ſolatio ſeruorum Dei frui, & deſuper obtentis viribus mereretur ad Apoſtolici muneris opera ſubleuari.

Regij moliminis inchoauerat facinus tanto Pontifice dignũ, & Romanorum commoditati, aeriſque ſalubritati conſulens, fabricatis aquę ductibus trigeſimo ſexto ab Vrbe lapide Lacum Braccianum deriuabat in Ianiculi culmen, totam ferè Romam irrigaturus fontibus. Inos etiam animi ſui piam magnificentiam extenderat: nondum enim perfectis operibus ne præueniremur, proprio motu tres vncias aquarum ex primo montis Ianiculi receptaculo in ſubiectum Monaſterium deriuari ſtatuerat, vtque ſecurius foret donum, neque in exẽplum trahi poſſet, iuſſit enumerari Patribus aureos quadringẽtos quinquaginta, quibus ab Apoſtolica Camera aquam obtinerent, non donationis, ſed emptionis titulo. Et liberalitas Illuſtriſſimi Domini San-Vitalis aquæ Paulinæ ſuperintendentis quartam addiderat proprio ſimiliter ære redemptam.

Sed ſumptibus ſupra vires ærarij, ſupra quam crediderat, excurrentibus, afflictum, magnificum aliàs, & conſtantem animum fermè pœnitebat incępti, & opprimebant hæ curæ, torquebantque. Cum ecce Prioris Sanctæ Mariæ de Scala ad audientiam recepti prẹſentia nõnihil conſolationis ſubitò ſenſit; aperuit mentis afflictionem, in Architectos quærelam effudit, eos ab operis elementis expenſarum ſupputaſſe ſummam, atque vnanimi perſuaſiſſe ſententia veteres aquæductus ſeparari, ſexaginta ſcutorum millibus aquam deduci poſſe: Quadringenta iam ſcutorum millia inſumptum erogata, nec apparere finem. At Prior (erat is P. Fr. Dominicus à Ieſu Matia) ſereno vultu, ſed magis ſereno corde, in quo radiabat Deus, nubilum Pontificij cæli deterſurus, ita infit: *Beatiſſime Pater, Siquidem in operum magnificorum initijs præuiderentur difficultates omnes, quæ progreſſibus eorum ſolent incurrere, panca admodum aggrederetur humana fragilitas. Permiſit Deus errare præſtantiſſimos Architectos, ne Pontificiam veſtram benignitatem abſtinerent tam ingentes expenſæ. Beatitudinem veſtram meritò lætari debere cenſeo, quod eam elegerit Deus tanquam inſtrumentũ operis præclariſſimi, quo glorioſi Principis Apoſtolorum martyrio, ac ſepulturæ ſacerrimi montes Ianiculus, & Vaticanus cõdignis honoribus exornentur; quo Trãſtyberina regio, ciuitas Leonina, totaque Roma ſalubribus, ameniſque fontibus munificentiam Vicarij Chriſti perenni laude deprędicare non ceſſat; quo mille benedictionibus te beatificant pauperes operarij, familiam, vitamque ſuam tua pietate ſuſtentantes. Et Fratres S. Mariæ de Scala humilibus orationibus noſtris recreationem, quam à deuota liberalitate veſtra datis iam perennibus aquis hauriemus, Deo referimus; vt cæleſti gratiarum fonte retribuat. Adeoque credat Sanctitas Veſtra, quantumuis ingentes pecuniarum ſummas apud mortales, immortalemque Deũ laudabiliter, & meritis æternis impenſas.* His ſimilibus ſolatijs nubilũ à Pontificia mente diſcuſſit, & ſerenitate priſtina exhilaratum Principis pectus, magnificum opus ad culmen vſque perduxit. Adeoque amœnitate fontium, & vndarum commodi-

Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

gitized by Google

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

moditate non modicam occaſionem præbuit Fratribus Deum laudandi, & ad perennem illum aquarum viuentium fontem ſæpe ſæpius aſpirandi.

Horum fontium vni P.Fr.Dominicus à Ieſu Maria Conuẽtus Prior concham ſatis amplam ſubiecerat in horto malorum aureorum arboribus conſito, & pro Fratrum honeſta recreatione piſcium viuario deſtinauerat: Cumque circa horam prandij Excellentiſſ. Princeps Perrettus Illuſtriſſ. quondam Cardinalis Montalti frater, & hæres liberaliſſimæ munificentiæ in pauperes, ac deuotionis in noſtros Fratres, piſciũ non exiguam quantitatem pro refectione miſiſſet, & Ianitor pro more ſuperiori renunciaſſet, deſcendẽs in Culinam inquit. *Profectò piſcinæ noſtræ meliùs deſeruient hi piſces, quàm Refectorio*. At cocus iam manibus tenebat diuiſuros in portiones, ſubridenſque affirmabat pridem emortuos. Prior tamen impoſuit corbi, detulit in hortum; & *eamus*, inquit, *nouo fonti immergamus, vt recreationem Fratribus præſtent*. Vix impertita benedictione piſces in Conchã dimiſerat, cum ecce per vndas natare, ac girare viſi ſunt, non aliter ac ſi ibidem nati, atque educati fuiſſent. Sumpſerunt deinde incrementum, ac cicures effecti grata familiaritate panem è Patris Dominici, aliorumq; Religioſorum manu porrectum accipiebant, & iucundi ſpectaculi delectationem præbebant menti à grauioribus exercitijs defatigatæ, & pulchram occaſionem Omnipotentis gloriam magnificandi, quod etiam in creaturis ratione carentibus mirè reſplendeat.

Neque ſola fontium copia, aut alijs eleemoſynis ad Sanctæ Mariæ de Scala fabricã concurrerunt prænominati Pontifices, ſed authoritate etiam, ac poteſtatis plenitudine ſunt amoliti, quæ commoditati cœnobij videbantur aduerſa. Hinc Clemens VIII. anno 1602. Domum Baſilicæ S. Petri iure perpetuo obnoxiam, quam Fratres Monaſterio nouo cupiebant incorporare, diſmẽbrauit, exemitque ab onere, & liberè tradidit poſsidendam. Et Paulus V. plateam publicam, viculumque, quæ choro imminebant, & quieti Religioſorum mirum in modum aduerſabantur, cœnobio addidit, ędeſque in ijſdem ſitas, è quibus liber patebat aſpectus in Monaſterium, perſoluto pretio, quod æſtimatores taxarent, Fratribus cedere iuſſit.

Cumque idem Pontifex elegantes admodum arcus, porticuſque in monte Ianiculo perfeciſſet ad excipiendum primum aquarum exitum, & operis artificium, amœnitas fontium, totiuſque fabricæ pretium, ac dignitas patentioris viæ proſpectum exigeret, directam à Ponte Sixti delineari iuſſerat viã ad fontem, vt ab Vrbe Roma venientibus in Regionem Tranſtyberinam regalis operis maieſtas occurreret. Verùm cum Architectorum idea partẽ Oratorij noſtri S. Carolo dicati detruncaret, ad aliud Monaſterij latus viam delineari iuſſit verſus portam Septinianam. Incurrebant lineæ in veteris horti murum, qui anguli obliquitate viæ rectitudinẽ, & proſpectum operis inhibebat. Multis viſum fuit, ob nocumentum non adeò graue, Pontificis ob firmatum animum fruſtra tentandum, vel irritandum non eſſe: ſed Prior Conuentus P.Fr.Dominicus fiducia, qua apud Deum valebat plurimũ orationibus ſuis, Fratrumque munitus, Tuſculanum, vbi à curis ſeceſſerat, pedes adijt, quem vt benigniſſimus Pontifex ex itinere defatigatum, & præ debilitate vix pedibus inſiſtentem aduertit; mox tenerrimo compaſſionis affectu conſolatus eſt, iuſſitque nè deinceps pedeſtris itineris labore corporis infirmi modicas vires obrueret, ſed iumento ſubleuaret.

Digitized by Google

ret. Deinde cum cauſam aduentus agnouit, ſupplicibus votis annuit, ac reſcriptum ad Architectos, interim dum ſanitatis gratia deambularet, iucunctanter ſubſignare dignatus, prohibuit ne Monaſterium Sanctæ Mariæ de Scala auderent attingere, maluitque magnificũ opus gloria priuari, plateam publicam obliquitate notari, quam Patres S. Mariæ de Scala aliqua incommoditate afficere, quos ob religioſæ vitæ ſanctitatem impensè diligebat, & deuotè venerabatur.

De pietate, ac deuotione D. Ptolomei Gallij Card. Comenſis erga miraculoſam imaginem B. M. de Scala præcedenti capite nonnulla diximus, & qualiter eius beneficientia, & cura templi non exigua moles exurrexerit. Cõtinuabat optimus Cardinalis tum Eccleſiæ fabricam, tum ſupellectilem ſacram promouere: Fratres etiam cultui Virginis dedicatos fouere facultatibus, & authoritate tueri.

Habebat præterea in votis incæptam Eccleſiæ fabricam partibus omnibus abſoluere ſuis impenſis: Sumptus præparabat, ſed mercedem bonorum operum quibus plenus erat, recepturus, antequam propoſitum complere poſſet, abijt è vita. Corpus eius nõ ſine lachrymis elatum eſt à Patribus, & ſepulturæ donatum in eadem Eccleſia, quam tantoperè dilexerat.

Eam vt perficeretur iuxta deſiderium, quo viuus flagrauerat, hęredem vltimo piæ voluntatis placito moriens obligarat. Propendebat ſua ſponte Gallius nepos, & patruæ pietatis hæres magis, quam bonorum temporalium: ſed dum ob negotia grauiſſima varijs diſtinetur itineribus, non nihil temporis elabi permiſit, vſque dum in morbum lethalis periculi plenum incidit. Nã eo ingraueſcente Fr. Stephanus à Sanctis, de quo in ſequentibus ſæpius ſermo redibit, promiſit infirmo ſanitatem recuperaturum, ſi Patrui voluntatem impleret. Mox igitur, vt pius Prælatus firmum animi propoſitum coram Deo concepit, conualeſcere cœpit, pauloque poſt priſtinis viribus reſtitutus, duplici titulo, antiquo iuſtitiæ, & nouo gratiæ ſtimulatus, vrſit opus ſine mora, aureorum duodecim millia conſignans in fabricam, omnem illam Templi partem extruxit, quæ teſtudinem, Chorum, & Sacella duo collateralia complectitur. In quorum altero ad dextrum euangelij latus, imago miraculoſa B. Virginis eſt collocata, vſque in hanc diem frequentibus gratijs, miraculiſque coruſcans; Nam ad vota ſupplicũ, preceſque deuotorum, quaſi per benignitatis ſuæ ſcalam Virgo deſcẽdit; quemadmodum indicant tabellæ, & anathemata in teſtimonium receptorum beneficiorum appenſa, quæ non eſt neceſſe ſingillatim recenſere. Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Pro coronide ſubtexam non infimum, vt exiſtimo, gratiarum corporalium beneficium, quod Patribus noſtris de cælo gratiæ Scala deduxit.

Nam ſi Romanorum antiquitatũ monumenta conſulere voluerit curioſus lector, reperiet Tranſtyberinam regionem ſub primis Regibus neglectam, valloque excluſam. Inde ſub Anco Martio muro quidem circumdatam; ſed hoſtium timore potius, ne præoccupato Ianiculo potentiùs imminerent, quàm cæli clementis amore: Adeoque ab externo, & conductitio milite, aut à Iudęis habitari iuſſam, Romanis ciuibus ad hæc ferè tempora manſiſſe viduatam. Rara illic reperies vaſtorum ædificiorum cadauera Romanæ potentiæ ſepultas ſpirantia minas, quæ reliquis in regionibus paſſim occurrunt. Horum omnium vna ab authoribus aſſignatur cauſa, quod Regio patentibus expoſita lybonothis graues infirmitates af-

Ab Anno Chriſti 1597 ad 1598.

ſare ſolitis, iam ab initio Vrbis conditæ per tot ſæcula nociui, malignique aeris infamia laborarit.

Verùm ab eo tempore, quo Fratres eum locum inhabitarunt, totus ille tractus meliorem videtur nactus aerem, & Conuentus S. Mariæ de Scala communiter peritorum calculis, infirmorum experimentis cẽſetur ſecundus in ſalubritate. Nam neque frigus nimium dominatur hyeme, nec nimius calor æſtate: propter quam temperiem delati ex aliis Vrbis regionibus infirmi, facillimè conualeſcunt. Et frequenter vſu venit, vt Fratres, quos in Monte Quirinali morbus inuaſerat pertinax, in S. Mariæ de Scala ſola aeris benignitate ſanitatem recuperarint. Voluit, vt credo, mater prouida ſuccurrere filiorum imbecillitati; ne morbis aggrauati, vel rigorem Ordinis temperare cogeremur, aut eius famulitium in loco ſibi dilecto deſerere; cùm eam ob cauſam olim maiores noſtros reliquiſſe Beatiſſimæ Virginis Lauretanæ Sanctiſſimam ædiculam, quam iure poſtliminio reuindicarant, teſtentur nobiles Hiſtorici.

CAPVT XXXII.

Prima Monialium Tereſiani Inſtituti Congregationis Italicæ fundatio Genuæ fruſtra tentatur à D. Catharina Doria; poſtmodum à D. Magdalena Centuriona obtinetur, & ab ipſa iam ſacro Religionis habitu induta Fundatrices Sanctimoniales Genuam deducuntur.

DIximus in capite 24. Clementem VIII. Pontificem Maximum ob deſiderium propagandæ Tereſianæ Reformationis, ab Hiſpaniarum Superioribus exemiſſe Conuentum Genuenſem S. Annæ, S. Mariæ de Scala Romanum, ac Monaſterium Monialium eiuſdem inſtituti in Ciuitate Genuenſi dictum Ieſu Mariæ. Erit igitur operæ pretium Conuentus huius primordia progreſſumque referre.

Optabat ſummoperè Reu. P. Nicolaus à Ieſu Maria Vicarius Generalis Inſtitutum S. Tereſiæ extra Hiſpanias deriuari ad ſalutem plurimorum: Et quia Virorum Monaſterium, quod Genuæ fundarat, ſuaues cernebat edere Religionis fructus; ad Monialium quoque Conuentum ibidem erigendum applicauit animum. Verùm res difficilis videbatur, iamque pridem tentata, non ſucceſſerat è voto. Nam Catharina familiæ Auriæ Matrona nõ minus pietate, quam nobilitate præclara, per obitum Illuſtriſſ. viri Balthaſaris Caranei vinculis exſoluta Coniugij, meliori poſthac ſponſo ſemetipſam conſecratura, cogitarat Monialium Tereſianæ Reformationis Cœnobium ſuis expenſis in Genuenſi Ciuitate condere, & ſemetipſam ibidem recondere cum Chriſto.

ſto. Sed dum Gregorius 13. Romanæ Sedis Præſul licentiam vel negat, vel differt, tarda molimina deuotionis impetu ferre non valens, alterius Ordinis fundauit, dotauitque Monaſterium, ſe ſeque Chriſto conſecrauit.

Reſeruabat videlicet diuina prouidentia Monialium Tereſianarum primitias in Italiam tranſuehendas alteri ex eadem Ciuitate viduæ, quę in Hiſpaniarum Regnis diutiùs cõmorata, probè perſpectam habebat inſtituti Tereſiani perfectionem.

Fuerat Domina Magdalena, Ioãnis Baptiſtæ Centurioni, & Blanchę Spinulæ Genuenſium nobilium filia, Auguſt. Spinulæ in matrimoniũ iuncta. Cumque in Regia Madriti Ciuitate plures annos parili pietate conuixiſſent, placuit Diuinæ Maieſtati ſoluere mortis gladio iugalẽ nexum, & marito ad meliorem vitam euocato, ſuperſtitis animam arctiori deuotionis vinculo ſibi colligare. Inſtituerat ſupremis tabulis hęredem dilectam coniugem ſuã Auguſtinus in premium recuperatæ votis eius, ac precibus loquelæ, quã in vltimo mortis agone conſtitutus iam amiſerat: & inſtante apud Deũ chariſſima coniuge mox recepit; vt Sacramento Confeſſionis, cæteriſque Eccleſiæ Sacroſanctis adminiculis æternæ ſuæ ſaluti conſulere valeret. Vnde ex ſolo teſtamento defuncti numerabat aureorum ducenta quinquaginta millia, præter dotem, aliaque ex proprio ſibi patrimonio prouenientia. Sed Magdalena, quæ iam inter nuptiales blanditias mundum contemnere didicerat, noluit ſoluta coniugio tam copioſa hęreditate grauari. Ne tamen ſcrupulis angeretur conſcientiæ, aut ad auaritiæ, aut ad prodigalitatis extremum fortaſsè deflecteret, hanc pia mulier iniuit Regiam virtutis ſemitam: Nam opulentiſſimæ hęreditatis partem Chriſto conſignauit, partem mariti cõſanguineis, qui teſtamento grauati videbantur, liberè dimiſit. Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Et inita ratiocinatione, ſumptibuſque computatis, qui Patrum Societatis Collegio, atque Monaſterio Tereſianarum fundandis, dotandiſque inſumi deberent; tantum quidem ſibi retineret, reliquum cederet affinibus. Et quantum ad Societatis Collegium attinet, conſulto Præpoſito Generali oppidum elegit nomine Vergara in Biſcaia, quod ibidem doctrinæ, & culturæ Chriſtianæ maior neceſſitas appareret; vbi Societatis Ieſu Patribus dotem aſſignauit mille octingentorum aureorum. Verùm cum Domina Magdalena, Religioſa iam profeſſa, conſentiente trãslata fuiſſet fundatio Loyolam, ad S. Ignatij natale ſolum; & ibidem Fundatricis arma, vt fieri ſolet, ſublimi loco ad frontiſpicium collocata intellexiſſet, humilitatis filia altùm ingemuit, iuſſitque ſua deijci, & S. Ignatij armis commutari.

Præterea moliebatur ſuum illum Conuentum Monialium fundare in Hiſpanijs, atque in eodem à vanitatibus ſæculi remotior deuotiorem Domino præſtare famulatum. Verùm P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria Vicarius Generalis multis rationibus perſuadere nitebatur Genuæ nouam fundationẽ fieri, plurimùm vtilitati fore ſi in Ciuitate totius Italiæ ianua Monialium S. Tereſiæ Reformatio protenderetur. Non deeſſe, nec defuturas in Hiſpanijs fundationes: alia regna non defraudanda tam ſancto inſtituto. Ex vno hoc Conuentu multarum animarũ in diuerſis mundi partibus fortaſſis pendere ſalutem. Sentiebat non parum difficultatis Domina Magdalena, magiſque allubuiſſet animo remotam à patrio ſolo, parentibuſque ſolum in mũdo ſponſum agnoſcere, vnum illum alloqui, ſolum adamare: ſed guſtum proprium diuinæ gloriæ, atque obedientiæ ſubmit-

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

mittens, ſimul cum Vicario Generali ad neceſſarias licentias nouæ fundationi procurandas conuerterunt animum. Et Romæ quidem per Cardinalem Dominicum Pinellum Ordinis protectorem Patriæ Genuenſem, Summo Pontifici ſupplicarunt.

Succeſſerat Gregorio Sixtus V. qui Religionum obſeruantiam mirum in modum zelans, ſuper Reformatione Regularium, Cardinalium Congregationem inſtituerat; quibus proindè cum Dominæ Magdalenæ prætenſionem commiſiſſet examinandam, & vnanimi ſententia reſpondiſſent videri concedendam licentiam; Pontifex Congregationis iudicium approbauit 17. Auguſti 1590. & facultatem condendi Conuentus elargitus eſt, quẽadmodum datis litteris protector Vicario Generali, ac Dominæ Magdalenæ quã primùm ſignificauit.

Igitur Pater Vicarius Generalis elegit ex Hiſpania Moniales virtute præcipuas, quibus tanquam viuis lapidibus ſpiritum Tereſianæ Reformationis ædificaretur in Italia, Sororem Marcellam à S. Ioſeph, Mariam à S. Hieronymo, Hieronymam à S. Petro, quibus præfecit Matrem Hieronymam à Spiritu Sancto, quæ iam Conuentum Malagonenſem, ex quo quatuor hæ Moniales prodibant, per annos duodecim gubernauerat magna ſpiritus, ac prudentiæ laude.

Itaque quadriga hæc noui Carmeli verſus Italiam moueri cæpit eodem anno iam dicto 28. Septemb. & Compluti eis occurrens P. Vicarius Generalis, examinato earumdem feruore, ſpiritu, ac reſolutione, poſtquam Sacroſancto Corpore Chriſti communicaſſet, impertita benedictione dimiſit. Aduenerat eodem Domina Magdalena, eiuſque cognata Domina Aurelia Spinula, quarum comitatu, ductuque P. Fr. Ambroſij à S. Petro Prioris Hiſpalenſis, & Domini Horatij Doriæ Presbyteri, qui Patris Vicarij Generalis erat Germanus frater, Barcinonã appulerunt 19. Octobris.

Verùm cùm triremes, quibus Genuam enauigare ſtatuerant, iam ſoluiſſent, vſque ad initium Decembris ibidem cõmorari neceſſe fuit. Quo tempore Monialibus in Conuentu S. Ioſeph eiuſdẽ inſtituti hoſpitantibus, cui præerat Mater Catharina à Chriſto celebris admodũ Sanctitatis fœmina, Domina Magdalena morarum impatiens, ibidem habitu veſtiri poſtulauit. Adeoque quæ iam omnia temporalia bona Deo obtulerat, ſemetipſam in holocauſtum odoris ſuauiſſimi, per Religionis ingreſſum, meliori ſponſo conſecrauit 23. Octobris eiuſdem anni, veſtem ſacram ei præbente Matre Hieronyma iam dicta futuri Conuentus Vicaria, eique nomen impoſitũ Magdalena à Ieſu Maria.

Ad diem ergo 5. menſis Decembris triremium occaſionem nactæ, Capitaneam, quæ erat Domini Marini conſcenderunt, quæ ſolis Monialibus, eorumque comitatui ſeruiebat, & in puppi, clauſtri in modum adaptata, vt à nemine videri poſſent, ita degebant, quemadmodum in Monaſterio, ſicut & in reliquo itinere diligenter obſeruauerãt; nam campanula ſignum dabatur ad Chori, orationis mentalis, examinis conſcientiæ, diſciplinæ, cæteraque vitæ regularis exercitia, magna eorum omnium, qui vna ferebantur admiratione, ac deuotione. Quam ob cauſam ab eo tempore Domini Marini Triremis nomen, quod hactenus habuerat, perdidit, & communi voce deinceps *Eccleſiaſtica* eſt appellata, eo quod exercitijs Monialium Tereſianarum quaſi in Eccleſiam foret commutata?

Leuatis anchoris tanta cęli, mariſque clementia vectæ ſunt vt nautæ affirmarent ſe ſe nunquam brumali

Digitized by Google

mali tempore tam ſecunda nauigatione vſos fuiſſe, & beneficium diuinum in Monialium deuotionem paſſim referebant, atque Portum Genuenſem fæliciter appulerunt 8. nauigationis die.

CAPVT XXXIII.

Fundationis initium ad S. Hieronymi del Roſſo refertur; Nobilis Iuuenculæ, quæ prima fuit inter Nouitias, ſeruor; Monialiumque, ac præſertim ſororis Magdalenæ Fundatricis, virtutes recenſentur; earumque ad nouum Conuentum Ieſu Mariæ Fundatricis ſumptibus fabricatum tranſitus deſcribitur.

OBuiam venerat Sorori Magdalenæ præcipua totius Ciuitatis nobilitas, & ad ſpectaculum confluxerat frequens populi turba, obſidebat pontes, aditusque, vt Virginum ſacrarum chorum oculis contemplaretur, quem venerabatur corde; & nobiliſſimæ ciuis ſuæ virile facinus, quod ore celebrabant, deuoto proſequerentur obſequio. Verùm quia iam ſemel mundo, turbiſque ſæcularibus valefecerant, foriis ſiue geſtatorijs ſellis vndique clauſis impoſitæ, per ſecretum, atque inopinatum aditum populi conſpectu declinato, in locũ nouo Conuentui præparatum ſunt delatæ.

Fuerat is Monaſterium S. Hieronymi, quem *del Roſſo* nuncupant, inhabitatum quondam à Monialibus Ordinis S. Dominici, eiſdemque iam pridem alio translatis, præparatum fuerat in hoſpitium Monialibus Tereſianis, vſque dum in loco commodo propriam ſibi domum ædificarent. Hic P. Fr. Ferdinandus à S. Maria Prior, alijque plures Conuentus S. Annæ Patres, Fratreſque, nouam Reformationis ſuæ coloniam magna deuotione ſuſceperunt. Occurrerunt etiam honoris, religioniſque gratia religioſiſſimi Patres, ac Magiſtri Iacobus Degauius, ac Stephanus Placentinus, quorum ille Prouinciam, hic Conuentum Genuenſem Patrũ Carmelitarum obſeruantiæ virtutibus, ac doctrina præcipui moderabantur; alijque Patres merito, ac numero non pauci. Et quidẽ religioſa ſupplicatione S. Tereſiæ filiabus obviam procedere condixerant, vt decentius, deuotiuſque cæleſtes Reformationis primitias Italia reciperet, ſed ab irruente confertim turba confuſionem veriti, ſe ſe in præparatam Eccleſiam receperunt; & Monialibus in choro ſilenter orantibus, ipſi lætum Canticum *Te Deum laudamus*, feſtiuis vocibus concinuerunt, Sanctiſſ. Diuinæ Trinitatis maieſtatem in gratiarum actionem pro tanto beneficio celebrantes. Quin etiam concentu muſico Beatiſſ. Virg. Carmelitarum ſingulariſſimæ Patronæ ſacra carmina modulati, tandem incruento corporis, ac ſanguinis Chriſti ſacrificio Monaſterij nouam poſſeſſionẽ ad Dei gloriam conſecrarunt. Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Remanſerant ea luce cum Monialibus non paucæ nobilitatis primariæ Virgines, ac Matronæ, quæ præoccupato Monaſterio reliquum diei ibidem conſumpſerunt. In quem finem plura ſecum intulerãt, quibus laſſas reficerent, recrearent extraneas, hoſpites refocillarent; vt viciſſim dulciſſimo pabulo ſpiritualium colloquiorum, ac Sanctæ Cõuerſationis dulcorarent amaritudinem vitæ ſæcularis. Nec ſine fructu mora fuit, nam miſericors Deus hac occaſione cor vnius illarum tam

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

tam ardenti ſuccendit amore religionis; vt nihil verita reformationis auſteritatem, nihil cunctata familiæ delicias, ac nobilitatem, nihil reuerita circumſtantes, ac parentes, Matris Hieronymæ genibus aduoluta, in eius admitti diſciplinam coram omnibus poſtularit tanto feruore; vt neque domum redire, aut parentibus valedicere vellet; ſed ſine mora, inducijſque ijs omnibus relictis ignotæ linguæ monialibus ex diſſito regno iam nunc aduentãtibus adhærere, ac inſtituto peregrino colla ſubdere exoptaret. Allachrymabatur nobilis cætus delicatę Virginis ardori piæ deuotionis teneritudine, & Mater conſolans, experienſque propoſiti firmitatem bono animo iuſſit eſſe, pauloque poſt Sanctæ Religionis habitu donauit.

In occaſum vergente iam die, atque illuſtrium fœminarum cætu ad propria dimiſſo, Mater Hieronymæ nouæ fundationis Vicaria domum redegit in clauſuram, eademque nocte ſolito campanæ ſigno conuenerunt ad matutinum; ac reliquos vitæ regularis actus ab illa ipſa prima nocte deinceps permenſæ ſunt ſuis temporibus, ſpatijſque, & numerũ quidem ſupplebat vnitas intimæ charitatis, & nouæ habitationis anguſtias, atque incommoditatem flamma dilatabat diuini amoris. Recurret infra virtutum harum monialium ſeriem contexere nunc ſolam conuentus fundationem perſequi mihi eſt animus.

19 Itaque curriculum tyrocinij fundatrix magna ſpiritus alacritate perfecit, & ad virtutes, quas adhuc in ſæculo ſectabatur, gradum ſibi fecit multo ſublimiorem. Nam primum quidem in ſtatu matrimoniali varijs operibus charitatis intenderat, calices Eccleſijs comparabat, parabat ornamenta, pauperes, ægrotoſque fouebat; fœminas illas quæ corporis quæſtùſam, aliorumque deperdunt animam, ab occaſionibus auulſas in tuto collocabat; expoſitos infantes educabat vt mater, alijſque ſimilibus operibus apud Deum hominesque largam promerebatur benedictionem. Quin etiam maritum ipſum ad eadem pietatis exercitia ſuis hortamentis, exempliſque ita induxit; vt non ſolum liberalitati coniugis conſentiret, verum ipſe paria moliretur; ipſamque potius vrgeret vxorem.

Nam cum expoſitum ad Palatij gradus infantem (ſic enim ſolebant tanquam ad locum ſacrum, aſylumque pauperum) ab Eccleſia rediens offendiſſet, moleſtiam ex frequentia ſentiens, *Heu me*, inquit, *quotidie alienis obruimur prolibus*! at maritus ſuauiter reprimens vxoris impetum: *quid*, inquit, *Paruulus iſte peccauit?* Statimque compuncta, ceu proprium educari iuſſit, & piè toto vitæ tempore pro amore Dei libenter ſuſtentauit, ac deinde quingentorum ſcutorum annuorum legatarium ſcripſit.

At vero quam primum vinculis exoluta matrimonij liberiori volatu potuit ad ſublimiores ſponſi complexus aſſurgere; mox reſectis crinibus, ſimulque ſæculi vanitatibus abdicatis, primum quidem ad monaſterium anhelare; ſed diſſuadentibus confeſſarijs, ob inſignem quem Eccleſia, paupereſque fructum carpebant ex caſtiſſima, & plena meritis vidua. Vrgebat interim Deus, atq; interius, dum oraret, cunctantem redarguebat, dicebatque: *niſi teipſam mihi dederis, nihil à te volo*. Perſeuerabant nihilominus nonnulli viri ſpirituales diſſuadere vitæ mutationem, vſque dum iteratis monitis vicit Deus: Ipſaque tandẽ experimento didicit quantis intervallis diſtẽt in ſtadio virtutum, *an tua dederis, an te*; & quanto liberius, expeditiuſque toto innatet, mergaturque diuinitatis pelago, qui ſeſe non modo ſuis rebus expoliauit, ſed etiam ſemetipſo.

Nec

Digitized by Google

Nec tamen Sorori Magdalenæ ſua defuerunt tentamenta, nec ſine certamine fas fuit ſacram militiam profiteri: nam quod ſupra modum foret delicata, & valetudinis tenerioris, alterum caput fuerat, quod vrgebant illi, qui religionis ingreſſum diſſuadere moliebantur. Non habere Dominam Magdalenam vires animo pares, defecturam ſub onere, in propoſito non perſeueraturam. Neque omnino aberrabant, complexionem enim admodum debilem prodebat color cineritius, macilenta, ac proflicta facies, totiuſque corporis habitudo.

Vnde factum fuerat, vt cum nuptiarum ſolemni die prodirent in publicum coniuges tam illuſtres, ciuitas in ſpectaculum effuſa, mox vt in ſponſam oculos coniecit, ceu ſiniſtrè matrimonio ominata: ò, inquit, *maciem nuptui traditam, & tedis ſuis pellucidiorem ſponſam*! Etenim quoad ea, quę Mundus auſpicari ſolet, bona, non omnino felix fuit, in quo ex tribus illis, quæ Sanctus Auguſtinus enumerat bonis, fides quidem, ac Sacramentum planè adfuit, ſed tertium defuit, quod eſt proles: niſi mentis oculos ad Chriſti fidem eleuaris, quæ carnalium loco ſpirituales filios parit.

His de cauſis Domina Magdalena diffidens ſibi, nec adhuc plane confidens Deo, prius quam mollem veſtem, commoditateſque ſæculares Tereſianis inſtitutis commutaret, duabus de rebus voluit diſpenſari; Primum, vt interiorem tunicam ex tela geſtare; ſecundum, vt ancillam apud ſe retinere poſſet. His conditionibus quamquam inſuetis, immo potius manifeſtis relaxationibus, ſeuerus ille ſuæ reformationis Zelator Nicolaus, præter ſolitum arridens, annuit: vel quia lumine deſuper infuſo futurum eũtum proſpiceret: vel quia generoſum animum vidua perſpectum haberet, quam protinus puderet cæteris haberi delicatius.

Primis igitur nouitiatus mẽſibus lineis ad carnem veſtiebatur, eique famulabatur mancipium quoddam albo colore, cui plurimum confidebat. Mox tamen, vt orationis mentalis exercitio, quod ex Magiſterio Tereſiæ in Religione practicatur, delectari cœpit: protinus abſterſo mũdanarum reliquiarum puluere, atque immiſſo intra aulam mentis viuæ fidei ſplendore, clarius, luculentiuſque emicarunt ea, quæ ſummo regi minus placebant; quæque implicitam proprij amoris nexibus animam à ſincerioribus ſponſi amplexibus retardabant; atque inter cætera præſertim quæ diximus duo pungebant, confundebantque, quod ſola tam dejecto, proſtratoque foret animo, ſuiſque commoditatibus obnoxio, vt ad cæteris ſe conformandam ſufficere non videretur: Itaque ſeipſam paulatim aſſuefacere aggreſſa, manicas ex lana adaptabat induſio lineo, induitque: ſed mox tantam paſſa eſt corporis vredinem, vt quaſi acutiſſimis puncta ſtimulis, inquietudinem ferre non valens, deſperanſque, proiecerit experimentum.

Faſtidiebat enim zelantiſſimus animarum ſponſus dimidiatũ mortificationis ſacrificium, quod ad oſtentationem potius ſeruire poterat, quam ad ſalutem; ideoque in oratione cor Sororis Magdalenæ potentius vrſit, impulitque, vt plena ſancti feruoris firmiſſimè decerneret non amplius tela veſtiri, potiuſque malle ſe letho abripi, vel cæru Virginum velut indigna projici, quam propoſitum tam ſanctè conceptum, ignauia ſua fallere, aut ſola punctũ hoc conſtitutionũ Tereſianarũ præuaricari. Vnde quã primũ opportunitas fuit reiectis lineis lanã induit &, mirum dictu! ab ea hora deinceps nunquam amplius ex ea re quidquã moleſtiæ ſenſit, ſed tam commodè ſuſtinuit, ac ſi molliſſima tela hollan-

Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

hollandica foret amicta.

His diuini fauoris indicijs, ac religioſi feruoris initijs vegetior ſpiritu gradum fecit, animumque ad ſecundum hydriæ caput flamma, ferroque amputandum. Et primum quidem ancillam, quam diximus vnice ſibi dilectam, beneficij quod à Deo acceperat vocationis religioſæ conſortem cupiebat; adeoque perſuadere nitebatur, vt inter eas, quæ ſeruitijs domeſticis ſunt deputatæ, & laicæ vocantur, locum poſtularet, non iam ancilla futura, ſed ſoror. Deinde vbi intellexiſſet non arridere propoſitum, dimiſſam à monaſterio, & pingui dote remuneratam honeſto matrimonio copulari iuſſit; atque ijſdem etiam gradibus, quibus ſe Magdalena mundo, & commoditatibus ex eodem relictis ſpoliabat, non ſolùm illam Deus gratiæ ſuæ ſplendoribus veſtiebat, ornabatque interius; verum etiam pallidus ille, & mortuus faciei color efflorere cœpit in viuidum ac rubicundum; adeo vt Domina Placida Auria Principis Auriæ ſoror, cui ob morum, atque ætatis ſimilitudinem, & propingui ſanguinis nexum, fuerat cum Magdalena iam ab ipſis fermè cunabulis intima, ac ſtrictiſſima familiaritas, dicere ſoleret: *Se, niſi Sorori Magdalenæ atque inſtituti Tereſiani ſanctitatem probe calleret, iuramento aſſerturam, faciem eius fucatam eſſe ijs, quæ mundanæ, vt pulchriores appareant, adhibere ſolent pigmentis.*

Tota denique corporis habitudo eo robuſtior paulatim effecta eſt, quo mens terrenarum rerum expedita guſtu, cæleſtibus mentalis orationis, ac præſentiæ Dei dapibus amplius reficiebatur; adeo vt flos ille pulchritudinis, qui ſubito decidere ſolet, creſceret annis, & in Magdalena, quo grandæuior eſſet, emicaret venuſtius. Nam cum ætate grauis circa finem vitæ Neapoli ſuperiorem ageret, ſolebat à Dominabus ciuitatis illius ſeraphina vocari præ pulchritudine, vultuſq; maieſtate. Nec toto illo tempore, quo in religione tum ſubdita, tum ſuperior plurimos annos vixit, aliquam maioris momenti infirmitatem paſſa fuit, quamuis quamplurimas auſteritates rigori ordinis adiungeret, adeo vt cum Pſalmiſtæ meritò concinere potuerit, *refloruit caro mea* &c.

Taceo reliquas huius venerabilis viduæ virtutes, quibus præluxit tum Genuæ, tum Neapoli, in quam vrbem Tereſianam reformationem. Prima Conuentus Sancti Ioſeph Prioriſſa inuexit, firmauitque exemplo, ac fælici ad ſponſum tranſitu ſigillauit. Nam ad annum erit proprius ei locus, quo migrauit ad Dominum varijs & ſenſibilibus ſignis ac prodigijs à ſponſo vocata, atque honorata. Hæc tamen quæ occaſione fundatricis narrata ſunt, non iniucunda fuerint deuoto Lectori.

Quæ finito, vt diximus, nouitiatus experimento circa ætatis ſuæ annum quadrageſimum ſolemnem profeſſionem emiſit reformati Carmeli ſine mitigatione, cuius teſtamento magna pecuniæ ſumma pro noua monaſterij, atque Eccleſiæ fabrica in loco, quem prius in eundem finem coemerat, ad moniales peruenit, & Conuentus prouentibus annuis fuit dotatus.

Vnde cum ad annum 1594. noua fabrica monaſterij, quod Ieſu Mariæ ſuauiſſimis nominibus fuit appellatum, eo vſque perducta foret, vt habitationi monialium ſub debita clauſura ſeruire poſſet, in eandem moniales ſummo mane abſque vllo ſtrepitu in geſtatorijs clauſis comitatu principalium perſonarum ſunt delatæ. Atque anno ſequenti 29. Maij primo lapide ad fundamenta Eccleſiæ iacto ad 26. Octobris 1597. dedicata fuit ſacroſancto miſſarum ſacrificio in eadem celebrato, in cuius ædificatione comprehenſo

vtro-

vtroque choro, ambulacro, celliſque ei adhærentibus inſumpta ſunt triginta nouem millia quingentæ libræ; & prodigij quidem loco à probis rerum æſtimatoribus habitum eſt tantam pecuniæ vim congregari potuiſſe ſeptendecim menſium ſpatio, eo præſertim anno, quo Rex Catholicus ſuſpenſionem ſolutionum edixerat.

Hæc de fundatione Conuentus Genuenſis Monialium Tereſianarũ Ieſu Mariæ, qui tertius eſt ex ijs, quos Clemens Octauus à Congregatione Hiſpaniæ anno 1597. ſeparatos inuicem vniuit: Ex quo velut è perenni Tereſianarum, Monialium fonte, ſex alia Monaſteria à viginti octo Sacris Virginibus ex eo aſſumptis fundata, tanquam flumina emanarunt; & non modo Italiam, ſed & Galliam, & Siciliam, atque Germaniam irrigarunt: vt cap. ſequenti curſim prælibabimus, ſuiſque locis fuſiùs proſequemur.

CAPVT XXXIV.

Fundationes è Primo Genuenſi Ieſu Mariæ Monaſterio prodeuntes curſim attinguntur; necnon viginti octo Sanctimonialium ex eo ad has fundationes aſſumptarum; triumque aliarum huius Conuentus Filiarum ſimul & Matrum, nomina, elogiaue breuiter referuntur.

TAnta fuit Primarum Primi huius Italici Monaſterij filiarum Sanctitas, tanta illius in aliorum propagatione fœcunditas, vt meritò meo muneri non ſatisfeciſſe culparer; ſi de ijs aliqua hic breuiter ſaltem attingere, ac currente calamo prælibare negligerem. Quapropter plura fuſius alibi, ſuiſq; locis in Hiſtoriæ noſtræ decurſu enarraturus cum ſim, placet hoc loco, quæ P. F. Gaſpar à Sancto Michaele, Pimi Hiſtoriæ noſtræ Congregationis Hiſpanicæ Tomi Interpres Italus, in Epiſtola ſua Dedicatoria ad Moniales huius Cõuentus vernacula lingua inſeruit, latino idiomate paucis immutatis traducta apponere. Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Prima igitur inter fundationes ex hoc Ieſu Mariæ Monaſterio emanatas fuit illa Sãcti Ioſeph in Ciuitate Neapoli. Ad hãc in Fundatricem ac Prioriſſam miſſa eſt Fundatrix ipſa Conuentus Genuenſis V. M. Magdalena à Ieſu Maria de qua ſuperiori capite ſermonem habuimus. Votis in hoc ſuis Deus annuiſſe viſus eſt; ab eo enim iteratis precibus poſtulauerat, vt in extera, nec proprio ære fundata domo reliquum vitæ agere, ac tandem, dum alteri ſubeſſet, emori concederet. Vt optauerat, effectum eſt: In hoc ſiquidem Neapolitano Cœnobio, vbi altera monialium Prioriſſæ munere fungeretur, ipſa cum maxima Sanctitatis opinione vita functa eſt. Illam verò in iſta fundatione comitatæ ſunt M. Dorothea à S. Franciſco, quæ poſtmodum nouum in Sicilia monaſterium erectura Panormum petijt; Soror Catharina à Sancto Frãciſco Comitis Caroli Petræ Mediolanenſis Filia, Soror Tereſia à Ieſu filia Maximiliani Stampæ Marchionis Soncinnatis, quæ Conuentum etiam recurrentibus annis Interamnę fundarunt; ac demum Soror Anna à Cruce, Religioſæ quoq; vitæ obſeruantia Virgo conſpicua.

Secunda Fundatio è Genuenſi Ieſu Mariæ Monaſterio immediate procedens fuit illa Sancti itidem Ioſeph in ciuitate Cremonæ; Ad quã Superiorum mandato perrexit, vt alijs præeſſet V. M. Maria à Ieſu, vna cum Matre Hieronyma à Spiri-

Ab Anno Chriſt. 1597 ad 1598.

tu Sancto & Matre Maria Antonia à Sancto Alberto. Hæc vltima priuſquam Sacro Religionis noſtræ habitu indueretur, cum pluries eo donari à ſupradicta M. Magdalena expoſtulaſſet, repulſamque toties eſſet experta, vberrimas tandem effuſa in lachrymas coram Tabella Beatiſſimæ Virginis, ad quam pia exhibitura deſideria, velut ad aſylum certiſſimum, confugerat; quæque nunc in Maiori eiuſdem Monaſterij Capella extat expoſita; ab ipſamet benigniſſima Dei Genitrice audire meruit, ne deſponderet animum, ſe quantocyus in eo Monaſterio futuram monialem; illudque prius ingreſſuram quam duæ aliæ adoleſcentulæ iam à Sacris Virginibus ad habitum admiſſæ, quæ paucis ab hinc diebus illum ſuſcepturæ credebantur; ac tandem duo ſibi ſubſequentibus annis fundanda Monaſteria reſeruari, ſeque in eis ſanctam euaſuram. Quæ omnia poſthac adamuſſim adimpleta cernere licuit. Prædictæ ſiquidem puellæ morbo correptæ pluſquam per ſex menſes ad Conuentum accedere nequaquã valuere; Mane vero ſequenti V. M. Magdalena diuina vrgente reuelatione illam Capitulo propoſuit; Illa vero Sacrarum Virginum ſuffragantibus calculis approbata, Religioſa poſt dies paucos veſte induta eſt, ac demum emenſo pluriũ annorum curriculo, primum Cremonæ, deinde Parmæ ad fundationes obeundas deſtinata, in hac vltima non ſine magna ſanctitatis exiſtimatione vltimum diem clauſit. Mater autem Maria eius in hac Cremonenſi fundatione ſeu dux, ſeu ſocia, inde ad nouam alteram in Bononiæ Ciuitate efficiendam commigrauit, & ibidem plenam meritis vitam heroico quodam virtutis actu, ceu cæterorum omnium glorioſa coronide, fœliciter finiuit. Etenim cum mortis ſuæ diem, modumque prædixiſſet, ac ſuo Confeſſario fidenter propalaſſet ſe pro voto, gratiaque ſibi à Deo peramanter conceſſa ſuper nudam humum ad inſtar Sancti Franciſci morituram; in ipſo tranſitus ſui articulo aſſiſtentes ſibi Patres rogauit, vt cella egrederentur; quo facto Sacris Religionis veſtibus, cum cappa, veloque induta eſt, ijſque modeſtè compoſitis mortuæ ſimilis in terra decubit, expanſiſque ad modum crucis brachij inter Seruatoris ſui brachia, amplexuſue animam exhalauit.

Tertia fundationum ex eodem Genuenſi Cœnobio exortarum fuit Auenionenſis, ſub titulo Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ad quam in Prioriſſam amandata eſt V. M. Paula Antonia à S. Maria vna cum V.M. Euphraſia à Chriſto, & V. M. Magdalena à Ieſu Maria. Harum vltima (Virgo equidem omni perfectione ac ſingularibus, ſeu naturæ, ſeu gratiæ donis apprime prædita) primò alterum Carpentoracti, alterum deinde Camberij apud Allabrogas Monaſterium erexit: & in hoc poſtremo ſanctitatis laude, miraculorum virtute, corporis iam defuncti incoruptione, ſuauiſſimoque odore celebris quieuit in Domino; vt fuſius ſuo loco narrabimus, & ex vitæ illius Hiſtoria integro volumine gallicè conſcripta, Typiſue Lugduni euulgata liquido conſtat.

Quarta fuit Monaſterij Sanctæ Tereſiæ intra ſepta eiuſdem ciuitatis Genuenſis conſtructi; ad quod vt Prioriſſæ munere fungeretur, V. Mater Hieronyma à Sancta Maria prudentiæ, cæterarumque virtutum merito præſtantiſſima, duodecim alijs Religioſis ſtipata Virginibus, è primo Ieſu Mariæ Cœnobio dimiſſa fuit. Inter eas autem præſertim emicuit Soror Maria Agnes à Ieſu; quæ poſtmodum eandem Venerabilem Matrem Hieronymam ad fundandum Florentiæ Conuentum comitata eſt; quæque ex hac ocyus

ad

Digitized by Google

ad meliorem vitam translata V. M. Hieronyma, totius Monaſterij curam ac regimen aſſumpſit, quibus laudabiliter multos per annos perfuncta eſt; ac demum morbis quamplurimis, diriſue diu per illorum decurſum ineluctabiliter, atque cũ ſumma patientiæ laude toleratis, ſanctiſſimè obijt, puriſſimas Virginei corporis exuuias incorruptas, ſuauiſſimum ſpirantes odorem, ac mirabilia multa operantes relinquens.

Quinta fuit ea Sanctæ Tereſiæ Sauonæ effecta, cuius in primam Prioriſſam deſignata eſt M. Anna Maria à Sancta Tereſia, è duodeno illo ſacrarum Virginum Genuenſis Conuentus Sanctæ Tereſiæ fundatricum choro aſſumpta, quæ ibidem non primum iſtud tantum ſub Seraphicæ Matris titulo fundauit Monaſterium, ſed & ad ſecundum etiam Spiritui Sancto ſacrum ſtabiliendũ non parum allaborauit. Vnde vterque hic eius partus ſpiritualis eximias ipſius virtutes, talentaque deſuper illapſa maximis encomijs extollere ac deprædicare non ceſſat. Illam huc inſequutæ ſunt præclaræ duæ è Sancto iſto Genuenſi Monaſterio eductæ Virgines; Mater, videlicet, Maria Archangela à Ieſu, quæ ob egregias animi dotes, bonitatemque ſingularem in primo illo Sauonæ Sanctæ Tereſiæ ad Prioriſſæ dignitatem quater electa eſt; & Soror Maria Ioanna à Sancto Angelo, quæ poſt edita omnigenarum virtutum exempla, nuper è viuis erepta ad ſupernam, vt creditur, Patriam fœliciter euolauit.

Sexto denique & vltimo loco adnumeranda eſt fundatio Monaſterij Sancti Ioſeph, in Imperiali facta Germaniæ Ciuitate Vienna, ad quã mirabili quodam modo, nec abſq; ſtupendo ſimul ac manifeſto diuinæ prouidentiæ nutu electa fuit V. M. Paula Maria à Ieſu. Cum enim grauiſſimis hucuſque ac lethalibus preſſa infirmitatibus lecto decũberet, vbi à Genuenſis conuentus Ieſu Mariæ Prioratu, quo tunc temporis fungebatur, ad futuri Viennenſis Sancti Ioſeph deſtinata eſt, eodem momento omnibus prorſus infirmitatibus libera ſtatim conualuit; & cum ſocijs, inter quas M. Maria Tereſia à Sãcto Onufrio Supprioriſſæ munus obitura erat, ad præfatam fundationem ſeſe animoſè accinxit. Hac itaque perfecta ſuccedentibus deinde annis ad nouam Græcij (quæ nobiliſſima quoque Germaniæ ciuitas eſt) peragendam vocata, vrgentibus atque iteratis tum Imperatoris, tum Imperatricis mota inſtantijs, illuc profecta eſt, primaque monaſterij Sanctiſſimæ B. Virginis Annuntiationi dedicati fundamenta locauit. Quo demum ſtabilito, ac numeris omnibus ſeu in temporalibus, ſeu in ſpiritualibus abſoluto, ad priorem ſuum Viennæ Conuentum reuerſa ibidem ſancto fine quieuit, ibique filiabus ſuis primogenitis illibatæ Carnis ſpolia incorrupta, pretioſiſſimi ad inſtar Theſauri, hæreditario veluti iure poſſidenda reliquit: quẽadmodum ex eius vita Italico ſcripta ſermone cernere licet; & ex noſtræ aliquando Hiſtoriæ decurſu luculentius patebit.

Ab Anno Chriſti 1597 ad 1598.

Verumenimuero ſi Religioſæ illæ Virgines, quæ ex hoc Ieſu Mariæ Monaſterio ad propagandam in varias orbis plagas Tereſianam Reformationem exiere, tot exanthlatis pro Chriſti gloria laboribus, tot ædibus Deo conſecratis elogia noſtra meruerunt; non minori ſane laude dignæ ſunt, quæ in hoc Cœnobio cæterorum omnium capite, ac fontali, vt ſic loquar, principio, non ſine ſpeciali diuini numinis ordinatione, remanentes, illud per multos annos ſumma prudentia gubernarunt; & licet anguſta intra illius ſepta concluſæ, ſpiritualia in eo omnimodæ ſanctitatis ædificia

Ab anno Chriſti 1597 ad 1598.

ad ſublimiſſimam vſque Cælorum altitudinem euexere. In quo profecto non abſque debita ſeu veneratione, ſeu admiratione prætereundum eſt, quam exactiſſimè adimpletum fuerit famoſum illud promiſſũ primæ illius Fundatrici à Deo factũ: *Non defuturas vnquam in eo Moniales, quæ primitiuum Reformationis ſpiritum & alibi protendere & ibidem conſeruare valerent.* Sed de ijs omnibus fuſior aliquando ſermo recurret: ſatis ſuperque pro nunc mihi viſum eſt, ſi breuem hic de tribus illarum, quæ præcipuè in huius conuentus regimine emicarunt, mẽtionem fecero.

Prima fuit M. Angela Franciſca à Sanctiſſima Trinitate, quę arcano illius haud dubiè inſtinctu, impulſuque ter ad prioriſſę munus electa, illud tanta prudentia, tanta ſuauitate, tanta gratia & charitate geſſit, vt ſubditarum omnium corda mirabili quodam nexu, ceu triplici, ac proinde perpetuo atque indiſſolubili funiculo, ſibi deuinxerit. Et certè adeo tenero in omnes propendebat affectu, tam prouide omnibus ſuccurrebat, tam ſuauiter, efficaciterque omnes ſolabatur; vt viciſſim eas ad reciprocum amorem, ad confidentiam ſingularem, ad intimam teneritudinem omnimoda neceſſitate cogeret. Huius rei teſtes omnes, quæ cum ipſa conuixere, Sacras Virgines aduocare poſſem, ſed illam præſertim, quæ cum nocte quadam internis, ſibiq; ſoli notis ſupra modum premeretur angoribus, piam ipſam Matrem ipſiſſima intẽpeſta nocte tempeſtiuè ſeſe inuiſentem vidit, ſibique dicentem audiuit: *Eia, filia chariſſima! noui te interius diriſſimè afflictam, ſed rogo ſta viriliter, confide in Domino, & certò ſcias hæc omnia, quibus ſecretò tam dirè torqueris, confeſtim euaneſcenda.* Dictum, factum. Momento ſiquidem euanuere vniuerſa, ipſaque Monialis tranquillitati priſtinæ reſtituta remanſit. Fuit præterea Religioſa hæc Virgo arctiſſima cum Deo familiaritate coniuncta, atque in diuinarum rerum contemplatione cleuatiſſima; quo factum eſt, vt ſpecialibus, præcipuiſque à Deo gratijs atque fauoribus perfunderetur; id non ſemel atteſtantibus, qui ei à Sacris Confeſſionibus fuere, à quibus ſi quæ aliquando Benigniſſimus Dominus eorum, quæ ipſè miſericorditer ſeruæ ſuæ conceſſit, quæque ipſa alto ſemper preſſit ſilentio, reuelari permiſerit, fuſiùs proſequemur. Pauca interim hic, quæ ad noſtram peruenere notitiam breuiter adiungenda cenſemus. Pluries à Deo miraculosè ab infirmitatibus multis, grauiſſimiſque ſanata eſt, quanquam id ipſa ſecreti ſui tenax laudabili diſſimulatione tegeret, & interna quidem animi gratitudine ſupremo miraculorum Authori, exterius verò arcanis naturæ viribus ſolerter referret. Clementiſſimus attamen cæleſtium donorũ elargitor, qui ea non ſemper ſub obſcuro humilitatis velo deliteſcere ſinit, gloriamque ſuam è medijs illis voluntariæ abiectionis tenebris nonnunquam illuceſcere facit, permiſit aliquando, vt dum Prioriſſæ fungeretur officio, grauiorique oppreſſa ægritudine lecto decumberet, laica quædam monialis cellam eius inopinato ingrederetur; eamque ingenti admodum perculſa ſtupore nõ amplius iacentem, ſed veſtibus amictam, orationi intentam, cœleſti circumdatam ſplendore reperiret. Vnde ſequenti luce, qua feſtiuitas Beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli, quibus ipſa ſingulari deuotionis ſenſu affecta erat, ſolemniter celebratur, cum cæteris monialibus ſacro Miſſæ ſacrificio, vtpote potenti ſuperni Medici virtute ab omni prorſus morbi affectu libera, adfuit; ac Sacroſancto Corporis Chriſti pabulo refecta eſt. Vltimo tandem vitæ ſuæ die diuinitus præcognito,

ad

ad illum ſeſe omni cura, omni ſollicitudine præparauit: & in eo ad extremum vſque halitum ſuis perfectiſſimè potita ſenſibus, dum ijs orbata crederetur, vnuſque Patrum, qui ei aſſiſtebant, circumſtantibus Virginibus dixiſſet: *Mater optime vixit, adeoque optime moritur*: hoc ipſa audito, non ſolum id ſibi diſplicere oſtendit, ſed eleuato brachio, protenſoque ſiniſtræ manus indice, cum vehementi quadam, vt ita dicam, emphaſi ſignificauit rem ita, vt credebatur, minimè ſe habere; ſtupentibus omnibus multumque ædificatis ad tantæ humilitatis exemplum, in quo efflauit animam ab eo, cui curæ eſt humiles exaltare, in ſupernis gloriæ ſedibus ſublimãdam.

Secunda fuit M. M. Hieronyma à Sanctiſſimo Sacramento, bis ad huius Conuentus Prioratum euecta. Singularis hæc Virgo fuit in vocatione ſua, per ſeptennium integrum in petendo ſacro Religionis habitu, cum maxima omnium admiratione perſeuerans: ſingularis itidem fuit in ſpiritus ſui cultura, quẽ ſemper ab omni prorſus, ſeu parentum, ſeu terrenarum rerum affectu abſtractum ſeruauit, ſingularis denique fuit in perpetuo omnigenarum virtutum exercitio, quas omnes perenni ſtudio acquiſiuiſſe, ac in heroico gradu, ſtatuque excellentiſſimo poſſeſſiſſe indubium eſt. Verum emicuit præſertim in ea receſſus, ſilemtijque cultus eximius ac rigidiſſimus; & quod magis magiſque in ipſa laudandum, ac demirandum eſt, tanta illi obediendi, Religioſumue Inſtitutum obſeruandi cura fuit; vt vel minimam Regulæ, conſtitutionum, nutuumue à ſuperioribus ſuis emanatorum vmbram, tanquam formale præceptum reuereretur, ac ſtatim infallibiliter executioni mandaret. Hinc factum eſt, quod cum Domini Ioãnis Franciſci Lomellini filia Sacro Religionis habitu indui plurimum inſtaſſet; ipſaque vereretur ne mater Prioriſſa, quæ tunc temporis Conuentui præerat, diſpenſationem aliquam ad illam vltra præfixum numerum admittendum à ſuperioribus obtineret; volens zelantiſſima Regularis obſeruantiæ, ſed charitate ſimul feruida Virgo & huic conſtitutionum laxitati occurrere, & adoleſcentulæ Religioni maxime idoneæ, vt in ea reciperetur, copiam facere; propriam Deo vitam libentiſſimè obtulit, eoque pacto futuræ nouitiæ locum ceſſit. Acceptum ſiquidem Deo fuit voluntarium hoc ſui ipſius ſacrificium, quapropter non multo poſt lethali morbo correpta, acerbiſſimos inter dolores, quos incredibili plane patientia, inconcuſſaque animi tranquillitate tolerauit, ſui ſemper, ſuorumque ſenſuum compos, nec non aſſiſtentem ſibi Patrem in commendatione animæ adiuuans, eam demum fauſtiſſimè conſignauit in manus miſericordiſſimi illius Seruatoris, cui illam iampridem generoſiſſimè conſecrauerat. Multis dum viueret gratijs à Deo ſibi factis, & à ſuis tantum Confeſſarij cognitis fuerat cumulata: quarum hæc vna poſt eius obitum reſcire licuit, quod cum aliquando altè ſurdeſceret Sãctæ Matri Tereſiæ ſe ſe commendãs, ſubito miraculo ſanata fuerit. At poſt eius mortem mira non pauca, neque ſpernenda ſanctitatem illius teſtata ſunt, præſertim vero ſuauiſſima veſtium, Imaginum, librorum, cæterarũue, quibus in vita vſa fuerat, rerum fragrantia; nec non inſolitus ac planè ſtupendus ad eius exequias populi concurſus, vna voce ſanctitati ipſius applaudentis, ac prę deuotione coronas & numiſmata Virgineo Cadaueri admoueri rogantis: in cuius medio cum Notarius quidam defunctam exoraſſet pro filia ſua moniali, quæ tumente, malignoque ad genu Apoſtemate labo-

Ab Anno Chriſti 1597 ad 1598.

Ab anno Chriſti 1598 ad 1599.

laborabat, eo ſtatim momento ſpõte apertum eſt, egeſtaque virulenta materie breui temporis mora perfectiſſimè ſanatum. Quod quidem miraculo Seruæ Dei interceſſione patrato aſcriptum eſt.

Tertia denique & vltima fuit M. Clara Maria à Sanctiſſimo Sacramento, Clara vtique ſanguine ac propagine, ſed virtute ac merito longe clarior. Cum etenim è nobiliſſima ſtirpe Auria oriunda eſſet, in ſpeculo tamen veræ, perfectęque humilitatis ſe ſe conſiderans, creaturarũ omnium vilior, abiectior, omnique deſpectu, imo & odio ac deteſtatione dignior ſibi videbatur; vnde cum ſe ſe cuiuſcumque boni indigniſſimam reputaret, quodcumque quantũuis minimum ei conferretur ſolatiũ, ſupra id quod merebatur, ſemper eſſe cenſebat. Amplam in ſæculo familiam, ac ex dominæ moribus optimè compoſitam rexerat, vtpote quæ annos aliquot in matrimonio honeſtè exegerat & viduata poſtmodum viro Religionem ingreſſa eſt. In monaſterio vero ad eius regimen aſſumpta, ac Prioriſſę munere dignè perfuncta, Religioſas Virgines ſumma prudentia gubernauerat. His tamen omnibus nõ obſtantibus ad tantam deuenit animi ſimplicitatem; ad tantum, tamque purum, ac ſincerum cordis candorẽ; vt omnes qui cum ea verſabantur in admirationem raperet. Intenſiſſima charitate moniales vniuerſas à prima ad vltimam, à maiore ad minimam proſequebatur; omnibus obſequebatur humiliter, ſtrenuè inſeruiebat; omnes omnibus beneuolentiæ ſignis, amoriſue officijs præueniebat; omnibus demum opem ferebat, præſtabat auxilium, conſolationem impendebat. His virtutum exercitijs intenta ſubito Apoplexiæ Symptomate icta eſt, adeo vt vehementi ſtatim paroxyſmi vi motum omnem, ſenſuumque vſum, ac præſertim loquendi facultatem amiſerit. Compatiebantur vndique Sancti moniales omnes ſæuo chariſſimæ Matris morbo afflictæ, & diuinam clementiam enixè exorantes, vt per merita V. M. Hieronymæ iampridem in opinione ſanctitatis vita functę loquelam ei, ad Sacramenta Eccleſiæ ſuſcipienda, reſtituere dignaretur, velum præfatæ Matris Hieronymæ ægrotãti impoſuerunt: & ecce confeſtim operante gratia ſenſibus, ac voci reſtituta eſt. Receptis deinde Sacramentis, eo ipſo momento, quo animam effiauit, ſuauiter ſubriſit, in ſignum ſuauiſſimæ cuiuſdam conſolationis, qua tunc internè fruebatur, iuxta celebre illud de morte Iuſti Prouerbiorum effatum, in ipſa profecto perfectè adimpletum: *& ridebit in die nouiſſimo*.

Hæc ſunt quę de primi huius Genuenſis Monaſterij filiabus habuimus dicenda, nunc ad Hiſtoriæ noſtræ Generalis contextum æquũ eſt reuertamur.

CAPVT XXXV.

De forma noui Regiminis Conuentuum ab Hiſpanica Congregatione motu Pontificis exemptorum, ac de voto humilitatis tribus ſubſtantialibus Religionis adiuncto.

SEparatis ab Hiſpaniarum conſulta duobus fratrum, & vno monialium conuentibus, vnitis quidem inter ſe, nondum tamen in Congregationem ſub vno Religionis Superiore redactis: neceſſarium fuit nonnulla mutari, præſertim circa regiminis normam, interim dum formatur Congregatio. In priorem igitur Conuentus Genuenſis

Digitized by Google

nuensis denuo fuit à fratribus electus P. Fr. Ferdinandus à Sancta Maria, eique tam in suos fratres, quam moniales eiusdem ciuitatis Cardinalis Pinellus, sub cuius protectione à Sede Apostolica immediate gubernabantur, omnem eam concessit authoritatem, quæ ex iure, statutisq; nostris generalibus in foro interno, & quæ Prouincialibus, tam in interno, quam in externo competebant. Pater etiam Petrus à Matre Dei in priorē domus Beatę Mariç de Scala communibus electus suffragijs, parem in suos accepit facultatem. At vero quæ Præposito Generali, aut definitorio hactenus fuerāt in externo regimine propria, Protector sibi reseruauerat cum cōsilio Patrum expedienda.

Cæterum easdem plane cum Patribus Hispaniæ constitutiones separati Conuentus ex suæ professionis obligatione, & Pontificij Breuis facultate seruabant, quas nimirum Summus Pontifex Clemēs Octauus anno 1592. die 29. Februarij auctoritate Apostolica confirmarat. Verum quia vt idem Pontifex ait: *prædictæ Religionis Carmelitarum Discalceatorum statuta per Sedem Apostolicā, vt præfertur confirmata, præcipuè ea, quæ gubernij modum respiciunt in domo & Collegio, Monasterioque prædictis nequeunt obseruari, & multa quoque pro diuersitate locorum, prout ratio postulat, expedit statui, atque ordinari*: Propterea Cardinali Protectori concessit, vt adhibitis aliquibus ex grauioribus, & prudentioribus ordinis fratribus in Italia existentibus, re maturè considerata, regiminis formam statuere, & constitutiones, iuxta tamen ordinis instituta, declarare, quædam etiam detrahere, aut addere posset, prout secundum Deum pro strictiori regulæ obseruantia videret expedire.

Itaque anno 1598. Iussu Cardinalis Protectoris in Conuentu Sanctæ Mariæ de Scala conuenerunt P. Fr. Ferdinandus à Sācta Maria Prior Sanctæ Annæ, P. Fr. Petrus à Matre Dei Prior Sanctæ Mariæ de Scala. P. Fr. Ioannes à Iesu Maria, P. Fr. Franciscus à Sanctissimo Sacramento, P. Fr. Eliseus à Sancto Ioanne Baptista. Et quidem constituto pro tempore, quem supra diximus, regiminis tenore; quædam alia circa mores, ceremoniasque ordinarunt, quæ exorienti in Italia Religioni videbantur fore vel necessaria, vel admodum vtilia; quæ Cardinalis Protector auctoritate Apostolica confirmauit. Ab anno Christ. 1598 ad 1599.

In primis, nè ex Vrbe Roma, dignitatum, ac prælationum Ecclesiasticarum Matre, periculum incurreret humilitas religiosa, firmissimis obicibus omnem ad eas aditum occludere sibi decreuerunt, ac vnanimi conspiratione quotquot in Italia remanserant fratres lætissima Principum Apostolorum celebritate solemne votum humilitatis Deo nuncuparunt in hanc formulam: *Promitto Deo omnipotenti, Beatissimæque Virgini Mariæ de Monte Carmeli, coram omni curia cælesti, me numquam procuraturum directè, vel indirectè, per me, neque per alium aliquam prælationem, vel dignitatem, aut officium per constitutiones prohibitum: scilicet Præpositi, Definitoris, Prouincialis, Visitatoris, Procuratoris Generalis, Socij Capituli Generalis, Prioris, aut Vicarij domus, aut Rectoris. Insuper promitto me nūquam curaturum, prætensurumue directè, vel indirectè, per me, vel per alium extra Religionem Prælationem aliquam, nec oblatam acceptaturum, nisi coactum præcepto eius, qui mihi præcipere potest sub pœna peccati.* Fratres vero Conuersi se se Choristarum statum nunquam prætensuros pari solemnitate, ac forma Deo promiserunt.

Statutum etiam fuit, vt non aliter posthac Nouitij, profiterētur nisi tribus votis communibus, quartū hoc statim adijcerent. Præterea cum ex

consti-

Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

conſtitutionibus anni 1592. duabus horis per totum annum, excepta quadrageſima, & Aduentu, in locum vnum ad recreationem conuenirent, viſum eſt ob maiorem ſtudiorum commoditatem, ac ſtrictiorem receſſus curam, veſpertinam recreationis horam à Septembri ad Paſcha, ſeu toto ieiuniorum tempore reſecare.

Decreuerunt etiam nullum deinceps admittere ad ſtatum laicorum: Et donatorum vota ſimplicia, quo liberior foret eorum dimiſſio, ad duo, paupertatis videlicet, & obedientiæ reſtrinxerunt, cum hactenus tria ſolerent emittere.

Denique Summus Eccleſiæ Paſtor Clemens Octauus propagationem reformatarum religionum ſummopere deſiderans, ac ſpeciali fauore noſtram proſequens, indulſerat, vt prætermiſſis nonnullis aliàs neceſſarijs, de ſola Cardinalis Protectoris licentia, & Capituli conuentualis approbatione Nouitij tum Romæ, tum Genuæ recipi, & profiteri poſſent. Sed vt maiori ſpiritus profectu nouella germina procrearentur, ſtatuerunt Patres aſſentiente Protectore, vt nouitiorum educationi Romæ, profeſſorum progreſſui, ſtudijſquæ Genuæ incumberetur.

Quædam etiam alia conſtituta ſunt minoris quidem (vt videtur) momenti, ſi rerum tantum corticem, externamque ſpeciem conſideres; Quæ tamen medullitùs, ac defecatis, lynceiſque oculis inſpecta, non parui ſanè ponderis tibi viderentur: cum nihil profectò leue, nihil exiguum ſit, quod ad Religionis obſeruantiam, diuinumque obſequium quoquo modo conducit. Verum ab his ſigillatim hic recenſendis ſupерſedemus; tum quia id non ſolum non neceſſarium, ſed etiam ſuperuacaneũ, ac inutile foret; tum quia ex infra dicendis luculenter conſtabunt.

CAPVT XXXVI.

De communibus Fratrum noſtrorum exercitijs, quibus tum Romæ, tum Genuæ ad perfectiorem Regulæ obſeruantiam adnitebantur, & primò de eorum mortificatione, diligentia, cordis puritate, ac fidelitate erga ſuperiores.

PRimitiuam igitur Carmeli regulã nouæ reformationis Italicæ fratres tum Genuæ, tum Romæ tanquam totius ordinis, ac religioſæ diſciplinæ fundamentum præcipuum nomine profitebantur, & opere. In qua præter tria cuilibet ordini ſubſtantialia vota, primùm quidem perpetua præcipitur à carnibus abſtinentia; tum diuturnũ quotannis ſeptem ferè menſium à feſto exaltationis S. Crucis vſque ad Dominicam Reſurrectionis ieiunium; Deinde ſtrictum admodum ſilentium; Perpetuus in cella per diem, noctemque receſſus, niſi iuſta cauſa euocauerit; Denique iugis, aſſiduaque in lege Domini meditatio, præter alia plura ſatis grauia, & aſpera.

His ſi conſtitutionum præſcripta coniunxeris, quibus alia plura per reliquum tempus æſtiuum ſingulis ferijs ſextis, ac Beatæ Virginis vigilijs ieiunia, & pedum nuditas, & veſtium aſperitas, & cellarum anguſtia, & lecti durities, & ſomni parcitas, & ſupellectilis paupertas, & ciborum vilitas, ternæque per hebdomadam flagellationes ad corporis mortificationem decernuntur, facile poteris communia nouorum Carmelitarum exercitia mente concipere. Sed ne ſub pondere tot tantarumque auſteritatum gemat caro, vel tædio victa labaſcat, non deſunt ampliſ-

ampliſſimæ ſpiritus dapes, & ſuauiſſima laborum condimenta, quibus cor, & caro conſolationibus viduata terrenis exultent in Deum viuum.

Nam dum media nocte ad primũ campanæ ſignum ſurgunt alacriter, & diligenter ad matutinum accurrunt, & Canonici penſi ſtatas horas deuote modulari procurant; dũ indiſpenſabiliter duas integras horas mane, & veſperi meditationi rerum diuinarum genibus flexis impẽdunt; dum exhomologeſis, atque Euchariſtiæ Sacramẽta frequentant; dum conſuetis ſignis ad Diuini numinis præſentiam dulciter aſpirant, ſolet Benigniſſimus Deus delicias infundere cęleſtes, vt miro quodam ordine ſpiritus cæleſti dulcedine impinguatus ſubſeruiat mortificatæ carni, ne auſteriras opprimat; & caro mortificationibus attrita ſpiritum non deprimat, ſed attollat.

Hæc igitur adamuſſim omnia diligenter obſeruabant tum Romæ, tum Genuæ fratres nouæ reformationis; & exemplo Sanctæ Tereſiæ contra proprij amoris impetum nitebantur in montem Carmeliticæ Perfectionis, & magnanimum illud tantæ Matris proloquium: *Aut pati, aut mori*, ſemper in deuotorum filiorum auribus videbatur reſonare, ac in operibus reſplendere. Nam ſicut in ſcientijs quædam dantur præſuppoſita, ex quibus variæ deducuntur concluſiones: ita in myſtica, quam profitebantur ſapientia, hoc præcipuum erat præſupppoſitum; *ſe ad Religionem veniſſe non alia de cauſa, quam ad patiendum cum Chriſto vſque ad mortem*. Vnde nullas occaſiones mortificandarum paſſionum, quantum in ipſis erat, labi ſinebant; nec ſæculi mercatorum vllus tam auide lucris inhiat rerum pereuntium, quã Athletæ noſtri ſpirituales varios exquirebant, inueniebantque modos ſemetipſos abnegandi. Cilicijs frequentiſſime vtebantur; flagellationibus, quæ à tota communitate fiũt, ſuperaddebant alias; ferreis, & aculeatis catenis corpus cingebant; partem tenuis victus ſubtrahebant vẽtri, vt ſubuenirent pauperi; vel miſcebant abſinthium, vt reſiſterent voluptati; tempore modicæ quietis vigilabant in orationibus, vel ſubtractis lodicibus, aut ſubſtratis teſtulis ſomnum carpebant vix fortaſſe vigilia commodiorem. Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Humiliter ac ſincere, ſi quas in exercitijs domeſticis cõmiſiſſent culpas, publice fatebãtur, vel de non cõmiſſis acriter reprehenſi, deprecabãtur veniam, poſtulabant pœnitentiam, acceptabant nudatis ſcapulis diſciplinam. Ad finem edulij, ad mortificationem aliquam exercendam certatim aſſurgebant, alij cæterorum conuiuio ſe ſe iudicantes indignos genuflexi ſuper pauimentum prandebant; & cætera mortificationum genera, quæ ad nos dimanarunt, ingens illorum patiendi deſiderium, aut inuenit, aut à Sancta Tereſia, alijſque patribus acceptum, magno ſpiritu cõtinuauit.

Cuius rei non iniucundum erit exemplum, quod ſubiungo. Nam curioſus fortaſsè morum Religionis ſuæ indagator inquiret, vnde factũ ſit, quòd Religiones, quæ ante Reformationem noſtram in Eccleſiæ firmamento ſplenduerunt, in more habeant, non ſolùm campanarum frequenti ſonitu, longiſque interuallis diſtincto, ſed etiam per Fratrem ad id deputatum Religioſos à ſomno excitare, lumen porrigere; Nobis neque excitatorem, neque lumen expectare, neque ad iteratum campanæ ſonitum liceat tardare, niſi negligentiæ notari velimus; cũ vix vnius miſerere ſpatio iam omnes accurrerint? Sciat ergo debere nos hunc morem acceptum referre primorum illorum Patrum feruori. Nam cum ad primum campanæ ſignum

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

gnum omnes certatim exilirent: ille, qui ſingulos excitabat, lumenque deferebat, cui ſuum præſtaret obſequium reperiebat neminem. Igitur ſublato excitatoris officio tãquam ſuperfluo, ſolùm eius quoddam ſpecimen remanſit in eo, qui primus tabellas accipit, ijſque breuiter pulſatis voce mediocri dicit: *Laudetur Ieſus Chriſtus, eiuſque Virgo Mater, ad matutinum Fratres ad laudandum Dominum*; vt ad deuotionem potius incitet, quàm excitet à ſomno.

Cogitationes de rebus ſæculi, de parentibus, aut amicis, tanquam aſpidem quendam ſurdum, aut veluti tentationem aliquam contra fidem, aut caſtitatem, è ſinu mentis quàm primum eijcere feſtinabant: vnde fiebat, vt à mundano puluere depuratum animæ ſpeculum ſolis diuini radios in oratione mentali clariùs, ſinceriùſque reciperet; & cor ab inclinationibus naturalibus abſtractũ in bonum illud vnicum, quod ſupra omnem naturam eſt, procliuiùs penderet.

Intimos ſenſus, inclinationes, ac paſſiones animi lumine deſuper poſtulato diligenter introſpicere, & ſine fuco ſuperiori manifeſtare, ſemper fuit Tereſianæ Reformationis rectilinium opticum, per quod verum à falſo, bonum à malo Carmelita Diſcalceatus diſcerneret, & puræ lucis radium à Deo medijs hominibus hauriret. Atque hoc pacto expoliantes ſe ſe rerum ad ſe pertinentium ſollicitudine, omnem curam proijciebant in ſuperiorem, qui tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus Patris, Matriſq; fungebatur officio, & abundè, quod neceſſarium eſſet, prouidebat. Hinc mutuus ſubditi in ſuperiorem amor, vt Patris in filios, & filiorum in Patrem, & ſubditorum ad inuicem, tanquam fratrum; vt ſuauiſſimo illo ſancti amoris vnguento, à capite in ſubdita membra deſcendente, merito cantari poſſet illud Pſalmi: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*. Hinc, quæ filia eſt charitatis, lætitia cordis reſplendebat in facie, & vultus magnitudinem lucis indicabat, quæ radiabat in pectore.

CAPVT XXXVII.

Eadem communium exercitiorum materia continuatur; Fratrumque noſtrorum Obedientia, Caſtitas, Paupertas, Humilitas, Silentium, ac Receſſus expenduntur.

OBedientiæ virtutẽ, quæ Religioſorum Ordinum anima eſt, tanta colebant punctualitate; vt minimam rem, qualis fuerit, exempli cauſa, vngues reſecare, calamum aptare, non obtenta prius licentia peragere, ceu piaculum arbitrarentur. Si campanæ, vel aliud quodlibet vocantis obedientiæ ſignum, vel ſcribentem offendebat, vel aliud quidpiam operantem, imperfecto, quem formabat, charactere, ac dimiſſo opere reſcindebatur protinus omnis mora. Si quidpiam officiorum vilium in communi præſcriberet ſuperior, cuncti meritum præripere pia æmulatione feſtinabant. Superiorem, in quo iuxta Regulam contemplandus eſt Chriſtus, cuius vices gerit, ſemper genibus flexis alloquebantur; cuius tantum abeſt, vt replicare nutui, vel in animum inducãt Carmelitæ, quin potius rubore ſuffundantur, ſi rigorem imperij reddita ratione voluerit temperare. In ijs tamen, quæ proprijs commoditatibus deſeruiunt, plerumque maioris auſteritatis deſiderium ſolent ſignificare,

Digitized by Google

ficare, cum omnimoda tamen voluntatis reſignatione. Et ſubinde miris prodigijs teſtatum fecit Deus quam gratum ſibi foret hoc obedientiæ exercitium, quorum aliqua in hiſtoriæ decurſu referemus: nunc communia proſequamur.

Quid de Caſtitate dicam, quam Virginis Filij, vt pupillam oculi cõſeruare nituntur? & ne quid minus purum, aut mente patiantur, aut corpore perpetuum ad inſtar Iob pepigere cum oculis modeſtiæ fœdus, ne mors intret per feneſtras; & reliquos ſenſus ieiunijs, & caſtigationibus coercent: atque adeò penitus ſegregant ab omnibus luxurię illecebris; vt propriarum etiam manuum, aut pedum contactum, vereantur? Huic ego Caſtitatis ſtudio exiſtimo correſpondere donum vnum contemplationis: *Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deũ videbunt*: Alterum incorruptionis corporum poſt hanc vitam: quæ Deus non paucis noſtrę Congregationis Fratribus dignatus eſt elargiri, quemadmodum in ſequentibus enarrandum erit.

Exercitia communia Religioſæ Paupertatis hæc erant. Non ſolum nihil habere, vel ſuum dicere proprium; ſed communibus, & quæ vſu conſumuntur rebus, quantum fas erat, vilioribus, & paucioribus vti; & amore Chriſti, qui cum diuitiarum æternarum theſauros poſſideret, pro nobis pauper factus eſt, tanta veneratione proſequebantur ſanctam Paupertatem; vt mundi cultores non æquè purpuram ambiant, quàm illi laceram, tritamq; veſtem: atque vnus quiſque ſancta quadam præſumptione deteriora ſibi, meliora Fratribus ſtudebant arrogare.

Neque Nouitij ſoli, aut recentiores Fratres Regiam Chriſti Spõſam paupertatem totis viribus affectabant, ſed Superiores ipſi, Patreſque grauiores; nec vlli grauior poterat imponi mortificatio, quam habitum geſtare nouum, veterem tamdiu deferentes, donec planè conſũmatus, reſarcituram vlteriorem non ſuſtineret. Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Hinc cum P. Frater Franciſcus à Sanctiſſimo Sacramento Supprior, ac Nouitiorum Magiſter, einſdem virtutis amore habitum planè vetuſtum, & manicas præſertim haberet vndique futuris commiſſas, quęque quo magis ſarcirentur, lacerarentur magis; P. Frater Petrus à Matre Dei, vt erat ſingulari charitate in omnes ſollicitus, iuſſit, vt quam primum nouas manicas habitui imponi curaret. Ille quidem promptè feſtinauit obedire, ſed cũ cordis intimo ſenſu, quod videretur ſibi extra Religioſę paupertatis caſtra exigentibus demeritis proiectus miles delicatus. Verùm non defuit generoſæ paupertati ſuum ſtratagema; nam inuentum in veſtiario rudis, ac duri panni fruſtum in formam manicarum aſſuit habitui reliquo, vt cortice ligni potius quàm manicis brachia contectus videretur, ſimul & paupertatem colens, & obedientiam ſeruans.

Si quis ad Breuiarium, Coronam, Crucifixum, Cellam, aliaſque reculas affectum propendere deprehendiſſet, vt ſubinde ſolet etiam in paruis amor proprius viſco mundanæ ſubſtantiæ pernices contemplatiuorum alas illaqueare; Mox per Superiorem illis ſpoliare procurabant, vt poſſent expediti rebus omnibus cum Pſalmiſta concinere: *Mihi autem adhęrere Deo bonum eſt*.

Quod vt duplicato obedientiæ merito ſolemnius in praxim deduceretur, aliquoties per annum, atq; ex improuiſo ſuperior eas res omnes in medium afferri iubebat; & iuxta quod ſors ferret, ab vno transferebat ad alterum, magna omnium lętitia, ac guſtu, quod in nulla re creata guſtum ponere ſinerentur.

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

Paupertatis virtutem, humilitas ſequitur, quam etiam Fratres noſtri vouent, dum tribus eſſentialibus quartum adiungunt votum de non ambiendo. Itaque ſecluſo à corde magno illo animorum Tyranno, honorum dignitatumque ambitu, cum reliquis ſuperbiæ militibus animosè decertabant. Vidiſſes eos ad euerrendam domum, ad tergendas lances, ſordeſque exportandas, aliaque viliora domus miniſteria, ceu ad conuiuium quoddam, concurrere veloces, alacreſque.

Et quamuis communia humilitatis officia per tabulam, excepto nemine, ſed præeunte Præpoſito Generali diſtribuantur; tanta tamen auiditate quidquid abiectioris exercitij communitas exigit humilitatis cultores præueniebant, vt ij, quibus ex officio id oneris incumberet, etiam ſi forte nouitij forent, à Priore, aut Generali, aut aliquo Patre graui ſe ſe præuentos fuiſſe non mirarentur.

Ante horam orationis matutinã ſolebant Patres hoc, quod modo dicam, ſacrificium humilitati cordis offerre Deo (parcat mihi lector, ſi quas in ſordibus gemmas, in fœtoribus roſas inueniunt Serui Dei, fortaſſe ſinceriter nimium proferre voluero) & loca illa, quæ corruptibilis naturæ noſtræ neceſſitati deſtinata ſunt, cæteris quieſcentibus, diligenter emaculabant, expoliebant, herbis odoriferis, feſtis præſertim diebus, expiabant. Vaſorum ſpurcitias eluebant, effricabant, panniculos Fratribus præparabant. Non audeo referre exotica plurima, ad quę impetus humilitatis pleroſque perduxit, vt organis manuum, & linguæ ſæpius ea præſtiterint, ad quæ viſus ipſe nauſearet. Adeoque qui morum Religionis ignarus ad ea loca acceſſiſſet, orationi deſtinata, præ munditia, ac nitore, merito exiſtimare potuiſſet. Hinc apud nos inoleuit prouerbium, vt Viſitatores ex neglectu, aut cura munditiei in locis humilibus, de totius Monaſterij ſtatu ſoleant primo ſtatim aſpectu, non incongruum ferre prę iudicium.

Aureum illud humilitatis documentum, quod Tereſia noſtra tradidit: *vt nunquam ſe ſe excuſarent*, obſeruabant. Quin potiùs iure, ſiue iniuria reprehendantur, mos eſt Carmelitis Diſcalceatis, accidere ad pedes, atque humi proſtratos fateri culpam, deprecari veniam, ſiue Superior ille ſit, ſiue æqualis, aut inferior, ſiue domeſticus, ſiue extraneus. Verus enim humilis omnibus ſe ſubijcit propter Chriſtum.

Non poſſum præterire ſilentio quotidianum illud exercitium humilitatis, quod Fratres noſtri diebus ſingulis ad veſperam finita mẽſa frequentant, correptionis culparum: Quod à Patribus illis acceptum, egregiè domat tumorem mẽtis, dum quiſque aut de ſe fatetur pœnitens, quod commiſit; aut ab alio humilis audit, quod forte non patrauit; & pro vtriſque ſuperioris culpam exaggerantis reprehẽſionem ſuſtinet patienter, & libenter ſatisfactionem ſuſcipit, atque implet alacriter.

Iſtis paupertatis, & humilitatis exercitijs, exiſtimo voluiſſe Diuinam magnificentiam etiam in hoc Mundo gratificari; dùm præcipuos Orbis Terrarum Reges, Principeſque mirum in modum Reformationi noſtrę, Religioſiſque fere ſingulis reddidit reuerentes, deuotoſque; in arrham, pignuſque, quod humilibus, ac pauperibus ſpiritu daturus ſit aliquando Regnum Cælorum.

Tantus, ac tam exactus erat obſeruantiæ rigor in cellarum receſſu, tam altum vbique ſilentium; vt cũ ſubinde Cardinales alijque proceres, tum Eccleſiaſtici, tum Sæculares, Monaſterium inuiſerent ex improuiſo, & ad dormitoria penetrarent, tanquam in deſerta quadam ſoli-

ſolitudine obuiam haberent neminem, nec vllam exaudirent vocem. Vnde factum eſt, vt nonnulli interrogarent, quonam abijſſent Fratres? Dumq; reclusis cellulis comparerent ſinguli vel orantes, vel meditantes, reuerentia quadam perculſi retrahebant è dormitorijs pedem; ne ſolitarios illos ſedentes, tacenteſq; & vt Ieremias ait: *Super ſe leuantes*, à ſomno contemplationis amplius excitarent.

CAPVT XXXVIII.

Communium exercitiorum Relationi finis imponitur; Fratrum noſtrorum Charitas erga proximos enucleatur, ipſiſque fauorabilia Summorum Pontificum teſtimonia deferuntur.

ERant igitur, Superioribus Capitibus relata, præcipua Diſcalceatorum exercitia; quorum pleraque ex continuato primorum illorum feruore ſucceſſoribus tranſierunt in conſuetudinem, multa diuturnis experimentis probata, atque à Capitulis Generalibus acceptata tranſierunt in legem.

Proximorum verò ſalutem, quantum in ipſis erat, totis viſceribus charitatis procurare non deſiſtebãt, tum Verbi Dei prædicationibus, tũ exhortationibus quibuſdam breuioribus, & familiarioribus, quas ad nutum obedientię ad populum, qui conuenerat, ſuper ſcamno quodam habere ſolebant, magno, & ſenſibili fructu animarum, tum præſertim cum ſuperior ad meritum obedientiæ, vt moris erat, id alicui ex Religioſis imparato, & ex improuiſo iniungebat.

Sacramentorum etiam adminiſtrationi non impigrè vacabant, ac præſertim confeſſionibus excipiendis. Vnde inſignes peccatorum cõuerſiones videre licebat. Studium etiam pœnitentiæ, meditationis, & orationis in Vrbem, Principeſque viros, ac populum emanabat, atque in Eccleſiam Dei vtilitas non ſpernenda. Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Adeo vt ipſe Summvs Chriſti Vicarius in Terris Clemens Octauus, cernens in populum ſibi commiſsũ tanta bona deriuari, non potuerit ſe continere, quin præclarum hac de re daret oraculum, in quodam ſuo Breui prorumpens in hęc verba: *Nos cupientes Ordinem prædictum (cuius profeſſores Primitiuæ Regulæ à bonæ memoriæ Alberto Patriarcha Hieroſolymitano ipſi Ordini præſcriptæ, & à fęlicis recordationis Innocentio Papa Quarto, prædeceſſore noſtro prima Septembris anni 1248. Pontificatus ſui anno quinto confirmatæ normam, tum in Regnis Hiſpaniarum, tum in Italia diligenter obſeruant, & in vtrumque inſtituti ſui finem: priorem ſcilicet, ac potiorem, qui eſt Diuina vnio per orationem, & contemplationem; & poſteriorem, qui eſt ſalus proximorum, verbo, ac opere Sanctorum Prophetarũ Eliæ, & Eliſei, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum hæredes ſunt, veſtigijs inſiſtentes incumbunt) in Alma Vrbe noſtra propagari, vnam eiuſdem Ordinis domum apud Eccleſiam Sanctę Mariæ de Scala nuncupatam in Regionem Tranſtyberim de eadem Vrbe; Apoſtolica authoritate perpetuo erexi-mus: prout in noſtris deſuper in forma Breuis expeditis litteris plenius continetur. Porro cum præter fide dignorũ teſtimonia, quæ de huius Ordinis ſanctitate ad nos perlata ſunt, nos ipſi experientia cognouerimus, quantum vtilitatis in Eccleſia Dei, pijs eorum exercitijs, tum orationibus, mortificationibus, aſperitate vitæ, tum prædicationibus, confeſſionibus, & Sacramentorum adminiſtratione ad Dei laudem, & Chriſti fidelium animarum ſalutem quo-*

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

quotidie afferat: Volentes vlteriori eiuſdem Ordinis propagationi, quantũ cum Domino poſſumus, opportunè proſpicere, &c. In quibus verbis Summus Pontifex quaſi compendiario, Spiritus Sancti oraculo tradit, confirmatque, quæ totis his Superioribus capitibus, de Religionis noſtræ antiquitate, inſtituto, fine, regula, atque exercitijs communibus noſtræ profeſſionis, ac Conuentuum Italiæ à nobis dicta ſunt.

Sed velut vltimum horum omnium ſigillum, aliud inſigne oraculum à prælibato Sanctiſſimo Papa Clemente VIII. & Paulo V. huic Capitulo hiſtoriæ noſtræ eſt imponendum. Nam Sapientiſſimi hi Pōtifices dum de Sanctæ Tereſiæ Canonizatione tractaretur, atque adeo virtutes eius in examen vocarentur, dictitare ſolebant: *Sufficere ad Sanctitatem Matris probandam, virtutes filiorum*; & addebant: *date mihi Carmelitam Diſcalceatum, qui vitam ſuam in exercitijs Religionis ſuæ impigrè conſummauerit, Ego illum canonizabo.*

Nec mihi iure ſuccenſeat Fratrum meorum aliquis, quod vſus plerumque fuerim verbo præteriti temporis, ſaltim imperfecti, dum recenſui Religionis exercitia communia, quaſi præſenti tempeſtate abierint in deſuetudinem. Sciant me non horum temporum, ſed illorum Patrum hiſtoriam enarrare, quorum primis ſudoribus, laboribuſque debemus acceptum, quod reperimus complanatum iter tam inſignium obſeruantiarum, quibus ſi adamuſſim inhæremus, & ipſe velim; ſin verò ſubinde præceps noſtræ carnis vehiculũ proprius amor detorquere voluerit, ſtadium oſtendi, quod cucurrere prædeceſſores, in quo adhuc plerique Fratrum noſtrorum non indecoro ſudore fatigant, quod ipſi feruenter aliquando cucurrimus, quod libenter profeſſi ſumus.

Certe Vrbanus VIII. Pontifex Maximus, cum ad annum 1638. R. P. N. Philipus à S. Iacobo nouiter in Præpoſitum electus, cum alijs patribus Capituli Generalis beatos pedes exoſcularetur, illuſtre teſtimonium dedit præclaræ exiſtimationis, quam vir oculatiſſimus, omnibus Eccleſiæ dignitatibus sũma laude perfunctus hauſerat, idēque Vniuerſalis Paſtor de inſigni portione gregis ſui habebat; *Lætamur* (inquit) *& Deo gratias agimus pro Religioſarum virtutum exacta obſeruantia, qua Congregatio veſtra reſplendet in Eccleſia Dei: Veſtri muneris erit illibatum hactenus obſeruantiæ florem cuſtodire, conſeruare, & Nos hac de cauſa libentibus animis propendemus in Veſtræ Congregationis fauorem, eamque gratijs ſingularibus exornamus.*

Quod autem hæc virtutum exercitia communia dixi, non ſic accipi velim, quaſi omnes omninò tãto ſpiritus feruore Deo ſeruierint; ſed communia illa dico, quæ ſi quis neglexerit, per ipſam aliorum diligentiam arguetur teporis, rubore ſuffundatur, non ſerpat in exemplũ, ſed reprehendatur, vt vitium, corrigatur, emendetur, aut cum authore ſuo (ſi nimium inualuerit) eradicetur. Nam à cætu quantumuis ſancto imperfectiones ablegari non huius eſt vitæ, ſed alterius, in qua non erit macula, neque ruga. Imò ad humilitatis, aliarumque virtutum exercitiũ in Religionibus maximè reformatis permittit ſubinde Deus inquietos quoſdam, & diſcolos, qui etiam tandem magno ſcãdalo Religionem apoſtatando deſerunt, ceu totidem Iſcariotas inter Apoſtolos Chriſti. Et quia non laudatorem, ſed hiſtoriographum ago, poſt virtutum enarrationem aliquod ſimile exemplum ſatis mirabile inferiùs proferam, vbi de Fratre Dæmoniaco mentio fiet.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXIX.

Prædictorum omnium exercitiorum ad arctiorem Regulæ noſtræ obſeruantiam conducentium, præclara, eleganſque recapitulatio, ac confirmatio ex V. P. N. Ioanne à Ieſu Maria deſumpta coronidis inſtar adiungitur.

AD præcedentis enarrationis confirmationem conſonum mihi viſum eſt, quæ hac de re V. P. Ioannes à Ieſu Maria eleganti, & caſtigato (vt aſſolet) ſtylo conſcripſit, hìc attexere, & ad modum corollarij adiungere, vt ſic lectoris animus impolito meo ſermone defatigatus, aliquantulum quieſcat, alleuietur, & ad vlteriora eadem mea rudi minerua enarranda vires reſumat. Sic igitur ille de Congregatione noſtra Italica verba faciens inquit.

Opportunum quippe, & ſuæ, & proximorum ſaluti profitetur inſtitutum ex contemplatione, & actione pia ita permixtum, vt primam, & potiorem partem contemplatio, ſecundam, & poſteriorem actio ſibi vendicet.

Vt verò partis vtriuſque functiones perfectius obeat, licet vbique intactas eiuſdem Regulæ præſcriptiones obſeruet, ſub Regula tamen eadem quaterna Cœnobiorum genera diuerſis modis inſtituit: Iis enim, qui recenter induuntur Monaſteria à ſecularium commercio diſſita condit; iis, qui à concionibus perlectione, ſcriptione, aliiſque laboribus interquieſcunt, alia in eremis aſſignat; iis qui Philoſophiæ, ac Theologiæ nauant operam, propria Collegia tribuit; iis, qui prædicationi Sacramentorum adminiſtrationi, aliiſque piis erga proximos operibus inſudant, viciniora Vrbibus Cœnobia erigit; quæ tamen omnia in ſcopum eundem concinna varietate conſpirant.

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

Denique vt ſaluti eorum, qui ab Eccleſia exulant, pro virili conſulat, in Vrbe Seminarium extruxit; vnde Religioſi feruentiores, doctrina, linguarum peritia, & aliis eiuſmodi dotibus inſignes ad exteras nationes, iuxta Summi Pontificis arbitrium, pro Chriſto legationes funguntur.

Exercitia verò Congregationis vtriuſque Inſtituti parti, ſeu fini congruentia hæc ſunt.

Pro contemplatione tuenda, ſolitudo, ſilentium, & ieiunium, aſperitas vitæ, cura receſſus adeò exacta, vt excepto Priore, Concionatore, Confeſſario, Procuratore ad opera neceſſaria prodeuntibus, non ſolum domo egredi, ſed neque intra Clauſtrum deambulare, nec vero niſi ſtatis horis ad Chori, Cœnaculi, Oratorij, & aliorum locorum communes actus, vel peculiaria officia cuique iniuncta obeunda, cella vnquam exire liceat.

Receſſus autem minime ociоſus eſt, regula grauiter aiente: Mancant ſinguli in cellulis ſuis, vel iuxta eas die, ac nocte, in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, niſi aliis iuſtis occaſionibus occupentur. Oratio, quæ mentalis appellatur, & contemplationi gradum ſtruere debet, binis quotidie horis, altera mane, altera veſperi exercetur, Oratorio ad hoc opus deſtinato, quo Fratres vniuerſi conueniunt.

Horæ verò Canonicæ, quæ contemplationi mentem adaptant, ita dicuntur, vt matutinę nocte media, cęteræ ſtatutis temporibus in Choro ſedatè, & quoad fieri poteſt, Religioſe ſoluantur.

Examen conſcientiæ, quo diuinæ cõtemplationis impedimenta depelluntur, & animus, vt niteat, & perſpicaciùs cæleſtia ſenſa concipiat, expurgatur, bis in commune per ſingulos dies ante prãdium, & noctis ſomnum habetur.

Silentium, quod rebus caducis oſtiũ oppilat, vt æternas ore clauſo cuſtodiat, Religioſiſſimè colitur, neque Fratres, niſi

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

niſi de peculiari Superioris conceſſu, mutuo colloqui poſſunt, tantum abeſt, vt cum ſæcularibus ſine venia verba facere liceat, veram à prandio per annum integrum, & à cœna per æſtatem, hora circiter vna in loco vno Fratres comiter, ac modeſtè colloquuntur.

Corporis caſtigatio, quę pondus carnis extenuat, vt agilius mens ad cœleſtia feratur, auſtera eſt, nam eſus carnis, niſi morbus premat, interdicitur. Ieiunium per ſeptem continuos menſes protenditur; vbi ſextas anni totius ferias, & vigilias minimè recenſemus.

Veſtis rudis, nuditas pedum, lectulus tribus, quatuorue tabulis conſtructus, duabus lodicibus, & puluineo laneo tantummodo ſtratus, terna per hebdomadas ſingulas verberatio, & paupertatis Apoſtolicæ cultura corpus animo ſubiugant, & ad expetenda diuinæ conſuetudinis ſolatia, vbi temporanea deſunt, acriter incendunt.

Quod verò ad piam ſpectat actionẽ, quæ poſterior inſtituti pars eſt, omnibus feſtis per totius anni decurſum, & per Quadrageſimam, iuxta patriæ morem concio habetur, & Sacramentorũ frequentia commendatur, & alitur.

Societates laycorum annexæ cœnob ij eriguntur, vbi de morum correctione, idoneo Sacramentorum vſu, orationis exercitio, ſtatus electione, ac eiuſmodi alijs admonentur, & ad Chriſtianam perfectionem initiantur.

Trium autem votorum cultus accuratiſſimus eſt, obedientia quippe exiguum aquæ potum ſine ſuperioris expreſſo conſenſu, quaſi graue piaculum horret, & in morem introductum eſt, vt omnes cordis latebræ ſuperioribus aperiantur, eorumque conſilio per omnia regi vniuerſi fratres impensè cupiant.

Caſtitas ſtudioſiſſimè colitur, vt decet Puriſſimæ Virginis Filios. Sunt enim actus Congregationis omnes ad eam perficiendam appoſiti.

Paupertatis Apoſtolicæ ſtudium planè mirum eſt. Nemo quippe præter lectulum, libros è communi Bibliotheca de Superioris venia deprõptos, Crucem ligneam, duas, vel tres imagines papiraceas, vel pomum quidem vnum habere permittitur.

Humilitas (quam Congregatio velut reginam veneratur) præter exercitia familiaria, & obſequia Fratrum alterna, ſancitur voto quarto, prælationem, vel officium intra Congregationem non ambiendi, & extra, niſi obſtrigente Summo Pontifice, non accipiendi.

Charitas demum, quæ ſtructuræ totius faſtigium eſt, multa exercitiorum æmulatione ſuccreſcit. Clementiſſimus enim Deus ad hęc omnia peragenda cœleſtis gratiæ vim abundè largitur, quam ad gloriam immortalem ſuam & animarum ſalutem, hac potiſſimum tempeſtate perficiat.

Inſtitutum hoc leuiter à nobis adumbratum (quod exceptis functionibus, & ritibus, quos fœmineus ſexus excludit à Monialibus aquè colitur) B. Virgini Tereſiæ acceptum referendum eſt. Ita Venerandus ille Pater. Quibus præmiſſis ad nouum S. Mariæ de Scala Nouitiatum redeamus.

CAPVT XL.

Primordia Nouitiatus S. Mariæ de Scala ſub Magiſterio P.F. Franciſci à SS. Sacramento, ac V.P.N. Ioannis à Ieſu Maria, quorum hìc talenta, virtuteſq; breuiter recenſentur; Poſterorum memoriæ conſignantur.

APerta Nouitiatus Carmelitani paleſtra, primum quidem multorum animi commoueri affatim, ſed non minus deterreri Reformationis auſteritate cæperũt, mirari potius quam imitari contenti. Non defuerunt tamen tum adoleſcentes, tum viri non ignobiles, qui

qui ſpretis abiectiſque ſæculi pompis, delicijſque ad vexillum crucis animosè conuolarunt.

Atque inter Choriſtas cæteris glaciem præſecuerunt P.F. Benedictus à S. Petro Senogallienſis P. Fr. Mathias à S.Franciſco, & P.Fr.Nicolaus à Conceptione, cũ alijs quibuſdam anno 1598. quorum primus varijs in prouincijs, ac fundationibus, non indecoris muneribus fatigauit. Alter Vir ſummæ prudentiæ, ac pręclariſſimæ pietatis totius Congregationis gubernaculabis egregiè moderatus eſt: Tertius denique zelantiſſimus obſeruantiarum, & cęremoniarum religioſarũ Magiſter ac cuſtos, poſt varia munera Magiſtri Nouitiorum, Prouincialis Belgij, Definitoris Generalis, & Vicarij Generalis, ex moleſtiſſimis morbis per annos plures decumbens, ad quoddam patientiæ ſpeculum, & conſiliorum oraculũ, quaſi quodam ſeu gratiæ, ſeu naturæ miraculo reſeruatum fuiſſe arbitrantur: quos deinde ſecuti ſunt ex omni ferè natione iuuenes egregij: Itali, Sabaudi, Galli, Germani, Belgæ, Poloni, qui ſuccedentibus temporibus ſuas in prouincias Religionem propagarunt.

Et primus quidem Nouitiorum Magiſter fuit Venerabilis P.Fr.Frãciſcus à SS.Sacramento, quem deindè ſecutus eſt P.Fr. Ioannes à Ieſu Maria, de quibus nobis quædam breuiter ſunt dicenda.

Fuerat P. Fr. Franciſcus à SS.Sacramento Lector Theologiæ, nec nõ in florentiſſimo Nouitiatu Paſtranenſi tyronum Magiſter, quem cum alijs quibuſdam ſupra nominatis Reu.P.Fr.Elias à S. Martino Generalis Congregationis Hiſpaniæ, facta ſeparatione, miſerat in ſubſidiũ Conuentuum Italiæ. Hunc ergo mox cum adueniſſet in Supprioré, ac Magiſtrum Nouitiorum delegerunt Patres. Erat in eo humilitas quædam neutiquam ficta, ſed ſinceriſſima ac profundiſſima, paupertatis ſtudium exactiſſimum; pollebat contemplationis ſpiritu in gradu valde ſublimi, & iugi orationis ſtudio continuam ante mentis oculos gerebat diuinæ maieſtatis imaginem, vt ſollicitus ambularet cum Domino Deo ſuo; erga alios beneuolus, & propenſiſſima charitatis viſcera protendens, quæ commodiora, atque honoratiora forent Fratribus prærogabat, ipſe tritis, obſoletiſque veſtibus induebatur: veſcebatur ijs, quæ refugiebat appetitus; ſi qua foret incommodior cella, hanc inhabitabat; Denique ſi quid ſenſus fugeret, prompto animo proſequebatur, amplectebatur. Corpus ſuum rigidiſſimis lacerabat flagellis, continuis macerabat ieiunijs, diuturnis vigilijs affligebat, mancipium aſinumque vocare ſolitus; ferream catenam, aculeatamq; lumbis conſtrictam, etiam dum ſiue ad Nouitios, ſiue ad populum conciones haberet, non ſolebat deponere: ſæpe ſæpius coram nouitijs ſuis, poſtquam mirum in modum proprias exageraſſet culpas, & ob oculos poſuiſſet ſuam ad Magiſterij munus ineptitudinem, reum ſe coram Deo, & hominibus proclamabat omnium eorum defectum, qui fierent in Nouitiatu; adeoque profunda ducens ex corde ſuſpiria, & copioſum fundens lachrymarum imbrem, flagellare ſe ſe à ſingulis rogabat, imperabat, nec non ſubindè tanquam malefactorem laqueo ad collum alligato per terram trahi.

Si quando cogente morbo melius obſonium ex præſcripto Medici inferretur, conſtringebat humeros, & ſuſpirans aiebat: *Tanto peccatori non conuenire ferculum delicatum, ſed Sanctis Dei ſeruis*, nec omnino perſuaderi poterat niſi Superiore iubente. Tunc enim defluentibus largè lachrymis cibum condiens iuſſa complebat. Tam excellenti mortificationis ſtudio ſubiu-

Ab anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Ab anno Chriſt. 1598 ad 1599.

gatis paſſionibus, mirum qua puritate mens eius ferretur in Deum, reſque diuinas.

Sed præcipuo charitatis æſtu in Sanctiſſimum Sacramentum totus ardebat; vt cum Miſſæ ſacrificium perageret, non ſolùm animus, ſed etiam cor, & caro eius mirum in modum in Deum viuum exultare viderentur. Reliquas Patris Franciſci à SS. Sacramento virtutes latiùs ſuo loco proſequemur. Solùm hoc coronidis loco ſubtexam, voluiſſe nimirum Deum duplici prodigio teſtatam facere ſerui ſui puritatem. Primum, quod cũ circa finem vitæ dyſenteria laboraret, à plurimis Fratribus manifeſtè deprehenſum eſt eius excrementa nullum exhalare fœtorem. Secundum, quod cum toto tempore, quo demortui cadauer Neapoli, vbi ſpiritum Deo reddidit, publicè in feretro iacuit, ad exequias more ſolito celebrandas, muſcæ per id tempus moleſtiſſimæ, ac frequentiſſimæ, quęque magno numero reliquas Tępli partes circumvolabant, inſidebant; corpus illud, quod animæ tam puræ purum, mortificatumque præſtiterat habitaculum, non fuerint auſæ contingere; adeòque plurimorum fide digniſſimorum, qui diligenter aduerterant, teſtimonio compertum ſit, ne vnam quidem ſacro cadaueri inſediſſe muſcam. Sed hæc breuiter dicta ſufficiant de primo Nouitiorum Magiſtro in Conuentu Beatæ Mariæ de Scala: cuius heroicas virtutes, quas hic delibamus, alibi Deo dante fuſiùs proſequemur.

Hunc inſecutus eſt Venerabilis Pater Fr. Ioannes à Ieſu Maria, qui ad Nouitiorum Magiſterium, quaſi quadam Spiritus Sancti manu ſpecialiter efformatus fuiſſe creditur; Nam non ſolum officiũ illud multis annis incomparabiliter exercuit, ſed exemplo ſcriptiſque Religioſi Magiſterij normam expreſſit, quod non ſolùm domeſtici ſunt imitati, ſed ferè quot quot ex reformatis ordinibus Tyronũ educationi poſtmodum fuere præfecti, ceu Magiſtrum venerantur ſuum, eiuſque præclara documenta in praxim deducere ſtuduerunt.

Erat Pater Fr. Ioannes quaſi ſpeculum quoddam Sanctitatis, & modeſtiæ, quæ in facie totaque compoſitione externa ita relucebat, vt tacita quadam vi, eos, qui occurrerent, ad modeſtiam prouocaret, & in compoſitionem omnem redargueret. Hinc non Nouitij ſolùm, ſed grauiores etiam Patres, eidem obuiam facti, veſtem manuſque quodã naturæ impetu componebant, quaſi ad ipſius modeſtiæ exemplar. Quin & Pater noſter Dominicus, qui præ feruore ſpiritus ſubinde minus attendebat externæ compoſitioni, P. Fr. Ioannis ingreſſurus cellulam ſubſiſtebat, & capucium, habitumque reliquum, quam modeſtiſſimè poterat, conformabat, quod etiam nonnunquam S.R.E. Purpuratis Patribus contingere ſolebat, cum pro ſpirituali conſolatione Patrem accederent.

Quantum in humanioribus litteris profecerit, eius ſcripta, quæ tum verſibus, tum ſoluta oratione edidit, teſtantur. In Philoſophia, ac Theologia ſcholaſtica apprimè verſatus, ad myſticam applicuit animũ de qua, S. Dionyſij Areopagitæ veſtigia ſecutus, inſignem edidit Commentarium: Quem viri vitæ contemplatiuæ ſtudio nobiliſſimi, ceu manuale quoddam, nocturna, diurnaque manu verſare ſolent. Taceo reliquos ab eo compoſitos, & publicæ commoditati editos codices, quorum poſtmodum Elenchum daturi ſumus, quos varijs editionibus ſparſos, tandem in vnum collectos, & in tres tomos diſtributos Colonia Agrippina prælo dedit anno 1622.

Non tamen ſilentio mihi prætereundum ſentio, quod Ioannes noſter

Digitized by Google

ſter mirabili Dei diſpenſatione, ceu alter Iob, in continuis infirmitatibus, ac præſertim internis ariditatibus à Deo derelictus, ſpiritualibus tædijs, atque afflictionibus exercitatus, quamuis ſublimiſſimis diuinæ contẽplationis gradibus à Deo dotatus foret, rariſſimè tamen ijs frui potuit delicijs, quibus ſolet diuinus Sponſus, etiam in terris, animas ſibi dilectas ſubinde recreare. Et oculus ille ad diuinorum ſpectacula, fontemque dulcedinis frequẽter admittebatur, qui nihilominus in amaritudinibus perpetuò commorabatur. Quod ipſe præfatione in librum Iob de ſeipſo teſtatur, vbi ſuſcepti operis rationem reddens ſic ait: *At cum viri planè pij, ac egregiè docti noſſent me per triginta circiter annos ſummis laboribus, præſertim internis, licet exigua cum laude perfunctum, inſtitere crebro cõminiſcerer aliquid in Iobum pro modico captu, & aduerſa valetudine mea, rati, vt cenſeo, me Iobo non prorſus abſimilem, grauiterque afflictum, afflicti viri mentem fortaſsè aſſecuturum; quod ijs, qui mera ſpeculatione ducuntur, ægrè permittitur. His ergo poſtulatis tam ſæpe repetitis reluctari non debui: dedique operam, vt quam breuiſsimè omnia expedirem, ſenſumque Iobi, ijs potiſsimũ in locis, vbi affectus viri dolentis ingraueſcunt, non tam longè, quam propriè, ac luculenter exprimerem.* Huc vſque de ſe ipſo.

Ita generoſum militem pane tribulationis, & aqua anguſtiæ ſuſtentabat Deus, & proprijs docuerat mẽrere ſtipendijs, vt ad aſpera quæque duratus, fieret ſolidiſſima petra Congregationis Italicæ, ex qua nouellis inſtituti prophetici germinibus mel, oleumque defluere t. Nam quamuis primum renouati in Italia Carmeli Patrem agnoſcere neceſſe habeamus Petrum à Matre Dei; omnes tamen Patrem Ioannem à Ieſu Maria, ceu nouæ ſobolis matrem venerantur & amant, per quem dulciſſimũ ſpiritualis vitæ lac ſummo cum guſtu ſuſceperunt. Eius namque magiſterium, ac conuerſatio, verba, geſtuſque ſinguli quandam æternæ fẽlicitatis ambroſiam ſuauiter inſtillabant; cum tamen ipſe cõtinuis afflictus anguſtijs, eius guſtum rarò admodum percipere valeret. Quin & librorum ab eodem compoſitorum monumenta, ceu copioſi quidam cẽlicẽ dulcedinis fontes, continuò quandã ſpiritus ſuauitatem in legentium animos dimanare videntur, vt quiſque probare poterit experimento.

Ab anno Chriſt. 1593 ad 1599.

Sic quondam probauit Illuſtriſſ. Card. Bellarminus, qui ſpiritualia Patris Ioannis opera ſummo cum guſtu lectitabat, & qui nuper ad fẽliciorem vitam tranſijt Metropolita Ruthenus dictitare ſolebat: *Se P. Fr. Ioannis à Ieſu Maria libros, ceu quædam Spiritus Sancti oracula venerari, ac legere ſolitum, ex ijſdem maximum animæ fructum, pabulumque percipere.* Atque adeo ſub extremos vitæ dies, quem iam diximus, de Theologia myſtica commentarium adferre ſibi poſtulauit enixè, vt diuturno, grauiſſimoque morbo languentem ſpiritum eius lectione refocillaret, recrearet.

Verùm enim verò, qui pro Deo diuinas ſpiritus delicias contemnere didicerat, terrena corporis ſubleuamenta, aut mentis diuerſicula neutiquam requirebat, ſed tanquam Dei adminiſter dolorem dolori, amaritudinem amaritudini, afflictionem addebat afflictioni. Hinc etiam tum, cùm in profundum derelictionis, ceu in barathrũ quoddã anguſtiarum, demerſus foret, omne planè repudiabat ſolatium; imò ne quidem corpus acclinare, nec in pomarium ambulare, nec in cælum quidem, aut æthera reſpicere ſuſtinebat, ſed calicem illum abſynthij, quem propinabat illi Chriſtus, purum, putumq; lubens exhauriebat. Et ne mens eius cæleſtibus non inuitata

Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

uitata delicijs ad alia fortaſſe diuagaretur, miros adinuenerat modos, quibus eandem fortiter quidem, ſed abſque violẽtia Diuini numinis recordationi alligaret.

Cæteras huius Viri virtutes in hiſtoriæ decurſu varijs in locis proſequemus, quibus tandem ita Deo placuit, vt prædicto Fratribus breui ſuæ vitæ termino in S. Silueſtri Cõuentu Tuſculano ad cæleſtem gloriam tranſmigrarit. Vbi Reliquiæ corpuſculi, prodigioſa tenerę adhuc, viuaciſq; carnis incorruptione, conſortis quondam animæ puritatem, gloriamque in hunc vſque diem teſtantur, vt ſuo etiam loco dicemus.

His Magiſtris ad annum vſque Chriſti 1605. in S. Mariæ de Scala Reformati Carmeli nouitiatus inſtruebatur, ex quorum igne, non obſcurè feruorem ſcholæ liceat coniectare.

CAPVT XLI.

Primus in Vrbe Tereſianarum Sanctimonialium Conuẽtus ſub titulo S. Ioſeph in Monte Pincio fundatur: miraque in eum Sanctæ Matris Tereſiæ, Beatiſſimæ Virginis, ac Chriſti Domini amoris, & beneuolentiæ ſigna referuntur.

VIx in hoc celeberrimo totius Orbis Theatro (Vrbe inquã Roma) candidiſſima Reformati Carmeli lilia comparuerãt, cũ non ex varijs tantum nationibus viri, verum etiam quamplures Matronæ, ac Virgines nobiliſſimæ ab illorum odore trahebantur, eiuſdẽque Carmeli Incolę effici cupiebãt. Primi attamen Ven. illi Patres ad nouam Congregationem ſtabiliendam totis viribus intenti, earum votis, vel annuere, vel attendere nequibant. Quapropter Clementiſſimus Deus, qui omnibus pro immenſa ſua bonitate prouidere ſolet, illamque iuxta vniuſcuiuſque captum communicare, atque effundere ſemper paratus eſt, pijs illis mulieribus viam ad amęnos Carmeli Campos occludi non eſt paſſus, aliamque etſi diuerſam, & hucuſque inſuetam, ad illos benigniſſimè ſtrauit. Inſpirauit ſiquidem R. P. Franciſco Soto Eccleſię Nouę, ſeu Oratorij S. Philippi Nerij Preſbytero, eiuſdemq; Sancti inter primos ſocios præcipuo, ac indiuiduo, vt Monaſterij ſub Tereſiano inſtituto cõdendi curam ſuſciperet. Quod equidem factum eſt; quodque licet ſub Ordinis regimine non conſiſtat, quia tamen inſignes illæ primæ huius Conuentus Fundatrices, earumve ſubſequentes aſſeclę, veræ, dignęque S. Matris noſtræ Tereſiæ filiæ, noſtræque dilectiſſimæ in Chriſto ſorores ſemper extitere, atque à primis illis Congregationis noſtrę Patribus primitiuum Reformationis hauſere ſpiritum. Idcircò ratio poſtulat, vt quartum inter Congregationis noſtræ Italicę Conuentus locum habeat in hac eius Generali Hiſtoria, cui tot virtutum religioſarum exemplis, tot tantiſque ſanctimoniæ argumentis, non vulgarẽ ornatum, decoremque præſtabit.

Fuit igitur fundatum Monaſteriũ iſtud in Monte Pincio ſub titulo S. Ioſeph anno 1598. die 14. Aprilis authoritate Clementis VIII. Põtificis Maximi, procurante, ac promouente prædicto R. P. Franciſco Soto natione Hiſpano, è Diœceſi Oſmenſi oriundo, Capellæ Pontificiæ Decano. Eo ipſo fundationis die decem Virgines honeſtis, clariſque natalibus inſignes, ſed virtutũ gratia longè illuſtriores, ſacro Religionis habitu indutæ ſunt; & ad

opta-

optatum Chriſti ſponſalitium ſe ſe accinxere. Prima fuit Febronia Buſellia ex Apulia oriunda, quæ mutato nomine Soror Agnes à Ieſu dicta eſt: ſecunda Maria Iubarria Firmio nata, religioſo nomine Soror Maria Fælix à Matre Dei vocata: tertia Antonia Palma Romana in Clauſtro nominata Soror Franciſca à Cruce: quarta Antonia Arighia orta in Pago Anguillara, quæ Soror Maria Magdalena à Chriſto nuncupata eſt: quinta Siluia Checchia Interamnenſis, quæ nomen Sororis Flauiæ ab Angelis eſt adepta: ſexta Lucretia Riualdia Romę in lucem edita, quæ relicto ſæculari nomine, religioſum Sororis Mariæ Margaritæ ab Apoſtolis aſſumpſit: ſeptima Franciſca Smeraldia ex Oppido S. Floræ, quæ Soror Flauia Catharina ab Immaculata Conceptione eſt appellata: octaua Portia Ruffulia Prænęſte nata, quæ ſub nomine Sororis Iuſtæ à S. Ioſeph, ac ſub Laycæ munere Deo ſe mancipauit: nona Fælix Gualteria, & ipſa Prænęſtina, quæ inter Moniales Soror Eleocadia à Spiritu Sancto indigitata eſt: decima denique Hippolyta Riccia, quæ in Religioſæ Militiæ Caſtris ſub nomine Sororis Vrſulæ à Purificatione militauit.

Vt autem nouella hæc Carmeli germina aliqualibus religioſæ vitæ rudimẽtis imbuerẽtur, tres ſeu ętate, ſeu regulari obſeruantia proiectiores Moniales è S. Marthæ Monaſterio D. Auguſtini Regulæ addicto aſſumptæ ſunt; illiſque vt potè Tyronibus adhuc, & in diſciplina Monaſtica nondũ verſatis per triennium prælatæ; videlicet Mater Angelica, quæ Prioriſſæ nomen, ac dignitatem obtinuit; Mater Candida, quæ Supprioriſſæ obijt munus, & Mater Euangeliſta, cui Nouitiarum cura demandata eſt. Per integros tres annos earum educationi maxima cum charitate, ac ſollicitudine incubuerunt tres illæ religioſarum virtutum Magiſtræ, quibus laudabiliter ac virtuosè tranſactis in proprium Monaſterium non ſine intimo Alumnarum, id ægrè ferentiũ, doloris ſenſu regreſſæ ſunt; ibique poſtmodum vita cum ſingulari Sanctitatis opinione perfunctæ, diem vltimum in Domino fæliciter obiere.

Ab anno Chriſt. 1597 ad 1598.

Sub harum itaque Magiſterio, ac diſciplina aliquantum adoleuere nouæ, atque exorientes Reſtaurati Carmeli plantæ, ſuo tempore fructum maximum allaturæ; verùm quia ad iuſta, ac natiua (vt ita dicam) ſuſcipienda incrementa, non alienis tantùm aquis, ſed proprijs etiam, ac è natali ſolo, fonteque opportunè ſcaturientibus egebant irrigari, eas à Primorum Congregationis noſtræ Patrum ore, inſtructioneve aſſumpſerunt. Inter illos qui primitiuum Tereſianæ Reformationis ſpiritum earum mentibus inſtillarunt, primum, ac prȩcipuum locum obtinent V. P. N. Petrus à Matre Dei, propagationis noſtræ per Italiam verè Parens; nec non P. Hieronymus Gratianus fortiſſima olim Reformationis Hiſpanicæ veluti Columna, à qua licet arcano quodam, ac humanis ingenijs imperſcrutabili Dei iudicio defeciſſet, in eam tamen ſemper benè affectus, ipſam vbique terrarum fouere ſtuduit; & tunc temporis ſummo, quo flagrabat, ad eam regredi deſiderio, ad vrgendum negotium Romæ degebat. Ab illis Conſtitutiones, Diſciplinam clauſtralẽ, rituum ac cæremoniarum normam, cæteraque monaſticorum exercitiorum documenta ſcriptis mandata accepere, quæ hucuſque in eo Conuentu, tanquam pretioſa primæuæ inſtitutionis monumenta, religioſè aſſeruantur. In his tamen principijs laudabilis quidem, ſed apud Tereſianas Moniales inſolitus media nocte aſſurgendi, ac matutinas laudes recitandi

Ab Anno Chriſt. 1593 ad 1599.

tandi mos inualuerat, donec acceptis ex Hiſpania Seraphicæ Matris Conſtitutionibus, ſe ſe etiã in hoc, ſicut & in reliquis omnibus, ferentes filiæ alijs vnanimi ſenſu conformarunt, nec amplius ab exactiſſima earum obſeruantia vel minimum aberrarunt.

Non parum etiam Sacrarũ Virginum inſtructioni, ac profectui allaborarunt, tùm Ven. totoque Orbe celeberrimus ipſemet S. Philippus Nerius, tùm primi huiuſce S. Viri diſcipuli, & inſigniores ſocij, inter quos præſertim emicuerunt, & in hoc opere inſudarunt Eminentiſſimi, ac pijſſimi Cardinales Tarugius & Baronius; quorum primus præcipua pietate clarus, totique Vrbi charus extitit, vltimus verò laborioſa, ac indefeſſa Eccleſiaſticorum Annalium elucubratione vbique notus, Summiſque Pontificibus, imo & toti Eccleſiæ acceptiſſimus, multa à Clemente VIII. in huius Monaſterij fauorem priuilegia impetrauit, vt apertè liquet ex Bulla huius Pontificis in eius gratiam emanata.

Quod ſi ab hominibus adhuc in hac mortali vita degentibus, ab infulatis Eccleſiæ Principibus, & ab ipſomet Chriſti Vicario, tot prærogatiuis, tot auxilijs, tot ſingularis charitatis, & beneuolentiæ argumentis inſignitum fuerit nouũ hoc Tereſianæ fœcunditatis germen, nouum Carmelitanæ Reformationis Monaſterium, non minoribus ſanè, non paucioribus ab immortalibus cæleſtis Aulæ Incolis, ac præſertim à Seraphica Parente Tereſia, à Beatiſſima Virgine Deipara, necnon ab ipſo Chriſto Domino Sacrarum Virginum Sponſo dilectiſſimo fuit condecoratum: Quod quidem exẽplis ſtatim referendis luculenter patebit.

Gaudent ad hæc vſque tempora Sanctimoniales huius Conuentus priuilegio S. Matri Tereſiæ, ſuiſque filiabus diuinitus conceſſo, pediculos ſeu in capite, ſeu in laneis veſtibus, atque induſijs non ingenerandi, adeò vt moleſtiſſimum hoc animalium genus, apud ipſas ſit omninò inuiſum. Imò verò priorem noua quadam Deo quaſi cumulante gratia, nec cimices in ſcamnis, lectisve naſcentes vnquam repertæ ſunt; & quod magis adhuc demirandum eſt, cum intra Monaſterij ſepta Virgines Deo ſacræ à putidis, putridiſque huiuſmodi animalculis liberæ ſint, puellæ tamen ad probationem admiſſæ, ac in Religionis propoſito non perſeueraturæ, ijs acriter infeſtantur, vt pluribus experimentis confirmatum eſt.

Sacratiſſima quoque Virgo Maria non leuia ſuæ in Sacras Virgines propenſionis, maternæque protectionis ſigna pluries exhibere voluit. Quod in duobus potiſſimum euentibus videre eſt: Cum etenim aliquando Cælum nubibus denſiſſimis obductum terribiliter intonaret, coruſcarent fulgura, cadentia per totam Conuentus viciniam fulmina obuia quæque proſternerent, extremamque ædium ſacrarum minarentur ruinam, adfuit è Cælo imminenti periculo potentiſſima Cæli, terræque Regina, & auxiliatrice manu tempeſtatem auertit, caramque ſibi domum à præſentiſſimo liberauit incendio. Gratiam hanc diuinitùs agnouit V. P. Franciſcus Soto Cœnobij fundator, Monialibus propalauit, & in grati animi ſignum ſuaſit, vt quoties in die Sabbathi, & in vigilijs feſtiuitatum Beatiſſ. Virginis antiphonam *Salue Regina*, in honorem illius de more Religionis ſolemniter decantarent; toties etiam alteram, videlicet, *Sub tuum præſidium*, adiungerent; fidenter ſubijciens, & conceptiſſimis verbis promittens: *quandiu id præſtarent, tandiù ſacras ædes à fulminis ictu fore præſeruandas*. Cuius promiſſi veritatem perennis, exinde rei

rei probauit euentus, & fœmineis cordibus naturaliter timidis firmitudinem, ac ſecuritatem addidit inconcuſſam.

Alterum nec ſpernendum ſanè, quantumuis leue videatur, Sanctiſſ. Virginis curæ, ac ſollicitudinis erga deuotas has Religionis ſuæ Filias argumentum fuit; quod cum die quadam ad aliquam Monaſterij neceſſitatem multi ex horto extracti ſarmentorum, vepriumque faſciculi cremarentur; pluresque ad id opus accinctæ adeſſent Moniales, contigit, vt in ardentes prunas fulcrum ſuſtinendis lignis idoneum fortè reuolueretur, & cum eo dilaberetur etiam cuiuſdam Monialis Coronæ exorandæ Deiparæ dicata, filoque ſerico religata, à qua Numiſma eiuſdem Sanctiſſ. Virginis imagine inſigne dependebat. Non potuit ſupercadente fulcro flammis, & carbonibus eripi, vnde arſuram illam, & in cineres redigendam omnes arbitrabantur: donec extincto igne inter incendij reliquias integra planè, incolumiſque inuenta eſt; ignito tamen, ideoque tactui imperuio remanente Numiſmate; quod circumſtãtibus Virginibus miraculoſum poſtmodum ſucceſſum atteſtantibus, & tenerioris in beneficentiſſimam Dei Genitricem deuotionis, & maioris in ſacra Numiſmata Religionis fuit occaſio.

Voluit demum clementiſſimus Deus aliqua dilectionis, ac prouidentiæ ſuæ indicia ſponſis chariſſimis oſtendere, paternamque erga eas charitatem, pietatemque præcipuam, tàm in animabus ſolandis, quàm in ſubleuandis corporibus teſtatam facere. Itaque non paucis poſt fundationem annis Sacerdos ille pijſſimus, ac Fundator eximius, P. Franciſcus Soto, cui ſecluſo dubio fides habenda eſt, diuino afflatus numine, Superiorique luce perfuſus, non ſemel aſſeueranter dixit: *Nullam è Monialibus huius Conuentus, quę ad hoc vſque tempus ſeſe in Dei obſequium mancipauerant, damnandam, quinimò omnes omninò ſaluandas fore, ſeque hanc gratiam à Domino fuſis pridem, iteratiſque precibus obtinuiſſe.*

Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Arctam, & incommodam extruxerat Domum recipiendis Virginibus deſtinatam bonus ille Fundator, ſiue ad id paupertatis ſpiritu vrgeretur, ſeu cogeretur neceſſitate ob nimias expenſas in Clauſuræ fabricatione iam factas. Exiguæ admodum, anguſtęve erant cellulæ, tecto, eoque parùm eleuato, immediatè ſubiacentes, obſcuræ, humidæ, ac propèmodum inhabitabiles. Optabat impensè Prioriſſa quædam his filiarum ſuarum incommodis ſubvenire, amplioresve cellas in expanſo quodam Monaſterij atrio ędificare: Sed deerat pecunia operi requiſita, quæ ad mille aureorũ ſummam aſcenſura credebatur; nec habebat vnde, aut à quo illam eruere, niſi vel à Beatiſſima Virgine cæleſtium opum diſpenſatrice, vel ab inexhauſto diuinæ prouidentiæ ærario, quibus maximè confidebat. Summo igitur huius rei deſiderio æſtuans, & inter ſpei, timoriſve veluti cõfinia conſtituta, die quadam, qua SS. Euchariſtiæ Sacramentum publicæ fidelium adorationi fuerat expoſitum, poſtquam Domino negotium enixè commendaſſet, recondita deinde Sacra Pyxide, extinctiſque candelis, atque à Sacriſtiæ Miniſtra inde translatis, duæ tantum, eæque inaccenſæ, propè vicinam oranti Prioriſſę cratem remãſerunt. Tunc ipſa feruida fide plena illas manu accipiens: *Eia* (inquit) *Domine Ieſu Chriſte, ſponſe mi amantiſſime, ſi eas cellulas Virginum manſioni opportunas extruere debeo, in ſignum beneplaciti tui accendantur illicò ſeipſis cadelæ iſtæ, & cum eis emortua ſpes reuiuiſcat.* Votis annuit Clementiſſimus Dominus; videt extemplo ſponſa Chriſti candelas inuiſibili,

ac

Ab anno Chriſt. 1598 ad 1599.

ac cęleſti virtute ignem concepiſſe, clarumque diuini nutus indicium facere. Ad tam prodigioſum ſpectaculum ſtupore perculſa, & in terram proſtrata amantiſſimo ſponſo gratias egit; nec minorem in anima ſua fiduciã experta eſt, quàm ſi totam ad ſumptus neceſſariam præ manibus pecuniam iam haberet. Præcluſo igitur in corde ſuo omni timoris aditu, viuaque ſpe pleniſſima, etſi omni humano deſtituta auxilio, ad opus ſe accinxit; arbores è loco deſignato auelli curauit; & vt incipienda fabrica cæleſti benedictione inauguraretur, proceſſionem indixit, in qua Imaginem Immaculatæ conceptionis B. Virginis ab vna Monialium efformatã ipſamet Prioriſſa reuerenter deferret. Mox cęptum eſt ædificium, & pręcisè poſt annum à proceſſione, ac in vigilia feſtiuitatis eiuſdem Immaculatæ Conceptionis, vbi primæ Veſperę in Choro ſolemniter cantabantur, omnimode perfectum.

Alia quædam non minori admiratione digna in hac etiam Cellarum conſtructione contingere, quæ ſilentio præteriri non licet. Obſtabant huic Prioriſſæ propoſito temporalium Adminiſtratores prouentuum, Dominus Abbas Benedictus eorum Præſidens, & Dominus Frãciſcus Baruffaldius, Conuentus indigentiam, reique impoſſibilitatem prætexentes. Inſtabat aliundè prędicta Prioriſſa tum apud ipſos, tùm apud Deum, Beatiſſimamque illius Genitricem, vt optatum aſſequeretur intentum. Dum res igitur hinc inde agerentur, nocte quadam in ſomnis Beatiſſ. Virgo Prioriſſæ apparuit, & *ne dubita* (inquit) *filia, exaudita es; Cella quantocyus extruentur*. Tùm primo diluculo ſupra nominatus Præſidens Prioriſſam inuiſit, & opportunè monuit Cellulas, vt volebat, ædificandas fore: ſibi iam Cardinalem Vicarium fabricandi poteſtatem feciſſe, ſeque proximo ſabbatho cum altero fabricæ Procuratore, ad perluſtrandũ, explorandumque ſitum Clauſuram ingreſſurum. Statuto die Sabbathi, qui Virgini Deiparæ ſacer eſt, Monaſterij ſepta ingreſſi ſunt; & quamquam eo animo Baruffaldius, qui præſentem, extremamque domus inopiam apprimè callebat, accederet, vt ædificij conſilium contraria ſententia, totoque niſu peruerteret, & acerrimè amoliretur; oppitulante tamen eadem Sanctiſſ. Virgine, ad quam Prioriſſa mentis illius conſcia has inter anguſtias iterum confugerat, vbi ad ianuæ limen pedem admouit, repentino veluti ſeu fulmine, ſeu carmine ictus (vt ipſemet poſtmodum eſt confeſſus) nullum vnquam vel minimum verbũ in aduerſum sẽſum proferre valuit, conſenſumque (proprio licet reluctante genio) præbere coactus eſt. Fauſtè igitur, fæliciterque cæpta eſt noua fabrica, fauſtiùſque, ac fęliciùs ad perfectionem vſque non interrupto labore continuata; imò nec deficientibus interdum è Cælo miraculis, tùm ad pecuniam operarijs mercede conductis debitam, cęteriſque ſumptibus exoluendis neceſſariam largiter, exactèque ſubminiſtrandam, tùm etiam ad pluuiã ſtatis temporibus ad murorũ coagmentationem requiſitam, non ſine Artificum ſtupore, obtinendam.

Sanctimonialibus interim habitatione commoda Deo dante, Virgineque auxiliante potitis, potiora è Cælo diuinarum benedictionum & gratiarum flumina depluebant. Alta ſiquidem, ſublimique in humilium cellularum receſſu cæleſtis Sponſi contemplatione diu, noctuque in diuina ſpectacula intentæ fruebantur; inde ad glorioſas ſupernorum ciuium manſiones indefeſſa mente, perennique omnigenarum virtutum exercitio anhelabant. Augebant deſiderium, feruorem acuebant continui, penèque familiares, qui-

quibus ab amato ſponſo, vel præueniebantur, vel cumulabantur, fauores. Pauca hic ad reliquorum fidem adducemus exempla.

Anxia quandoque vna illarum de ſalute Parentum, qui iam pridem vita exceſſerant, diuinam pro ipſis miſericordiam enixis precibus efflagitabat, & tunc fortè ad hunc finem in hortum conceſſit, vt ſacella ſeptem, intra eiuſdem ſepta ad ſeptē Eccleſiarum lucrandas indulgentias conſtructa, viſitaret. Dum his curis intenta per varias amæni loci calles ſpatiaretur, audit improuisò auiculam præcelſæ oleæ incumbentem, ob diſtantiam tamen viſui non conſpicuam, quæ ſuauiſſimo cantu auras ſimul, aureſque demulcebat. Subſtitit ad concentum Virgo ſollicita, & præcedentium cogitationū æſtu, fauſtiſſimoque arboris pacem portendentis omine incitata, in hæc verba prorupit: *O* (inquit) *Domine mi, ò Sponſe ſuper omnia dilectiſſime, cui me totam à prima infantia conſecraui, dignare amabo, dignare ſeruam tuam legitima mæſtitia diductam aliquantum ſolari. Oſtende (precor) quæ Patri meo poſt fatum fors contigerit* (tunc enim vrgentior Genitoris neceſſitas memoriæ inſederat) *Fac Domine* (ſubiunxit) *Tu (inquam) cui cuncta pro libito obediunt, vt ſi ſaluus eſt, hæc auicula in manus meas aduolet.* His penè vix prolatis, obediens cōfeſtim auicula ſe ſe ramo eripuit, mæſtæque Virgini benè auſpicatæ, abblandiens, ac geſtiens in manus ſe ſe demiſit.

Altera vice cum eadem Chriſti ſponſa ſimilia pro defuncta Matre pietatis opera exerceret, nec minori pro ſalute ipſius premeretur anxietate, ſubijt illicò mentem illius præcedentis gratiæ memoria, qua de immenſa cęleſtis Sponſi bonitate certior facta, eandem, quam pro Patre, orationem effudit, audiuitque vocem ſibi dicentem: *Quodnam vis, ò Filia, maternę ſaluationis indicium?* Ad hanc vocem ſubitanea correpta lætitia, ingentique fiducia erecta, huc illucque per hortum, in quo etiam tunc obambulabat ſolitaria, circumferebat oculos; vt videret ſi quid illi, cui acquieſceret, quodve expeteret, obvium foret. Cernit roſaria quædam rigente bruma arida (frigidiſſimum etenim hyemis tempus, menſiſque Ianuarius tunc incumbebat) Placuit confiſæ Virgini eorum optio, poſtulauitque roſam è ſpinis enaſcentem in ſignum ſibi donari. Et ecce repentino prodigio intempeſtiuā aduſta, & infęcunda ſpina roſam protulit, quæ primùm ab exhilarata Virgine lætanter lecta eſt, poſtmodum verò reliquarum Sororum oculis, manibusve probata, maximum illis tùm gratitudinis, tùm fidelitatis extitit incentiuum. Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Nec ſponſo diuino ſatis fuit tot, tantaque vni, aut alteri ſponſarum dilectionis ſuæ præbere argumenta, totum etiam illarum Collegiū non abſimilibus voluit præuenire fauoribus: Nam vltra ſecuritatem, quā (vt ſupra notauimus) medio fundatore de futura quarumcumque ſalute mētibus illarum inſeruerat, eas quoque multiplicibus ſignis de imminenti cuiuſque obitu præmonere dignatus eſt. Nunc etenim inſolito modo, oreque inuiſibili moritura vocatur Monialis, nunc per Eccleſiam vndequaque occluſam Columbæ volitare viſuntur; nunc audiuntur voces inuiſæ veluti multitudinis cōfusè colloquentis, nunc percutitur porta, nunc ſcamna, vel menſæ feriuntur; nulla denique Sororum è viuis excedit, nulla tam repentina morte eripitur, quam antea vel aliquod ex prędictis indicijs, vel ſimile aliud non prænuntiet.

Multa, miraque rei huius referuntur exempla, duo tantum præ cęteris ſelecta hìc adijcio. Pridiè quam Soror Vrſula à Purificatione Laica, decimaque earum, quæ in

Ab anno Chriſt.1598 ad 1599.

die fundationis ſacrum Religionis habitum ſuſceperunt, lecto decumberet; ærea, ſed inaurata Tabella, Altari ſuperpoſita, & Immaculatæ Conceptionis Icone cõſpicua, quãquam pondere grauis, ac difficile mobilis, ſe ſola de loco dimoueri viſa eſt, primò ab vna Monialium, deinde à reliquis omnibus; terniſque vicibus per totam Altaris areã rectò procedere. Quod S.Imaginis prodigium, tanquam futuræ alicuius mortis præſagium à Sanctimonialibus acceptum, euentu non caruit; poſtera namque luce prædicta Soror Vrſula febre intercepta, receptiſque confeſtim Sacramentis in Domino occubuit 30. Decembris anni 1632.

Soror Maria Ioanna ab omnibus Sanctis, oculis orba, integros cum exemplari cæcitatis patientia duodecim annos exegerat; nec tamen inde à Chori, cæteriſque Communitatis actibus vnquam abfuerat. Diebus octo antequã vltima ægritudine corriperetur cymbalum cõuocando Populo idoneum, & in editiori ædium loco appenſum, bis inſonuit nemine quatiente. Et *ecce* (inſit illa, cæteris interea Sororibus ad inaſſuetum ſonum ſtupentibus) *certiſſimum obitus mei ſignum.* Prædictionis veritatem ſubſequens firmauit effectus. Poſt dies octo decubuit, & pridie quàm moreretur, quæſiuit, quis dies illuceſceret; cumque reſponſum fuiſſet, eſſe vigiliam feſtiuitatis Aſſumptæ Virginis: *Benè eſt* (retulit) *ſatis temporis ſupereſt, vt ſemel adhuc ſacro viuifici corporis pane reficiar, antequam vita fungar; mor. ſiquidem mea ad ſequentem meridiem dilata eſt.* Primò igitur aduentante diluculo ſacroſancto Euchariſtiæ pabulo recreata, ad prænotatam horam fæliciter obdormiuit in Domino 14. Auguſti 1658.

CAPVT XLII.

Præcipuarum Præfati Conuentus Sancti Ioſeph Monialium elogia breuiter perſtringuntur, nec non Fundationes aliæ ex eo emanatę adnotantur.

RAtio, & Hiſtoriæ noſtræ contextus poſtulãt, vt huic Monaſterij S.Ioſeph Fundationi adijciamus aliqua tùm de Sanctis illius Fundatricibus, tùm de quibuſdam alijs Religioſis Virginibus, quæ vitam in eo virtutibus illuſtrẽ iam beato fine clauſere.

Prima fuit V. M. Agnes à Ieſu naturali indole lepidiſſima, atque amabiliſſima, ad pacem, concordiãque maximè propenſa, tantaque virtute prædita, vt nullam vnquam vel minimam actionem Moniales reliquæ ab ea editam aduerterint, qua vel alias offendi potuiſſe, vel ipſam à recta perfectionis via tantillum aberrauiſſe ſuſpicari liceret. Multis, grauiſſimiſque infirmiratibus hydropiſis, catharri, contractionis neruorum, alijsve ſimilibus fuit obnoxia, quæ ad vltimam vſque ſenectam, hoc eſt, ad ſeptuageſimũ ſecundum ætatis annum, Religionis verò quinquageſimum tertium, illam ita anxerunt, vt inde altera ſcapularũ prægrandi tumore, ſeu gibbo excreuerit; dum cætera membra diſtracta, diſtortave fuerint, totuſq; corporis habitus à iuſta menſura ad ſtupendam exiguitatem deformatus. Poſtquam igitur tot, tantoſque morbos eximia, & ineluctabili animi conſtantia diutiùs toleraſſet, die quadã quæ fuit 28.Martij anni 1651. ad inuiſendam, ſolandamque V.M. Iuliam à Sanctiſſ. Crucifixo, Monaſterij tunc temporis Prioriſſam, lecto grauiter decumbentem, perrexit. Cellam eius ingreſſa,

Digitized by Google

greſſa, colloquium cum ea aliquandiu miſcuit; cum ecce in mutua ipſa confabulatione ęgra Prioriſſa ſuperiori quodam ſpiritu agitata, & ad Agnem conuerſa: *Heus* (inquit) *Mater, volumus nè ſimul ad videndum Chriſtum in Cęlum properare? Dic (quæſo) vis nè venire mecum?* Reſpõdit ipſa, ſe in hoc voluntati diuinæ libẽter parituram. Interpellauit iterum Prioriſſa nouo feruore excita, validiorique manu, quàm ab infirma præſumi poſſet, arrepto illius Scapulari, an ſeriò id vellet? Illaq; de nouo reſponſum confirmante: *Sat eſt* (ſubiunxit) *ibimus ambo, ibimus, ò chariſſima Mater, ſimulque ſponſo noſtro in æternum fruemur.* Poſt hæc cum in Triclinium ad refectionem M. Agnes deſcendiſſet, ſumptoque cibo in Cellam rediens ſcãdendis ſcalis procederet, ſubito deliquio in terram corruit, itavt ſenſibus orba inter Monialium brachia, lacertoſque neceſſe fuerit deportari. Vtraque igitur vno, eodemque penè momento temporis extremis vrgetur mortis angoribus, & Prioriſſa primum inter multiplices, feruenteſque amoris diuini, ac intimæ teneritudinis actus, quibus Filiarum pectora vario doloris, pietatiſque ſenſu diducta in lachrymas colliquefiebant, animam puriſſimã efflauit: Mater verò Agnes ad horam circiter cum morte luctata, puriſſimum itidem ſpiritum Deo reddidit. Detumuit ſubitò poſt necem ſacrum huius Virginis Corpus, nulla licet intercedente prauorum humorum euacuatione, & ad debitam iuuenilis ætatis ſtaturam reſtitutum tanta gratia, tanta pulchritudine perfuſum remanſit, vt & Medicis, & Sororibus, & cæteris omnibus ſpectantibus admirationi eſſet, omniumve corda ingentibus deuotionis, & reuerentiæ motibus perculerit. Nequaquam hic ſilentio prætereundum eſt, quod ei aliquando grauiter lapſæ contigit: Cum enim dirè læſa per multa vulnera ſanguinem profunderet, & in eo prouoluta nec reſurgere valeret, nec à quo ſubleuaretur adeſſet; appulit eo ipſo inſtanti ad Conuentus Rotam, qui libras aliquot vitulinæ carnis in eleemoſynam afferret. Erogatis à Rotę Miniſtra pro beneficio gratijs, ſubdidit, in Monaſterio eiuſmodi edulio opus non eſſe, cũ in eo nulla Sororum infirmaretur, cui carnibus veſci liceret; Tunc ignotus ille beneficus retulit in hunc modum: *Accipe* (inquit) *Mater; eſt in Domo, quę cibo iſto egeat; vade, quęre illam, & ipſi auxiliare.* Quo audito Religioſa Virgo confeſtim Prioriſſam adiuit; quæ ſibi enenerant, quæve audierat renuntiauit; adhibitaque diligenti perueſtigatione, inuenta eſt Mater Agnes humi iacens, proprioque cruore madida, atque ad vltimum penè halitum perducta. Obſtupuere Virgines ad tam horrendum, ac ferale ſpectaculum, propitiaque manu rigenti iam Sorori opportunè opem ferentes, diuinam bonitatem, in tàm vrgẽti neceſſitate, modo adeò mirabili, prouidè ſuccurrentem, ſummis laudibus extulerunt.

Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Secunda Monialium, quæ in feſtiuiſſimo Fundationis die religioſo habitu ſunt indutæ, fuit V.M. Maria Fælix à Matre Dei; quæ & ipſa prima, ab Auguſtiniarum è Monaſterio diſceſſu, ad eius regimen, ac Prioriſſæ dignitatem fuit aſſumpta. Ab eo ad hodiernum vſque diem, etſi iam mortua, vt viuum tamen regularis obſeruantiæ ſpeculum, ſemper habita eſt; eius, nec non diuini cultus zelantiſſima fuit; communibus omnibus, dum viueret, religioſę vitæ actibus indefectibiliter, ac indefeſsè interfuit, niſi vel premente morbo notabili, vel ineuitabili vrgente cauſa, impediretur. Tenerrimo in Deum amore agebatur, quo tanta in eam morum, conuerſationisve refunde-

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

batur ſuauitas, vt ipſamet ab omnibus tenerrimè amaretur. Eodem, quo vixerat, modo deceſſit; eccleſiaſticis ſiquidem Sacramentis munita, vltimum adeo virtuoſæ, ac placidiſſimæ vitæ diem virtuoſiſſimè, ac placidiſſimè clauſit 8. Ianuarij anno 1635. Maxima cum patientia ne ſingulari dicam alacritate, morbi tolerabat dolores; nec rarò cum à Sororibus viſitaretur, Superiori, neſcio quo genio acta, lætanter quidem, ſed (vt videbatur) intempeſtiuè exclamabat: *O quàm pulchros affertis flores, quàm pulchra lilia, quàm pulchras roſas!* Quamquam autem fideliſſima hęc Dei ſerua tam laudabiliter in ſtadio religioſæ vitæ ſemper inceſſerit, & ad metam vſque tandem peruenerit, in eius tamen perſona nobis relictum eſt, vt inſcrutabilia Dei iudicia ſubmiſſa mente reuereamur, quemadmodum ſequenti apparitione liquidò conſtabit. Octo poſt obitum reuolutis menſibus Nouitia quędam, cui defuncta Mater ſacrum Religionis habitum impoſuerat, ſtrato iacens, & altè obdormiens, videre ſibi viſa eſt, ſe chorum intrare, in quo Religioſæ Virgines diuinis officijs vacabant, quemve præ nimio calore, quo ad primum ingreſſum correpta eſt, tanquam ignitam fornacem æſtuantem inuenit. Iactatis deindè oculis verſus altare, quo SS. Euchariſtiæ Sacramentum repoſitum aſſeruatur, proximè ſedentem vidit prędictam Matrem Mariam Fælicem, quæ ſibi aſſideret nutantibus oculis innuitauit. Præſtitit quod præcipiebatur obediens Nouitia, & ad eam accedens, flagrantiſſimum calorem ex ea erumpentem experta eſt: Interpellauit illam; *Quid in altera vita fieret? Benè* (inquit) *ei, qui benè, malè verò illi, qui malè egit. Scio* (ſubdidit) *Soror dilectiſſima, rigidiſſima eſſe, ſubtiliſſimaque Dei iudicia, multaque ijs, quæ apud mortales pro nihilo habentur, altiori momento diſcuti, ac puniri.* Salutaria exinde monita Monialibus referenda mandauit; ſingulariter verò circa Sacramentorum venerationem, ac frequentationem, debitamque in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio attentionem. Adiecit præterea, ſe illic adeſſe, vt negligentias huic obſeruantię maximi apud Deum ponderis contrarias adnotaret: Deum vltra modum remuneraturum, quæ pro ſe lubenter tolerarentur; huius rei gratia Laicam quandam Monialem Ordinis S. Franciſci eo ipſomet die vita functam recta in Cælum euolaſſe, nec Purgatorio igni fuiſſe obnoxiam: ſe demum flammis illis diriſſimè cruciantibus eſſe adactam, vt vſque ad vltimum quadrantem ſolueret, quæ in vita peccauerat, leuiſſimaſque culpas à ſe nõ ſatis ſuo muneri fungenti commiſſas exactiſſimè expiaret: Virginem quippè Religioſam, ac Deo ſacram, *ad magnam in omnibus, quantumuis etiã minutiſſimis rebus, perfectionem* adſtrictam iri. His dictis, poſtulatiſque ab ea pręcibus, poſtquam ipſam valere iuſſit, nè vlli de apparitionis veritate dubium eſſet, protentam manum brachio illius applicuit. Senſit ſe ſtatim Nouitia improuiſo tactu, ceu ignito ferro, adurere, doloriſque vi experrecta validè exclamauit, ac ingenti vlulatu circumvicinas perterruit Sorores. Accurrerunt omnes ad eiulantis vocem, ſubleuataque tunicæ interioris, qua tegebatur lacertus, quæve omninò illęſa cernebatur, manica, pro monſtro fuit, quòd quinque digitorum ſtigmata carni impreſſa, & intumeſcentes in ea ad maioris nucis menſuram veſicas repererint. Aduocatus eſt Medicus vt videret, ſi quid remedij adhibendum foret, qui ſtupore perculſus liberè faſſus eſt eiuſmodi aduſtionem non à materiali noſtratum igne, ſed à ſuperiori, maioriſque virtutis debuiſſe procedere; nec ſe in arte ſua quid-

Digitized by Google

quidquam habere, quo ſanari poſſe arbitraretur: Conſueta tamen admouit medicamenta, vt ſaltem experiretur, an ad leniendum dolorem aliquantum valerent. E contra factum eſt, in tantum enim acutiſſimus doloris ſenſus increuit, vt de ipſiuſmet Medici conſilio non inutilia ſolùm, ſed nociua quoque vnguenta detrahi neceſſum fuerit, nec aliud mitigando malo remediũ adinuentum ſit, quàm aqua benedicta, qua ęgra pars illinita fuit: Adeo certum eſt præter naturalibus affectibus ſupernaturales effectus eſſe requirendos. Aliquo poſt tempore cum Monialis alia maxima quadam premeretur anguſtia, V.M. Agnes, de qua iam ſupra mentionẽ fecimus, eandem M. Mariam Fælicem ſe vocantem audiuit, & ab ea, vt prędictæ Moniali ſuccurreret, accepit. Timuit illa ad improuiſam, & inſolitam Matris iam defunctæ, ac miſerentis vocem, & neſcia quid ageret, vacillabat, cum iterato bis imperio, tandem obedijt, & indigenti, vt præmonuerat, Sorori opem tulit.

Inter egregias iſtas, præcipuaſq; Tereſiani Inſtituti ſectatrices duæ numerantur Neptes Eminentiſſimi, ac fęlicis mem. Cardinalis Baronij; M. videlicet Tecla à S. Paulo, & M. Tereſia à Ieſu. Illa timorata ſupra modum conſcientia, profundiſſimaque humilitate prædita ſemper extitit; adeò vt nulli vnquam vel minimum ſe ingeneraſſe faſtidium arbitrata ſit, quin ſtatim ſe ad illius pedes veniam precatura proſternere viſa fuerit. Quamplurimis, grauiſſimiſque afflicta infirmitatibus, eas omnes ad extremum vſque flatum quam patientiſſimè exantlauit. His licet diriſſimè concuſſa, tanto tamen mortis horrore percellebatur, vt ad ſolum eius nomen, aut cogitationem contremiſceret, & expalleret. In hoc ergo ſe ſe Miſericors Deus in ſolatium famulæ ſuæ facilem, ac benigniſſimum oſtendere dignatus eſt; quod cum fælix obitus ſui affulſiſſet hora, ſalutaribus munita Sacramentis, nec loquela, nec ſenſibus, ſanoue iudicio deſtituta, tranquilliſſimè, & abſque vllo naturæ renitentis indicio quieuit in Domino die 6. Iunij anno 1655. ætatis ſuæ 67. Religionis verò 51. Ab Anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Eiuſdem Cardinalis Baronij altera Neptis, quam M. Tereſiam à Ieſu nuncupatam mox diximus, ſingulari emicuit prudentia, propriæ ſui ipſius abnegatione, exactiſſimæ in obſeruantia regulari fidelitate, tenerrimoque affectu in Dominicæ Paſſionis veneratione. Vltimo tandem, mortiferoque per annum integrum morbo elanguit; Cumque nimia cibi inappetentia debilis ſtomachus afficeretur, omniaue eduliorum genera faſtidiret, reſpueretque, die quadam mentem inſedit repentina Perdicis edendæ cogitatio: Et ecce Infirmarum Miniſtra tunc fortè hortum ingreſſa, eiuſmodi Auiculam puteo circumuolitantẽ, vrnæque tandem aquæ plenæ inſiſtentem aduertit; quam facilè manu prehendens decumbenti Virgini detulit, eiuſue non tam corpus delicato paſtu recreauit, quàm animã in Diuinæ Prouidentiæ demirationem, ac laudes effuſam exhilarauit. Accedente demum vltima fœlicis tranſitus hora, quam æſtuanti videndi Sponſi deſiderio tandiu expetierat, tandiù expectauerat, Sacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis, ceu impenetrabilibus armis ad imminentem cum hoſte pugnam, ſeſe præmunijt: Nec fruſtrà ſanè, multum enim illi cum eo, tùm horribiliter apparenti, tùm exitium dire interminanti, præliandum incubuit. Inter alia, quibus ipſam furioſus ille laruarum fictor terrere conabatur, portenta, nonnullas eius obtutibus obijciebat amygdalas, quas ſine licentia dediſſe mentiebatur, & affir-

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

affirmabat. Ad propitium tunc diuinæ miſericordiæ, ſeu tribunal, ſeu aſylum humillimè ſimul, fidenterque confugit intrepida Virgo, ac circumſtantium ſororum adiuta precibus, imploratoq; Diuini Numinis auxilio corroborata, omnes inuicto animo infenſiſſimi inimici, ſeu aſtus eluſit, ſeu ictus retudit. Momento poſt mœſtis rebus repentina ſucceſſit hilaritas, Victrixque Tereſia, Triumphantis more, victoriæ veluti occinens: *Benedictus ſit* (inquit) *Dominus, & in æternum laudatus: E conclaui profugit immanis illa beſtia. Nè amplius perterreamini, Sorores chariſſimæ, mox è Conuentu toto proturbatam videbitis.* Quo dicto ad Dominum conuerſa, & in hæc verba vltimo effuſa: *Accipe Domine, quem in manus tuas commendo, ſpiritũ meum*; Virgineam animam continuò efflauit, 15. Iunij 1615. ætatis 31. & Religionis 11. remanente interim puriſſimo corpore tanta pulchritudine condecorato, vt intimos deuotionis ſenſus è cordium penetralibus affatim erueret. Deſcendentes ſtatim in Chorum Sanctimoniales, vt defunctæ Sororis animam Deo commendarent, ingentem per ſcalas, quaſi Cateruarum multarum confuſè, ac tumultuariè ſeſe prorumpentium, ſtrepitum audierunt, quo tanquam ab imis fundamentis tota domus concuſſa proſterni videbatur, inueneruntque extinctam lampadem, dirutum Altare, ſparſa hinc inde candelabra, omnia denique inuerſa, direpta, violata.

Octaua ſupranominatarum Virginum, quæ in hoc Monaſterio Religioni nomen dederunt, fuit Soror Iuſta à S. Ioſeph, quæ ſub humili laicæ habitu, miniſterioque fideliter Deo inſeruijt. Mira profectò fidelis hæc Chriſti famula enituit ſimplicitate, orationi addictiſſima fuit, flagrantiſſima charitate exarſit; viliora ſemper, difficiliaraue Monaſterij munia ſumma mentis alacritate obijt, indefeſſo corporis labore compleuit: perenni deuotionis teneritudine liqueſcebat cor eius, internique ſenſus ſuauitas in externã faciem effluebat. Singulari præſertim, ac maiori, quàm cuique credibile ſit, veneratione coluit S. Didacum, ad cuius celebrandas feſtiuitates, orationibus, ieiunijs, alijs ve tùm pietatis, tùm mortificationis operibus longè ante ſe præparabat. His virtutum progreſſibus ad deſideratam anhelans Patriam, ad fauſtam tandem, fortunatamque illius aſſecutionem fęliciter peruenit. Vltimus autem eius ad illam tranſitus prodigijs non vacauit. Grauiſſima igitur, extremaque affecta infirmitate lecto cum decumberet, petijt aliquando à M. Prioriſſa, vt lucerna noctu inextincta in Cella remaneret. Annuit hæc, ægrè tamen ratione paupertatis; quod aduertens infirma: *Noli* (inquit) *è Mater, poſtulatam gratiam, aut recuſare, aut moleſtè ferre; Certò ſciat R. V. Deum etiam antequam ſepeliar, charitatem hanc abundanter remuneraturum.* Promiſſo ſtetit Clementiſſimus Dominus; cum enim è viuis emigraſſet, ac circa cadauer feretro ſuperpoſitum Religioſæ Virgines Defunctorum officium perſoluerent, acceſſit neſcio quis ad Monaſterij Rotam, vtremque oleo plenum in eleemoſynam tradidit. Eadem ipſa hora, qua ſpiritũ emiſit Sancta hæc Dei Serua, Ven. ille Monaſterij Fundator P. Franciſcus Soto in viſu incidit in ſolemniſſimã quandam Proceſſionem, cui S. Didacus præſidebat, quæque ad S. Ioſeph videbatur procedere. Mox cauſam interpellatus, reſponſum fuit: *In Monialis gratiam, quæ tunc in eo Monaſterio è viuis excedebat.* Vnde ſummo mane Monaſterium petens, & præſcitam non ſine ſanctimonialium ſtupore, Sororis Iuſtæ renunciauit mortem, & præciſam eius horam ſignauit.

Duæ

Digitized by Google

Duæ reſtant affigendæ hìc, effigiendæque Moniales, à primis quidem illis diuerſæ, meritis tamen neutiquam impares, aut inferiores. Prima fuit Soror Fauſta à S. Laurẽtio, Religioſa Virgo ſtrictiſſimæ, exactiſſimæque obſeruantiæ, pœnitentiæ verò rigoroſiſſimæ, ac ſupra quam fingi poteſt mirabilis. Florentibus tantum iuuentutis annis Deo in Religioſis Caſtris, Clauſtriſue militauit (ad vigeſimum ſiquidem, & octauum ætatis ſolummodò attigit) nihilominus tamen horrendis propemodum ſubiacuit infirmitatibus: quas omnes generoſo ſemper animo pertulit, & inuicto (vt dicitur) Marte, ſiue (vt veriùs, & minus indulgenter eloquar) ſuperna virtute ſuperauit. Vrgentibus quamquam afflicta malis, diriſue vltramodum preſſa doloribus, nunquam tamen audita eſt vel minimum planctum (inutile quidem remedium, ſed leue ſaltem miſerorum ſolatium) edere. Crebris, communibuſque Chori officijs inceſſanter aſſiſtere voluit, quãuis & morborum vis, & pietas Sororum, & Superiorum conſilia ſecùs ſuaderent. In Choro, quantolibet cruciaretur angore, diuinas laudes canere nunquam deſijt; quod quidem tàm ſuaui, tàm clara, tamque alta voce præſtabat, vt adſtantes omnes in admirationem raperet, & intimis deuotionis motibus percelleret. Vbi Choro exibat, redibant illicò ægritudinis ſenſus, qui priùs ſuſpenſi videbantur, ac denuò illam dirè torquebant. Euomebat tunc ore ingentem ſanguinis copiã, dumque in Cellam regreſſura ſcalarum illi gradus emetiendi eſſent, manibus potiùs reptans, quàm pedibus innixa cogebatur incedere. Altè feriebant hæc omnia Monialium pectora compaſſionis affectu emollita; vnde interdum puellam exorabant, vt quam cęteris omnibus exeſtuantis charitatis ſignificationem exhibere conſueuerat, in ſeipſam aliquantum non dedignaretur partiri: quibus ipſa gratioſè aliquando reſpondebat: *Sanguis pro ſanguine retribuendus eſt, dilectiſſimę. An neſcitis, quid de Sponſo noſtro dicatur: Sponſus ſanguinum tu mihi es?* Aliquando verò rythmicè, & ingeniosè referebat: *Qui non dat de quo dolet, non acquiret quod volet.* Itaque his reſponſis conuictæ Virgines illã poſtmodum ſui iuris eſſe ſinebant. Verùm poſt tot, tantoſque exantlatos labores, vltima tandem, grauiorique correpta ægritudine, per annum integrum lecto, ceu Cruci cum Chriſto Amantiſſimo Sponſo affixa iacuit. Data deinde hora (quæ ſanè illi fauſta, optabiliſque cenſeri debet) qua puriſſima anima ex hoc non tàm corporis carcere, quàm meritorum ſcrinio ſoluenda erat, receptis ſumma deuotione Sãctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis, placidiſſimo veluti ſomno obdormiuit in Domino anno 1612. ætatis (vt ſuperius innuimus) 28. Religionis verò 11. Hac ipſiſſima hora puerulus quidam annorum tantum circiter trium Auiæ in lecto adiacens, ſubitis eam motibus, ſtridoribusve exitauit à ſomno: & *ò Auia* (inquit) *Virginum vna modò defuncta eſt ad S. Ioſeph, ac ſtatim pulcherrima Columba, ipſaque alba, alba, ſupra ſacrarum ædium Campanile pertranſiit, quam horrida, nigrane larua furca, ſeu harpagine arripere, atque conficere tẽtauit; ſed ipſa ictum declinans, ac celerrimè ſeſe prorripiẽs recta in Cęlum euolauit.* Illuceſcente mane præfata Auia venit ad Monaſterium, ſecum puerulum adducens, qui viſum lepidè enarrabat, horaque ſignanter memorata, eadem prorſus inuenta eſt, qua candidiſſima hæc Paradiſi Columba terreſtribus exuta fæcibus cœleſtem commigrauit in Aulam.

Ab Anno Chriſti 1598 ad 1599.

Vltima denique Monialium, de qua hìc mentionem faciendam habemus

Digitized by Google

Ab anno Chriſt. 1598 ad 1599.

bemus, fuit Soror Catharina à S. Iuliano. Hæc in Religioſa ſimplicitate, ac in cœleſtium contemplatione maximè excelluit. Sublimiſſima euecta oratione, diuinorũ patiens extitit, pluribuſque in ea viſionibus, ac ſupernis communicationibus potiebatur, ſi Confeſſarijs fides habenda ſit, quibus ſolis ad aurem arcana omnia gratiarum, chariſmata ſibi diuinitus conceſſa, alto tamen premenda ſilentio, frequenter, fidenterque pandebat. Inde pauca tantum ſtatim ſubijcienda reſciri potuerunt. A prima infantia Chriſto Domino in Sponſam fideliſſimam, atque perpetuam ſeſe deuouerat; cumque iam ætate prouectior de adimplendo voto ſeriò cogitaret, & à Parente Religionem ingrediendi licentiam non rarò poſtulaſſet, ægrè tulit Pater gnatæ propoſitum, ipſamque nuptum tradere Viro cupida mente verſans, duriſſimis interdum verbis, interdum etiam & inflictis verberibus excepit. Mæſta igitur aliquando de Parentis renitentis conſilio, & in lachrymas vbertim effuſa, in hortũ cõceſſit, vbi viſibili D. Barbarę apparitione dignata, & ab ipſa Franciſcę nomine (ſic enim vocabatur) bis accita, his demũ verbis eam Virgo ſolata eſt. *Ne dubita* (inquit) *Monacha eris, nec Genitori tuo quantumcumq; reluctanti id vnquam licebit interuertere. Fidelis eſto Domino, certòque ſcias ipſum te nunquam dereliqturum.* His dictis illicò euanuit. Rei exitus promiſſum comprobauit: Varijs etenim, & inexcogitatis vijs Bononia, natali ſolo, Romam perducta, in hoc tandem Monaſterio S. Ioſeph Religioſo velo donata eſt. In eo vitam duxit pœnitentia, laborem manuum, cæteriſque virtutum operibus, & omnigena ſanctitate conſpicuam. Horti curam ſuſcepit, & in eius cultura ſollicitudine maxima, maxima cum amoris ſignificatione diutiùs inſudauit. A mane ad veſperam in hac opera intendebat ſolitaria, Deoque ſoli colloquens, & ad ipſum aſpirans; intempeſtæ verò noctis horas ferè omnes in oratione inſumebat. Tot cumulata meritis ad vltimam tandem præſentis vitæ metam peruenit: Interpellante autem illam Confeſſario: *Quid tunc impenſiùs optaret? Voluntatem Dei adimplere*, reſpondit, *& antequam è viuis excederet, dirum aliquid pro Animabus Purgatorij, ſibi ſemper dum viueret chariſſimis, tolerare.* Vix dixerat, cum tibiæ velut igne ſuperpoſitæ exarſerunt, ebullientibus hinc inde veſſicis ſcaturientes, & ſanguinolenti cruoris guttis ſtillantes, donec producto ad viginti quatuor horarum ſpatium martyrio, nigrę, aduſtęque ſubſtitere; flagranſque interno charitatis æſtu deuota Virgo flatum vltimum adeò ſuauiter emiſit, vt vix crederetur expiraſſe. Pretioſa autem *eius* mors contigit die 31. Auguſti anno Chriſti 1647. & ętatis ſuę 90. ac Religionis 40.

Hæc ſunt, quę circa hanc Monaſterij S. Ioſeph fundationem, præcipuaſque, ac iam vita functas illius ſanctimoniales percenſenda habuimus, cætera vel proprijs hiſtoricis deſcribenda, vel ſuis locis inſerenda relinquentes; quibus ſanè diuinam bonitatem, quę vna, eademque ſemper in ſe ſubſiſtens, varijs, miriſque modis vbique ſeſe diffundit, ſummis laudibus efferendam fore minimè dubitamus.

Hoc tantum hìc, antequam Caput iſtud abſoluam, & ad reliqua Hiſtoriæ noſtræ progrediar, adnotandum putaui; Ex hoc videlicet Sancti Ioſeph Monaſterio, velut è quadam Carmelitici fontis ſcaturigine, duos alios Tereſianarum Virginum Conuentus, tãquam riuulos dimanaſſe: Vnum ſub Titulo Sãctæ Tereſiæ Fano fortunæ agri Gallici Vrbi, Piſaurum inter & Senogalliam, non longè à Metauro amne, ſitæ;

Digitized by Google

ſtræ; ad quem Venerabiles Matres Maria Magdalena à Chriſto, & Flauia ab Angelis, vna cum Sorore Anna Maria à Sancto Bernardino, vt prima illius fundamenta locarẽt, miſſæ ſunt anno 1632. Alterum hìc Romæ Corporis Domini nuncupatum, & ab Eminentiſſimo fęlicis recordationis Cardinali Gymnaſio fundatum; cui principium dederunt Germanæ Sorores M. Tereſia à Ieſu, & M. Maria-Agnes item à Ieſu, quæ ſecum ex hoc S. Ioſeph Cœnobio Sororem quãdam Laicam nomine Chriſtinam à Sancto Clemente, deduxere. 27. Decembris anno ab Incarnatione Dominica 1637. In quorum vtroque Regularis Tereſiani Inſtituti obſeruantia mirificè viget, ac ſplendidè relucet. Sed in amœnis iſtis Virginalium florum, fruticumque viridarijs ſatis ſuperque ſpatiati ſumus: Ad noſtram Sanctæ Marię de Scala Religioſi Tyrocinij ſcholam, quam Dęmonis fraude interturbatam ſpectabimus, iterum reuertamur.

CAPVT XLIII.

De Fratre Dęmoniaco, qui primus omnium in S. Mariæ de Scala ſuſcepit habitum atque inter donatos profeſſus, tandem ad ſæculum remeauit.

CIrca finem anni 1597. qui primus fuit fundationis Sanctæ Marię de Scala, duo iuuenes ſæculo abrenuntiantes omnium primi conſcripti ſunt in albo tyrocinij Tereſiani, non quidem vt Choro addicerentur, ſed inter donatos laborioſis Monaſterij exercitijs mãciparentur. Hi curriculum nouitiatus annuum emenſi, die vigeſima Nouembris anno proximè ſubſequenti vota donatorum nuncuparunt, vt tunc moris erat, ſimplicia. Prior illorum vocabatur Fr. Gaſpar, alter Frater Stephanus à Sanctis, quorum diſpar admodum fuit in Religione conuerſatio. Nam Fr. Stephanus quidem præclarus admodum Dei Seruus in Domini, Fratrumque ſuorum mancipio pluribus impigrè deſudauit annis, & in humili ſeruitio, feruenti deuotione, & animi ſimplicitate perſeuerauit, non infrequentibus à Deo cumulatus gratijs, atque à viris Principibus, totaque ferè Roma virtutum Religioſarum gratia in amore habitus, & veneratione, vt ſuo loco fuſiùs dicemus. Ab anno Chriſt. 1598 ad 1599.

Ille verò (quæ ſunt Diuinæ mentis arcana nemini ſatis admiranda) Dœmonis organum fuit, quo naſcentem reformationem varijs modis conatus eſt opprimere, & nonnellas Carmeli plantas in ipſo ortu extirpare.

Nouerat bonorum omnium inimicus, ſe cum viris adeò ſpiritualibus aperto marte non poſſe confligere; orditur ſtratagema, quo per Fratrem energumenum, & præſens adeſſe, & quamlibet occaſionem carpere, & pro re nata flammantis inuidiæ tela poſſet intorquere; eò cautiùs, ſecuriùſque, quò maiori ſpecie Religionis, & auſteritatis. Nam Frater Gaſpar toto tyrocinij tempore non vulgare præſeferebat deſiderium obſeruantiæ religioſæ, & magno feruore ſtudium amplectebatur orationis; & præter ſuæ vocationis exercitia ſolita, nunc has ſuperaddebat, nunc illas ſuperaddere poſtulabat auſteritates. Non rarò tam inſolitis æſtibus præ patiendi deſiderio abripiebatur, vt ſui nequaquam compos eſſe videretur. Non placebat nõnullis ſpiritus tam peregrinus; plerique, cùm nihil mali ſubeſſe videretur, in ſuauiorẽ partem cuncta interpretabantur; feruorem

Ab anno Chriſt. 1598 ad 1599.

uorem deuotionis hominem inaſſuetum impetu quodam obruere, vinum nouum in vtres veteres ſucceſſu temporis, vſuque temperandũ.

Sed inquietus ſpiritus motibus illis ſub ſpecie feruoris editis proprios impetus celabat, quibus agitabat hominem, & intento ſuo, quo ſub pietatis, nimijque rigoris ſpecie, aut turbare, aut decipere pleroſque ſperabat, viam egregiè ſternebat. Voluit autem Diuina Maieſtas, cuius nutui ſubſtat omnis ſpirituum diſcretio, viros in via ſpirituali ſapiẽtiſſimos Dæmonis ſtratagema non dignoſcere, ad ſuorum ſeruorum exercitium. Hinc nuncupatis votis creuere feruores, impetuſque; adeò vt ſuſpenſa iam planè redderet tum ſuperiorum, tum virorum prudentium iudicia, an à malo dæmone agitaretur, an re vera præ feruore deuotionis cerebrum tenerius in varia abriperetur.

Interim vix credibile eſt quantas moleſtias faceſſeret Religioſis omnibus: Nam in primis, cum multo tempore foret culinæ miniſter, pulmenta, reliquaque Fratrum edulia ſic parabat, vt vel incocta, vel fuligine, cineribuſque inſperſa, aut fumo amaricata plerumque apponeret; vt tyrones, aliàs etiam ſpiritu generoſiores, tædio, ac fame victi, non ſemel ſæculum recogitarent: Nam antiquiores Patres aſſuetum talibus animum gerebant, & palatum. Cumque ſubinde contingeret, quos reluctans ſtomachus non admiſerat, referri cibos in culinam; applaudebat Frater Gaſpar, & Fratrum laudabat mortificationem, qui palato ſcilicet arridentes cibos patiendi deſiderio reliquiſſent. Nec defuerũt noſtræ Religionis viri grauiſſimi, qui iudicarunt præcipuum Dæmonis intentum fuiſſe reformationis auſteritatem inſupportabilẽ in his principijs reddere, & diſcedentibus nouitijs ab indiſcreto rigore diffamare: vnde fieret, vt in Italia, vbi complexiones ſunt teneriores, reformatio foret horrori, & nouæ plantæ germinare non poſſẽt, & veteres paulatim interirent.

Verumenimvero tantas internæ dulcedinis dapes, & laborum ſuauiſſimum condimentum præbebat Deus, vt nullus, vel vix vllus, præter ipſum Gaſparem, ex ijs tyronibus ad ſæculum ſit reuerſus, & plures ex ijs ad vltimum vſq; diem perſeuerarunt.

Solebat etiam ſuis in feruoribus Gaſpar, dum quid ſibi minus rectè factum videbatur ab alijs, quaſi prætextu virtutis interſtrepere, obfremere, patiendi deſiderium exaggerare, orationis, totiuſque domus quietem interrumpere, quæ ab alijs diſpoſita fuerant interturbare. Qua in re narrationi, quam poſtea facturus ſum, hoc præſtruam exemplum. Moris eſt in Congregatione, vt bis in anno Fratres omnes coram Superiore genu flexi vota ſua, quæ Deo profeſſi ſunt, ſolemni verborũ forma renouent, ijs ferè ceremonijs, quibus cum primum profitemur ea emiſimus; vt languens fortaſſe ſpiritus deuotionis calore priſtino ſuccendatur.

Vnus ex diebus ad hoc deſtinatis, eſt Sanctæ Crucis Exaltationi Sacer, quo renouato votorum ſacrificio, ieiunij continui, quod ab eo tempore vſque ad Paſcha protẽditur, curſum inchoemus feruentiùs, alacriùſque. Quæ Religioſi cultus cæremoniæ, quantum ſpiritui renouando, vel promouendo deſeruiant, experientia teſte compertum eſt.

Vt ergo ignis ex matutina renouatione votorum conceptus amplius accendatur, ad integram combuſtionem ſpiritualis holocauſti, hanc etiam Serui Dei Diuini amoris inuentionem addiderunt, vt pomeridiano tempore certamen ineãt ſpirituale, ſacro duello inuicem prouocantes ad ea virtutum ſpecialia

lia exercitia, quibus vnuſquiſque vel magis afficitur, vel indiget magis; quo etiam prælio, datis, receptiſque ad eamdem diem vltro citroque litteris, Conuentus inter ſe digladiantur contentione Charitatis, æmulatione pietatis.

Hac igitur die magis enituit, à quo ſpiritu frater Gaſpar agitaretur. Nam acceptos fructus, ſalina, hydrias, cochlearia, cultros, menſas, earumque fulcra, cæteramque triclinij ſupellectilem ad ingreſſum refectorij diſpoſuerat, atque in morē aggerum, balliſtarum, totiuſque panopliæ caſtrorum metatus fuerat, & introeūtibus religioſis quaſi Capitaneus quidā circūiens clamabat: *Quis vultmori pro Chriſto? quis pro Chriſto ſuſpendi? ad arma, ad arma pro Chriſto*, identidē repetens, ceu mentis impos, & toto corpore tamquam à ſuperiore quodam ſpiritu mirum in modum agitatus.

At vero cum refectionem ſumpſiſſet communitas, ad id quod diximus, ſpirituale bellum ſeſe contulit, quod nunc poſt veſpertinas laudes fieri ſolet.

Contigit autem fratrem Nicolaū à Conceptione, adhuc nouitium, ſuo ordine prouocare Reuerendum P.F. Ioannem à Sancto Hieronymo, Procuratorem Generalem Congregationis Hyſpaniæ, ad deſiderium patiendi pro Chriſto: qui venerabilis ſenex impetitus à Iuuene magna humilitate, atque animi demiſſione reſpondit: *ſe non tam ardua ſibi promittere, nec tantas in ſe hactenus expertum fuiſſe ſpiritus vires, vt audeat occaſiones patiendi à Deo deſiderare; hoc magnorum Athletarum eſſe; ſe humi repere, poſtulare à Deo patientiam in laboribus, non audere certamen hoc tam arduum ſuſcipere; hanc ſpatham relinquere fortioribus vibrandam aliorum lacertis.* Hæc, & ſimilia profunda animi demiſſione pius ſenex proferebat: fratres diſcurſu ſenis mirifice delectati, humilitate ædificati, hinc conpungebantur, hinc confortabantur.

Ab anno Chriſt. 1599 ad 1600.

Solus Gaſpar ſuis abreptus æſtibus obſtrepebat, & præcipiti verborum obloquio: *Carmelitas, obmurmurabat, diſcalceatos, filios Sanctæ Tereſiæ, patiendi deſiderium detrectare? proh pudor? proh dolor?* quibus querelis, ceu æſtro quodam percitus, pium actum perturbans, neque finem imponebat, nec hærebat quietus, nec alios quieſcere ſinebat. Vſque dum ſibi ipſi remedium ferre deſiderans, repertus eſt in Sacriſtia; vbi contrarijs motibus Initiū Euangeli Sancti Ioannis, & legere nitebatur, & ſimul impediebatur; quod cum aliquis è Patribus aduertiſſet, aggreſſus eſt ipſe dictum Euangeliū legere, ſtatimque Gaſpar omnes pro palam Energumeni motus, impetuſque pati: accedente præſertim Ven. P. Petro, atque Eccleſie exorciſmis Dæmonem exagitante; vt deinceps nemini dubium fuerit, ſpiritus, pignarratos feruores, impetuſque à malo ſpiritu proceſſiſſe.

Verum ecce iam primis fraudibus deprehenſus Satanas, ad alias conuertitur. Gaſparem exertis viribus aggreſſus in deſperationem præcipitare conatur, & præſertim inedia perimere. Nam vel falſa perſuaſione, aut phantaſiæ perturbatione, aut alia quadam occulta vi cibos omnes reſpuebat: nec niſi poſt longum tempus, multoſque labores, ac ſudores, Patrum exorciſmis, & feruentibus ad Deum orationibus modicum quid ſumere cogebatur. In quo mirum V.P. Petri charitatis ſtudium cernere licebat, qui non obſtantibus grauiſſimis occupationibus, ne hoſtis vafricie periret ouicula, ſuis ipſe manibus fratri præbebat cibum, potumque, exorciſmorum vi, atque obedientiæ obteſtatione adigens ad ſumendum. Quod dum quadam vice præſtat, oblatam Energumenus manibus ſcutellam accipiens, ſub-

Ab anno Chriſt. 1599 ad 1600.

ſubmurmurans, fremenſque ebibit; moxque in rabiem actus proiecit, illiſitque labro tenus in frontẽ fratris Nicolai nouitij, ad miniſterium Refectorij circa ipſum ſtantis, ictu tam valido, vt à fronte deſiliens in parietem aliquot pedibus diſtantem impetu rapido peruolaret; ſtatim ceu gladio quodam inflictum foret, latum, profundumque vulnus apparuit, copioſum effundens ſanguinem. Territus inſolito ſpectaculo Prior, fratrum accurrentium auxilio ſanguinem largiter emanantem ſiſtere conatus eſt; ſed varijs remedijs adhibitis, æque pertinaciter, ve lut ex aperto fonte, currebat. Deficientibus ergo, quæ ad manum erant, humanis remedijs, Nouitius, qui ſpreto ſæculo confugerat ad obedientiæ medicinam, ex ea ſibi remedium à Deo augurans, ad Priorem conuerſus: *permitte mihi*, inquit, *ò Pater, vt obedientiam, quam totis viſceribus cupio, tibi nunc temporis nuncupato voto profitear*. Annuit ad cõſolationem Nouitij tam grauiter læſi Prior; moxque emiſſa alacriter profeſſione ſubdens frater: *Etenim*, inquit, *cum tibi promiſerim obedientiam, tuarum iam partium eſt tuo iure vti. Impera igitur, ò Pater, vt fluxus cohibeatur ſanguinis*. Quod cum Pater Petrus magna fidei viuacitate præcepiſſet; extemplo ad Patris vocem ſtetit ſanguis circa plagam coagulatus. Mirati ſunt cuncti, qui aderant, & mœrorem, quem ex fratris læſione conceperant, viſo tam euidenti diuini fauoris per ſanctam obedientiam teſtimonio, commutarunt in gaudium.

At vero Pater Petrus, quamquam Diuini Numinis auxilium expertus; ne prudentię dictamen negligere videretur, Chirurgum accerſiri mandat, fratremque Nouitium in cellã magis commodam, minuſque aeri expoſitam duci, atque in lectum collocari. Accurrit Chirurgus, glumas cruoris eluit, vulnus tentat, os cranij radit, medicamenta ſua præparat applicatque. Verum ecce tibi ad humana remedia, veluti excãdeſcens ſanguis, iterum magno impetu fluere, pannos, ac emplaſtra repellere, neque vlla Chirurgi arte, aut reprimi, aut moderari. Iterum ergo tentata Chirurgus plaga, reperit venam, quæ à capite per mediam frontem inter duo ſupercilia labitur, veluti cultro acutiſſimo diſſectam diametraliter in duas partes, & exclamans ait: *fruſtanea ſunt quæ agimus: nullum aliud ſiſtendi ſanguinis remedium, quam ignis, aut ferrum, vt vel torreantur venæ capita, vel acu commitantur*.

Aderat V. P. Petrus, ad pedes lecti more ſuo conſidens, & commotis compaſſione viſceribus: *ita ne*, inquit, *amice, ferrum aut ignis? nos artem curandi faciliorem Dei gratia profitemur, atque in promptu remedium eſt lenius, ſuauiuſque, Sanctæ nimirum obedientiæ*. Et mox feruenti fiducia ad infirmum conuerſus, ſubdidit: *in virtute Sanctæ obedientiæ præcipio ſiſti ſanguinem*. Vix verba finierat, cum natura fidei cedens obediuit prompte, ſtetitque ſanguis omnium ſtupore, atque in primis ipſius Chirurgi, qui attonitus aiebat: *profectò vos nobiliorem calletis chyrurgicam, quam tota ſimul profiteri poſſit ars, & natura*; rurſumque inſpectis, tentatiſque aliquoties extremitatibus venæ diſſectæ, reuerſus eſt domum, ſtupore pariter, ac deuotione plenus; fratres verò ſimplici faſcia frontem læſi obligantes, totam noctem ſic dimiſerunt.

At Energumenus ſequenti die nõ nihil à Dęmonis agitatione reſpirare viſus, cellamque fratris Nicolai ingreſſus, perſuadere conabatur, nè ſe remedijs humanis curari ſineret; maiorem procul dubio Dei honorem fore, ſi virtus obedientiæ perficeret, quam inceperat gratiam; rogaret à Patre, vt integram præciperet ſanitatem.

Poſt

Digitized by Google

Poſt paululum ingreſſo Priori, quemadmodum perſuaſus fuerat, Nouitius expoſuit, poſtulauitque. Sed Ven. P. Petrus Dæmonis fraudes agnoſcens, conuocatis religioſis, religata fronte vulnus oſtendit latè hians, & ad cranium vſque penetrans, rubicundum quidem, ſed candicans, nitidum, expers planè cruoris, & marcoris. Et magno ſpiritu Diuinæ gratiæ donum agnoſcens, & deprædicans; *Equidem*, inquit, *Patres, fratreſque, virtus obedientiæ præſentiſſimam nobis præſtitit omnipotentiæ Diuinæ manum; & planè confido fore, quod inceptum opus eadem, qua cæpit, benignitate perficiet, vt neque neceſſarium exiſtimem ad remedia redire humana, poſtquam eam curationem ſibi vendicarunt diuina. Nihilominus graues me rationes premunt, vt cum ſuauior Dei dextera iam præſtiterit, quæ non niſi grauiſſimis cum doloribus ars præſtare poterat; reliqua his, quæ Deus in auxilium humani corporis prouidit, committamus artibus*. Accerſitus ergo Chirurgus, iuxta profeſſionis ſuæ regulas, applicuit vulneri remedia, ſtatimque materiam, & pus egerere cœpit, ac tandem poſt integros viginti dies ægre coaluit. Ratio vero præcipua, quæ Patrem mouit, vt via ordinaria læſum curari iuberet, hæc fuit, quam ipſe poſtmodum fratri ſanato aperuit; ne tam inſigne teſtimonium obediẽtiæ cauillo poſſet, aut ſcrupulo ſubiacere; aut cuipiam in ſuſpicionem venire, vulnus ab Energumeno inflictum non fuiſſe verum, ac reale, ſed per illuſionem, fraudemque Dæmonis fictitium ſolummodo, apparenſque.

Contigerunt hæc ad 15. Septembris anni 1599. cum frater Nicolaus iam peregiſſet in Nouitiatu decimum menſem, quo labente ſolent Tyrones iuxta Pontificum, atque ordinis ſtatuta Capitulo Conuentus proponi, & ſecretis Patrum ſuffragijs, aut ad profeſſionem admitti, aut reijci. Verum cum à ſeptem menſibus capitis dolore cruciaretur adeo vehementi, vt nec ordinis rigorem ſufferre, nec ſtudio mentalis orationis applicari poſſe videretur; Patres attenta mentis trutina ponderantes, hinc Nouitij non ſpernendas dotes, virtutis amorem obedientiæ punctualitatem, animi conſtantiam; hinc, quem diximus, habitualem capitis dolorem adeo inſtituto noſtro, cuius potiſſima pars in aſſidua rerum cæleſtium contemplatione verſatur, repugnãtem; mediam quamdam inuenere viam, decreueruntque, vt ad ſuffragia ferenda minimè procederent, & interim annuum probationis curſum Nouitius in monaſterio expleret: exinde ad balnea Tiburtina, quæ medici conſulebant, aut alia opportuniora remedia dimitteretur; & ſi quidem conualuiſſet, poſt aliquot ſeptimanarum exercitia, Patrum calculis approbatus emitteret profeſſionem. Ab anno Chriſt. 1599 ad 1600.

Interim frater Nicolaus, occaſione vulneris ab Energumeno ſibi inflicti, ſalubriorem Tiburtinis aquis domi repererat obedientiæ fontem. Ad eum ergo fiducialiter iterum accurrit, & poſtquam V. P. Petro deſiderium, quo flagrabat, in Religione perſeuerandi tenero deuotionis ſenſu expoſuiſſet, ſubiunxit: *ſe quidem peccatorum ſuorum cauſa tanto bono indignum eſſe, ſed ſi propter acutum capitis morbum à nuncupandis votis retardaretur, poſſe eadem virtute obedientiæ, quæ ſanguinem ſtiterat, profligari dolores*. Poſtulat, atque obteſtatur enixe, vt obedientiæ verbo ceſſare præcipiat. Quod V. Pater, quo pollebat ſpiritus feruore, ita præſtitit; vt quemadmodum ad emicantis ſolis radios nox diffugit, ſic ad imperium obedientiæ Patris ore prolatum omnis eruperit capitis dolor; vnde liber, ſanuſque Nouitius, ad religionis obeunda munera factus idoneus, vnanimi Patrum gratulatio-

Digitized by Google

Ab anno Chriſt. 1599 ad 1600.

tulatione, ac ſuffragio fuit approbatus, & immortales Deo gratias agens, octaua Decembris ſolemnia vota nuncupauit.

Sed omnino confido fore, quod æquo animo me ſuſtinebit lector, ſi quam miraculoſæ ſanationis periodum virtus obedientiæ nondum hic claudit, ego vlterius eloquar, priuſquam ad Energumenum, vnde diſceſſimus, redeamus.

Nuncupatis votis frater Nicolaus Religionis exercitia ſanus obibat, lætuſque; neque vllam, veluti ſoluerat, à capitis paſſione remoram in Diuinæ Maieſtatis præſentia recolenda, aut in mentalis orationis ſtudio patiebatur. Verum nonnullus inijciebatur animo ſcrupulus, quod crucem illam à Domino impoſitam ferre detrectaſſet, eamque à ſe extraordinario remedio amolitus fuiſſet: iamque quartus decimus à ſanatione voluebatur menſis, cum vehementiore patiendi deſiderio feruens, P. Petri genibus aduolutus rogat, obſecratque obedientiam auferat, ſinatque naturam ſuis ferri ponderibus, ſe contentum amore Chriſti hæc, & plura pati. Et quidem P. Petrus ad hæc nullum verbum reddidit, ſed pro reſponſo ſubriſit. Verum ex præſentaneo effectu, quid riſus ille ſignificaſſet, intellexit. Nã protinus rediere capitis dolores, quibus durantibus plurimum affligi cœpit, & ſucceſſu temporis graues admodum in Religionis exercitijs pati difficultates. Quod cum directori ſpirituali aperuiſſet, ille quidem fratrem corripuit, quod ſua ſponte, & præpropero patiendi deſiderio inutilem ſe ſe functionibus ordinis reddidiſſet; promiſitque ſe ad P. Petrum litteras daturum (aberat enim ab eo Conuentu) vt Sanctæ obedientiæ virtute illum ei ſtatum reſtitueret, in quo ante profeſſionem collocarat. Mirabile dictu! Poſtquam tantum temporis ſpatium effluxit, quo ſcripta epiſtola ad V. P. Petrum peruenire potuerat, ita frater Nicolaus iterum conualuit; vt deinceps ad extremum vſque diem numquam capitis dolorem, quo tamdiu laborauerat, perſenſerit. Imo quamuis varijs, grauibus, ac diuturnis morbis toto ferè vitæ tẽpore conflictatus fuerit, capite tamẽ vſque ad Medicorum ſtuporẽ egregie ſemper valuit, viguitque.

Nunc ad dæmoniacum reuertamur. Ille in dies maioribus tumultibus replebat Monaſterium, fratres vexabat, fatigabatque, eo importunius, quo pauciores erant, atque in anguſta domo aptus recludendo locus inueniri non poterat. Nam cum à malo ſpiritu torqueretur, catenas diſrumpebat, effringebat portas, muros diruebat. Pugnis, calcibus, morſibus ſe ſe impetebat, alioſque. Qua in re nunquam ſatis laudatum proferam, charitatis, humilitatis, & manſuetudinis exemplum in Eminentiſſimo quodam S. R.E. Cardinali, cuius nomen hic non profero, conſignatum tamen, vt ſpero, ſtilo aureo in æternis Cælĩ tabulis. Delectabatur præclarus ille *Dei* Seruus exercitijs, ac conuerſatione fratrum noſtrorum, & familiariter admodum domus interiora frequentabat. Quanto maior erat, tanto ſe ſe humiliabat amplius, imò fratrem Gaſparem, quem Deo permittente à malo ſpiritu agitari nouerat, & cui monſtrabat teneræ cõpaſſionis affectum, nonnunquam conſolari dignabatur. At vero bonorum omnium inimicus, tantarumque virtutum inuidus, rabſem ſuam in organum, quod poſſidebat, transfudit; ſtatimque Gaſpar œſtro percitus probris, pugniſque Cardinalem excepit, deteriora machinatus, niſi vi fuiſſet abſtractus. Confuſis ad impudentiſſimum facinus fratribus, & lachrymas, manuſque vix tenentibus, Cardinalis ſerena facie nullum iracundiæ, aut paſſionis ſignum dedit: Quin imo noluit

propter

propter hanc culpam aliquid ſiniſtri pati Gaſparem, neque diſceſſit ex Conuentu niſi prius ſuperior ſanctè promitteret, ſe eius facti gratia in fratrem non animaduerſurum. Quas vero fratribus inferre ſoleret moleſtias longum foret recenſere: ſed Charitas patiens eſt, benigna eſt, adeoque læta facie ſeruiebant ei, à quo verberabantur, mordebantur: Et ſancta quædam æmulatio feruebat, quis eius curam ſuſcipere mereretur, tunc præſertim cum maximè ſæuiebat.

Terrebatur tamen tanta rabie Pater Petrus, verebaturque, nè tãdem grauius aliquid auderet Dęmõ, angebaturque de remedio: cumque ſanctorum exempla, quæ in ſimilibus caſibus Spiritu Dei commenti ſunt, attenta mente reuoluiſſet; ſtatuit, vt ſpecialiter ad Dæmonum externam vim à ſua Congregatione profligandam, Antiphona B. Virginis, quæ ad finem Completorij ex horarum Canonicarum penſo recitabatur, deinceps alta voce, tractiuſque concineretur; quod ſucceſſu temporis in morem totius Congregationis eſt introductum. Neq; deſpexit Virgo Sanctiſſima veſpertinum ſacrificium filiorum ſuorum altiori voce clamantium, ſed arreptum Satanã ligaſſe videtur, ne Congregationi nocere poſſet. Nam ab eo tempore inauditum eſt, aliquid externo Dęmonis impetu fuiſſe paſſam. Imo frater Gaſpar nihil exinde grauioris violentiæ molitus fuit, ac tandem cum iam aut liber foret, aut admodum pacatus, ſuperiorum conſenſu (neque enim erat ſolemniter profeſſus) ad ſæculum reuerſus eſt.

CAPVT XLIV.

Ab anno Chriſt. 1599 ad 1600.

Vita & virtutes Patris Fr. Iacobi à Sanctiſſimo Sacramento Pedemontani, qui primus è noua Congregatione migrauit ad Dominum.

ANno reparatæ ſalutis 1599, menſis Octobris die ſecunda obijt in Conuentu Sanctæ Mariæ de Scala P. Frater Iacobus à Sanctiſſimo Sacramento, qui primus fratrum noſtrorum à fundata Congregatione ad immortalem vitam Tranſijt. Cuius virtutes exemplares, quibus mortalitatis ſtadium decurrit, nonnulla etiam poſt obitum prodigia, ſanctitatis præbent argumentum non vulgare. Ideoque quæ de præclaro hoc Dei Seruo ſeniores nobis tradiderunt, & narrarunt, aut etiam ſcripto conſignarunt, in vnum colligere operę pretium exiſtimaui.

Natus erat P. frater Iacobus à Sanctiſſimo Sacramento ex ea Italię parte, quæ, quia Solem Occidentem verſus à flumine Pado per varios colles ad Alpes gallicas aſſurgit, Pedemontium appellatur. Adhuc ſæculari vitæ mancipatus Diuinum Numen, qua potuit puritate, colere conabatur. Quamobrem non ſe paſſus eſt coniugij vinculis irretiri, ſed vt ſollicitus cogitaret, quæ Domini ſunt, ſeruaretque Deo cor, & Corpus immaculatum, ad Eccleſiaſticos ordines animum applicuit.

Sacerdotij gradu inſignitus, cum Mediolani morareter, ſolebat in deuota viſitatione Eccleſiarum tẽpus impendere. Quod pietatis exercitium, quamdiu ſæcularis fuit, erat ei quotidianum, ac familiariſſimũ. Nec immerito, nam *Sacerdotum do-*

mus

Ab anno Christ. 1599 ad 1600.

mus magis propria, quemadmodum Chrisostomus inquiebat, *sunt Ecclesiæ, Sanctorumque Martyrum Basilicæ.* Et Sanctus Hieronymus, dum Romę liberalibus studijs erudiretur, solebat Dominicos dies deuote peragere in Martyrum Cryptis, quæ in terrarum profunda defossæ, ex vtraque parte ingredentium per parietes habent corpora sepultorum: vt ipsemet testatur in Ezech. c.11. Et Sanctus Nicolaus Myrensis, dum intra Ecclesię vestibulum matutinus visitator deprehenditur, diuino iussu in Episcopum consecratur. Et his nostris temporibus Sanctus Philippus Nerius magnum illum virtutum splendorem, quo in Ecclesia Dei fulget, nocturnis Sacrarum Cryptarum visitationibus hausit: dum Ven. Presbiter per Octennium integrum septem Vrbis Ecclesias noctibus singulis indefessus obiret.

Horum vestigia sequens noster Iacobus Sacra templa, martyrumque domicilia, Mediolani præsertim, vbi frequentissima, ac deuotissima cernuntur, deuotus frequentabat.

Contigit autem quadam vice, dum Sancto huic instaret exercitio, Diuinam Maiestatem speciali visione seruum suum dignari. Erat Dominus Iacobus ingenio præditus amæno, neque hactenus, aut mœroris amaritudinem senserat, aut timoris aduerterat nubilum, & in placidissimam animam perennis manabat fons deuotionis, & perpetuum lucebat serenum. Sed non oportebat Christi, martyrumque cultorem assiduum sine cruce consummari. Igitur dum attentius oraret, ostendit illi Dominus suum ipsius cor chrystallo purius, splendidiusque, ac radijs pulcherrimis emicans; simulque perfudit incredibili iucunditate, vt semetipsum capere vix posset. Hinc ceu oleo lætitię perunctum luctatorem ad duriorem militiam exstimulare cœpit, instillauitque desiderium vehementissimum patiendi quæcumque tandē aduersa ob amorē Christi. Mox symptomate quodam humoris Melancholici oppressus, per totam deinde vitæ periodū, si dies vltimos exceperis, incredibiles spiritus afflictiones sustinuit, & constanter exantlauit.

Discedens igitur Mediolano, Genuam appulit eo tempore, quo nouæ reformationis plantæ numero paucæ virtutum suarum fragrantiā late spargebant: Cumque tanto patiendi, ac seruiendi Deo desiderio teneretur, visa est ipsi ad Palatum Religio tam austera, & obtenta fratrum societate, ac Tyrocinij expleto tempore, regulam primitiuam iuxta Sanctæ Teresię reformationem professus fuit, sub R.P.N. Ferdinando à Sancta Maria Conuentus Genuensis tunc Vicario, mensis Iunij die vndecima, ad annum Christi 1590.

Quam heroicis virtutum actibus, quamque pernici volatu religiosæ perfectionis montem breui tempore conscenderit, non facile fuerit explicare sigillatim. Vtque breui sententia multa complectar, omnium eorum, quæ supra à cap. 36. ad 39. communia diximus reformationis exercitia, erat non solum exactissimus custos, sed etiam speculum, ac norma cæterorum. His addebat frequentia ieiunia panis & aquæ; Aliàs cibis plerumque, vel absinthiū immittebat, vel aquam, vt gustus illecebras coerceret; sæpius ad sanguinem vsque sese flaggellabat, noctes non paucas persoluto matutino traducebat in oratione insomnes, bacilla substernebat lodici, vt dum incommodius dormit corpus, vigilaret animus.

Patris huius silentium non vocibus eloquendum, sed ipso silentio foret prædicandum, quod toto vitę tempore seruauit exactissimum; vt silentiarij cognomen per antonomasiam inter Carmelitas silentij professores

Digitized by Google

feſſores ſit adeptus. Inter ipſos verò ſæculares, quibuſcum prima vice, qua cum Procuratore Generali Romam venit, multo tempore vixit, omnem adeo ſibi loquelam interdixit, vt pro muto ſit habitus. Cumque ex obedientię mandato ad expedienda, quæ ſignis non poterat, verba pauca protuliſſet, omnes domeſtici gratulabundi acclamarent, ceu ad miraculum quoddam diuinæ ſanationis, quemadmodum cap. 23. relatum eſt.

Paupertatis cultor eximius tritiores ſemper veſtes, breuiarium ad recitandas horas Canonicas veterrimum, cæteraque deteriora miris modis impetrabat. Emicabat enim in eo verum, ſincerumque deſiderium patiendi pro Chriſto, & ſitis perfectiora ſemper, ac duriora obeundi inſatiabilis. Neque quidquam amplius in cella ad vſum ſuum habuit præter lectulum cum duabus lodicibus admodum tenuibus, & duobus, aut tribus libris ad ſummum, quibus aut voluntatem accenderet, aut intellectum ad pietatem erudiret.

Conſtantem obedientiæ cultum inter cætera luculenter oſtēdit, quod cum adhuc Nouitius foret, eique iniunxiſſet Prior, vt ferreos cancellos capellę maioris Sabbathis à puluere detergeret; non ſolum mandatum illud multo tempore, donec Genuæ moraretur, impleuit; verum etiam cum poſtmodum Roma reuerſus Confeſſarij Monialium Conuentus Ieſu Mariæ munus obiret, non deſtitit ab opere, non admiſit interpretationes molliores, iampridem euanuiſſe mandati rigorem, expiraſſe mandantis officium, ſed ad horam vigeſimam quartam in Cœnobium reuerſus, accepta benedictione, quam primum licebat ſollicitus properabat ad cancellos, euerrebat, emundabat, poliebat magna deuotione ac punctualitate: quia vero frequenter alijs actibus vitæ regularis, aut occupationibus occcurrentibus diſtinebatur; noctis, ſomnique partem ſæpe ſæpius inſumere neceſſe fuit, perſeuerauit nihilominus in eo humilitatis exercitio ſimpliciter obediens vſque ad vltimos menſes mortalis vitæ, quibus Romam remiſſus nouam hanc fundationem ſplendore virtutum illuſtrauit. Ab Anno Chriſti 1599 ad 1600.

Huc vſque Pater Iacobus duram militiam Deo ſeruierat, internis anguſtijs, timoribus, anxietatibus ſupra modum afflictus, nulloque Cæleſtium conſolationum pabulo recreatus; ſed pane, & aqua tribulationis, quibus Deus generoſiores quoſdam triarios in caſtris ſuis ſolet exercere. Cernebatur in Seruo Dei melancholia, ſeu triſtitia totius hominis, & oppreſſio cordis tam ſupra humanum morem inſolita, ac inconſolabilis; vt conſulti ſpiritus Magiſtri iudicauerint aſſiſtere ei Dæmonem quendam tentatorem Dei permiſſione ad pugnam, & coronam. Neq; hoc incredibile videtur, ſi ſubitaneam afflictionis cauſam in temperamento priùs ad lætitiam compoſito reuoces in mētem, conferaſque cum ijs, quæ diximus, & dicturi ſumus. Nam & malus ille ſpiritus, qui Fratrem Gaſparem poſſidebat, præ cęteris fremebat in Patrem Iacobum, ſolebatque cum exorciſmorum virtute, atque aſtantis Patris precibus vrgeretur, in eum exclamare: *ò proditor, in quem nobis non fuit permiſſus introitus!* Et certè ſeruiuit ſiue Dęmon ille, ſiue naturalis humor, aut alia quæuis cauſa excoquendæ ad purum Scoriæ Seruo Dei. Nam neque blanditias ſæculi, aut recreationes ſenſuum, aut animi diuerticula quæſiuit vllatenus; ſed occluſis omnibus portis conſolationum cum Deo faciebat, ſibi rigidus, ſeueruſque, ſed Charitate verſus Fratres, proximoſque blandiſſimus.

Qua in re perſpecta morum eius

Ab anno Christ. 1599 ad 1600.

suauitate, cum Fratrem quemdam propter infirmitatem grauem Bracciani Balneis vti debere iudicassent Medici, Pater Frater Iacobus socius ei est datus, qui seruiret infirmo, atque in visceribus Charitatis solaretur. Hìc dũ muneris iniuncti partes omnes strenuè prosequitur, in lethalem morbum incidit, & Prioris iussu reuersus in Vrbem, statim atque Ecclesiæ nostræ portam attigit, restitutam sibi sensit Diuino munere mentis hilaritatem pristinam, imo multimodis serenioré, purioremque; videbaturque sibi in Cælestem quandam regionẽ à prioribus tempestatibus traductus. Quẽ in modum cum magno cordis iubilo Deum laudaret, alijsque virtutibus insisteret, præmia suarum afflictionum prægustans, Ecclesiæ Sacramentis tenerrimo deuotionis sẽsu perceptis, decimo die ad tranquillitatis portum enauigauit, non vulgarì inter Fratres opinione sanctitatis, vndecimo Kalendas Nouembris anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Corpus eius solo Religionis habitu coopertum absque arca sepulchrali terrę commissum fuit in loco humidiori, & corruptioni obnoxio, vbi post tres circiter annos aperto sepulchro repertum est incorruptũ. Cumque Medicorum iudicio res supra vires censeretur naturę, in honestiorem locũ translatum fuit magna Fratrum lætitia, ac gratiarum actione ad Deum, qui nascentis Cõgregationis obsequium sibi non displicere hac incorruptione sacrarum exuuiarum primi Fratris in eadem defuncti testari videbatur.

Hoc prodigio non mediocriter animati, vt puritatem spiritus Teresiani incorruptè quilibet in semetipso seruaret, qui mentem, corpusque contagijs mortalitatis exuta in auream diuinitatem clara Dei visione transfunderet.

Huc vsque vita Venerabilis Patris Fratris Iacobi à Sanctissimo Sacramento, qui creditus est nouæ Congregationis primitias intulisse Cælo.

CAPVT XLV.

Summus Pontifex Clemens VIII. mediante V. P. N. Petro à Matre Dei concedit Apostolicum Breue ad Reformationem Ordinis Sanctissimæ Trinitatis in Hispania, & posthac eiusdem curam Carmelitis Discalceatis committit.

SPlendet in Ecclesia Dei Sanctissimæ Trinitatis Ordo non sine Diuino nutu institutus, & in Gallijs à Sanctissimis Viris Ioanne de Mata, & Fęlice de Valois inchoatus, atque ab Innocentio Tertio Romano Pontifice ad 17. Decembris anno reparatæ salutis millesimo centesimo nonagesimo octauo confirmatus: cuius principale munus est Christianos sub captiuitatis Turcicæ iugo gementes persoluto lytro vendicare libertati, præclarissimo charitatis officio, quo non solum corpora redimuntur, sed Animæ præsertim à manifestis periculis negandæ fidei subtrahuntur. Ad eum finem tertiam eorum omnium partẽm, quæ vndecumque Fratribus obuenerint, indispensabiliter seponunt, & suis temporibus impendunt, speciali regula, in qua multa præclarissima ad orationis, ac mortificationis, totamque Religiosæ vitæ perfectionem statuta tradũtur; sub cuius rigore plurimi, qui quondam militarunt, magna floruerunt vitæ puritate, ac sanctitate. Verùm, vt mos est humanæ fragilitati, paulatim à primæuo flore lãgue-

gueſcere, primum quidem à Summis Pontificibus mitigari rigorem obtinuerunt, deinde quæ remanſerunt præſcripta negligenter obire, in multis etiam relaxari.

Degebat inter eos in Conuentu Vallis Rupium in Regno Toletano Hiſpaniarum Reuerendus Pater Fr. Ioannes Baptiſta, officijs non vulgaribus in Ordine perfunctus, qui poſtmodum Gentilitia appellatione relicta, à Conceptione fuit cognominatus. Hunc Deus internis inſpirationibusvrgebat, vt primæuum ſuæ Religionis ſpiritum renouare aggrederetur, & aurea illa primorũ Patrum ſuorum tempora reſuſcitare, ſquibus in Eccleſiæ Cælo, ceu luminaria maiora fulgebant luce prædicationis, ardore Charitatis. Iamque Conuentum illum, in quo degebat, ad priſtinam obſeruantiam reducere inceperat, & Vallis Rupium reflorebat amœnitate virtutũ; atque alij nonnulli ſanctitatis odore, ac fama nouæ Reformationis allecti, videbantur imitari velle, adeòque ad totalem ſuæ Religionis renouationem procurandam, magis magiſque impelli ſe ſentiebat.

Et quamuis non obſcuris indicijs deprehenderet inſtinctum illum pium à Patre luminum proficiſci: attamen partim rei grauitate perculſus, in cuius veſtibulo multos, eoſque potentiſſimos offenderet aduerſarios; partim ne quicquam præcipitaret, ieiunijs frequentioribus, aſperioribus pœnitentijs inſiſtens, ac redemptionis noſtræ hoſtiam incruentam quotidie, qua poterat puritate cordis, in eum finem offerens, intentum ſuum Domino commendabat: Donec Diuinæ lucis radijs diſpulſa timoris nebula, & infuſo robore præcordijs, egreditur Conuentu, Romam, Summumque Pontificem acceſſurus, cõſulturuſque. Et Sanctiſſimus Eccleſiæ Præſul, qui Religionum Reformationibus mirum in modum applaudebat, gratam quidem habuit Reuerendi Patris Ioannis ſupplicationem; noluit tamen aliorum Reformationi præponere, niſi prius in nouo Sanctæ Mariæ de Scala Conuentu ipſe tyrocinium vitæ religioſæ ſubiret, priuſque diſceret, quod alios poſtmodum edoceret. Ad annum ergo milleſimum quingenteſimum nonageſimum octauum ad dictum Conuentum Sanctæ Mariæ de Scala mandato Clementis admiſſus, omnia planè Diſcalceatorum Carmelitarum exercitia, quæ ſuperius recenſuimus, obiuit alacriter admodum, ac diligenter, vt prouectæ vir ætatis iunioribus ipſis Nouitijs ſpeculum eſſet, & exemplum. Ab Anno Chriſti 1599 ad 1600.

In quo Diuini Numinis prouidentiam in adminiſtranda temporũ ratione cernere licet. Nam quarto ſæculo à fundata Religione Sãctiſſimæ Trinitatis ad occaſum vergente, Seruus ille Dei ſe ſe ad Sanctæ Mariæ de Scala vetuſtate ſpoliabat, & inter cineres pœnitentiæ annum exigebat Iubileum, vt velut renouatus Phœnix nouo ſuæ Religionis ſæculo reſurgeret.

Perſeuerauit in eo vitæ rigore annum circiter integrum, & Pater Petrus à Matre Dei iam experimẽtis probatam viri virtutem, ac præſtantiam, honorifica, ac graui relatione Summo Pontifici expoſuit, obtinuitque Breue, quod deſiderauerat, Ordinis reformandi: cum ea tamen conditione, vt Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nũtius Religioſum aliquem ex ordine Carmelitarum Diſcalceatorum, aut Sancti Franciſci, pietate, prudentia, doctrina, & experientia, ac in primis Religionis zelo præſtantem eligeret, ac nouæ Reformationi in Viſitatorem præficeret; qui Monaſteria prædictorum Fratrum Reformatorum perſonaliter viſitare, & in ſingulorum Fratrum prædictorum, qui primitiuæ Regulæ obſeruãtiam

. Ab anno Chriſt. 1599 ad 1600.

amplexi forent, mores, ac qualitates diligenter inquirere, ac eorum, quos arctioris vitæ zelo ductos ad primitiuæ Regulæ normam tranſire iudicaſſet, profeſſionem recipere, cæteros, quos minus aptos eſſe, comperiſſet, exutos Reformatorum habitu ad modificatæ Regulæ Domos dimittere, eiuſdem Sedis auctoritate poſſet, & deberet. Quæ omnia videre poteris in Apoſtolico Breui tenoris ſequentis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD militantis Eccleſiæ regimen diuina diſpẽſatione meritis licet imparibus euectis illud Nobis præ cæteris curandũ propoſuimus, vt Eccleſiaſticorum, ac Religioſorum Ordines quocunque ad priſtini regularis cuiuſque eorum inſtituti normã, à qua non parum deflexerunt, quantum in Domino poſſimus, reduceremus. Ac propterea qui ſua ſponte Religionis, & arctioris vitæ zelo ducti priſtinæ Regulæ, quam ſuæ Religionis Auctores inſtituerunt, obſeruantiam cum antiquo illo rigore amplecti, ac de cætero ſectari conſueuerunt, eoſdem non ſolum in eorum propoſitum confouere, ſed etiam opportunis gratijs, & fauoribus libenter proſequi ſolemus.

Cum itaque ſicut accepimus nonnulli Pij, & Religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum profeſſores, piè conſiderantes præfatum Ordinem, qui à fel. rec. Innocentio Papa III. Prædeceſſore noſtro inſtitutus, & confirmatus fuit, prout in eius litteris ſub datum in Laterano 5. Idus Februarij Pont. ſui Anno I. expeditis continetur, temporum iniuria, & hominum tepiditate à primi eius inſtituti Regularis obſeruantia deflexiſſe, & laxiorem viuendi modum ſuſcepiſſe, & adhuc retinere, ac propterea diuina inſpirante gratia arctioris vitæ zelo ducti; primum dicti Ordinis Regulare Inſtitutum imitari cupientes, poſtpoſitis quibuſcumque corporis commoditatibus, dummodo Chriſtum lucrifacerẽt, Primitiuam ipſius Ordinis Regulam à Præfato Innocentio Prædeceſſore inſtitutam, cum priſtino illo rigore, obſeruare cæperint, & nonnullas eiuſdem Ordinis domos ad huiuſmodi Primitiuam Regulam reduxerint, & ſeu de nouo inſtituere ſperent, ac alij quamplures eorum veſtigia ſectantes, ſub eadem Primitiuę Regulæ obſeruantia Altiſſimo famulari deſiderent.

Nos, qui pro noſtri Paſtoralis Officij debito Religioſorum quorumcumque ſtatui proſperè dirigendo libenter intẽdimus, pium dictorum Religioſorum propoſitum ſummopere in Domino cõmendantes, ac eorum laudabilia principia fælicioribus progreſſibus, quantum cum Domino poterimus, augere cupientes, & eorum quẽlibet à quibuſlibet excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententijs, cẽſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes ex Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ſuper Epiſcoporum, & Regulariũ conſultationibus, & negotijs deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & Nobis referendum commiſimus, ſententia, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vnam Prouinciam, ſeu Congregationem Fratrum Reformatorum, & Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum nuncupandam, quæ Primitiuam Regulam Ordinis Præfati perpetuò obſeruent, habitu, quem modò geſtant, vtentes, in eiſdem Hiſpaniarum Regnis vnum Priorẽ Prouincialem,

cialem, in Capituto dictæ Prouinciæ, ſeu Congregationis, poſtquam, vt in Domino ſperamus, eorumdem Religioſorum Reformatorum numerus auctus fuerit, canonicè pro tempore celebrando, ex eiſdem Reformatis, & Diſcalceatis eligendum, regendam, & gubernandam in perpetuum, auctoritate Apoſtolica tenore preſentiũ erigimus, & inſtitnimus.

Eamque ſic erectam, & inſtitutam ab alijs Prouincijs Præfati Ordinis modificatę Regulę perpetuò ſeiungimus, ſeparamus, & diſmembramus: Ipſoſq; Fratres Reformatos, & eorum domos, & Monaſteria tàm hactenùs erecta, quàm in poſterum erigenda ab omni, & quacunque iuriſdictione, viſitatione, et ſuperioritate tàm Commiſſarij Generalis, quàm aliorum Miniſtrorũ Prouincialium, aut localium, et aliorum quorumcumque Superiorum modificatę Regulę eiuſdem Ordinis, ſuper dictis Reformatis, et eorum domibus eis competente, excepto Miniſtro Generali, vt infra dicitur, perpetuò eximimus, et liberamus, ipſamque tamen Prouinciã, ſeù Congregationem Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum, eiuſque domos, et Monaſteria preſentia, et futura ſub obedientia, et ſuperioritate Miniſtri Generalis totius Ordinis Præfati, ſicut aliæ eiuſdem Ordinis Prouincię ei ſubſunt, et ſubiacent, perpetuò ſubeſſe, atque ſubiecta remanere, et ſubiacere volumus.

Qui per ipſum tantum, vel alium Virum idoneum ex ipſis tamen Fratribus Reformatis ab eo eligendum, eos iuxta eorum Primitiuam Regulam, et inſtituta regularia viſitare, reformare, corrigere, et punire poſſit; in Monaſterijs tamen, domibus, et locis eorũdem Fratrum Reformatorum, extra quæ nullatenus dicti Fratres Reformati, vel aliqui eorum ab eodem Miniſtro Generali, quouis prętextu, vel occaſione amoueri, aſſignari, mutari, extrahi, aut transferri, vel ad alias Prouincias mitti, aut in eis retineri poſſit, nec ipſe Miniſter Generalis, aliqua eiuſdem Ordinis Fratrum Reformatorum ſtatuta auctoritate Sedis Apoſtolicę confirmata, ſeu confirmanda, vel quę ipſe Nuncius nunc fecerit, vel quæ poſtea à quocumque Capitulo Prouinciali dictorum Fratrum Reformatorũ facta fuerint, ſi auctoritate noſtra, vt dictum eſt, fuerint confirmata, mutare, nec aliquas gratias, exemptiones, aut Priuilegia alicui, vel aliquibus aduerſus ipſa ſtatuta concedere valeat. Ab Anno Chriſt. 1599 ad 1600.

Quia verò nonnulli Præfati Fratres Reformati ex prædicto Ordine Regulæ modificatę, qua profeſſi olim fuerunt, ſunt aſſumpti, volumus, et mandamus, vt his, et alys, qui, vt dictum eſt, ex Conuentibus laxioribus ad hos Reformatos in poſterum recipientur, anni ſpatium concedatur loco probationis; intra quem ſi qui Præfati Inſtituti, vitęque auſteritatem tolerare non poſſint, ad Priores Conuentus Regulæ modificatę reuerti liceat, et ſi Reformati ſibi minus expedire eorum ſocietatem exiſtimauerint, miſſos facere valeant: Poſt annum verò elapſum (quod ad experimentum, periclitationemq; conceditur) ſine noua profeſſione nulli Fratrum Reformatorum huiuſmodi liceat ad alium præterquam Carthuſianum, neq; etiam Sanctiſſimę Trinitatis modificatæ Regulæ Ordinem abſq; Apoſtaſię nota tranſire.

Vt autem in huiuſmodi Monaſterijs tantummodo admittantur, qui ad onera ſupradictæ Regulæ ſupportanda habiles, et idonei futuri ſint, Dilecto Filio noſtro, et Apoſtolicę Sedis in eiſdẽ Hiſpaniarum Regnis Nuncio, nunc, et pro tempore exiſtenti per preſentes cõmittimus, et mandamus, quatenus aliquem ex Religioſorum ex Fratribus Ordinis Diſcalceatorum B. Marię de Monte Carmelo, aut Diſcalceatorum S. Franciſci pietate, prudentia, doctrina, et experientia, ac in primis Religionis zelo preſtantem, quem ad hoc munus magis aptum, et idoneum iudicauerit, in Viſitatorem Prefatorum Fratrum Reformatorum Diſcalceatorũ Ordinis Sanctiſſimę Trinitatis eligat. Qui Monaſteria prędictorum Fratrũ Refor-

Ab anno Christ. 1599. ad 1600.

Reformatorum perſonaliter viſitare, et in ſingulorum Fratrum prædictorum, qui huiuſmodi Primitiuæ Regulæ obſeruantiam amplexi ſunt, vitam, mores, et qualitates diligenter inquirat; ac eorum, quos arctioris vitæ zelo ductos ad hanc Primitiuæ Regulæ normã tranſire iudicauerit, profeſſionem per eos (vt ſupra dictum eſt) emittendam recipere curet, cæteros verò, quos minus idoneos, et aptos eſſe compererit, vt habitum Fratrum Reformatorum dimittant, et ex eorum domibus exeant, et ad modificatæ Regulæ prædictæ domos reuertantur, auctoritate noſtra, etiã ſub excommunicationis, aliiſque cenſuris, et pœnis Eccleſiaſticis cogat, et cõpellat.

Præterea idem Nuncius cum conſilio prædicti Viſitatoris, ac aliorum piorũ, et eruditorum Virorum dictorum Ordinum Diſcalceatorum Carmelitarum, aut S. Franciſci, et etiam ex ipſiſmet Reformatis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſtatuta, et conſtitutiones pro ſalici dictæ Prouinciæ Reformatorum, eiuſq; domorum, et Monaſteriorum gubernio, Primitiuæ Regulæ prædictæ, ac ſacris Canonibus, et Concilij Trident. decretis non aduerſantes, auctoritate noſtra faciat, et obſeruari mandet.

Miniſtros inſuper Domorum, Vicarios, et Magiſtros Nouitiorum tàm ex prædictis Reformatis, ſi alioquin idonei fuerint, quàm etiam in ſupplementum ex dictis Carmelitis, aut Sancti Franciſci Diſcalceatis, prout felici huius nouæ Prouinciæ progreſſui in Domino magis expedire iudicauerit, eadem auctoritate noſtra eligat.

Dantes, et concedentes eidem Nuncio, et ab eo deputando Viſitatori prædicto, aut alij, vel alijs, quos idem Nuncius, ad hoc ſemel, aut iterum (vt præmittitur) duxerit deputandos reſpectiuè, tàm præmiſſa faciendi, quàm etiam domos, ſeu Monaſteria eiuſdem Primitiuæ Regulæ erigendi, ac Miniſtris, ſeu alijs eorum Superioribus, vt eos, qui relicto ſæculo ad prædictam Religionem conſurgere diuina inſpirante gratia ſtatuerint, et alios, qui ex prædicto Ordine modificatæ Regulæ Sanctiſſimæ Trinitatis, aut ex alijs laxioris tamen Regulæ Ordinibus, ad præfatum Reformatorum Ordinem tranſire voluerint, ſeruatis ſeruandis admittere poſſint concedendi, dummodo quoad eos, qui ex alijs ordinibus ad hunc tranſitum facere voluerint, maior pars Vocalium domus, in qua recipiẽdi erunt, vota in illum conſentiant, et Viſitatoris prædicti licentia accedat, et nihilominus integrum Nouitiatus annum, prout alij de nouo recipiendi, antequam profeſſionem emittant, perficiant.

Poſtquam autem benedicente Domino prædictorum Fratrum Reformatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis numerus creuerit, itaut prædictorum externorum Religioſorum auxilio non indiguerint, et octo ſaltem domos, ſeu Monaſteria habuerint, in quorum ſingulis duodecim ſaltem Fratres Reformati huiuſmodi exiſtant, prædictus Nuncius eos ad Capitulum celebrãdum conuocari faciat, et in dicto Capitulo ipſe præſideat, et tam Viſitator, quàm Miniſtri, et eorum Procuratores canonicè electi vocem, et locum habeant, ac Miniſtrum Prouincialem; cæteroſque Miniſtros domorum ex eiſdem Fratribus Reformatis iuxta præſentium tenorem, et regularia eius Ordinis inſtituta eligant.

Ipſe verò Miniſter Prouincialis primò electus auctoritate noſtra prædicta ea vice duntaxat ab ipſo Nuncio confirmetur, & tam ipſe, quàm eius ſucceſſores eandem Prouinciam Fratrum Reformatorum (ſalua ſemper Miniſtri Generalis tam in ipſam Prouinciam, quam in eundemmet Miniſtrum Prouincialem pro tempore eligendum, vt ſupra dictum eſt, ſuperioritate) itaut viſitandi, regendi, & gubernandi plenam, & omnimodam habeat poteſtatem. Cæteri autẽ Miniſtri Prouinciales pro tempore in Capitulis Prouincialibus, quæ de triennio in triennium tàm pro ſtatutis faciendis, moderandis, aut ea cauſa abrogandis, quàm electionibus

Supe-

Digitized by Google

Compagnies de Marchands, qui font
Marchandise de Draps, Soyes, Velours,
Satins, Taffetas, Damas, Brocarts, Ta-
pisseries, Tapis, Cuirs dorez, Cuirs de
Cordouan, Cuirs de Roussie, Cuirs de
Basane, Cuirs de Veau, Cuirs de Mou-
ton, Cuirs de Vache, Cuirs de Bœuf,
Cuirs de Cheval, Cuirs de Chamois,
Cuirs de Bouc, Cuirs de Chevre, Cuirs
de Veau de Rivière, Cuirs de Veau de
Mer, Cuirs de Veau de Terre, Cuirs de
Veau de Lait, Cuirs de Veau de Lait de
Mer, Cuirs de Veau de Lait de Terre,
Cuirs de Veau de Lait de Rivière, Cuirs
de Veau de Lait de Mer de Terre, Cuirs
de Veau de Lait de Rivière de Terre,
Cuirs de Veau de Lait de Mer de Rivière
de Terre, Cuirs de Veau de Lait de Mer
de Rivière de Terre de Mer, Cuirs de
Veau de Lait de Mer de Rivière de Terre
de Mer de Rivière, Cuirs de Veau de
Lait de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre, Cuirs de Veau de
Lait de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre de Mer, Cuirs de
Veau de Lait de Mer de Rivière de Terre
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière, Cuirs de Veau de Lait de Mer
de Rivière de Terre de Mer de Rivière
de Terre de Mer de Rivière de Terre,
Cuirs de Veau de Lait de Mer de Rivière
de Terre de Mer de Rivière de Terre de
Mer de Rivière de Terre de Mer, Cuirs
de Veau de Lait de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre de Mer de Rivière,
Cuirs de Veau de Lait de Mer de Rivière
de Terre de Mer de Rivière de Terre de
Mer de Rivière de Terre de Mer de Ri-
vière de Terre, Cuirs de Veau de Lait de
Mer de Rivière de Terre de Mer de Ri-
vière de Terre de Mer de Rivière de Terre
de Mer, Cuirs de Veau de Lait de Mer
de Rivière de Terre de Mer de Rivière
de Terre de Mer de Rivière de Terre de
Mer de Rivière, Cuirs de Veau de Lait
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière de Terre de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre, Cuirs
de Veau de Lait de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre de Mer de Rivière
de Terre de Mer, Cuirs de Veau de Lait
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière de Terre de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière, Cuirs de Veau de Lait de
Mer de Rivière de Terre de Mer de Ri-
vière de Terre de Mer de Rivière de Terre
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière de Terre, Cuirs de Veau de Lait
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière de Terre de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre de Mer, Cuirs de
Veau de Lait de Mer de Rivière de Terre
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière de Terre de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre de Mer de Rivière,
Cuirs de Veau de Lait de Mer de Rivière
de Terre de Mer de Rivière de Terre de
Mer de Rivière de Terre de Mer de Ri-
vière de Terre de Mer de Rivière de Terre
de Mer de Rivière de Terre de Mer de
Rivière de Terre de Mer de Rivière de
Terre de Mer de Rivière de Terre de Mer
de Rivière de Terre

Ex. Ann. Bertiniani Ann. Fuldenses.

Ann. Bertiniani.

Ann. Fuldenses.

Ann. Bertiniani.

Ann. Fuldenses.

Ann. Bertiniani.

thoritate Viſitatoris Apoſtolici, P. N. Fr. Paulus Simon à Ieſu Maria, atque ex Conuentu S.Mariæ de Victoria Patres delecti, qui Magiſtri Nouitiorum munere ibidem fungerentur, aliaque ad ipſorum conſeruationem, & gubernationem neceſſaria prouiderent, executioniue mandarent, vt ſuo loco, ac tempore proſequemur.

CAPVT XLVI.

V.P.N. Petro à Matre Dei demandatur à Clemente VIII. Regimen Reformatorum Ordinis S. Auguſtini.

DE Ordine S. Auguſtini, qui dicitur Eremitarum,& vnus eſt ex quatuor Mendicantibus ſuperfluum foret multa præfari, cùm ſemetipſum fulgore ſuo luculentiſſimè manifeſtet.

Nonnulli eiuſdem Ordinis viri zelo ſuæ Religionis accenſi Reformationis ſtudium arripuerant, & impigrè proſequi conabantur. Verùm, vt in rebus tam arduis fieri ſolet, non deerant ſuſcepto itineri multiplicia obſtacula: nam Tyrones nouæ militiæ Ducem requirebant veteranum, qui rudes inſtrueret, nutantes ſtabiliret, tritam ſibi viam alijs oſtenderet, complanaret: nam priùs docere, quàm didiceris, periculi plenum eſt,& vanitatis. Patiebatur etiam nouellus Grex ab eorum copia, qui nouarum rerum curioſitate potius, quàm perfectioris vitæ deſiderio ex Conuentualibus aduenerant, & inueterata vitæ licẽtia exui ſe ſe non patiebantur: vnde ruinæ proxima videbatur reformatio, cùm nondum benè ſtabilitam tot machinæ impellerent. Quod cũ Clemens VIII. inaudiſſet, de Religioſorum quorumlibet ſtatu dirigendo Paſtorali munere ſollicitus, remedium prouidere decreuit, & & oculos mentis circumferens, vt virum aliquem eligeret ad tantum munus idoneum, Patrem Fr. Petrũ Reformatis S.Auguſtini præfecit titulo Superintendentis; voluitque vt authoritate Apoſtolica eoſdem regeret, ac gubernaret; ſtatuta, ac conſtitutiones examinaret, & reformaret; regularis diſciplinæ obſeruantiam introduceret, ac ſeruari mandaret; eos qui à Conuentualibus,aut alijs Ordinibus tranſierant, & ad reformationẽ inidoneos cenſeret,ad priores Ordines remitteret; aliaq;præſtaret quæ fuſiùs habentur in Breui deſuper edito,in quo Summus Pontifex Patris Petri virtutes conglomerans, eum à fide, integritate, prudentia, pietate, ac Religionis zelo deprædicat: cuius tenorem ſubijcimus. Ab Anno Chriſti.1599 ad 1600.

Dilecto Filio Petro de Matre Dei Fratri Ord. B. Mariæ de Monte Carmeli Diſcalceatorum nuncupati.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

DE Religioſorum quorumlibet ſtatu dirigendo Paſtorali munere ſolliciti, ac de tua fide, integritate, prudentia, pietate, ac Religionis zelo plurimùm in Domino confiſi, te Ordinis Fratrum Diſcalceatorum, ſeu Reformatorum Sancti Auguſtini ſuperintendentem ad noſtrum

Ab Anno Chriſt. 1599 ad 1600.

ſtrum, & Apoſtolicæ Sedis beneplacitũ facimus, conſtituimus, & deputamus, tibique dictum Ordinem regendi, & gubernandi, eiuſque ſtatuta, & conſtitutiones examinandi, & reformandi ac eorum, & regularis, ac Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſeruantiam introducendi, ac cuſtodiri mandandi, quoſcumque in prædicto Ordine receptos, ſeu ad illum ex alijs Ordinibus, & preſertim ex Ordine Conuentualium, aut quauis Congregatione Sancti Auguſtini tranſlatos, qui tibi ad Reformationis, & Regulæ dicti Ordinis Reformatorum Obſeruantiam idonei non videbuntur ex dicto Ordine dimittendi, & ad eorum priores Ordines, ſeu Congregationes remittendi, eiſque iuramentum, & votum de obſeruanda dicta Reformatione præſtitum relaxandi, ac illos, & quoſcumque alios eiuſdem Ordinis Religioſos, à quibuſcumque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis per eos ex Ordinis Conſtitutionibus forſan incurſis hac vice dũtaxat; ac denique omnia & ſingula, quæ ad dicti Ordinis proſperam directionẽ, ac felix regimen, & gubernium pertinent, gerendi, ordinandi, mandandi, ac exequi faciendi, ac quoſcumque inobedientes, & tibi parere recuſantes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas cogendi, & compellendi plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedictiæ Dilectis filijs Vicario Generali, & Fratribus dicti Ordis reformatorum Sancti Auguſtini, vt te noſtro nomine ſuperintendentem agnoſcant, & recipiant, tuaque ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent; alioquin ſententiam, ſiue pœnam quam ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari: non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Reformatorum, ac aliorũ Ordinum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque cõtrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die decima Iulij Milleſimi quingenteſimi nonageſimi noni, Pontificatus noſtri anno octauo.

Inhabitabant, per id tempus Reformati S. Auguſtini ædes quaſdam anguſtas in ea Vrbis regione, quæ ad Regulam dicitur, & in vicina Eccleſia Sancti Pauli Miſſæ ſacrificium, & officia ſacra peragebant. Vnde poſtmodum translati ſunt in eum locum, vbi amplum eleemoſinis fidelium excitauere Conuentum & Eccleſiam titulo Ieſu, ac Mariæ inſignem, Via lata nõ procul à porta Vrbis celeberrima, quæ olim à vicino flumine dicta eſt flumentaria; nunc quia Chriſtianorũ Populi cis citraque Alpes degentium per eam in Vrbem confluunt, de Populo dici conſueuit.

Volens ergo Pater Petrus muneri ſuo ſatisfacere, herbas quidem inutiles ex agro ſibi concredito eradicauit, & à Summo Pontifice facultatem obtinuit, vt non obſtantibus decretis ab eodem emanatis circa nouitiorum receptiones, ea, quæ iam factæ erant, confirmarentur; poſſentque deinceps in ipſa Ciuitate Romana nouæ Reformationis tyrocinium fundare, impetratis litteris in forma Breuis eodem hoc anno milleſimo quingenteſimo nono ad diem quintam Nouembris; & teneris adhuc plantis directorem dedit Patrem Fratrem Eliſeum à Sancto Ioſeph in Conuentu Sanctæ Mariæ de Scala inter cæteros religioſis virtutibus eminentem, quem ad Sancti Pauli cum Reformatis Sãcti Auguſtini reſidere iuſſit, vſque dum orationis, ac præſentiæ Dei ſpiritum, ſtudiumque mortificationis, aliaque mortificationis exercitia didiciſſent.

Nonnullos etiam ex ijs, qui futuris temporibus ad gerenda nouellæ Reformationis munia maius talentum

tum præmonſtrare videbantur, inter noſtros aliquandiù voluit exerceri, ac præſertim Patrem Fr.Iulianum à S.Maria, ac P.Fr. Antonium à Sãcto Homobono, quorum alter ad Sanctæ Mariæ de Scala Romæ ſub Patre Fr.Ioanne à Ieſu Maria, alter in Conuentu S. Annæ Genuæ ſub P.Fr.Franciſco à SS.Sacramento religioſi ſpiritus didicere tyrocyniũ, vt deinceps alios edocere poſſent.

Plurima ſtatutorum capita, quantum diuerſitas regulæ, atque inſtituti patiebantur, ad inſtar earum efformauit, quæ multis experientijs didicerat in reformato Carmelo nõ modicum vtilitatis attuliſſe, ex quibus, alijſue corpus conſtitutionum eodem auctore compactum eſt, ſub quibus huc vſque pium Domino gerunt famulatum.

Præfuit P. Petrus Reformationi S.Auguſtini quamdiu vixit procurauitque, ac vidit ſumma ſpiritus exultatione magnum eius incremẽtum, non tantummodo Conuentuũ, ac Religioſorum numero, ſed quod maius eſt, virtutum omnium merito. Et quia continuis negotijs impeditus per ſemetipſum nouæ Reformationis neceſſitatibus nõ ſemper poterat prouidere, ſolebat ad viſitationis regularis officium, aliaque maioris momenti negocia deputare Patrem Fr.Ferdinãdum à S.Maria, cuius prudentia, ac zelo multa ſublata ſunt, quæ feruorem nouorum Chriſti militum poterant impedire.

Particularia virtutum exercitia, ac ſanctitatis exempla, quæ ſub regimine, viſitatione ac directione Carmelitarum Diſcalceatorũ præſtiterunt Patres, ac Fratres Reformationis S. Auguſtini, meum non eſt enarrare; ſed ad eius Ordinis hiſtoricos me remitto, qui magnam ſcribendi ſegetem in hoc campo reperient.

CAPVT XLVII.

Ab anno Chriſt.1600 ad 1601.

V. P. N. Petrus à Matre Dei varium, ac multiplicem fructum operatur ſuis concionibus, conſilijs, alijſque pijs operibus, præſertim in anno Iubilæi 1600.

ARdebat Reu. P. Fr. Petrus à Matre Dei lucrandarũ animarum zelo inſatiabili, nec parcebat labori, nec valetudinem curabat, ſed continuis prædicationibus alacriter inſiſtebat. Vnde non ſolum in Eccleſijs Vrbis principalioribus magno Ciuitatis concurſu, fructuque Verbum Dei per Aduentum, ac Quadrageſimam concionabatur, ſed plerumque intra annum diuerſis in Eccleſijs, atque Oratorijs inuitatus, promptum ſe, facilemque exhibebat; imo & apud Sanctimoniales pleraſque ſpirituales ſermones frequentabat. At verò per ſacrum Quadrageſimæ curriculum ad S.Catharinæ, quæ *de Funari* dicitur, ad S. Ludouici Gallorum, ad S.Laurentij in Damaſo tribus per ordinem annis, qui Iubilęũ præcedebant, ex pulpito verba fecit. Quæ cum in meditullio Ciuitatis ſint ſitæ, non facilè dici poteſt quanto concurſu, atque auiditate fuerit exauditus, quantamque morum emendationem adiuuante Diuina Gratia in mentibus auditorum fuerit operatus.

Quamuis autem frequenter admodum è ſublimi loco diſſereret, non tamen inpręmeditatos conceptus temerè effundebat, ſed ad ſingulas prędicationes impendere ſolebat horas non pauciores duodecim, partim quidem ſtudio, lectionique, ſed multò plus orationi tribuens, ac meditationi, qua median-

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1600 ad 1601.

te lumen, spiritumque accipiebat à Deo, quem in auditores infunderet: Licet sæpissimè contigeret, vt ob occultas, sibique incognitas causas aliò abriperetur, & ad non præcogitata diuertere ab interno spiritu impelleretur, quod ob specialem quorumdam auditorum fructũ Deo operante accidisse rerum euentus docuit; quemadmodum sibi quoque euenire solitum S. Augustinus narrat.

Huius rei non ignobile exemplũ, quod hoc anno Iubilei contigit, proferam. Nam circuli quidem quadragesimalis Conciones in Sancti Petri veteri Ecclesia Pater Petrus habuit: sed reliquo eiusdem anni tempore post vesperas in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Scala sermocinabatur magno omnium ordinum concursu, immo qui cæteris præeminebant doctrina, ac prædicandi gratia, certatim ad eum confluebant, magno studio, ac auiditate; atque inter cæteros P. Blondius illius temporis prædicator famosissimus, & Pater Magister Lerma Ordinis S. Dominici doctrinæ fama celeberrimus, nunquam, quo ad fieri potuit, Patris Petri prædicationẽ omiserunt. Cumque hic posterior sudore madidus (erat enim vir corpulentus) per Caniculares calores pontem Sixti, quo in Transtyberinam regionem pergitur, Sole adhuc feruente, quemadmodum solebat, pertransiret, interrogatus ab amico occurrente, quo tenderet? *Ad Sanctę Marię de Scala*, (inquit) *vt Metaphysicum audiam spiritualem*. Quæ nomenclatura à tanto viro profecta Patri Petro multum temporis adhæsit.

Assumpserat P. Petrus pro themate sermonũ quotidianorum suauissimam materiam Amoris Diuini, quod cum intellexisset Venerabilis Ioannes Baptista Vitellius fulginas Oratorij Boni Iesu fundator in patrio solo, vir pijssimus, ac morum sanctitate præclarus, qui Romam ad annum Sanctum conuenerat, voluit & ipse tam dulci pabulo mentem pascere, magnaque auiditate ad Ecclesiam accurrit, vna cum Reuerendo Domino Angelo Tramazzuoli præsbytero laudatissimo Ciuitatis Interamnensis. Inuenerunt Concionatorem ad dimidium sermonis vergentem, auditorio stipatũ nobilissimo, densissimoque. Vixque amator Iesu pedem intulerat in Ecclesiam, se seque tam magnæ multitudini immiscuerat, cùm repente P. Petrus afflatus à Spiritu Sancto exclamans prorupit in hæc verba: *Eleuemur in sublime, appulit enim qui me intelligit.* Et discursu sublimissimo tã exactè disseruit de gradibus Diuini Amoris, & cum tanta spiritus vi, atque efficacia materiam hanc pertractauit; vt res plusquam humana crederetur, & Ioannes Baptista supra modum consolatus, semetipsum à laudibus Prædicatoris temperare vix posset. Et P. Petrus, qui Ioannem Baptistam hactenus de vultu non nouerat, intimioribus amicis dicere solebat, se in eo actu à Deo illuminatum, & impetu spiritus raptum, protulisse iam dicta verba: sed quamuis interiorem motum in semetipso sentiret, tunc tamen non applicuisse animum ad sententiæ à se prolatæ particularem sensum, & rei magnitudinem non penetrasse, sed demum, postea quam Patris Ioannis Baptistæ sublimes cognouit virtutes summæ humilitati coniunctas, quas deinceps plurimum æstimauit; Et vicissim humilis ille Dei seruus exinde non solum Patrem Petrum, sed totã ipsius Religionem magna affectione coluit, quemadmodũ in sequentibus narraturi sumus.

Quod si subinde necessarijs negocijs Charitatis, aut Religionis occupatus, fermè imparatus ad Cõcionem accedere cogeretur, offerebat Patri luminum id, quod fecerat

Digitized by Google

rat, exercitij, loco ſtudij, & ab eo poſtulabat ſapientiam, & multò excellentiùs ſupplebat Deus, quam proprij vires ingenij ſuppeditare potuiſſent. Subiturus pulpitum nunquam omiſit quin per mediam ad minus horam genibus flexis oraret, Deo ſe, ſuoſque commendans auditores.

Non quærebat vir apoſtolicus in Concionibus ſuis inanis gloriæ fumum: nec Philoſophicis ſubtilitatibus, ac Theologicis difficultatibus, aut conceptibus peregrinis, aut floribus venuſtis famã atris diſputatoris, aut magni doctoris celebritatem, aut ſubtilis Scholaſtici laudem, aut Rhetoris eloquentis applauſum aucupari dignabatur; ſed vnicum præ oculis habebat finem, ſalutem animarum, Deique, non ſuam gloriam. Adeòque interrogatus ab amico quodam familiariſſimo, cur non frequentiùs ſubtiliores ſcholæ quæſtiones transferret ad pulpitum? (erat enim in his apprimè verſatus) fore hoc pro dignitate non ſolùm concionatoris, ſed etiam pro decore, atque excellentia Diuini Verbi; reſpondit: *Eum qui verbo Dei fructũ facere velit, ſuę dignitatis, honoriſque immemorem eſſe debere, & maximam Diuini Verbi gloriam in eo ſitam, vt in ſua infirmitate vim exerat conuerſionis animarum.*

Et nihilominùs tam excellẽs erat donum, quod poſſidebat, vt plerumque poſt Concionem viri ſapientiſſimi ad inuicem ſtupentes vſurparẽt illud Euangelij: *Nunquam ſic locutus eſt homo.* Quod tunc præſertim accidebat, cum exercitijs charitatis occupatus, minus temporis inſumpſerat ſtudio; cuius rei præclarum exemplũ profunda humilitate coniunctũ inſtar omnium proferemus. Nam cum ad Sancti Ludouici concionem habere deberet, horas ſtudio præſtitutas conſolandis fratribus, adiuuandis deſolatis impenderat, nec aliam præparationem potuit adhibere, niſi ſolum vnum Ludouici Granatenſis ſuper Euangelio currente ſermonem raptim legendo percurrere, quo peracto ſolitæ ſe ſe tradidit orationi, atque inde pulpitum aſcendens, tam admirabiliter officio ſuo perfunctus eſt, vt omnes ſtupore pariter, ac deuotione percelleret, & ſe ipſum ſuperaſſe videretur. Cumque quidam ex amicis vrgerent, vt copiam eis ſuæ concionis habere liceret, humiliter planè reſpondit: *ſe illam de verbo ad verbum excepiſſe ex Granatenſi, apud illum tali loco reperturos quę dixerat.* Et quidem opera Reuerendi Patris Ludouici Granatenſis Ordinis Prædicatorum poſt Sanctos Patres arridebant ſummoperè Patris Petri palato, vtpotè quæ ſpiritum vbique ſpirent, & deuotionem, atque ex ijs multa deuorabat, quæ adiunctis Sanctorum Patrum ſententijs, ea luce, quam in oratione acceperat, enucleabat, explicabat; eo feruore, impetuque ponderabat, exagerabat; ea gratia ſuadebat, imprimebat, vt quoddam naturæ, gratiæque miraculum haberetur.

Ab Anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Quamuis omnes Pulpiti materias, vt occaſio fert, egregiè ad ſpiritum accommodaret; familiarior tamen ipſi, ſeu connaturalior erat, cùm ad populum diſſereret, Diuini Iudicij pertractatio, quam vel ex profeſſo, vel grata digreſſione frequenter ponderare ſolebat tanta vi, atque energia, vt diſruptis nubibus tonitrua & fulgura, adeoque ſupremi Iudicis tribunal ante oculos ſuos cernere ſibi viderentur auditores, tanta commotione peccatorum, tremore, ac lachrymis, vt multò etiam poſt tempore ſpiritus impetũ ſiſtere non poſſent; ſed tuba illa terribilis Iudicij voce Patris intonata ſemper videretur in eorũ auribus reſonare: *Surgite mortui venite ad iudicium.* Hinc qui eiuſdem Patris effigiem tabulis græis exſcul-

pi cu-

Ab Anno Chriſti 1600 ad 1601.

pi curarunt Antuerpiæ, ſimilitudinẽ Diuini Iudicij ad dexteram eius nõ immeritò collocarunt, ceu inſigne tubę Apoſtolicæ, quam frequentiùs, efficaciùſque inſonabat. Longum foret recenſere peccatorum conuerſiones, & earum præſertim fœminarum, quæ cum captiuæ teneantur à Dœmonum voluntate, laqueus fiunt, & muſcipula pedibus inſipiẽtium; cùm magnus talium animarũ numerus Diuina opitulante Gratia, ſermonibus eius ad Chriſtum reduceretur.

Sed neque hic ſiſtebat feruor charitatis, nam conſolandis afflictis viſitandis infirmis, Confeſſionibus audiendis diſtendebantur etiam viſcera amatoris Dei. Ita tamen vt Principum, adeòque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium confeſſiones ordinariè non libenter excideret; præſertim poſteaquàm ad munus Concionatoris Apoſtolici fuit euectus, duabus de cauſis; tum ne libertatem reprehendendi, ſecreti ſigillum coercere videretur, tùm quod rebatur fructuoſius impendi pauperibus id temporis, & charitatis; Nobilibus autem, diuitibuſque, ſi velint, non defuturam Confeſſariorum copiam.

Ad Energumenos etiam liberandos Patris Petri charitas ſe ſe extẽdebat, eos Exorciſmis orationibus, ieiunijs adiuuabat, Dæmonibus admodum formidoloſus, quos imperio coercebat, eijciebat, vt patuit in Lucretia Cotti, de qua plura in ſequentibus dicturi ſumus.

Cumque quædam Matrona nobiliſſima ſupra modum afflicta in profundum ferè deſperationis barathrum raperetur, Pater Frater Petrus neque vocatus, neque illam cognoſcens, aut aliquid de ea ſciens, impetu quodam interni ſpiritus ad eius domum acceſſit, quaſi ex errore; animamque eius ex moleſtiſſimi tentatoris faucibus Deo addiuante liberauit.

Hæc tamen, & ſimilia charitatis officia tanta præſtitit mentis puritate, vt à rebus huius ſæculi non ſolum gereret denudatum affectum, ſed mira ſimplicitate ne quidem animo videretur aduertere. Atque in materia pudicitiæ, cuius intactum florem vſque ad finem vitæ creditur conſeruaſſe, ita ſibi cauebat; vt virginali timore quidquid caſtitatis rigorem labefactare, vel minimum poſſet, horreret, fugeretque ad inſtar Aſpidis, aut mortiferæ luis.

Et quod conſolationis, aut ſpiritus transfundebat in proximos, ex memoria ſuauitatis abundantiſſimæ, quam in oratione conceperat, eructabat non canalis, ſed plena roris diuini concha. Nam & excellẽtem admodum orationis ſupernaturaliter infuſæ gradum poſſidebat à Domino; tantaq; ſubinde replebatur deſuper dulcedine, vt tenerum cor copioſum lachrymarum imbrem continere non valeret; quod præſertim tunc accidebat frequentiùs, cũ dulciſſimi Ieſu realem præſentiam ſub Sanctiſſimi Sacramenti velaminibus viua fide perſentiens, deguſtanſque, dulciter æſtuabat interiùs in amoris flammas, exteriuſque liqueſcebat in lachrymas.

Diſcretionem ſpirituum in multis oſtendit, ac ſpecialiter dũ Cardinalis cuiuſdam familiarem, quem à maligno ſpiritu agitatum pleriq; credebant, ad ſe adductum, examinatumque, re cum Deo in oratione communicata, à tali vexatione iudicauit immunem, quod rei probauit euentus.

Nobilem iuuenem, qui parentibus inſcijs, inuitiſque reliquerat ſęculum, ſeſeque intra Religioſæ domus ſepta condiderat, prope diem ſuſcepturus habitum, Summus Potifex ad explorandam propoſiti firmitatem apud Venerandos Patres Oratorij Sancti Philippi Nerij in Vallicella ſequeſtrari iuſſerat. Inter

eos

eos Reuerendus Pater Fauſtus Latinus Patrem Petrum, quem plurimi faciebat, conuenit, rogauitque, vt ſpiritum Iuuenis examinaret, num ex Deo foret vocatio; quod cum ſolita benignitate feciſſet eo temporis ſpatio, quo à Porta Sancti Spiritus vſq; ad Septimianam progrediebantur (occurrerant enim domum reuertenti) interrogatus à Patre Fauſto quid ſentiret? reſpondit: *Vocationem à Deo non eſſe, nec iuuenem illum vnquam fore Religioſum*, quod exitus rei comprobauit.

Nonnulla alia à Reuerendo Patre Fauſto accepi ſpartim hiſtoriæ inſerta, qui virtutum exempla à ſe dum iuuenis eſſet viſa, ad diem vltimum ſenior prædicare non ceſſabat.

Erat hanc ob cauſam in rebus dubijs, anxijſque Romanæ Ciuitatis oraculum, quod non ſolum infimi quique, ſed etiam Summus Pontifex conſuleret. His in rebus dubijs præbebat conſilium, alijs auxilium in anguſtijs, hos promouebat in vitam ſpiritualem, illos ad eam amplectendam incitabat.

Obſeruantiam quoque Monaſteriorum Monialiũ Pater Noſter Petrus cordi habuit: nam & quorumdam directionem ſpiritualem ſuſcepit, doctrina, atque exhortationibus ſpiritualibus efformauit, ſcriptis etiam tractatibus erudiuit. Ex quibus habeo apud me tractatulum aureum de humilitate manu eius exaratum pro Monaſterio Sanctæ Cæciliæ; In quo modos adferens acquirendæ humilitatis inter cætera ſic ait: *Secundò neceſſarium eſt, vt te ipſam adiuues, ex parte tua; ideoque hæc ſequentia exercitia ſtudeas in praxim deducere. Primum, dilige taciturnitatem. Quoniam anima ſilentio dedita facile ad conſiderandam propriam miſeriam inclinatur; atque è cõtrario loquacitas leuitatem generat, & vanitatem animi, quæ grauitatem humilitatis exterminant.*

Secundum, oculos ſemper geras demiſſos. Quia exterior humilitatis compoſitio tacita quadam vi generat interiorem, & qui ad alios non attendit facile ſe ipſum introſpicit: ſicut è contrario, qui facta reſpicit aliorum, ſui, ſuorumque defectuum obliuiſcitur. Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Tertium, libenter te exerceas, in humilioribus Monaſterij ſeruitijs, quia actiones illæ humiliant mentem.

Quartum, fuge conuerſationem illarum perſonarum, quæ ſuperbiam, & vanitatem præſeferunt, ijs adhære quæ amant humilitatem. Multum enim mouent exempla, & ſermones eorum, quibuscum conuerſamur.

Quintum, de tuis defectibus admoneri, ac reprehendi deſidera: roga inſuper ſuperiorem, ſororeſque, vt te redarguant.

Sextum, Omnibus ſubmiſſam exhibe reuerentiam, locumque honorabiliorem, ac res commodiores alijs concede, tanquam dignioribus: tu vero tanquam indignior omnibus aſſume pauperiores, ac viliores.

Septimum, Sanctæ Obedientiæ ita te ſubmitte, vt in omnibus eam exercere coneris.

Et hæ quidem actiones exteriores multum conducunt humilitati acquirendæ. Sed quia ſedes eius eſt in interiori animæ, ideò oportet etiã ibi in intimo cordis ſui continuò laborare, &c.

Quæ aurea præcepta, ne interirent, hìc inſerere volui.

Contigit etiam hoc anno Iubilei, quod modo narrabo, Charitatis eius exemplum circa Virginẽ Deo deuotam, & Monaſterium ab ea fundatum. Nam ad Annum Sanctum Romam venit virgo quædam, ex agro Romæ ſuburbano parentibus honeſtis nata, fortunæ mediocris; ſed quam ſingularibus proſequebatur fauoribus excelſus ille, cui cum ſimplicibus ſolet eſſe fermocinatio. Nomen eius ea de cauſa non exprimo, quod adhuc in humanis degat.

Hanc à teneris annis, dum textrinum

Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

trinum inter opus, profanum quiddam, vt ſolebant, ſodales fallendo labori cantillant, ſpectro teterrimi monſtri, quod ferociſſimi Tauri ſpeciem præſeferebat, territā Chriſtus à vanitatibus ſæculi fortiter abſtraxerat; & ad diuinum amorē, rerumque cœleſtium meditationem ſuæ gratiæ blandimentis allexerat. Hinc poſt annos quinque, cum nouemdecim foret annorum, creſcente deuotionis ardore, & pœnitentiæ deſiderio, ſæculari habitu relicto, eum quē geſtant ſorores Tertij Ordinis S. Dominici, quæ de pœnitentia vocantur, aſſumpſit, interius ſtimulante, ac dictitante ſpiritu, fore aliquando, vt Deus Monaſterium eiuſdem Ordinis in natali ſolo procuraret.

Verum multis iam procurrentibus annis nihil affulgebat ſpei neceſſariarum rerum inopia obſiſtēte. Vſque dū (vt dixi) Romam veniens P. Petrum ſuppliciter rogauit, vt ſuā dignaretur excipere confeſſionem, examinare ſpiritum, aſſumere directionem. Annuit ille, multiſq; probauit experimentis, atque inter cætera, iuſſit, vt mulieribus peregrinis ad Hoſpitalem Sanctiſſimæ Trinitatis, & infirmis in Noſochomijs cibos miniſtraret, lauaret pedes, lectos ſterneret, cæteriſque charitatis, atque humilitatis chriſtianæ fungeretur officijs, præſertim quibus repugnare ſolet aut delicatæ, aut ſuperbæ mentis ſenſus. Præſtitit alacriter illa quidquid præſcribebat Confeſſarius, atque in humili Dei ſerua cuncta boni ſpiritus ſigna deprehendebantur; adeòque Principibus Viris, ac Mulieribus, apud quos valebat plurimum, pium Virginis deſiderium commendans, tantum profecit, vt eleemoſynis nobilium perſonarum, ac nominatim Cardinalis Sfondrati, ac D. Iuliæ Matthei, quæ ſequentibus annis inſtitutum Tereſianum profeſſa fuit, Congregationem Sororum pœnitētiæ inſtituerit in ſolo patrio. Et quāuis nonnulli Viri potentes Virginis inſtitutum reprobarent, eamque apud benefactores exoſam reddere molirentur; attamen P. Petrus ſuæ ſemper authoritate Virginem, eiuſque Congregationem tutatus eſt; & quoad vixit, nouis ſemper auxilijs, ſubſidijſque promouit: adeò vt poſtmodum in Monaſterium ſub perpetua Clauſura tranſieris; in quo ad hodiernum diem triginta circiter Moniales deuotum Deo ſtudent exhibere famulatum pio fundatricis exemplo.



LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

Complectens erectionem nouæ Congregationis Italicæ ſub Titulo Sancti ELIAE; eiuſque promotionem ſub V. P. N. Petro à Matre Dei Apoſtolico Commiſſario; Necnon vitas, & geſta Primorum Patrum Hiſpanorum, qui vel ad illam ſtabiliendam collaborarunt, vel ad illam fulciendam ex Hiſpania in Italiam commigrarunt.

CAPVT I.

Anno Iubilei 1600. noua Congregatio ex Italiæ Conuentibus erigitur, eique in Commiſſarium Apoſtolica authoritate Præficitur Pater Frater Petrus à Matre Dei.

HVC vſque Conuentus Italiæ ab Hiſpanica quidē Congregatione ſeparati, atq; inuicem vniti, Sedique Apoſtolicę immediatè ſubiecti, ſub protectione Cardinalis Pinelli militabant in Caſtris Tereſianæ militiæ. Nondum tamen in vnam Congregationem redacti, proprio gaudebant capite, ſub quo in Corpus myſticum Religionis coaleſcerent, vt membrorū, ac domorum diuerſitatem vnus animaret obedientiæ ſpiritus, vnum contineret glutinum charitatis.

Summus igitur Pontifex Clem. VIII. cum ex Apoſtolicæ dignitatis culmine ſollicitam mentis aciem ſoleret intendere ad earum Religionum propagationem, quarum profeſſores vitæ ſanctitate, & exemplo, ac ſacrarum litterarum doctrina fideli populo ad ſalutem prodeſſe ſtuderent; ipſeque non ſolum fide dignorum teſtimonio, ſed etiam proprijs experimentis didiciſſet, nouos in Italia Conuentus Regulam ſuam diligenter obſeruare, ac veſtigijs Patrum ſuorum Eliæ, ac Eliſei Prophetarum inſiſtentes in duplicem inſtituti ſui finem, vnionem ſcilicet cum Deo, & proximorum ſalutem incumbere. Vſurpaſſet etiā oculis, quantum vtilitatis Eccleſiæ Dei pijs eorum exercitijs, tum oratio-

Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Ab Anno Chriſt. 1600 ad 1601.

tionibus, mortificationibus, aſperitate vitæ, tum prædicationibus, Confeſſionibus, & Sacramentorum adminiſtratione, ad Dei laudem, & Chriſtifidelium animarum ſalutem quotidie accederet: volens vlteriori reformationis incremento opportunè proſpicere, vt ſine vllo impedimento ad omnia Eccleſiæ Regna propagari poſſet; ex tribus ſæpe dictis Conuentibus Italiæ Congregationem erexit, eique omnia deinceps per totum Orbem præter Hiſpaniam Carmeli Diſcalceati fũdanda loca ſubiecit, nec non Venerabilem Patrem Fratrem Petrum à Matre Dei in Commiſſarium Generalem Apoſtolica auctoritate præfecit. Priuilegijs quoque, indulgentijs, ac gratijs Congregationi Hiſpanicæ conceſſis, ac inpoſterum concedendis nomine proprio gaudere iuſſit. Conuentus etiam nouos per Italiam, aliaque Regna, ſolis Hiſpanicis exceptis, erigendi facultatem elargitus eſt. Aliaque nouæ Congregationi conceſſit, quæ in Breui, quod ſubijcimus, digeſta cernuntur.

CLEMENS

PAPA VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

IN Apoſtolicæ dignitatis culmine (meritis licet imparibus) diuina diſponente Clementia conſtituti, ad ea noſtræ mentis aciem libenter dirigimus, per quæ Sacrarum Religionum in Eccleſia Dei pie, ſanctèque inſtitutarum, quarum profeſſores, vitæ ſanctitate & exemplo, ac ſacrarum litterarum doctrina fideli populo ad ſalutem prodeſſe ſtudent, propagationi & incremento, quantum cum Domino poſſumus, intendamus. Aliàs ſiquidem cum in Italia præter Monaſterium, ſeu Collegium Sanctæ Annæ Ciuitatis Ianuenſis, nullum aliud extaret virorum Monaſterium, neque Conuentus, aut Domus Ordinis fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum nuncupatorum.

Nos cupientes Ordinem prædictum (cuius profeſſores primitiuæ Regulæ à Beatæ Memoriæ Alberto Patriarchæ Hyeroſolimitano ipſi Ordini præſcriptæ, & à felicis recordationis Innocentio Papa IV. prædeceſſore noſtro prima Septembris anni milleſimi ducenteſimi quadrageſimi Octaui Pontificatus ſui anno quinto confirmatæ normam, tum in regnis Hiſpaniarum, tum in Italiæ diligenter obſeruant, & in vtrumque inſtituti ſui finem; priorem ſcilicet ac potiorem, qui eſt diuina vnio per orationem, & contemplationem, & poſteriorem, qui eſt ſalus proximorum verbo, ac opere Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſei, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum hæredes ſunt, veſtigijs inſiſtentes incumbunt) In Alma Vrbe noſtra propagari; vnam eiuſdem Ordinis Domum apud Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Scala nuncupatam in regione Trantyberim de eadem Vrbe Apoſtolica auctoritate perpetuo ereximus, prout in noſtris deſuper in forma Breuis expeditis litteris pleniùs continetur. Porro cum præter fide dignorum teſtimonia quæ de huius Ordinis Sanctitate, ad nos perlata ſunt, Nos ipſi experientia cognouerimus, quantum vtilitatis in Eccleſia Dei pijs eorum exercitijs, tum orationibus, mortificationibus, aſperitate vitæ; tum prædicationibus, Confeſſionibus, & Sacramentorum adminiſtratione ad Dei laudem, & Chriſtifidelium animarum ſalutem quotidie afferat; volentes vlteriori eiuſdem ordinis propagationi, quantum cum Domino poſſumus, opportune proſpicere: Motu proprio, ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tam ex prædicta in Vrbe per nos erecta, & alia ſupradicta Sanctæ Annæ Ianuenſis, & quibuſ-

Digitized by Google

Ab anno Christ. 1600, ad 1601.

quibuſcumque alijs Domibus, ſeu Conuentibus in Italia forſan hactenus erectis (quos, & quas iam à Congregatione eiuſdem Hiſpaniarum per dictas noſtras litteras ſeparauimus) quam ex alijs quibuſcumque Domibus, & Conuentibus poſthac in Italia, & alijs quibuſuis præter Hiſpaniam locis, ac regnis erigendis, vnam Congregationem fratrũ Carmelitarum Diſcalceatorum, à præfata Congregatione, ſeu Ordine Hiſpaniarum, & quibuſcumque alijs eiuſdem Ordinis Congregationibus, ſeu Prouincijs, illarumque ſuperioribus, & fratribus prorſus diſtinctam & ſeparatam nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiectam, ab vno Præpoſito cum diffinitorum interuentu iuxta regularia eiuſdem ordinis ſtatuta regendam, & gubernandam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus,

Ipſique Congregationi ſic erectæ, eiuſque nunc, & pro tempore exiſtentibus Domibus, ſeu Conuentibus, ac ſuperioribus, & fratribus, vt quibuſcumque priuilegijs, indultis, conceſſionibus, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiuis, fauoribus, Indulgentijs, & alijs gratijs tam ſpiritualibus, quam corporalibus ſupradictæ Hiſpaniarum Congregationi, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis, aut alias quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac in poſterum concedendis vti frui, & gaudere poſſit ſine aliqua prorſus differentia, perinde ac ſi eidem Congregationi Italiæ, eiuſque Domibus, Conuentibus, ſuperioribus, & perſonis, nominatim, & æquè principaliter fuiſſent conceſſa.

Vtque nouas domos, & Conuentus in quibuſcumque Ciuitatibus, terris, & locis, tam Italiæ, quam aliarum, extra Hiſpaniam, Prouinciarum ac regnorum recipere, & eligere valeat: dummodo tamen in quacumque illarum duodecim Religioſorum numerus ad minus commode ali & commorari poſſit. Nec non etiam, vt quæcumque bona ſtabilia, & mobilia ipſis Domibus ex quibuſcumq; piorum Chriſtifidelium eleemoſinis, largitionibus, donationibus, ſucceſſionibus, legatis, & alijs diſpoſitionibus acquirere, & recipere, ac in eorumdem Conuentuum, & Domorum, vſus, & vtilitatem conuertere poſſit.

Et præterea quia in eadem Congregatione Capitula Generalia, vel Prouincialia iuxta conſtitutiones quotannis non celebrantur, vt in quibuſcumque Domibus, & Conuentibus eiuſdem nouæ Congregationis à ſuperiore deputandis Nouitij ad habitum per fratres eiuſdem Ordinis geſtari ſolitum de licentia Commiſſarij, ſeu Præpoſiti Generalis eiuſdem Congregationis (ſeruata tamen in reliquis forma ſacrorum Canonum, Conſtitutionumque Apoſtolicarum, ac decretorum noſtrorum, ipſiuſque Ordinis Regularium ſtatutorum) dummodo informationes pro Nouitijs admittendis receptæ per vota ſecreta per Capitula Conuentus, in quo huiuſmodi Nouitij recipiendi erunt, approbentur. Ipſaſque informationes niſi iam alias habeantur Superior Congregationis, vel Conuentus aliquibus fratribus prudentia, & zelo Religionis præſtantibus recipiendas committat, qui Commiſſarij illam recipiant, de qualitatibus eorum, qui recipiendi erunt ex præſcripto Conſtitutionum Apoſtolicarum; & ſi extra locum Conuentus huiuſmodi informationes recipiendæ fuerint, idem Superior illas modo præmiſſo recipiendas aliquibus perſonis fide dignis committat, recipi poſſint, & valeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus, ac licentiam & facultatem opportunas impartimur.

Et pro maiore huius inſtituti conſeruatione in ipſa Congregatione aliquem etiam Diſcalceatorum Hiſpaniæ, aut ab alia quacumque Religione apoſtatam, fugitiuum, vel expulſum recipi poſſe prohibemus. Quod ſi ſecus ſcienter, vel ignoranter fieri contigerit, receptio, & admiſſio huiuſmodi nullius ſit roboris,

Ab Anno Chriſt. 1600 ad 1601.

vel momenti, & ipſe receptus ſtatim eiici debeat.

Nullum præterea huius Congregationis Religioſum curam, aut gubernationem Monialium, etiam ſi eiuſdem habitus & regulæ exiſtant, præterquam Monaſterij de Ieſu Maria Ianuenſis ſuſcipere, vel habere permittimus.

Ipſius autem Congregationis Italiæ regimini, & proſperæ gubernationi proſpicere cupientes, Dilectum filium Petrum de Matre Dei Priorem prædicti Conuentus Sanctæ Mariæ de Scala de Vrbe eiuſdem Congregationis Commiſſarium Generalem hac vice auctoritate, & tenore prædictis facimus, & deputamus, eidemque Congregationem Italiæ prædictam, eiuſque Domos, & Conuentus quoſcumque erectos, & erigendos regendi, & gubernandi, ac omnia & ſingula alia, quæ iuxta conſtitutiones Præpoſitus, ac Diffinitores in eadem Congregatione facere, & exercere poſſent, faciendi, & exercendi, ac vbi cenſuerit ſuperiores eligi faciendi per vota ſecreta Capituli Conuentus facultatem, & auctoritatem tribuimus.

At vbi alij duo Conuentus iam conditi, ac decenter ſtabiliti erunt, ad quos condendos ſpecialem licentiam concedimus, omnes ſuperiores cum eorum ſocijs, & diſcretis cononicè electis per eumdem Petrum ad capitulum conuocari, & iuxta conſtitutiones ad electionem Præpoſiti, & Diffinitorum Congregationis & ad reliqua, quæ ad Congregationis bonum expedire crediderint, procedi debere, Præpoſitumque rite iuxta conſtitutiones electum, eo ipſo confirmatum eſſe, & auctoritatem Commiſſarij expirare, totamque in Præpoſitum (iuxta tamen conſtitutiones) refundi ſtatuimus, & ordinamus.

Sed ſi ante expletam huiuſmodi Cõmiſſionem prædictus Petrus è vita diſceſſerit, eius vices Priori antiquiori earumdem Domorum gerendas committimus, & demandamus. Et vt huius Sacræ Vineæ fructus pluribus proſint, ſocietatem, ſeu confraternitatem Beatæ Mariæ de Monte Carmeli inſtituendi eique exercitia iuxta conſtitutiones, præſcribendi, perſonaſque in eamdem Confraternitatem admittendi, Congregationis Commiſſario, aut Præpoſito facultatem impartimur.

Decernentes præſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu, etiam ex eo quod quicumque intereſſe habentes vocati nõ fuerint, notari, argui, impugnari, & ad terminos iuris reduci, ſeu in ius, vel controuerſiam reuocari poſſe. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtante piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauetur expreſſè, ne qui fratrum mendicantium profeſſores loca ad inhabitandum recipere, ſeu recepta mutare audeant, aut præſumant, abſque prædictæ ſedis licentia ſpeciali de prohibitione huiuſmodi expreſſam faciente mẽtionem, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis prædicti iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt harum litterarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die decima tertia Nouembris milleſimo ſexcenteſimo. Pontificatus noſtri anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

CA-

CAPVT II.

Venerabilis Patris Petri ſalutiferis ordinationibns, & omnigenarum virtutum exemplis ad maiorem perfectionem promouetur noua Congregatio.

POſtquam Commiſſarij Generalis munus Apoſtolica auctoritate humeris ſuis impoſitum ſenſit Venerabilis Pater frater Petrus, omnes animi neruos intendit, vt puſillum gregem ſibi concreditum, tum verbo & exemplo, tum ordinationibus quibuſdam dirigeret in ſcopum religioſæ perfectionis.

Et quidem quantum ad ordinationes attinet, pleræque ab eo tunc propoſitæ, ſummoque ſtudio obſeruatæ, Capitulorum Generalium acceptatione, ac Pontificis confirmatione tranſierunt in legem. Sed libet earum tenorem, vt eas concepit, huc transferre latinitati donatum, vt tum ſuperioris præſcribentis ſpiritus, tum ſubditorum virtus amplius eluceſcat.

Frater Petrus à Matre Dei indignus Cõmiſſarius Apoſtolicus Congregationis Carmelitarum Diſcalceatorum Italiæ vniuerſis eiuſdem Congregationis fratribus abundantiam ſpiritus, & gratiarum.

Onus, quod mihi incumbit, Reuerentias, & charitates veſtras excitandi ad perfectionem religioſæ vitæ, ad quam à Clementiſſimo Patre noſtro vocati ſumus, mouit me ad ordinandum nonnulla, quæ nos in eum finem promouere poſſint. Nam quamuis Regula noſtra, ac Conſtitutiones optima media præſcribant; vt tamen hæc eadem media commodè mandentur executioni, nonnullas adiungere opus eſt ordinationes circa modum, & praxim earumdem.

In quem finem ſeruient, quæ ſequuntur. Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Primo, vt pro modulo correſpondeamus obligationi maximæ quam habemus erga Beatiſſimam Virginẽ, præter obſequia particularia, quæ vnuſquiſque ſpecialiter offeret, omnes in communi hæc ſequentia ſine exceptione præſtare curabunt.

Singulis Sabathis, excepto Sabato Sancto, poſt Primam, vel Tertiam cantabitur Miſſa Beatæ Virginis, & ſi contingat impediri feſto ſolemni primæ, vel ſecundæ claſſis occurrente, canatur die præcedenti non impedito.

In vigilijs feſtiuitatum Beatiſſimę Virginis canatur Salue Regina, ſicut in Sabathis fieri conſueuit.

Quotidie Completorio expleto recitentur in Choro litaniæ Beatiſſimæ Virginis. In Aduentu & vigilijs Beatiſſimæ Virginis, & in Ieiunijs Eccleſiæ non veſcantur ouis, nec lacticinijs:

Hæc obſequia modica Deiparæ offerimus, rogantes, vt ea dignetur acceptare, noſque dignos efficere, vt valeamus offerre maiora.

Et quia non mediocris profectus ſolet obuenire Congregationi ex eo quod oportunis temporibus, aliiſque debitis circumſtantijs perficiãtur Viſitationes. In primis ne Viſitatio, quam Conſtitutiones noſtræ parte 4. cap. 17. duabus vicibus per annum fieri præcipiunt, omittatur, aut nimium retardetur, ex eo quod non habeat aſſignatum, præfixumue terminum, præcipio, vt vna vice fiat intra decendium à feſto Exaltationis Sanctæ Crucis ad Ieiunia Regulæ maiori feruore inchoanda; altera intra Dominicam Sexageſimæ, & quinquageſimæ, vt nouo ſpiritu ſe diponant fratres ad Sacrũ Quadrageſimale Ieiunium.

Examinare præcipuè debet Prior, quem progreſſum quilibet ſubditorum faciat in via ſpirituali, interogando

Ab Anno Chriſt. 1600 ad 1601.

gando vnumquemque, primo: quem modum ſeruet in Oratione Mentali, & qualiter ac quãtum in ea ſe exerceat? Secundo: quomodo ambulet in præſentia Dei? Tertio: vt ſe gerat recitando Diuinum Officium? Quartò: quomodo peragat examen Conſcientiæ? Quinto: an congruè ſe diſponat ad recipienda Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ? Sexto: quali reuerentia, ac deuotione celebrat? Septimo: quam exerceat praxim ad acquirendas virtutes, an per hebdomadam integram, aut per dies ſingulos proſequendas, & exercendas ſeligat eas virtutes, quibus magis indiget conſiderata ratione ſtatus, ac perſonæ? Octauo: ad quæ magis propendeat naturali inclinatione ſiue in bonum, ſiue in malum? Nono: quas paſſiones experiatur vehementiores, & quomodo eas mortificare ſoleat? Decimo: quibuſnam tentationibus ſæpius impugnetur, & qualiter ijs reſiſtat? Vndecimo: quas inſpirationes deſuper in animo ſentiat? Duodecimo: an guſtum, aut dulcedinem percipiat, aut aliquid ſupernaturale patiatur in oratione, aut Communione? Decimo tertio. quænam deuotionis exercitia ſoleat obire, & quibus Sanctis ſpecialiter ſit affectus, quodue in honorem & reuerentiam eorum pendat obſequium? Decimo quarto: an particularibus pœnitentiæ ac mortificationis operibus corpus caſtiget? Decimo quinto: ſi Confeſſarius fuerit, aut Concionator, quomodo ſe ad miniſterium tanti muneris diſponat, & quo ſpiritu illud impleat? Decimo ſexto: vnumquemque, qui aliquod officium exercet, interrogabit, qualiter interius ſe præparet ad meritoriè, & cum animæ profectu illud exequendum?

Hæc eadem inquiret Viſitator, quando alium Conuentum viſitabit. Curet autem tali prudentia, atque amoris ſignificatione procedere cũ vnoquoque, vt examinatus facilè cor ſuum aperiat, effundatque in ſinum Superioris.

Atque hæc fuerunt primæ Commiſſarij Apoſtolici Ordinationes, quibus deinceps alias pro rerum, ac temporum opportunitate ſubiunxit, quarum pleræque in Corpus Conſtitutionum, ordinarij, ac inſtructionum ſunt relatæ.

Quanto verò ardore Charitatis ſubditos complexus ſecũ vna currentes traheret ad perfectionem, non facile fuerit explicare. Nam non ſolum tenerrimo proſequebatur affectu, ſed ſuijpſius oblitus plena in eos effundebat viſcera. Neque vllus carnalis Pater tam ſedulo ſuorum neceſſitatibus inuigilabat, & medebatur, vt ſuorum ſubditorum Pater frater Petrus. Contigebat ſæpiſſime ad aliquem Principem ſæcularem, aut Eccleſiaſticum, à quo vocabatur, properantem, à fratre interpellatum, tanta patientia, atque amoris ſignificatione ſuſtinere, ac ſatisfacere ijs quæ rogabatur, ac ſi nihil aliud agendum ipſi foret. Dicebat enim ſe domeſticis magis eſſe debitorem quam extraneis.

Infirmos ſpeciali frequentabat ac ſolabatur affectu, procurans, vt nihil eis deeſſet ad conſolationem & ſalutem, ipſe etiam proprijs manibus miniſtrans, & viliora proſequẽs officia.

Dum fratres vel tentatione impetiti, vel mœrore grauati, ad Priorem vt fieri aſſolet, afflictionis ſuæ manifeſtandæ, & remedij poſtulandi gratia accederent, dono quodam ſingulari promptè medebatur mentibus, & tentationem diſpellebat. Quin etiam ſolo Dei ſerui aſpectu diſpulſis afflictionum nubibus redibat ſerenum. Quin & Religioſorum ſuorum tentationes, defectuſq; Deo reuelante diſcebat in oratione, ad ſuorum ſubditorum medelam, & ſalutem. Nam cuidam fratri graues motus, quos aduerſus pudicitiam patie-

patiebatur, ac præ pudore celabat, atq; ea propter grauioribus in dies periculis vrgebatur, ſuggerente maligno, luculenter aperuit, addiditq; medelam. Quin & de alio defectu ſæpius occultè commiſſo Religioſũ in publico Capitulo admonuit ad emendationem, quem niſi Deo manifeſtante dignoſcere non poterat.

Numquam importunis aut fratrum, aut ſæcularium moleſtijs, aut ſiniſtris ſucceſſibus, etiam grauiſſimis animo turbabatur, ſed ſemper læta grauitate, ſolo faciei aſpectu recreabat intuentium animos; cumq; nonnumquam interrogaretur, qui fieri poſſet vt tam conſtantem æquabilitatem conſeruaret? reſpondere ſolebat, ſe Dei ſeruum, ac miniſtrum, expletis obſequij ſui partibus, euẽtum Domino committere, qui res huius Mundi diſponat pro beneplacito ſuæ ſanctiſſimæ voluntatis.

Humilitatem taliter exercuit; vt ea monita, quæ ſuperiori capite diximus alijs communicaſſe, in ſe primitus exprimeret. Si quando reprehendebatur etiam à ſubditis veniam rogabat, emendationem ſpondebat.

Cum ab infirmitate, qua decubuerat, conualeſcens ad portam acceſſiſſet à ſæculari vocatus, & Crepidis infirmitatis gratia vteretur, nõ ſandalijs, Pater frater Franciſcus à Sanctiſſimo Sacramento ſeuerè corripuit, quod Religionem laxaret, ſcandalizaret puſillos. Ille vero humiliter culpam faſſus, & ſubditi verbis obediens, illico depoſitis crepidis reſumit ſcandalia, priuſquam negotium, ad quod venerat, expediret.

Fratri, qui eum ad prædicationis munus comitari ſolebat, iniunxerat, vt inter prandendum fercula, quæ comedebat auferret, atque iniurias ingereret, & verba probroſa, indignum videlicet eſſe, qui cibũ conſumeret, & ſimilia.

Alio exercitio humilitatis vtebatur familiariſſimo; nam ſolebat frequenter, maximè cum concionatus fuerat, ſcapulis, dorſoque nudatis (quantum permittebat honeſtas) coram ſocio, aut alio fratre procumbere, rogare, præcipere, vt catenis, flagelliſque tamquam peccatorem grauiſſimum verberarent; qui obedientiæ præcepto conſtricti, flagella ingeminãtes, eliciebant ex tenero corpore ſanguinem, & ſimul præ compaſſione lachrymis irrigabant. Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

His, alijſque exercitijs tam inſigniter tumorem animi, ne ſupra ſe eleuaretur, compreſſerat, ac vanæ gloriæ omnes occluſerat vias, vt ſub vitæ finem Religioſo cuidam ſuo confidenti faſſus fuerit, quod nunquam in prædicando vanæ gloriæ motibus fuiſſet agitatus, præterquã ſemel, cum die quadam Sancti Ioannis Chryſoſtomi ſententiam citaret, quæ tum materiæ oportuna, tũ elegans, ac docta videbatur, complacentiæ quidem blanditias ſenſit, ſed opitulante Dei gratia ſuos ad defectus, ac vilitatis abyſſum oculos mentis conuertens, telum tentationis auertit.

Hinc, quę exterioris honoris erãt, magna fugiebat diligentia, de qua re poſtmodum quædam referemus exempla. Hunc vnum ſufficiet, quod hoc anno Iubilei cõtigit, cuius locuples teſtis fuit Doctor Nauarrus Theſaurarius Taraconenſis, qui cũ virtutes Patris Petri probè calleret, omnem mouit lapidem, vt eius conſequeretur effigiem. Igitur cum anno Sancto Romam veniſſet Petrus Lopez Bailo Patris Petri affinis, hoc vſus eſt ſtratagemate, vt per eum ad aliquod Charitatis officium peragendum aduocaret. Venit Pater Petrus, & præparatus in alio quodam cubiculo Pictor cæpit faciei lineamenta furtim depingere. Quod cum Pater aduertiſſet, fugit ſubito, & iuſta quadam ira cõmotus, grauiter deinceps

Ab Anno Chriſt. 1600 ad 1601.

ceps conquerebatur, quod eum decipere voluiſſent.

Et ne deeſſet obedientiæ meritum, cum ſuperior eſſet, hoc vtebatur ſtratagemate, vt votum emitteret obediendi cuidam ex ſuis ſubditis. Atque eo tempore, quo quieſcebant alij, ad cellam illius ibat, ibique detecto capite, genibuſque flexis magno humilitatis, ac pœnitentiæ ſenſu ſuas aperiebat imperfectiones, quas eo die commiſerat, ſe ſe eius correctioni, atque imperio ſubijciens.

Nõ ſolebat aliquid alicuius momenti peragere, niſi prius conſultis antiquioribus Patribus, quorum conſilio ſuum iudicium magna animi modeſtia, atque humilitate ſubijciebat.

Communis vitæ rigorem ita ſuſtinuit, vt ne tantillum quidem ſecum diſpenſari voluerit, etiam ob prædicationum frequentiam, aut ſi ſubinde communitatis actibus intereſſe prohibebatur, id aliunde reſarciebat.

Cellam reliquis æqualem, aut anguſtiorem, veſtimenta tritiora, cibos viliores vſurpabat. Malum aureum cum à prædicatione rediens in loco ſuo ad menſam reperiſſet, atque ad refrigerium caloris, quo æſtuabat, in illud auidè ferretur; poſt quam tamen agnouit non communitati, ſed ſibi ſpecialiter appoſitũ, planè comedere renuit. Neque vnquam admiſit quidquam ſibi peculiare miniſtrari. Tunc maximè cum concionaturus erat, cilicium, aut Catenam induebat, flagella ingeminabat, vigilabat in orationibus, ieiunijs, alijſque pœnitentijs ſe præparabat, vt quod de Sancto Baſilio in ſepulchralibus eius cecinit Gregorius Nazianzenus, eo nos de tãto, ac tam exemplari prædicatore ac ſuperiore, quæ hactenus diximus, concludere poſſimus.

Sermo tuus tonitru, vitaque fulgur erat.

Quantum vero Religionis, ac ſpiritus incrementum ſub tali Duce noua Congregatio ſuſceperit, ſatis ſuperque demonſtrarunt adoleſcentis in Italia Carmeli certamina pluſquam virilia; nam præter illa, quæ ſuperius diximus communia reformationis exercitia; tam feruẽs erat orationis ſtudium, vt poſt matutinas horas vſque ad orationis tẽpus plerique in rerum Cæleſtium contemplatione vigilarent. Tanto erga Deum exardebant charitatis æſtu, vt cor eorum, ceu flamma quædam continuo meditationis motu aſcenderet ſurſum, vel in beata arcanæ vnionis quiete Deo adhęreret. Hinc ad res Diuinas, actuſque virtutum tanto ferebantur impetu, vt fræno cohibendi forent, non calcaribus vrgendi.

Et quia pleriſque iunioribus non tam ampla ſuppetebat ingenij, aut doctriuæ facultas, vt concionibus è pulpito, & frequenti auditorio de clamandis forent idonei; vt tamen, quantum ad ipſos attineret, proximorum ſaluti allaborarent, ad nutum ſuperioris ſcamnum aſcendebant ea, quæ in oratione hauſerunt ſenſa cum feruore promebant; & aſtantes ad Dei timorem, amoremq; excitabant, eò efficaciùs, quo feruentius, eò melius, quo deuotiùs, & magno certe plerumque, atque inexpectato animarum fructu.

Alij præ Charitatis æſtu non ſolum viliſſima quæque geſtiebãt domi præſtare, vel infirmis, vel, de quo diximus, Dæmoniaco Charitatis obſequia, pugnis plerumque remunerati, & nonnumquam ſi ad portam, aut per plateas vlceroſus occurreret, aut leproſus, prouoluti genibus plagas oſculabantur, lingebant vlcera.

Licet pauperes ſimus, atque emẽdicato iuxta Regulam viuamus, sẽper tamen ab initio vſque modo voluit Deus, vt ſuperarent cophini fragmen-

Digitized by Google

frágmentorum, quæ mendicis ad portam diſtribuerentur, & quia tanta amoris ſignificatione hoc pauxillum eleemoſinę fratres diſtribuebãt, non defuerunt inſolentes nonnulli, qui bonas patientiæ occaſiones prębérent; & vt exemplum quoddam proferam Religioſæ ſimplicitatis, Quidam ex eis pauperibus agnita fratrum modeſtia, charitate ac Dei timore, hoc commento vſus eſt, vt quoties & quidquid vellet obtineret. Nam ſi vt ſubinde fieri neceſſe eſt, negaretur, aut differetur eleemoſina, primum quidem impatientiam præſeferre, quam vt frater impediret, data citius eleemoſina conſolabatur pauperem; qui ſucceſſu factus audacior, aperta deſperationis verba profundere, niſi ocyus ſuccurrerent. Fratres ad portam conſtituti, periculum animæ veriti, ferebant, donabantque, quæ poterant. Res in exemplum venit, atque inter pauperes in prouerbium abijt: *fratres Sanctæ Mariæ de Scala ob horrorem diuinę offenſæ nihil tibi negaturos, ſi ſimulaueris deſperationem, animæque periculum*. Imo eouſque peruenit audacia mendicorũ, & nimia ſimplicitas fratrum, vt illorum quidam minarentur ſe Deum negaturos, ſi negarent quod peterent: Hi ad euitandam offenſam, importunis etiam poſtulatis quamcitiſſimè ſatisfacere procurarent. Donec cognito huius nequitiæ progreſſu, ac ſerie, Prior quidem fratres, vt fieri ſolet, corripuit, & data pœnitentia, quomodo deinceps circa tales ſe gerere deberent, inſtruxit.

Præter ea Pœnitentiæ exercitia, quæ toti Religioni diximus eſſe cõmunia, vix aliquis erat, qui non aliquoties per ſeptimanam panis, & aquæ Ieiunium ſupererogaret, aſpero cilicio, catenæ aculeatæ dies aliquot, nocteſque dedicaret.

In Refectorio ſæpiſſime nihil coctum miniſtrabatur. Immo cum ad villam quamdam, quæ non procul diſtat à Pontificis hortis, qui *Beluedere* vocantur, fratres inſimul recreationis gratia conueniſſent, ferueniſſimo paupertatis, atque auſteritatis zelo cum ſuo Priore pacti ſunt, vt numquam neque piſces, neque Oua pretio compararet, ſed tunc demum ijs veſcerentur, cum alicuius Benefactoris munificẽtia mitterentur ad Conuentum; quod pluſquam per annum integrum re ipſa fuit executioni mandatum. Vſque dum nobiliſſimus vir Alexander de Maximis Benefactor liberaliſſimus multis rationibus inſtitit, nec vllam voluit fratri Stephano, vt ſolebat, eleemoſinam facere, niſi prius eum vidiſſet in foro piſces, & oua mercari. Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Sed ſpecialia virtutum exempla, quæ nouella illa Congregationis germina ſub Patre Petro protulerunt, loco vnicuique proprio proferemus.

CAPVT III.

Conuentus Genuenſis ſub Reuerendo Patre Ferdinando à Sancta Maria, (cuius hic dotes, virtuteſque deſcribuntur) primò Nouitiorum, ac deinde Studentium obſeruantia floret.

EXigit Hiſtoriæ noſtræ debitum, vt nonnihil excurramus ad alteram nouellæ Congregationis coloniam, & Genuam ad fratres noſtros ibidem Tereſianę reformationis obſeruantijs inſudantes expatietur oratio; vbi ſecundum renouati Carmeli veneremur Adantem, qui molem Religioſæ fabricæ fortibus humeris ſuſtinuit, promouit, & rexit; ne ingrati redarguamur animi ſicco veſtigio tanti viri meri-

Ab Anno Chriſti 1600 ad 1601.

merita prætereuntes.

Nonnullis in locis præcedẽtium capitum Patris Noſtri Ferdinandi præclara virtutum exempla, & maxima in Religionem merita deliberare neceſſarium fuit, nec poterit hiſtoria noſtra progredi niſi paſſim tanti parentis incurrat elogia. Quapropter breuem hìc tantummodo telam intexam, fulgore virtutum eius adumbratam potiùs, quam illuſtratam: Ad quod aliqua iam Superiori libro tacta reſumere, cæteriſque intertexere opus erit, nec ingratum, aut faſtidioſum lectori fore exiſtimauerim.

Frater Ferdinandus à S. Maria in Hiſpanijs Reformationis initijs magno ſe feruore conſecrauit, aliquot annis antequàm à mortalibus ad immortalem Sponſum Tereſia Parens euolaret. Eam tamen, cum facilè potuiſſet, ob mortificationis amorem, & modeſtiæ virtutem, videre noluit in hac Valle miſeriæ, vt viam ſibi ſterneret æquioré ad ęterna cæleſtis Regni ſpectacula.

Vidit in iuuene prçclaras animi dotes, & virtutum odoratos flores Venerabilis Pater Nicolaus à Ieſu Maria, & Diuino prudentiæ dictamine ad nouam, dilectamque ſibi Genuenſem fundationem lapidem elegit angularem, cui poſtmodùm tota moles Tereſianæ Reformationis incumberet in Italia. Nec eum fefellit inſtinctus: nam vix Genuam appulſum virtutes eum ſuæ ad primi Supprioris officium euexere, anno ſalutis noſtræ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto.

In quo per ſexennium prudẽtiæ non vulgari ſpecimine, ac religioſarum obſeruantiarũ exemplo verſatus, eiuſdem Conuentus Vicariatum Milleſimo quingenteſimo nonageſimo; deinde Prioratum iniuit anno ſequenti, deferentibus Capituli Generalis Patribus.

Voluit Religioſi moliminis ſupremus Architectus Tereſianis in Italia primitijs virum præfici prudentiſſimum, & primitiui rigoris obſeruantia præcipuum, vt tum materialis, tum ſpiritualis fabrica firmitatem acciperet, & ad optatum culmen exurgeret. Nam binis illis detrimentis, quæ plerique nationis Hiſpanicæ Patres verebantur Religionis obſeruantiam labefactare debere (nimirum, arduitas gubernandi fratres è Regione remota, & nimia rerum neceſſariarum penuria in ignota) tum prudens obſeruantiſſimi viri zelus, tum qua valebat apud Deum, ac ſæculi principes gratia remedium attulit præſentiſſimum. Etenim eo ſatagente completa eſt Templi, Conuentuſque fabrica, neque fratribus ad ſuſtentandam, quam profitentur, inopiam quicquam defuit; & non paucos è primaria Genuẽſium nobilitate iuuenes in religioſam ſocietatem Deo inſpirante cooptatos Tereſiani rigoris exemplis erudijt, authoritate firmauit, vt deinceps fuerint inter columnia fortiſſima totius noſtræ Congregationis, de quibus ſuperiùs dictum eſt à nobis, plurave ſuis locis dicentur.

Hæc cum proprijs oculis vſurpaſſent Viſitatores à Venerabili Patre Nicolao cum auctoritate miſſi, vidiſſent præterea quanta polleret apud Mediolanenſem Gubernatorem, apud primarios Genuenſes gratia; adeò vt Mediolanum proficiſcenti ſchedulã offerrent crediti pluſquam 30. millium aureorum, in Hiſpanias ad Prępoſitum Ceneralẽ reuerſi dictitare ſolebant: Patrem Fratrem Ferdinandum non vni tantummodo Conuentui, ſed pluribus etiam Congregationibus gubernãdis idoneum eſſe (neque irritum abiuit omen) adeoque obſeruantiæ religioſæ in Cœnobio Genuenſi nihil imminere periculi.

Anno Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo ſeparatis ab Hiſpaniæ conſulta, atque inuicem

vni-

Appropriations.

Appropriations.

Appropriations.

Ab Anno Chriſti 1600 ad 1601.

planè neceſſarius.

Seueritatem primitiui rigoris, nõ ſolùm opere, & ſermonis efficacia, qua valebat plurimum, ſed externa etiam vultus ſpecie præ ſe ferebat; eratque in ſemetipſo Religioſi rigoris exactiſſimus obſeruator, & in alijs ſeuerus exactor; ſimulque lepore gratiæ, qua pollebat vir neutiquam melancholicus, non inuitos alliciebat, inducebatque.

Neque longæ ſenectus, quam ad annum circiter octuageſimum protraxit, auſteritatem emollijt, ſed durauit, auxitque incomparabili bono noſtræ Congregationis, quæ ſub rigidiſſimi Patris ſpiritu adoleuit, didicitque ad militiam ſpiritualem membra non molliter eſſe tractanda, ſed duranda pœnitentijs, & mille potius vitas ponere, quam Tereſianæ Reformationis rigorem relaxare.

Quin imo ſeueritatem hanc ad ſupremum vſque ſpiritum illibatam obſeruauit. Nam cum ſacratiſſimi Corporis Chriſti viaticum, atque extremam vnctionem recepturus eſſet, non ſuſtinuit apicem præteriri cæremoniarum; ſed Patrem noſtrũ Nicolaum à Conceptione primum Definitorem Generalem admonuit errati, iuſſit emendare, & pũctualiter cuncta complere. Iamque agonizans, Religioſum quemdam cum cappa nonnihil longiore quam preſcribebant conſtitutiones aſtantem corripuit, voluitq; protinus forfices adhiberi, & obedientiæ menſuris æquari.

Singulari magnanimitate pollebat Pater Frater Ferdinandus, qua Congregationis ardua, tum communia, tum particularia fæliciter ſuperauit. Enituit hac generoſi cordis excellentia varijs in fundationibus, & difficultatibus grauiſſimis, quas agreſſus intrepidè, maiorique proſecutus animo gloriosè perfecit, vt ſuis in locis explicabimus.

Enituit in zelo gloriæ Dei, & ſui ipſius oblatione ad miſſiones pro infidelium conuerſione ſubeundas. Nam in primo Capitulo Generali Milleſimi ſexcenteſimi quinti huius rei gratia Generalatus officium renuncians, votum miſſionum emiſit, reliquorum Dux, & Anteſignanus in opere tam hæroico. Ad eas ſtabiliendas Neapoli Dominum Baronem de Cacurri æterna gloria dignum mouit, vt Rom. Seminarium, miſſioneſque in Perſidem, & Orientem pijs teſtamenti tabulis fundaret, dotaretque; ipſe Religioſis virtute præſtantibus adiuuit, reſidentijs ampliauit.

Tonitrua & fulmina, ad quæ reliqui pauent, tremuntque, incredibili cordis iubilo ſpectabat intrepidus: vtque maiorem caperet animo voluptatem, ſolarium aſcendebat, vbi diffringi nubes, aperiri cælum, ignem euibrari, mundum concuti, fragore compleri, ſuauiſſima erant magnanimo ſpectacula, quibus Domini ſui ſupremam potentiam iucundè contemplabatur; ſupra modũ gaudens ſe tali ſeruire patrono, qui terribilis eſt ſupra omnes reges terræ, ſoloque mentis ſupercilio Mundum vniuerſum pauore complet.

Viris principibus abſque timore vllo veritatem tùm ex pulpito, tùm priuatim ediſſerebat.

Cum Comes Beneuentanus ſuacũ Conſorte Neapolim proficiſceretur, regnum illud Regis Hiſpaniarum nomine gubernaturus, Genuæ ſacro Quadrageſimæ ieiunio ſubſtitit, & Patris Ferdinandi conciones audire voluit. Occurrit Euãgelium Matth. 20. *Dic vt ſedeant hi duo filij mei, &c.* Vnde accepta occaſione tam efficaciter, & neruosè produxit ob oculos Proregis obligationem grauiſſimam, quam deferebat, electiones, ac prouiſiones expediendi iuxta perſonarum dignitatem; vt territi remanerent, & Diuini Iudicij timore concuſſi.

Ponderabat egregius Eccleſiaſtes vocu-

Digitized by Google

voculam, *Die*; Et quam breue verbum dominantis, & quanta inuoluit? quam breue verbum: *volumus, placet, approbamus, concedimus*? & quãta irrogat bona his, quibus placuerit? quantam dignitatẽ, quot iura, quot obſequia, quot lucra? ſed & ſibi tam breui verbo, qui dominantur, quanta inducunt obligationum vincula, fortè inextricabilia, & ad interitum illos ſempiternum protractura?

Duo. Tam pauci, quibus omnia congeruntur emolumenta, ornamenta? Cæteri à communium bonorum conſortio excluduntur?

Filij mei. Mei conſanguinei, familiares, famuli, palpones, adulatores, conterranei; extranei reputantur reliqui.

Sedeant. Quomodo ſedeant? petis pręeſſe, & vis ſedere? O errorem mortalium! O Magnatum dedecus! ſtantem oportet mori principem, aiebat ille. Sedent, qui laxamentis genialibus plerumque indulgent, qui villis exædificandis intendunt, qui ludicris delectantur, qui recreationibus tempus terunt, qui diſſoluuntur otio, qui ſtertunt in molli culcitra ad multum Solem.

Mater. Quid attinet ad mulierem? Mulier gynecæi neceſſitates curet, non procuret Reipuplicæ dignitates. Colum, & linum vertat, non ſubuertat ſceptri, regnique molem. Perijt à primo viro vaſtiſſimus orbis, dominatus mulieris interuẽtu; & principes noſtri dum mulierbri prouidentiæ diademata ſua ſubijciunt, abijciunt illa in interitum, & ruinam.

Verbis efficaciſſimis, ceu ſtimulis acutis, infixa remanſit veritas in principum animis; & Viceregina nullam præterlabi ſinebat occcaſionem, quin Neapoli Maritum admoneret, recordaretur Angeli à Deo miſſi, dum Genuę morarentur; ne operum optimorum multitudine Cælum promeritus, indignę forſan prouiſionis demerito præmium deplorando perdat exitio.

Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Oſſunæ Ducem, dum obfirmata mente commentarium in cuiuſdam Religionis nõ vulgarem infamiam à maleuolis elaboratum, typis euulgari permitteret, nullus aulicorum à ſententia auſus eſt deterrere. Sed Pater Ferdinandus, nihil veritus ſubitam, reſolutamque Principis iram, coram omnibus impendentẽ à Sanctis vltionem obteſtatus eſt: Quam ex hoc capite ſibi timendam, dum Prorex negaret; appoſito ſuaſit exẽplo. Quo feras, inquit, animo ſi filium Excellentiſſimæ perſonæ veſtræ dedecore quis affecerit? Per Deum iuro, promptè reſpondit, hęc facerem, & hæc adderem. Cui Pater. An ſegnioris animi Sanctum illum exiſtimas, qui regnat in cælis ſub cuius vexillo militat Religio, quam te, qui in terra Regis tui imperium adminiſtras? Tolerabit ille forſan inultus in filios ſuos ignominiam, quam tu non ſuffers in tuo? Mox Oſſuna: per Deum iuro, qui te meum ad palatium miſit, vt mentem conuinceres obfirmatam, non euulgandum eſſe librum, ne in Sãctorum filios iniurius exiſtam.

Sufficiant hæc ſpecimina ternarij virtutum in quo Noſter Pater Ferdinandus præcipuè floruit. Nam alia plura paſſim occurrent in noſtra hiſtoria, quę per multos annos eo Duce decurret.

CAPVT IV.

Singularia quædam Fratrum noſtrorum, ſeu Nouitiorum, ſeu Studentium Genuenſis Conuentus Elogia, eorumque exercitia referuntur.

EManauerat à Clemente VIII. anno Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto menſis Martij die duo-

Ab Anno Chriſti 1600 ad 1601.

duodecimo,edictum de non recipiẽdis nouitijs, niſi in Domibus ad hoc deputatis. In ſecundo tamen decreto quod emanauit anno 1599 die 20. Iunij, cum aliquibus alijs ordinibus Reformatorum, noſtros Diſcalceatos excepit.

At verò ſingulari ſua, paternaque cura ſpecialiter Congregationi noſtrę,dum eã erigeret,indulſerat,vt in quibuſcumq; Domibus, & Conuentibus à Superiore deputandis Nouitij ad habitum, & ſolemnia vota recipi poſſent. Adeoque tum Romæ, tùm Genuæ tyronibus educandis operam dabant, & de Romano quidem Nouitiatu iam aliqua prælibauimus,& in ſequentibus plura dicturi ſumus.

Nunc de Genuenſi nonnulla dicenda ſunt, vbi à tempore ſeparationis ab Hiſpaniæ conſulta vſque ad finem anni Milleſimi primi Nouitiatus floruit, ac deinde vſque ad annum Milleſimum ſexcenteſimum quintum ſtudia ſcientiarũ emicarũt.

In Nouitiatus tyrocinio magiſtri munus egregiè impleuit P.Fr. Hieronymus à Ieſu Maria. In Theologicis, ac Philoſophicis diſciplinis P.Fr. Melchior à Matre Dei, & Fr. Agathangelus à Ieſu Maria, omnes doctrina, & virtutibus inſignes.

De Fratrum horum exercitijs cõmunibus, quid attinet dicere, cum ſuperiùs præcedenti libro fuſiùs ea deſcripſerimus? Dicam ſolummodò punctualiſſimè ſub Patris Fr.Ferdinandi diſciplina fuiſſe obſeruata omnia à Fratribus, tum Nouitijs, tum ſtudentibus, quorum poſtea ſolida virtute,doctrinaque in diuerſos Conuentus fuere propagata.

Reſplenduerunt inter eos P. Fr. Anaſtaſius à Chriſto,qui vitam exẽplarem conſummauit in Conuentu Neapolitano Matris Dei in cuius fundatione breue ponimus Elogiũ. Quo etiam loco P.Fr. Angeli à Sancto Bartholomeo hoc Nouitiatu exculti merita locum accipient honorabilem.

P. Fr. Antonius Clemens obſeruantiam, quam Genuę didicit, Cõuentus Bononienſis primordijs inſtillauit, verboque potens, & opere præclarus, Genuæ,Romæ, Panormi, alijſque Italię Ciuitatibus populum ad pœnitentiam,morumque probitatem inflammauit,atque in eo charitatis exercitio Raguſæ in Illiricis vitam poſuit, & vt ſperamus à charitatis Magiſtro coronam meruit.

P.Fr. Ioannes Baptiſta à S.Leone, ob deuotionis,& orationis ſpiritũ, ſilentij conſtantiam, obſeruantiæ punctualitatem, quam ex Genuenſi Nouitiatu altè retinebat, ob nobilem egregiamque indolem, ingenio, ſtudijſque, & gratia ſermonis ornatam, Neapolitano tyrocinio præfectus eſt. Eximia ſanè ſperabatur,ac fœcunda ſeges tantarum virtutum, niſi Deus completo annorum luſtro ſexto tramã ſuccidiſſet æterno thalamo deſtinatam, dum Altamuræ Quadrageſimales ad populum magno fructu conciones haberet.

P.Fr.Ioſeph à Ieſu Maria ob eas, quas hoc tempore didicit virtutes ad hos vſque dies reſplendet, prouinciæ ſuæ gubernacula, ac Procuratoris Generalis officium promeruit, alijſque pręclaris in Religione muneribus eſt perfunctus.

Fr.Iacobus à S.Bartholomeo donatus Romæ quidem habitum ſuſcepit, ſed cum Clemens VIII.importunius à Magnatibus vrgeretur, vt ad ſæculum redire iuberet, tanquam pijs quibuſdam operibus vtiliorem, Genuã miſit quietius exercendum, & vſque ad annum ferè octuageſimum ætatis hoc in Conuentu degens, ſuo feruore noſtrum omnium robuſtam confudit ætatem,ſpecimen dans obſeruantiæ rigoroſę,quam ibi didicit,animanſque ad exæquenda prædeceſſorum veſtigia.

Præter communia, quæ diximus, exercitia, Fratribus noſtris Genuæ tum Nouitijs, tum ſtudẽtibus onus incu-

Digitized by Google

incubuit arduum,& ſingulare;Nam totam illam aream, quæ Eccleſiæ S.Annæ præſternitur,& olim in foſſam demergebatur, æquauerunt in planitiem, comportata in proprios humeros terra ex eo loco, vbi nunc hortus elegans cernitur ad porteriã, qui tunc in cliuum,gibbumque deformis, cellis hoſpitum lumen auferebat. Incumbebant labori iuuenes delicati magno feruore deuotionis & humilitatis, P. Priore cum reliquis antiquioribus exemplo ſuo præeunte.

Vigebat inter illos mortificatio ſatis ordinaria & communis, vt à reliquorum Fratrum cætu proiecti, exutique caputio, & ſcapulari maiori, cum pauperibus ante portam ſtarent; ac cum ijſdem pulmenti reliquias, paniſque fragmenta recipientes, ibidem veſcerentur, donec ad nutum Prioris reuocarentur in Conuentum.

Silentij cuſtodia erat exactiſſima, nec ipſi miniſtri res peragendas non niſi ſignis explicabant.

Humilitatis, paupertatis, mortificationis, & charitatis amore duriora, viliora exoptabant, poſcebant, & cum per obedientiam poſſent,ſancto certamine præripiebant.

Obedientiæ exactiſſima punctualitate priſcos illos Eremi Patres æmulabantur. Cuius rei multa feruntur exempla. Vnum adferam inſtar omnium.

Frater Damianus à Sancta Anna laycus,qui ab anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo Tereſianã militiam Genuæ profeſſus ad vltimos vſq;annos indefeſsã operã Fratrũ miniſterio præſtitit,ac Deo famulatum exhibuit deuotiſſimum, infirmorum miniſtrum agebat, iuſſeratque Fratri iuniori, cuius nomen hic ſileo, vt amygdala ex arbore colligeret. Aduenit caſu Suprior, experimenti, ac mortificationis gratia rogauit qua licentia conſcendiſſet arborem? Deſcendit Frater, ſeque,more inter noſtros cũ reprehẽdimur vſitato,proſtrauit,ponens in terra os ſuum. Permiſit Deus, vt obliuiſceretur Pater ſignum exſurgendi dare, ſed ad ſua pertranſiret; ac præterea ne, præter ſolitum,cellam Fratris hora decumbendi viſitaret; adeoque,cum iam veſpera appeteret,per totam noctem relictus eſt ore proſtatus in terram. Ferus ex Corſica Moloſſus viridarium cuſtodiebat, moxque vt catena, qua per diem tenebatur, exolutus fuit, ad proſtratũ ceu deuoraturus accurrit, nondum enim Fratrẽ familiariter nouerat. Verum deiecto compati viſus eſt, totam noctem ad caput eius ſtetit immobilis. Interim graues tentationes, quibus agitabatur, exemplis antiquorum Eremitarum, ſed magis animatus Agonia Saluatoris, quam in horto ſuſtinuit, & deſuper data conſolatione ſuperauit;labores,doloreſque, ob reſpirandi difficultatem,ac ſitum infeſtum,fortiter exantlauit vſq; ad ſequentem diem. Tunc enim cum quidam Religioſus aperta feneſtra canem aſpexiſſet immobilem,miratus eſt,multoque magis,cum iuxta eum fratris cuiuſdam ſeu cadauer, ſeu viuum corpus in terra proſtratũ aduertit. Properauit ad Priorem,reſerataque porta Fratrem è terra eleuauerunt, tuleruntque in Infirmariam; nec enim pedibus conſiſtere valebat, & colore faciei in nigredinem, totoque capite in tumorẽ verſo,monſtrum,non homo videbatur, quod timorem, horroremque incutiebat aſtantibus. Confeſtim accerſitus Chirurgus venam incidit,& fomenta applicuit faciei luridæ, quam nunquam exiſtimabant in natiuum colorem reſtitui poſſe. Verũ Deus obedientiæ gratia denigratã priſtino reddidit decori, conſeruauitque, non ſine multorum admiratione,in decrepitam ætatem.

Ab anno Chriſt.1600 ad 1601.

CA-

Ab Anno Christi 1600 ad 1601.

CAPVT V.

Nouitiatus etiam Romanus Sanctæ Mariæ de Scala floret hoc tempore sub Magisterio V. P. N. Ioannis à Iesu Maria, cuius mira, in educatione Nouitiorum, sapientia perpenditur.

FLorebat hoc tempore Nouitiatus Romanus Sanctæ Mariæ de Scala, nec lentiori, quã Genuensis gressu, in via perfectionis, & obseruantiæ regularis progrediebatur sub Magisterio V. P. N. Ioãnis à Iesu Maria. Quamuis enim insignis hic, ac V. Pater diuersa obierit munera in Congregatione: atque adeo ob meritorum præstantiam, ad summam attigerit dignitatem Præpositi Generalis; nihilominus tamen magisterium efformãdorum tyronum, præcipuum erat, ad eius spiritum, ac genium. In hoc, singularis erat & vnicus: ad hoc speciali Dei Omnipotentis manu, videbatur efformatus: in hoc, quãuis alia obiret officia, præcipuè incumbebat, & infirmitatibus impeditus, quantum poterat, adiuuabat: In hoc, post mortem etiam, nunc superstes viuit, in sequentium magisterio discipulorum: qui ad eius instructionem Nouitios, & semetipsos gubernant; eius exemplum, spiritum, ac dictamina, quæ successione hauserunt, æmulantur; & in omnibus suscipiunt, tanquam perfectissimum exemplar Magistri Nouitiorum, ad Diuinam amussim efformati.

Igitur iam ad annum 1598. (vt superiùs tetigimus) Romæ alterum manipulum insignium Nouitiorum elaborare cæperat P. Fratrem Petrum à Sancto Benedicto Senogallienſem, P. Fratrem Matthiam à Sancto Francisco, qui deinde iterato Præpositi Generalis officio perfunctus est. P. Fratrem Vincentium à Sancto Francisco, qui missionem Persicam præclaris meritis, vberi fructu exornauit. P. Fratrem Ioseph à Sancto Gabriele, qui Romæ confessionibus audiendis, multas animas Deo lucratus, virtutũ laude non mediocri floruit. P. Fratrem Nicolaum à Conceptione, Magistrum Nouitiorum Genuæ, Belgij Prouincialem, Definitorem, ac Vicarium Generalem, Cæremoniarum Religionis zelo, ac obedientiæ, viuacisque fidei exemplis admirandis insignem. Nec non Venerabilem Fratrem Stephanum à Sanctis Donatum, qui non sine sanctitatis fama Romæ obijt anno 1640.

Sed horum Nouitiatum aduenies P. Fr. Franciscus à Sanctissimo Sacramento, principali magisterio perfecit. Nam celeberrimo Pastranę tyrocinio, & Complutensi studio, multa cum laude præfuerat in Hispanijs: Eiq; P. Fr. Ioannes libenter cedens, operam nauauit auxiliarem: Vsque dum in Priorem Conuentus Genuensis electo, in P. Fratrem Ioannem totus iterum Nouitiorum educationis labor incubuit.

Doctrinam, prudentiam, charitatem, qua in efformandis Nouitijs præluxit, frustra coner assequi sermone: neque ipse tam verbo docuit, quàm mouit exemplo.

Tyronibus suis alphabeti monastici loco, ad passiones animiq; perturbationes moderandas, binas demonstrauit vias, vtramque facilem, planamque; vt exurgentes impetus, nunc rationis fræno compescerent, nunc armis fidei subiugarent: nunc Christo duce, & pugnæ antesignano, ad sanctissimam eius vitæ normam, suam ipsi componerent, efformarent, exornarent, & multiplices victorias reportarent.

Deinde, meliorem animi motibus escam suggerentes, conuerte-

bant

Digitized by Google

bant ad obiecta rationi, ac fidei cõsentanea. Expandenti se in sensuum delectabilia amori, mox suggerebãt Dei pulchritudinem : desiderio importuno rerum caducarum, obijciebant fælicitatem æternam: odio occurrebant, peccati fœditate: fugæ obsecundabant, sæculi obliuione: Gaudio saginabant securam mentem: Tristitia deflebant amissam innocentiæ stolam.

Nec in arduis minus ingeniosum erat stratagema: spem, in non pœnitenda bona erigebant: audaciam, in heroicos virtutum actus animabant: Ira semetipsos, vt Diuinæ Maiestatis perduelles, asperrimè castigabant: Timor, lapsum, excludebat: Nec desperationi locus erat, vbi Domino seruiebatur omnipotentis misericordiæ, & misericordissimæ potentiæ. Nam vt Sãctus Augustinus ait lib. 4. de Ciuitate c. 9. *Cum rectam rationem sequuntur istæ affectiones: quando, vbi oportet, adhibentur: quis eas tunc morbos audeat dicere? quamobrem etiam ipse Dominus, in forma serui vitam dignatus humanam, super duritia cordis Iudæorum, ira contristatus sit: quod dixerit: gaudeo propter vos, vt credatis; quod Lazarum suscitaturus, etiam lachrymas fuderit: quod concupierit, cum discipulis suis, manducare Pascha: quod propinquante passione, tristis fuerit anima eius vsque ad mortẽ &c.*

Hoc in agone tantò fælicius, faciliusque discipuli certabant; quanto manifestius, & familiarius vsurpabant in Magistro moderatarum passionum exemplar. Erat enim P. Fr. Ioannis animus, vultusque, serenum quoddam perpetuum, quod nulla irrationabilium motuum nube, temeraretur vnquam: non exardesceret, nisi ad amorem Dei: non pallesceret, nisi ad nomen culpæ: non efferuesceret, nisi ad zelum iustitiæ. Omnia tamen, ad Religiosam moderationem, tanto ordine compositione, & grauitate; vt per Dei gratiam vitiatæ naturæ conditiones exuisse videretur. Ab anno Christi 1600 ad 1691.

Adeo enim ad interiores animi sinus, inclinationes, pondera vigil astabat; vt nullo modo se rationis oculo abscondere, aut subtrahere pateretur; sed ancillarem hominis partem, Dominæ iussum expectare docuerat, & spiritui iam non grauatè seruire: vt liber spiritus, per fidem Deo appropinquaret, per charitatem adhæreret. Egregiam ergo mortificati hominis libertatem, ac Regio maius Imperium cernebant in Magistro, laudabant, admirabantur: & per viam, quam præmostrabat, quam præibat, ad simile mentis imperium, ceu finem optatissimum, animosè, libenterq; festinabant.

Virtutibus consequendis sic erudire solebat verbis; vt ipse firmum earum statum, & heroicum gradum exprimeret factis: Elementa virtutum, quæ exigebat à Nouitijs, quasi in flore, ipse iam exhibebat in maturo fructu.

Nam virtutem quidem obedientiæ, rebelli naturæ à rei dignitate, necessitate, vtilitate suadebat: suauius tamen instillabat, mille occasionibus promptè, alacriter, fideliterq; obediendo.

Ad cultum paupertatis hortabatur: ipse vilioribus, paucioribus, & asperioribus contentus.

Ad Castitatem, ac modestiam; sua grauitate, ac totius corporis Religioso decore, tacita quadam vi, mirum in modum prouocabat.

Pronam ad irritamenta gulam, ne quidem in mensa paupere diffundere se permittebat: sed inuentionibus varijs, vel absinthium admiscendo, vel interim aculeis ferreis carnem compungendo, vel pedem à terra eleuatum sistendo, similibusque alijs arcebat à ciborum voluptate, & dapibus præparabat æternis.

Humilitatem sic edocebat; vt nõ

Ab Anno Chriſt. 1600 ad 1601.

ſolum, ſe contemptu dignos exiſtimarent: ſed vt contemni vellent, ac contenderent. Ipſe talenta abſcondere, viliſſima domus officia ſubire ſolitus: Fratrum ſputis ſpurcandum, pedibus conculcandum ſe ſe præbebat: culpas ſuas tanta compunctione fatebatur, alijſque mortificationibus ſe ſe humiliari procurabat; vt cunctis præ teneritudine cordis, lachrymas eliceret ex oculis.

Ad actus orationis, & Chori alacritatem, diligentiam, vigilantiam quis exprimat? Nec ob diuturnitatem, laſſitudo; nec ob frequentiam, obrepebat tędium: Sed animi cŏrporiſque vires, inſtar aquilæ, ad pulchritudinem illam ſemper nouã, ſemper antiquam renouans, confortanſque, tota orationis hora genibus flexis, nec incumbebat in ſcamnum, nec reclinabat in terram, nec æſtu, alijſque incommodis, vel tantillum mouebatur, vt verum adoratorem, corporis etiam ſitu, delinearet.

Relucebat in vultu, ſplendebat in actionibus, interior præſentia Dei mouentis; & ſeria, ac grauis attentio operis arguebat puritatem internæ directionis, quam ad actus ſingulos ſuis tyronibus præſcripſerat, docueratque varios ambulandi in Dei præſentia modos, eiuſque renouandæ, & ab euagatione mentem ad Deum reuocandi vtiles inuentiones, in ſuum, ſuorumq; morem induxerat: vt cum Sanctiſſimo Patriarcha noſtro, cæleſte numen in Regem, ac Dominum acclamare poſſent, & toto cordis affectu dicere: *Viuit Dominus in cuius conſpectu ſtò.*

CAPVT VI.

Summa, ſingulariſque V. P. N. Ioannis à Ieſu Maria in educandis Nouitijs prudentia iterum explicatur, & ob oculos exhibetur.

CAput magiſterij Nouitiorum, & cuiuſcumque regiminis, præcipuè Eccleſiaſtici, eſt ſuperioris exemplum, prius enim neceſſe eſt, vt ipſe ardeat; quam lucem in alios ſpargat. De vtroq; nonnulla diximus cap. præcedẽti, de altero Capite, nonnulla addenda arbitror; vt excellentiam Magiſterij, quam Deus in Patre Fratre Ioanne à Ieſu Maria ſplendere iuſſit, accuratiùs adumbrem.

Quamuis diſciplinis Philoſophicis, ac Theologicis, variaque eruditione præſtaret; non tamen tyronibus ſuis cõceptus metaphyſicos, aut artificiosè coloratos proponebat: non ſubtiles quæſtiones explicabat: ſed grauia, ſimplicia, vtilia ex Diuino ſpiritu proferebat.

Docebat fidei myſteria, legis Diuinæ præcepta, altiori modo, quã apud ſæculares in vſu eſſe ſolet, æſtimare, obſeruare, in medio ſinu recondere, affectuoſiſſima voluntate complecti.

Votorum ſolemnium, Regulæ, Conſtitutionum obligationem, ac ſenſum: Paſſionum tyrannidem ex peccato originali relictam, actualibus noſtris auctam explicabat: & erigens in ſpem libertatis Filiorum Dei, quomodo eas moderari, quomodo ad obiectum melius diuertere poſſent inſtruebat.

Virtutum Theologicarum, ac moralium naturam ob oculos ponebat: exempla præſcribebat interna, atque externa, motiua, rationeſque ponderabat. Vitiorum prauitatem,

Digitized by Google

tem, ac fæditatẽ exaggerabat, vt ad eorum exterminium ſtrenui milites dimicarent ſub vexillo ſplendidiſſimæ virtutis, & crucis. Tentationes ſuperandi modos enarrabat, & quotidianis victorijs pulcherrimam nectendi coronam.

Inſtruebat in orationis mentalis doctrina, neceſſitatem vrgebat, exornabat dignitatem, vtilitatem proponebat, ſuadebat fidelem vſum. Singularem deuotionem erga Sanctiſſimam Euchariſtiam, Beatiſſimam Dei Parentem Ordinis Patronam, ac Sanctos cum Chriſto regnantes inculcabat.

Exercitiorum noſtrorum ſeriem edocebat, methodum, ac finem, Actuum officiorumque directionẽ, Præſentiæ Dei aſſiduitatem, Sacramentorum vſum, ac conſcientiæ examen.

Quæ omnia, ne memoriam ſubterfugerent, ſed ad manum præſto forent, ſcripta inſtructione complexus fuit, & poſtmodum Romanis typis ſunt euulgata, ad annũ 1605. maximo non ſolum Religionis noſtræ, ſed etiam plurium aliarum emolumento.

Vnde factum eſt; vt cum latina ſolum lingua extarent, cuperentq; tum noſtræ, tum diuerſarum Religionum Moniales hoc theſauro frui, Ven. Pater Dominicus à Ieſu Maria, pijs earum votis obſecundans, in Italicam linguam verti curauit, tam dictam Inſtructionem, quam diſciplinam clauſtralem: quę mox in alia Idiomata tranſalpina, & tranſmarinæ transfuſæ, fructu multiplici longè latèque procurrũt.

Neque verò ſatis ſuo muneri feciſſe arbitrabatur; ſi modico tempore, quo fit exhortatio, animos inflammaſſet ad pietatem: ſed in futurum proſpiciens, imbuebat ſciẽtia Sanctorum, quæ toto vitæ tempore ad alendum perfectionis ſtudiũ deſeruiret. Exempli cauſa; vt dum orationis tractatum abſolueret; iam Nouitij partes orationis exercere, iam communes orantium ſcopulos euitare poſſent. Dum paſſionibus explicandis ſtadium percurriſſet; iam ſe ipſos introſpicere, animi motus inſurgentes dignoſcere, ac moderari, rebellantes opprimere noſſent. Ab anno Chriſt. 1600 ad 1601.

Quamobrem & materiæ limites ſelectos, quos diximus, & rationes paucas, & diligenter expenſas, aptèque connexas apud ſe ſtabilierat, eaſque mirabili actionis decore, & verborum proprietate, vultu ad rẽ compoſito, voce ſuaui, loco, tempori, perſonis ſic attemperabat; vt ſcientiam Scholæ Ieſu Chriſti intellectu perciperent, memoria tenerẽt, prompto voluntatis affectu ſequerentur.

In eundem ſcopum collimabant modi quidam, ab eo partim inuenti, partim per manus accepti, omnes tamen in hac ſacra Palæſtra, ab eo exercitati, nobiſque traditi.

Nam exempli gratia, Fratribus circumſidere iuſſis, ipſe pictam hominis imaginem, & extenſa carta, in ſolo iacentem interpretabatur: paſſionum inſurgentes motus, orationis aſſumpta loca, & imagines, diſtractionum importunæ ſpecies, vbi conciperentur edocebat, in quã deinde naturam aſſurgerent: In quas facultates euaderent, quas arces vel occuparent, vel impugnarent, quorum militum manu debilitentur & in ordinem redigantur: & magnam interioris hominis doctrinæ partem, iucundius, & ad retinendũ, ac exequendum aptiùs explicabat. Aliàs vel mutuis interrogationibus fratres erudiebat, vel recentes à communione, aut inopinato aliquo caſu, ad maiorem excitabat attentionem.

Rationem eorum, quæ docuerat exigebat, & ſelectiſſimas ſententias ex Scriptura, aut Sanctis Patribus, quibus ſe ad pietatem commoueri ſenſerant, dictans, deſcribere cura-

Ab Anno Chriſti 1600 ad 1601.

bat, & memoriæ mandari.

His vehemens perfectionis religioſæ deſiderium, ſuis in tyronibus excitabat; alia quoque ſubiungere ſolitus, quibus vltrò currentes ad maiorem perfectionem accenderet. Nam initio cuiuſque menſis virtutem vnam eligebat, quam Nouitij, ſponſione inita tertiæ partis meritorum, ſancta æmulatione feruentiùs colerent, & actibus tum internis, tum externis acquirere, & augere ſtuderent. Præcipuè verò mortificationis exercitia, quæ difficilior pars eſt ſcholæ Ieſu, ſenſim inducebat, promouebatque modo ob leuẽ culpam iniunctis, modo vltrò poſtulatis, nunc communi exhortatione, nunc priuata inſtructione.

Feſta quoque ſolemni præparatione præueniens, Tyronum ſuorum virtutem exacuebat: ſæpe etiam ad deuotionem peculiarem fratres coram SS. Sacramento acclamationibus ſanctis, in amorem Ieſu, virtutumque accendebat: Tum diris ac maledictis in vitia concorditer iactis, horrorem incutiebat, timorẽque, ne vel in minimo diuinum numen offenderent.

Quanta verò prudentiæ laude ſpiritualia exercitia, corporalibus attemperaret, ne medium virtutis excederent, ne valetudinem lederent: quam iucundè, hilariterque defatigatam mentem, honeſtis modis recrearet, & ſubleuaret, non eſt neceſſe diſcurrere per ſingula.

Inuigilabat præſertim ne lupus aliquis ouina pelle contectus, nouitijs, vt fieri ſolet, inſidiaretur: ne latens venenum, diuinæ gratiæ fontem inficeret.

Ac primo quidem loco: vt infidelitati erga magiſtrum, quæ origo eſt malorum omnium, aditus præcluderetur; inſigni charitate ac mitiſſima conuerſatione, nouitiorum animos conciliauerat. Singularem familiaritatem eliminare: amoris proprij morbo, remedijs opportunis occurrere: proteruos, ac ſuſurrones, vel ad mentem reuocare, aut Sanctorum cætui abſcindere feſtinabat.

In omnibus denique, probos, Sãctoſq; Congregationi alumnos prouidere, educare, ac in renouato per Sanctam Tereſiam Carmeli ſpiritu verbo, & exemplo promouere ſategit, fidelis miniſter Dei, ac Nouitiorum Magiſter prudentiſſimus.

CAPVT VII.

Præcipui enumerantur Nouitij, diuerſarum nationum, & qualitatum, qui exemplaris P. Fratris Ioannis prudentia Romæ exculti, in diuerſas Prouincias Tereſianæ Reformationis ſpiritum propagarunt.

NOn immeritò Ioanni noſtro accinuero cum Eccleſia ex S. Maximo; virtutum eius gratiam non ſermonibus exponendam eſſe, ſed operibus comprobandam. Argumentum etiam ex Scripturis vſurpo: cum enim dicat Scriptura Diuina: *Gloria Patris eſt filius ſapiens*; quantæ huius ſunt gloriæ, qui tantorum filiorum ſapientia, & deuotione lætatur? Proſequor appropriatam rationẽ: quidquid enim in noſtra Congregatione poteſt eſſe virtutis, & gratiæ; de hoc quaſi luciditſimo fonte omnium riuulorum puritas emanauit. Etenim, quia caſtitatis pollebat vigore, quia abſtinentiæ gloriabatur anguſtijs, quia blandimentis erat præditus lenitatis; plures è diſcipulis in virtutum hæredes elaborauit, & prudentes magiſterij ſucceſſores emiſit.

Anno igitur ab Incarnatione Dominica 1601. V. P. M. Petro à Matre Dei Neapolim ad Concionem abeun-

abeunte, V. P. N. Ioannes à Ieſu Maria in vniuerſum Conuentum curam diffundere coactus, ſub Vicarij nomine, ac munere, P. F. Albertum à Sanctiſſ. Sacramento, virum patientiæ, ac mortificationis ſpiritu ſingularem, in auxilium efformandorum Tyronum aſſumpſit. Sub tantis Magiſtris ad florentiſſimam S. Mariæ de Scala Nouitiorũ ſcholam, tanquam ad cæleſte Muſæum ex toto Orbe Chriſtiano confluxerunt Iuuenes, & ingenio quidẽ, & ſanguine, magis autem mundi, & ſui ipſius contemptu nobiliſſimi; qui rigidiſſimam Inſtituti noſtri, vitæq; renouatæ normã amplexi, ab vberrimo fonte cęleſtem imbiberunt ſapientiam; ac velut nubes imbriferæ, per totum orbem, ad Antipodas vſque, ſcholæ Ieſu Chriſti fluenta deduxerunt.

Horum ſeriem elogio breui proſequor, vt Fratres meos ad æmulationem prouocem religioſarum virtutum, & ad Diuinæ benignitatis effuſas laudes; qui tot nationum egregijs Athletis ſtatim ab initio Congregationi ſuæ prouidit, vt libero pede in varias orbis partes Tereſianæ militię ſigna propagaret. Quapropter non ordine temporis, ſed nationum appulſu, catalogum recenſeo, primipilis aſſumptis ex Vrbe Roma.

Primus è Romanis fauſtiſſimo auſpicio Tereſianæ Reformationi nomen dedit Pater Frater Hippolytus à Sanctis, ex nobili familia Ceuliorum, Kalendis Nouembris Milleſimo ſexcenteſimo quarto. Huic iam maturæ ætatis viro proprię voluntati, honoribus, couerſationi, ac commoditatibus aſſueto, ad excandeſcentiam prompto, ad dignitates intento, ſic P. Fr. Ioannes veterem hominem exuit, & in nouam regenerauit infantiam, vt amoris proprij radicem, & annorum conſuetudine, & audendi facultate firmiùs, altiùſque defixam, primum detegeret, deindè timore Dei contereret, Orationis perſeuerantia labefactaret, moxque mortificationis adhibita ſecuri paulatim amputaret, tandemque Dei, ac proximi charitate penitus auulſam exureret. Eò denique ſub tanto Magiſtro promouit, vt nihil humilius, nihil manſuetius, nihil abſtinentius eſſe videretur. Nam de eo referunt Patres Mediolanenſes, apud quos Priorem agens migrauit ex hac vita; quod affectu humilitatis, & obedientiæ Prioratui renuncians, ſatagebat in ſubditorum ordinem redire, quod etiam infirmus, ab auſteritatibus, & ieiunijs ordinis vix poſſet auelli; quod manſuetudinis virtutem ita induerat, vt toto tempore Prioratus, nec minimum ediderit ſignum animi in coleram prompti; quod à ſæcularium cõuerſatione alienus, cellæ, atque orationis amicus, nullius rei, aut vana ſpe, aut nimio timore commotus, totum ſe transfunderet in liberam Dei voluntatem. Ab Anno Chriſti 1601 ad 1602.

Poſt decimam diem inſecutus eſt Pater Frater Saluator à Sancta Maria, ex nobili Faniorum ſtirpe. Quẽ adoleſcentiam pridem egreſſum, & ſæculi vanitatibus immerſum ablactauit Mundo, & Religionis ſpiritu formauit, confirmauitque, ad multa officia præclaro virtutum exemplo ſubeunda. Tandemque in ſecundi Prouincialatus fine, diuturnis laboribus, ac infirmitatibus magna animi æquabilitate toleratis, ad cæleſte premiũ euolauit Viterbij anno Milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo.

Adiungerem Patrem Fratrem Alexandrum à Sancto Franciſco, qui ſuos auita nobilitate, purpura, atque apice Pontificio florere dimiſit, vt in humili Chriſti ſchola ſaccum indueret paupertatis, niſi me vocatio ſingularis vrgeret ad ſpecialem de eo tractatum inſtituendum inferiùs lib. 3. Quo loco de Patre Fratre Iacobo à Sancto Vin-

Ab Anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Vincentio ex Romana familia Creſcentiorum ſanguine, & purpuræ dignitate nobiliſſima, breue coniungemus elogium.

Denique Patrem Fratrem Theodoſium à Ieſu præterire mihi fas nõ eſt. Is enim è ſchola Patris Fratris Ioannis à Ieſu Maria fundationem Auenionẽſem deuotione Paſsionis Chriſti, ac Beatiſſ. Virginis initiauit; quorum in memoriam nomen Ieſu ac Mariæ, triumque clauorum figuram pectori inſculpſerat, & cum pellis cicatricem obduceret, itidem ſcalpello refricabat; duobus diebus per hebdomadas ſingulas pane, & aqua contentus, alijſque mortificationibus in eorum honorem corpus affligens, tandemque fęlici fine ſpiritum Deo reddens, exornauit, vigeſimo ſecundo Maij Milleſimo ſexcenteſimo, decimo octauo.

Ex Regno Neapolitano P. F. Philippus à Sancto Iacobo, poſt adminiſtratum ſumma cum laude Præpoſiti Generalis munus, Magiſteriũ Nouitiorum, quod Romæ à Patre Fr. Ioanne à Ieſu Maria ad annum Milleſimum ſexcenteſimum tertium didicit, exemplari prudentia proſequi non eſt grauatus, donec anno Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto ad Prouincialatum ſæpius antehac geſtum præclarè virtutes reuocarunt.

Hoc etiam tempore P. Fr. Agnellus à SS. Sacramento Neapolitanus religioſarum virtutum elementa ſumpſit ad Sanctæ Mariæ de Scala, & earum ſpecimina, tum in ſuam, tum in proximorum ſalutem, efficacia, qua valebat plurimum, effundere cęperat; ſed Deus precocem fructum æternis appoſuit mẽſis tertio Auguſti Milleſimo ſexcenteſimo octauo.

Habemus ex Vmbria Fratrem Ioannem ab Aſſumptione Donatũ, qui cum in eadẽ ſchola ad Miſſiones Perſidis deſtinatus eſſet, & ad tantum opus integra quadrageſima ſe panis, & aquæ ieiunio præparaſſet, Sarracinæ in Moſcouia ærumnis, laboribuſque itineris, ac morbo tandem confectus, obijt Milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo, tanta pietate, ac deuotione, vt Apoſtolicæ Miſſionis præmium non amiſiſſe credatur.

Ex Inſubribus Pater Fr. Alphonſus à Matre Dei, Sabionetta Oriundus, Medicinæ Theoria, ac praxi celebris, cæleſtem animarum medicũ in Sanctæ Mariæ de Scala quæſiuit, & inuenit, eiuſque aphoriſmos melioribus votis eſt adiuratus, decimo quarto Iulij milleſimo ſexcenteſimo ſecundo. Præcellentis viri reperies elogium dum ſuo loco enarrabimus quomodo in Conuentu Tuſculano ſupremum diem clauſit, & ad vitæ ſolem euolauit.

Pater Fr. Ioannes Petrus ab Aſſumptione Cremonenſis purpuratũ ſuæ Vidonorum proſapiæ ſtemma, duodecim ſtellarum Beatiſſimę Virginis, ac gladij Sancti Eliæ nobiliori ſtemmate coronauit, & renunciatis vitæ ſæcularis opibus, delicijs, honoribus, fœcundiori ſe ſe viti inſeruit, ad Solemniſſimam Aſſumptæ Deiparæ diem, anno milleſimo ſexcenteſimo quarto.

Ex Etruria Pater Frater Simon à Sancto Paulo Volaterranus reformationem, quam in Nouitiatu Sanctæ Mariæ de Scala didicerat, ac duodecimo Aprilis anno milleſimo ſexcenteſimo quinto profeſſus fuerat, ſequentibus annis in Prouincia Lombardiæ ſtabiliuit, tam raris virtutum exemplis, vt à ſuis ſubditis meruerit elogium, quod eleganti ſtylo elaboratum, in hiſtoriæ noſtræ decurſu ſuo loco tranſcribere non pigebit.

Ex Liguribus præclariſſimi, ac nobiliſſimi Iuuenes Ciuitatis Genuenſis ſpiritum Religionis in Sacio hoc Tyrocinio mundialibus põpis renunciantes hauſerunt, cuius deinde riuulos ſacrarum ſcientiarum

rum Magiſtri per varias Prouincias conſtituti, Diſcipulis infuderunt.

Pater Fr. Ioannes Maria à Sancto Ioſeph ex familia Centuriona-, de quo nobis alijs in locis ob meritorum copiam honorabilis ſermo recurret.

P. Fr. Ignatius à Sancto Ioanne, ambo in Poloniam, & Germaniam.

P. Fr. Franciſcus à Ieſu ex gente Rauaſchiera, qui pluries Genuenſium Prouincialatum geſſit; litteris, & virtutibus Reformationem Belgicam erudijt, & ad Definitoris Generalis dignitatem euectus eſt.

P. Fr. Ioannes Auguſtinus à Sancto Angelo, qui pluribus officijs tum intra, tum extra propriam Prouinciam, imò & in tota Congregatione, videlicet Prioris, Definitoris, Prouincialis, Viſitatoris, ac Definitoris Generalis, digniſſimè perfunctus eſt; cuiuſque vberiores laudes in aptiorem locum reſeruamus.

Ex Illirico RaguſeorumEmporio Patrem Fratrem Leonem à Sancto Paulo æterna manet laus humilitatis. Etenim ſolemne illud non ambiendi votum, quod ex præſcripto noſtræ Cõgregationis ſimul cũ alijs omni Religioni ſubſtantialibus, ad diem vigeſimum nonum Iulij milleſimo ſexcenteſimo quarto in Romano Nouitiatu emiſerat, ſua morte conſecraſſe videtur. Nam cum-, ad Patriæ Reipublicæ mitram Clerus, populuſque ob viri nobilitatem, ac merita apud Summum Pontificem poſtularent, nec præceptum Vicarij Chriſti, aut ipſius, aut Superiorum preces valerent auertere-; mortis effugium ſuis, Fratrumque precibus à Deo deuotiſſimè implorauit, adeoque opportuno tempore obtinuit, vt cum aduenirent cõciuium deputati mandatum intimaturi; ad meliorem Inſulam euolaſſe repererint. Qua in re egregium nobis reliquit exemplum ſummo ſtudio dignitates modis omnibus declinandi.

Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

In huius voti noſtri laudem, & obſeruantiam ſingularem, exemplũ ſimile annecto in antiquis Eremi Patribus, quorum æmulamur inſtitutum, & vitam: quemadmodum legitur apud Zozomenum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 8. cap. 10. *Gerarum Epiſcopo tùm vita defuncto Cines (vt accepi) elegerunt Eccleſiæ ſuæ Antiſtitem Nilammonem virum bonum, & qui ad Monaſticæ vitæ faſtigium conſcendiſſet. Is habitabat ante Ciuitatem in domuncula, in quam ſe ipſe cõcluſerat, ianua lapidibus obturata, eo propoſito, vt Sacerdotium auerſaretur. Theophilus itaque veniens hortabatur, vt ordinationem à ſe oblatam acciperet. Apud quem ille quamuis frequenter ſe excuſans nihil obtinuit. Tandem inſtanti, cras* (inquit) *ita facias, ſi placet, ò Pater, vt ego hodie res meas ante diſponam. At cũ Theophilus poſtridiè ex condicto veniſſet, atque eum fores aperire iuſſiſſet: Age vero (inquit Nillammon) oremus primum. Quo dicto Theophilus quidem orauit, ſed Nilammon inter orandum hanc vitam reliquit. Hoc autem & Theophilo primum, & ijs etiam, qui cum illo foris ſtabant, ignotũ erat. Verum cum paulatim tereretur dies, quia ſæpe numero intentius euocantes non audiret, deiectis, qui ad ianuam erant lapidibus, reperũt hominem mortuum. Inuolutum igitur quibus oportebat, publica ſepultura dignati ſunt, ac templum etiam ſupra illius ſepulchrum indigenæ conſtruxerunt, & ſumma cũ ſolemnitate adhuc diem mortis eius celebrant. At Nilamon quidem ad hunc modum mortuus eſt, ſi tamẽ mortem dicere oportet, quam ille ſubire maluit, quam Epiſcopatum ſuſcipere, quo ſe indignum eſſe ob ingenij modeſtiã cenſuit.* Ita Zozomenus.

Nec defuit ex Tranſalpinis regionibus ſeges Illuſtris, quæ Carmeli primitiui ſemẽtem Romę collegit,

Ab Anno Chriſt. 1601 ad 1602.

legit, & in Occidentis, ac Septentrionis Regna latè diſperſit, inter quos primus fuit V. Pater Frater Clemens à Sancta Maria Gebennẽſis Hæreſiarchæ Caluini pronepos, qui in Gallijs Reformationem noſtram propagauit, ac rexit, de cuius mirabili conuerſione, reliquaue vita ſuo loco dicemus.

Secundus Pater Frater Cæſarius à Sancto Ioſeph ſpiritu Religionis inſignis, qui eundem in varias Galliæ partes induxit.

Præter hos, duos alios reperio Sabaudos, illorum veſtigia ſecutos, Fratrem Matthæum à S. Ioanne Choriſtam, & F. Bernardum à S. Maria Donatum; vtrumque eodem die Conceptionis B. M. V. anno 1603. ſolemniter profeſſum, & hũc in Conuentu Auenionenſi ſtrenuè pro gloria Dei laboraſſe; vt ex eius vitæ enarratione aliquando conſtabit.

Ex Burgundiæ Comitatu Pater Frater Ireneus à Sancto Petro, qui ſolitudinis amore Sacram Belgij Eremum perpetuo incolere obtinuit, & multis virtutibus exornanit.

Ex vlteriori Galliæ Regno trium mihi facienda breuis memoria reſtat. De Patre Fratre Dionyſio à Matre Dei, de Patre Fratre Ludouico à Sancto Franciſco, qui Galliarum Prouinciam rexerunt, & hauſto à Venerabili Patre Noſtro Ioanne in Nouitiatu ſpiritu illuſtrarunt.

Tertius Pater Frater Bernardus à Sancto Ioſeph, non indecoris laboribus fatigauit, & Procuratoris, ac Definitoris Generalis muneribus perfunctus in Prouincijs Galliarum, quas fundauit, diuque gubernauit, vt communis parens ab omnibus Venerabilis ſenex habitus, & mortuus eſt, ac in confecta annis, & pœnitentijs ætate ſemper ſe ſe exemplar præbuit vitæ Religioſæ, quam relicto primigenio iure Comitatus de Vaillac in Nouitiatu S. Mariæ de Scala ſub Magiſterio Reuerendi Patris Noſtri Ioannis à Ieſu Maria conſtanter exquiſiuerat, & vigeſimo quinto Martij milleſimo ſexcenteſimo quarto votis ſolemnibus erat amplexus.

E Lotharingia Pater Frater Henricus à Sancto Nicolao obedientiæ, & minimarũ rerum punctualem obſeruantiam, ardentemq; in Deum, ac proximum charitatem, virtutumque omnium cultum, quem in Romano Nouitiatu ſub Patre Noſtro Ioanne altiùs menti impreſſerat, in patriam intulit, & Nancei ipſa feria ſexta Paraſceues, quemadmodũ prædixerat, ad eum migrauit, qui pro ſalute noſtra eo die mortis obedientiam in Cruce ſubire dignatus eſt.

E Germania Pater Frater Ioannes Ludouicus ab Aſſumptione Spirenſis, ex eadem orationis Academia, cui nomen vitamque Romæ hoc tempore conſecrauit, vir euaſit diuinorum patiens, & Theologiæ Myſticæ Doctor illuminatus, prout in ſuo paſſere ſolitario, Florilegio Carmeli, Trihebdomadario meditationum, alijſque operibus ſupernaturali ſapientia plenis oſtẽdit. Dæmonibus armatura ieiuniorum, ac orationis terribilis, eos in corpora, & animos fidelium non patiebatur infeſtos, ſed in ſe potius eorum rabiem diuertebat, Deo nonnunquam permittente verberibus ſub noctem impeteretur, vt exerceret admirabilem ſerui ſui charitatem, ac patientiam. Quas virtutes primum in Belgium ſparſit, ac demum in Patria ſuæ Prouinciæ Definitor fẽlici fine conſummauit.

E Polonia nobiliſſimi Regni primitias Carmeli primitijs in ſua profeſſione dedicauit P. Frater Andreas à Ieſu decimo Decembris anno 1603. cuius elogium à P. Fr. Igna-

Ignatio à Sãcto Ioanne compatriota ſuæ Prouinciæ Definitore deſcriptum in Hiſtoriæ noſtræ decurſu ſuo loco inſeremus.

E Belgis Fratrem Michaelem à Sancto Ioſeph non ad terrenam, ſed ad Cæleſtem Patriam bonus magiſter efformauit. Nam vix expleto Nouitiatus anno, quem multo feruore decurrerat; mox vbi in mortis agone ſemetipſum votis ſolemnibus Deo conſecrarat, vt piè credimus, Sanctis Carmeli cœtibus inſeri meruit. Sed incomparabili viro P. Fr. Thomæ à Ieſu Prouinciæ Belgicæ Fundatori plures adiuncti ſunt è prædictis diſcipulis Venerabilis Patris Fratris Ioannis, qui hanc Prouinciam exornarunt, quoſq; non eſt neceſſe iterum recenſere.

Deniq; in Perſidẽ quoque ac magni Mogorri Regna, & extremas Indiæ oras, cum Religione noſtra, Magiſterium quoque Nouitiatus Scalæ, & Venerabilis Patris Noſtri Ioannis à Ieſu Maria propagauerunt diſcipuli multi meritis, numero non pauci, Pater Frater Redemptus à Cruce, Pater Frater Leander ab Aſſumptione, Pater Frater Bartholomeus Maria à Sancto Franciſco, Pater Frater Ludouicus Franciſcus à Matre Dei, & alij, de quibus alibi proprius erit dicendi locus.

CAPVT VIII.

Ab anno Chriſti 1601 ad 1602.

Anno 1601. Fratrum exemplo, & V. P. N. Petri à Matre Dei conſilio nonnullæ Mulieres miris modis, ac mediis Inſtitutum Tereſianæ Reformationis aggrediuntur Romæ ad Sancti Aegidij, & futuro Cœnobio ſe præparant, multaque virtutis, ac ſanctitatis argumenta exhibent.

LAtè per Vrbem ſpargebatur odor ſanctitatis, quæ in primitiuo Carmeli ſpiritu reflorebat, & viros quidem ex omnibus Europæ nationibus, relictis ſæculi delicijs, ad caſtra tranſuolare Tereſiæ videbat Roma. Sed Muliebri ſexui nullum adhuc erat fundatum ſub Religionis regimine Monaſterium. Non deerant tamen Matronæ nonnullæ, ac Virgines ſãguine, ac moribus illuſtres, quæ Religionis normam, quam à Beata Tereſia viri didicerant, ipſæ imitarentur, totiſque viſceribus percuperent in Alma Vrbe Monialium Tereſianarum erigi Cœnobium, cui nomen darent, vitam conſecrarent. Deſiderium hoc ſuum Deo, ac Beatiſſimæ Virgini Mariæ, Tereſiæque in Cælis regnanti affectuoſis precibus commendabant. Tum etiam Venerabilem Patrem Petrum à Matre Dei Congregationis Commiſſarium Apoſtolicum, Patreſque cæteros Sanctæ Mariæ de Scala vrgebant, obteſtabantur, vt medium inuenirent, quo voti compotes fieri daretur.

Multa, ac grauiſſima militabant argumenta, cur ſub initium nouæ Congregationis fundationibus noſtrarum Monialium non eſſet aduitendum

Ab Anno Chriſt. 1601 ad 1602.

tendum. Quin imo eius rei gratia à Clemente Octauo petierant patres, ad annum milleſimum quingẽteſimum nonageſimum nonum, vt ſupra diximus, congregati, vt Monialium curam penitus prohiberet, quemadmodum Pontifex anno præcedenti in diplomate erectorio ſanxerat, his verbis: *Nullum præterea huius Congregationis Religioſum curam, aut gubernationem Monialium, etiam ſi eiuſdem habitus, & regulæ exiſtant, præterquam Monaſterij de Ieſu Maria Ianuenſis, ſuſcipere, vel habere permittimus.*

Pium tamen Patris Petri pectus, & ad omnia Charitatis officia tenerrimum, Religioſis fœminarum deſiderijs emollitum eſt; inuenitque viam, ac modũ, quo quidẽ eis fatisfaceret, & Pontificis, aut Patrum ſtatuto non contrairet.

Suaſit igitur, vt infimul habitantes collegialiter viuerent, Regulam Carmeli primitiuam, conſtitutiones, ac inſtitutum Tereſiæ amplecterentur; ſe ſe ad Monaſterij fundationem, ad habitum, & vota interiùs ſolidis virtutibus præpararent, & fundarent, reliqua Diuinæ Prouidentiæ committerent: aliquando futurum, vt his præludijs, & hominum cor flecterent, & à Deo obtinerent quod vellent.

Hac conſolatione, veluti quodam cæleſti rore, recreatæ ſunt deuotæ illæ animæ; ſed vires deerant, ac facultas ad comparandas ædes, cæteraque paranda, quæ neceſſaria videbantur.

Per multa annorum curricula, Deo permittente, Dæmon exagitauerat nobilem quamdam Romanã de familia Cotta, nomine ſororem Lucretiam. Hanc, adhuc forma, atque ætate florentem, cum Spiritus malus inuaſiſſet, Sanctus Philippus Nerius, adhuc inter mortales agens, Eccleſiæ ritu aliquandiu exorcizauerat, additis ieiunijs, alijſque corporis macerationibus, ac diuturna oratione, armis contra humani generis inimicum potentiſſimis. Verum cum Beatus ille ad cæleſtem vitam tranſijſſet, ſuſcepit charitatis officium Reuerendus Pater frater Angelus de Paz ex ordine reformatorum Sancti Franciſci in Conuentu Sancti Petri de Monte aureo; & huic ad meliorem vitam translato ſucceſſit Pater frater Petrus noſter, apud quem ſacra ſe confeſſione expiare, & interiorum exactam rationem reddere ſolebat & aduerſus Dæmonem exorciſmis, alijſque remedijs adiuuari.

Hæc hortatu Patris nummos in iam dictum finem elargita eſt, quibus adaptata domo, primum principium poſuit deuotiſſimi Monaſterij Monialium Tereſianarum de Vrbe ſub Religionis regimine militantium. Nam quantocius mulieres illæ magno ſpiritu in eam ſeſe recollegerunt, ſimulque cum eis à ſæcularium rerum tumultu, quantum fas erat, abdidit Soror Lucretia Cotta, & multis annis permanſit.

Exerebat infernalis ſpiritus vires, quas poterat, & in hoſpitium ſuum diriſſimè ſæuiebat. Sed aderant Seruæ Dei, quæ orationibus abſterrebant Dæmonem, aduocabant Deũ, & Pater Petrus exorciſmis quieti reddebat, conſolabatur exhortationibus, ſacrificijs adiuuabat, & in tantum confortabat; vt tunc, cum acerbiſſimè à maligno excruciaretur, præeunte Patre, Deum aliquanquando fuerit his verbis deprecata. *O Domine! ſiquidem hoc corpus meum à Dæmonijs vexari tibi ſeruiat ad gloriam, veniant opto ſpiritus infernales omnes, & me famulam tuam crudeliter torqueant.* Vix ſermonem impleuerat, cum impetu velociſſimo rapta in aerem, alliſoque grauiter ad tabulatum capite, in terram examini ſimilis deiecta eſt. Tum Religioſiſſimus Pater triſte, ac crudele ſpectaculum miſeratus, nomen Ieſu tamdiu inuocauit, donec

Digitized by Google

nec eius nominis virtute fractæ fuerint Dæmonis vires: mox etiam ſignum crucis capite imprimẽs, omnem miratus eſt abeſſe læſionem, & Soror Lucretia dolore, ac tentatione libera ſerenitatem mentis induit, & deinceps animoſior apparuit.

Erat eius imperium in Dei virtute Dęmonibus formidabile. Cum enim domo educere, & in deſperationem præcipitem agere vellent, & referenti famulæ pater iniunxiſſet, nomine Dei, ac ſuo, imperaret Diabolo, vt eam ſtatim ad ſe adduceret in Eccleſiam, eodem temporis momento, antequam illa domum rediret, & mandatum intimare poſſet *eamus*, inquit Dæmon, *ad Eccleſiam*: *nolo imperium expectare*, *nolo obedire*. Adeoque Pater Petrus crudeles corporis agitationes, animique moleſtias legitimis Eccleſiæ precibus ceſſare iuſſit.

Cur vero noluerit Deus famulã ſuam à Dæmonio liberare, ad inſcrutibilia pertinet ſui ſpiritus iudicia. Nos ex diuturna, ac grauiſſima Sororis Lucretiæ toleranti a glorificemus eum, qui non patitur fideles ſuos tentari ſupra id, quod poſſunt, ſed dat cum tentatione prouentum. Etenim admirabili conſilio Diuinæ Maieſtatis, mox vt ſuperbia Diaboli Lucretiam inſedit, ſuperbiæ fomenta confregit; & facile dilapſis gratiarum, ac venuſtatum ornamentis, non vnam cauſam humiliationis attulit, & quanto ferocius ſæuitiam ſuam in eam exercuit, tanto fiducialius ad altiſſimũ Diuinæ Benignitatis refugium feſtinare compulit. Ita factum exiſtimo, vt dum propriæ deſeruiebat inuidiæ, famularetur Diuinæ Charitati, & quam totis viribus perdere nitebatur, Deo in bonum vertente, promouebat animæ ſalutem. Nunc ad candidatas illas noſtras ſermo redeat.

Erant inter eas quædam perfectæ honeſtiſſimis coniugijs Matronę, quædam Virgines, omnes ſanguine, ſed virtutibus illuſtriores; regularem vitam in communi ſeruabant ad vnguem, obedientiam punctualiſſimam exercebant. Diceres in ſingulis nouam ſurrexiſſe Eufraſiam, aliaſque ex Eremo Sanctas Virgines. De corporis ac mentis puritate quid attinet dicere, cum Chriſto deſponderi totis viſceribus ęmulantur? Regulæ paupertatem plerique in Monaſterijs quærunt: ſed vel abundantiam alieno labore reperiunt, vel inopiam exhorreſcunt ex ſuo. Deuotæ hæ noſtræ, vt gemmam pretioſiſſimam ſollicitè quæſierunt, inuentam conſtanter coluerunt, & diuino beneficio cuſtodierunt. Nam cum ad vitæ neceſſaria cenſus deeſſet, iuxta Regulæ formam, cum ſilentio operantes, panem ſuum manducabant, imo cum deeſſe contingeret, lætabantur ſe ſe Religioſæ paupertatis ſacrificium, cui conſecrandæ venerant, Deo offerre poſſe. Orationi, Præſentiæ Dei, lectioni, Meditationi, Diuinis officijs, ieiunijs, abſtinentiæ, ſilentio, cellæ receſſui, diſciplinis, humiliationibus, auſteritatibus, cæteriſque Tereſianæ hæreditatis auſteritatibus inſiſtebãt magno feruore, & Dominus pinguedine ſpiritus confortabat infirmitatem carnis, & huius maceratione ſpiritum abundantius refocillabat. Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Nomina earum hiſtoriæ meæ chartis non tædebit apponere, quæ deſcripta arbitror in Codice æternæ prædeſtinationis. Soror Mariana à Sanctiſſima Trinitate, Soror Cæcilia de Chriſto, Soror Franciſca Tereſia à Ieſu, Soror Gertruda à Sanctiſſimo Sacramento, Soror Catharina à Sancto Dominico, Soror Tereſia à Matre Dei, Soror Chriſtina à Sanctiſſima Trinitate, Soror Maria Angela à Sancto Ioſeph, Soror Magdalena à Sancto Paulo, Et Soror Clara à Sanctiſſimo Sacramẽto.

Ab Anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Quarum obſequium Deo gratiſſimum, & normam viuendi, ac deſideria Diuinæ Maieſtatis oculis acceptabiliſſima fuiſſe multiplicium virtutum vberes fructus oſtendunt; Nec non Diuinæ Prouidentiæ tempeſtiuum in omnibus auxilium. Vnde factum eſt, vt aliquando vrgente pauperes Chriſti neceſſitate, vinum, & oleum multiplicaretur. Deinde virtutum, ac ſanctitatis abſconditæ fragrantia ad deuotas Romanæ Nobilitatis Matronas etiam penetrauit, quarum charitate ſubleuata eſt inopiæ extremitas.

Denique vt compleret Dominus deſideria ancillarum ſuarum, animum mouit Dominæ Margaritæ, Venafri Principiſſæ, vt totis viribus enitereturr, primum apud Patres, deinde apud Sacram Cardinalium Congregationem, & Summum Pōtificem, vt Eccleſia Sancti Egidij dictis ædibus annexa in Monaſterium erigeretur, ipſis in Moniales conſecratis.

Quorum omnium ordinem, modumque, tam ab Ancillis Chriſti ad Sancti Egidij obſeruatum, quam à Deo deſuper diſpoſitum, & ad optatum finem vſque perductum, dum attente conſidero; videre mihi videor non abſimilem fundationem, ei, quam Sancta Mater Tereſia adhuc in terris degens in Villanoua *dela Xara* confecit, & ſacro ſuo ſtylo ad legentium ædificationem exarauit. In qua nouem Virgines per annos ſex in tugurio anguſto, labore manuum in paupertate Deo ſeruiētes, ac ad habitum à Sancta Tereſia ſuſcipiendum ſe præparantes, tantum apud Altiſſimum promeruerunt; vt Tereſiæ daret in mandatis, quantocius eas efficeret pij deſiderij cōpotes.

Erat inter eas præcipua Soror Mariana à Sanctiſſima Trinitate natione Hiſpana, cui reliquæ ex Patris Petri præſcripto præſtabant obedientiam. Non ſolum naturalis prudentiæ laude præluxit, ſed Diuinis etiam reuelationibus meruit à Deo illuſtrari in dubijs, in arduis animari. Totius vitæ decurſu grauibus infirmitatibus obnoxia, atrocibus cruciata doloribus, plagis per totum corpus exeſa, vitæ regularis obſeruantiam, & rigorem ne vel minimum relaxare ſuſtinebat: ſed cæteras ſicut officio, ſic præibat exemplo. Et miſericors Deus fidelem ancillam viſitabat amanter, confortabat potenter, & frequenter in corporali ſpecie ſpecioſus forma præ filijs hominum apparens, diffuſa è diuinis labijs gratia blandiebatur in infirmitatibus, mitigabat dolores, plagarum incendia refrigerabat.

Quanto cæteris maior erat tanto ſe ſe demiſſius omnibus humiliabat.

Amoris Diuini incendio mirum in modum deflagrauit, nec aliquid ei moleſtiam afferre poterat, *niſi timor ille*, quem timemus, an vere Deum amemus? quem in ſe ſenticns Sancta Mater Tereſia, expreſſit in ſuo cantico, dicens.

Quandoque dum tui fruor,
Et te videndi ſpes alit,
In me metus duplex ſalit:
Eo & magis creſcit dolor,
Ne te Deum perdam meum;
Quò maior in me ſpes valet.

Similia lamenta dum moroſe in ſinum ſpōſi deponit Soror Mariana, reſponſum vitæ, gratiæque retulit iucundiſſimum; addito Diuini fauoris ſigno, quod nimirum præter morem ſanguinem ore vomeret, vt re ipſa protinus ſubſecutum eſt; prima quidem vice in magna copia, & deinceps quoties graui ſcrupulo angebatur, an Diuinæ gratiæ compos foret, toties de repente ſigno ſanguinis ab ore prorumpentis cæleſte promiſſum agnoſcebat.

Cum audiſſet, ſe breui morituram, magna fiducia coram imagine Crucifixi, quam ad caput lectuli habebat, in genua corruit, Dominumque

...ственно, что Бог, будучи всемогущим, может создать все возможное, но не может создать невозможное. Ибо, если бы Он мог создать невозможное, Он мог бы создать и противоречие, что, однако, невозможно. Ибо, если бы Он мог создать противоречие, Он мог бы создать и то, что одно и то же существует и не существует, что одно и то же есть и не есть, что одно и то же истинно и ложно, что одно и то же есть и не есть, что одно и то же истинно и ложно, что одно и то же есть и не есть, что одно и то же истинно и ложно

Ab Anno Christ. 1601 ad 1602.

ctissimi, & Decreto Sacræ Congregationis fuit domus illa, & Ecclesia in Monasterium erecta, & decem nostræ perseuerantes anno suæ perseuerantiæ decimo, ad sacram diem Sanctę Marthę, meruerunt habitu monialium nostrę Sacrę reformationis vestiri, coram Reuerendissimo Cęsare fideli Vicegerente Illustrissimi Cardinalis Pamphilij Vicarij suę Sanctitatis, assistente Reuerendo admodum P. Ferdinando à Sancta Maria Vicario Generali nostræ Cõgregationis, & Patre fratre Dominico à Iesu Maria Priore Conuentus Sanctę Marię de Scala, eisdem demandato noui Monasterij regimine. De quibus omnibus sequenti anno Millesimo Sexcentesimo Vndecimo ad diem vigesimam nonam Martij diploma Pontificium emanauit, cuius initium, quia ad dictorum hactenus faciliorem intelligentiam conducit, hic subijcio.

PAVLVS

PAPA V.

Ad perpetuam rei Memoriã.

INter cætera cordis nostri desiderabilia id vnum enixè cupimus, vt Monasteria, & alia pia loca instituantur, in quibus Aeternæ Beatitudinis amatrices salutem suam tutius, & quietius operentur. Cum itaque dilecta in Christo filia nobilis mulier Margherita Principissa Venafri Nobis nuper exponi fecisset, quasdam pias, & deuotas Mulieres in ædibus apud Ecclesiam Sancti Egidij Transtyberim de Vrbe insimul congregatas in communi viuere, dictasque ædes ad formam Monasterij, & clausuræ, vbi illæ sub suaui Religionis iugo Altissimo famulentur, reduci cupere.

Nos supplicationibus dictæ Margharitæ pro parte earumdem mulierum porrectis in ea parte inclinati, hoc negocium Congregationi Reformationis dictæ Vrbe examinandum, & nobis referendum commisimus. Ex cuius sentẽtia deinde dictæ ædes in formam Monasterij, & clausuræ sub inuocatione B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli Ordinis fratrum Discalceatorũ erectæ, & institutæ fuerunt, ipsæque mulieres habitum per Moniales dicti Ordinis gestari solitum susceperunt coram Venerabili fratre nostro Episcopo Salonensi, & Vicesgerente tunc existentis Vicarij nostri in dicta Vrbe, & eius districtu in spiritualibus generalis, prout in publico instrumento desuper confecto plenius contineri dicitur. Quare pro parte dictæ Margharitæ nobis fuit humiliter suplicatum, quatenus præmissis pro maiori cautela & firmiori eorum subsistentia robur Apostolicæ Confirmationis adijcere, aliaque opportuna prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Reliqua in dictum annum reseruo.

CAPVT IX.

Ven. Pater frater Petrus complures conscribit in confratres, ad deuotè & castè gestandum Sacrum Scapularæ Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Vbi de Confraternitatis huius natura, & distinctione ab alijs, disseritur.

INter cætera, quæ nouæ Congregationis Commissario, & Præposito Clemens Octauus elargitus fuerat, seu priuilegia, seu iura, vltimum quidem locum obtinet, sed non est infimæ dignitatis auctoritas cooptandi confratres sacri

Digitized by Google

Quæ ad Cædem pertinent.

Cædis nomine, quæ ad Cædem pertinent, intelligimus. Nam & Vulnera, & Verbera, & Percussiones, & Pulsationes, & Ictus, & Plagas, & Contusiones, & Fustigationes, & Flagellationes, & Cædes, & Occisiones, & Homicidia, & Mortes, & Necationes, & Interfectiones, & Parricidia, & Fratricidia, & Matricidia, & Patricidia, & Infanticidia, & Sororicidia, & Uxoricidia, & Proditiones, & Insidiationes, & Venenationes, & Sicariationes, & Latrocinia, & Rapinæ, & Raptus, & Violentiæ, & Violationes, & Stupra, & Adulteria, & Incesta, & Sacrilegia, & Furta, & Fraudes, & Dolositates, & Falsitates, & Falsificationes, & Falsa Testimonia, & Falsa Juramenta, & Falsa Sacramenta, & Falsa Perjuria, & Falsa Conjuria, & Falsa Conspirationes, & Falsa Conjurationes, & Falsa Consensiones, & Falsa Consortia, & Falsa Societates, & Falsa Fœderationes, & Falsa Pacta, & Falsa Conventiones, & Falsa Contractus, & Falsa Obligationes, & Falsa Promissiones, & Falsa Donationes, & Falsa Concessiones, & Falsa Traditiones, & Falsa Commendationes, & Falsa Depositiones, & Falsa Commodationes, & Falsa Locationes, & Falsa Venditiones, & Falsa Emptiones, & Falsa Permutationes, & Falsa Commutationes, & Falsa Mutationes, & Falsa Transactiones, & Falsa Compromissiones, & Falsa Arbitrationes, & Falsa Arbitrii Electiones, & Falsa Arbitrii Delegationes, & Falsa Arbitrii Commissiones, & Falsa Arbitrii Relationes, & Falsa Arbitrii Sententiæ, & Falsa Arbitrii Executiones, & Falsa Arbitrii Appellationes, & Falsa Arbitrii Reclamationes, & Falsa Arbitrii Revocationes, & Falsa Arbitrii Cassationes, & Falsa Arbitrii Annullationes, & Falsa Arbitrii Irritationes, & Falsa Arbitrii Nullitates, & Falsa Arbitrii Inanitates, & Falsa Arbitrii Vanitates, & Falsa Arbitrii Frivolitates, & Falsa Arbitrii Levitates, & Falsa Arbitrii Leviculitates, & Falsa Arbitrii Nugacitates, & Falsa Arbitrii Ineptitates, & Falsa Arbitrii Absurditates, & Falsa Arbitrii Stultitates, & Falsa Arbitrii Insipientiæ, & Falsa Arbitrii Dementiæ, & Falsa Arbitrii Furores, & Falsa Arbitrii Rabies, & Falsa Arbitrii Insaniæ, & Falsa Arbitrii Amentiæ, & Falsa Arbitrii Vesaniæ, & Falsa Arbitrii Phrenesis, & Falsa Arbitrii Lethargiæ, & Falsa Arbitrii Letargiæ, & Falsa Arbitrii Somnolentiæ, & Falsa Arbitrii Torpedinis, & Falsa Arbitrii Stupiditates, & Falsa Arbitrii Hebetudines, & Falsa Arbitrii Obtusiones, & Falsa Arbitrii Hebetationes, & Falsa Arbitrii Obtusationes, & Falsa Arbitrii Obscurationes, & Falsa Arbitrii Tenebrationes, & Falsa Arbitrii Cæcitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes, & Falsa Arbitrii Cæcutientiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Oculi, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Aures, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Nares, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Labia, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Manus, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Pedes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Genitalia, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Anus, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Intestina, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Ventres, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Stomachi, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Hepata, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Splenes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Renes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Vesicæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Pulmones, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Cor, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Cerebra, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Nervi, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Ossa, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Medullæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Sanguines, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Humores, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Spiritus, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Animæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Mentes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Cogitationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Intellectus, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Rationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Judicia, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Sententiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Executiones, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Appellationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Reclamationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Revocationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Cassationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Annullationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Irritationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Nullitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Inanitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Vanitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Frivolitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Levitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Leviculitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Nugacitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Ineptitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Absurditates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Stultitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Insipientiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Dementiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Furores, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Rabies, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Insaniæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Amentiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Vesaniæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Phrenesis, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Lethargiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Letargiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Somnolentiæ, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Torpedinis, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Stupiditates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Hebetudines, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Obtusiones, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Hebetationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Obtusationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Obscurationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Tenebrationes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Cæcitates, & Falsa Arbitrii Cæcutientes Cæcutientes, & Falsa Arbitrii Cæcutientes

Ab Anno Chriſt.1601 ad 1602.

tis animæ tractarent impenſius.

Patre Petro negotijs grauioribus occupato, & tandem ad meliorem vitam euocato, Confratres Oratorij Sancti Caroli pijs ſermonibus, & exemplis iuuarunt, & animarunt ad pietatem P. Fr. Ioannes à Ieſu Maria, & Pater Frater Dominicus, & huius dono, dum Priorem ageret, acceperunt paruam, ſed deuotam B.Virginis Iconem, in qua Dei parens ſæpius ſeruo ſuo apparere dignata eſt.

Nam cum Capellæ Beatiſſimæ Virginis fabricam, quæ ad latus Euangelij cernitur, ad finem vſque perduxiſſet, & in ea miraculoſam imaginem glorioſæ Deiparæ de Scala decentiùs collocare meditaretur, tabellaſque votiuas in memoriam præſtitorum beneficiorum oblatas, vt ordinatè per circuitum appenderet, recenſeret, abſtergeretque, reperit inter eas eiuſdem Deiparæ faciem eleganti quidem penniculo depictam, & deuotionem ſua venuſtate ſpirantem; ſed præ vetuſtate laceram, pulueribus obſitam, exeſam carie. Moueri tener animus ad primum aſpectum, & genibus aduolutus ſordibus eripit, reuerenter detergit, lacrymis eluit, telam reſarcit, Sandaracha expolit; magno deuotionis affectu defert in cellam, præcipuo in loco ſtatuit, pia veneratione colit. Quadam nocte oranti, & refrigerium nuper defuncto magnati precibus enixioribus imploranti, Miſericordiæ Mater in eadem apparuit cæleſti gloria circumfuſa, & feſtiua gratulatione blandita ob honorem in typo exhibitum, ſingularem protectionem eſt pollicita, & poſtulatam gratiam elargita. Nam poſt modicum temporis interuallum è Purgatorij pœnis euolans anima, Seruo Dei liberationis ſuæ nuncium tulit, & retulit pro beneficio gratiam. Verùm vt ad ampliorem cultum digniſſimam imaginem promoueret, vtque per omnia ſatisfaceret inſtituto noſtro ſolas ex carta imagines in cellis admittenti, in dicto oratorio publicæ deuotioni expoſuit, & Confratres Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo nouis ſtimulis ad pietatem erga Patronam ſuam in dies augendam incitauit.

Nec ſatis fuit Patri Petro, fratribuſque domi ſuæ ſalutem elaborare Confratrum; ſed vitem Carmeli fæcundiſſimam, ac puriſſimam in alias etiam Ciuitates propaginare ſtuduerunt ad Virginis honorem, & deuotionis illius augmentum. Et vt cætera huius generis prætermittam, non poſſum tamen ſilentio inuoluere id, quod notatum inuenio in vita Venerabilis viri Ioannis Baptiſtæ Vitellij Fundatoris Oratorij Boni Ieſu in Ciuitate Fulginio.

Hic enim à Patre Petro Beatiſſimæ Virginis Scapulare humiliter petijt, & per manus eius veſtiri obtinuit, fuitque in eius vicem Fulginij conſtitutus Prior Confraternitatis Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo; adeò vt pientiſſimum illud, ac celebre Oratorium Boni Ieſu, ſit etiam eiuſdem Beatiſſ. Virginis propago; ideòque Sancti illi Confratres omni charitatis affectu nos, cum illac tranſimus, proſequi ſolent ob amorem Deiparæ Matris omnium noſtræ, ac ſuauem memoriam Patris noſtri Petri, qui ad dictos Confratres vltimam omnium ſuarum exhortationum declamans, Apoſtolico muneri coronidem impoſuit, cum à Beata Virgine de Portiuncula Nuceriam verſus tenderet: In qua de gradibus humilitatis, tanto ſpiritu differuit, vt adhuc in pleriſque Seniorum mentibus reſtent infixi aculei motionis Spiritus Sancti; videaturque adhuc buccina illa Apoſtolica interiori mentis auditui humilitatem intonare.

Et ſacri quidem Scapularis deuotionem mirum in modum auxit, & pro-

& propagauit Venerabilis ille Ioãnes Baptiſta; ipſe verò quanta fiducia ſacram hanc veſtem ad honorẽ Beatæ Virginis geſtaret, ex eo liquidum euadit, quod quacumque neceſſitate vrgeretur, neque ſanus, neque infirmus ſe illa ſpoliari paſſus eſt; Quin etiam in vltimo vitæ conflictu, quamuis altiſſima cõtemplatione extra ſe raptus, ne auelleretur prohibuit, iuſſitque vt cum eo ſepulturæ traderetur, ſperans miſericordiam Matris apud Iudicẽ Filium poſt mortem, cuius illibatã in vita conſeruauerat ſacram veſtem.

Hoc in loco, benigne lector, operę pretium me futurum exiſtimo ſi Confraternitatis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli naturam, & antiquitatem depromam ex monumentis, & ob oculos ponam. Nam hæc tractatio Chronica ſupputatione potiſſimum continetur, nec opportunior vnquam locus occurret, quam nunc, cum primùm aperta eſt in Cœnobijs noſtris, & quidem in Vrbe Roma Religioſa hæc Confratrum noſtrorũ ſacri Scapularis Accademia ſub Magiſterio, ac directione Venerabilis P. Noſtri Petri à Matre Dei.

Et primùm de ipſa natura noſtrę Confraternitatis, eiuſque ab alijs diſtinctione ſtatuendum erit; tum de eius origine, & antiquitate inueſtigandum.

Tria ſunt genera perſonarum ſæcularium, quæ coniunctione exercitiorum ad ſalutem animæ pertinentium immediatè Religioni tanquam principali aggregantur. Primum genus eſt eorum, qui Religionis filiatione gaudent. Secundum eſt Tertiariorum vtriuſq; ſexus ſæcularium. Tertium eſt Confratrum & Conſororum.

Inter hæc genera non recenſeo benefactores, quia vt tales ſunt, non aggregantur; ſed Religionem reſpiciunt vt diſtinctam. Beneficientia enim eſt ad alterum. Solent tamen Prælati eos connumerare per bonorum communicationem inter Filios Ordinis. Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Non pono Fundatores, Protectores, Conſeruatores, quia vt tales ſunt, principalium perſonam gerunt.

Non familiares, negotiorũ geſtores, conſanguineos, ſcholares, diſcipulos, ſeruitores. Quia coniunctio non eſt in ijs rebus, quæ ſalutẽ animę immediatè concernunt.

Cum autem dico perſonas ſæculares non excludo perſonas Eccleſiaſticas, aut alterius Religionis profeſſas: ſed intelligo ex vi talis aggregationis, quam habent tria dicta genera perſonarum, non conſtitui ſingulas illarum Eccleſiaſticas; quamuis ipſæ Congregationes, & Confraternitates ſint Iuris Eccleſiaſtici.

Hæc verò terna perſonarum genera lato ab inuicem diſſident interuallo: nam primum eorum genus nõ requirit actionem aliquam; ſed potius merita magna in Religionem ſupponit, propter quæ Prælatus, tanquam diſpenſator bonorũ ſibi commiſſorum, tali perſonæ ea communicat, ſiue in ſatisfactionem pro peccatis, ſiue ad impetrandum bona, aut diuertendum mala. Quam gratitudinis Religioſę methodum in poteſtate quaſi naturali, ac patria, & iure communi fundatam approbarunt Summi Pontifices Vrbanus Quintus, & Iulius Secundus. Forma verò qua ab initio Congregationis vſi ſunt Superiores noſtri in literis filiationis eſt tenoris ſequentis.

* *
*

Ab Anno Chriſti.1601 ad 1602.

IESVS MARIA.

Benedictus Deus, & Pater omnium, qui ſaluti prouidens hominũ, Mundo dedit Mariam Virginem in dulciſſimam Matrem.

CVm ſalutis noſtrę author Ieſus Chriſtus preſentes diſcipulos, & nos abſentes imitatores ſuos erudiens, ſingulari fraternæ Charitatis præcepto præſertim obſtrinxerit; vt ſcilicet diligeremus alios, quemadmodum ipſe dilexit nos; & tanto magiſterio, & inſtituto noſtro valdè conſentaneum eſt, vt ſaluti proximorum operam ſimilem ei, quam Redemptor noſter nauauit, impendamus. Cum verò ipſe ſic nos dilexerit, vt labores, dolores, operaq; ſua omnia in ſalutẽ noſtrã cum infinito merito, ac ſatisfactione direxerit, nullum imitandi modum ſimiliorem inuenire poſſe videmur; quã ſi è pijs laboribus, & operibus noſtris, quę ex ipſius munere præſtamus, & ſpiritualibus bonis, quibus ex ipſius Theſauro fruimur, partem aliquam proximis tribuamus. Qua propter nos (qui licèt immeriti) prędictę Congregationi præſumus, & bona eius augere, ac in alios inſtis de cauſis deriuare debemus, confiſi meritis, & precibus Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei, & noſtræ, cui ſpecialiter famulamur, ac eius Sponſi Sanctiſſimi Ioſeph, nec non Sanctorũ Prophetarum Eliæ, & Eliſei Patrum noſtrorum, Sanctorum Angeli, & Anaſtaſij Martyrum, Alberti, & Cyrilli Confeſſorum, ac Sanctæ Tereſiæ Virginis Matris noſtræ, & aliorum Sanctorum, atque Sanctarum Ordinis noſtri, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, vos peculiari charitatis ſignificatione complectentes, ad participationem omnium priuilegiorum, indulgentiarũ, precum, ieiuniorum, diſciplinarum peregrinationum, piorum operum, aliorumque quorumvis bonorum ſpiritualium totius noſtræ Congregationis admittimus. Precamurque Diuinam Bonitatem, vt vos per hoc noſtrum miniſterium prædictorum bonorum cũ prouentu multo conſortes efficiat.

Secundum genus eſt eorum, qui Tertiarij vocantur, quorum tres Claſſes aſſignat Collector priuilegiorum v. Tertiarij §. 25. & alij poſt eum, Ego maioris claritatis gratia, ob Iura, ac Conſtitutiones nouas, tres Claſſes aliter in hunc modum diuido.

Prima Claſſis eſt vtriuſque ſexus Tertiariorum, qui tertiam Religionis regulam ſolemniter in Conuentibus ſub Prælatorum obedientia profitentur, & de hac Claſſe nunc non agimus: ſunt enim verè, propriè, & ſtricti nominis Religioſi.

Secunda claſſis eſt eorum, qui quidem habitũ ſæcularem religioſo non nihil conſimilem à Prælatis ordinum acceptũ geſtant, & Regulam ipſorum captui adaptatam ſeruant in proprijs domibus, fœminæ quidem coniugalem, aut cælibem ſine expreſſo voto, viri autem ſiue cælibem cum voto, ſiue coniugalem vitam ducentes.

Tertia Claſſis eſt virorum, qui iam dicta collegialiter viuendo, aut cum clauſtralibus habitando præſtant; & mulierum, quæ virginalem, ceu cęlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto ſub dicto habitu, & regula vitam perducunt, in proprijs ędibus, aut etiam conſanguineorũ, & affinium ſeorſim habitantium.

Secundæ Claſſis Tertiarij ſunt perſonæ ſimpliciter ſæculares, non exemptæ à iuriſdictione, aut laicæ, aut Epiſcoporum, vt patet ex Conſtit. Pauli Secundi, *Expoſcit veſtræ*. & Leone Decimo in Concilio Lateranenſi. Non eximuntur à gabellis, & tributis, imo neque gaudent priuilegio Canonis, vt docent communiter authores, Nauarr. Manil. c. 27. Suarez de Cenſuris, & alij, &

ex

Digitized by Google

ex præcedentibus deduci poteſt, vſuſque confirmat; quamuis contrariam ſententiam probabilem exiſtimet Lezana t. 2. c. 14. n. 39. ex Collectore, & Portello: ſunt tamen annexæ, & vnitæ Religioni, & de ſtatu religioſo non pauca participant, & largo modo Religioſi dici poſſunt, ex Bulla Sixti Quarti apud Confectium, *Sacroſanctæ*. Et Rodriguez t. 2. q. 65. art. 5. & Suarez t. 3. de Religione l. 2. c. 2. num. 17. & 18.

Imo etiam à Pontificibus ordo vocari ſolent, à Nicolao Quarto, Innocentio Septimo, Sixto Quarto, & ſubſunt directioni, ac regimini Prælatorum Religionis, cui ſunt annexæ, non quo ad iuriſdictionem, aut poteſtatem; ſed propter ſpecialem curam, ac diligentiam, qua circa ſalutem eorum, qui ſibi ſunt aggregati, gerere debent. In quibus hi Tertiarij obedire debent, non quidem ſub ligatione peccati, aut pœnæ, ſed tanquam ſpecialibus directoribus ſuæ vocationis, & per quos Deus ſolet voluntatem ſuam manifeſtare, vt docet Miranda in Manuali t. 1. q. 36. & comp. mendic. v. Tertiarij.

Ad vltimam Claſſem ſpectantes Tertiarij, ſunt quidem & ipſi ſimpliciter ſæculares, at multo plus participant de ſtatu Religioſo. Nam Leo Decimus in Concilio Lateranenſi anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto ſic ſtatuit. *Fratres autem, & Sorores Tertij Ordinis Mantellati, Corrigiati, Pinzocoræ, Cordellati, & alij quocumque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, ſepulturam vbi voluerint eligere valeant; ſed die Paſchatis tantũ Euchariſtiam, nec non Extremam Vnctionem, cateraque Eccleſiaſtica Sacramenta, Pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto, à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur, ac in foro ſæculari coram Iudicibus Secularibus conueniri poſſint. Et ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdẽ dicti Tertij Ordinis ad Diuina audiẽda in Eccleſijs ſuorum Ordinum interdicti tempore nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ceu foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem quoquo modo præſtiterint. Collegialiter autem viuentes, ſeu cum Clauſtralibus habitantes: ac mulieres Virginalem, ceu cœlibem, aut caſtam viduale expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegijs, quibus Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant.* Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Quia verò Synodus Tridentina poſtmodum declarauit, Religioſorum exemptione, & priuilegijs non gaudere, niſi eos, qui Monaſterijs actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, nõ obſtante &c. ſeſſione 24. cap. 2. Ideo diſputatum eſt acritèr inter viros doctos: an Tridentini Concilij Patres dictæ Conſtitutioni Leonis Decimi derogauerint, vt videre licet apud Souſam tract. 5. & Portellum V. Tertiarij, ac tandem emanauit Decretum anno Domini 1608. in hæc verba. *Sacra Congregatio Concilij Tridentini interpretum conſulta, Reſpondet, Fratres Tertiarios Mantellatos, Corrigiatos, alioſque ſimiles, ita demum Ordinis, cuius Tertia Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs potiri, vt ab Ordinarij iuriſdictione exẽptos eſſe, ſi viri Collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, & Mulieres Virginalem, ceu cælibem, aut caſtam viduale expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur conſtit. Concilij Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ. 2. in fine.* Hoc autem mulierũ voto alia duo, ſcilicet, paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi, quinimo huiuſmodi mulieres, ſi vitam Virginalem, aut cæli-

Ab Anno Christi 1601 ad 1602.

bem ſimpliciter, expreſsèque voluerint.etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum domibus, vel ſeorſum habitantes, ſupradictis priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, quemadmodum idem Leo poſtea declarauit Conſtitutione edita primo die Martij an. 1518. Militant ſub ordine, habitu, & Regula Glorioſæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo duarum iam dictarum Claſſium Tertiarij vtriuſque ſexus ſæculares, ex conceſſionibus diuerſorum Pontificum, præſertim Nicolaij Quinti, & Sixti Quarti, quæ in Bullario videri poſſunt.

Noſtra tamen Congregatio non habet Tertiarios collegialiter viuentes. In Conuentu ſecum nonnullos viuere permittit ad Fratrum ſubſidium. Mulieres verò pauciſſimas, eaſque ferè Matronas, ſanguine, ac moribus illuſtres, quibus negare non poterat, admiſit ad votum, habitumque exterius gerendum. Semper enim abhorruerunt Patres noſtri à facili illa receptione ſæcularium, maximè fœminarum ad patentem habitum noſtro conſimilem. Nam & honor Religionis exponitur ludibrio, & familiaritatibus, ac relaxationibus via ſternitur; quibus omni ſtudio obuiam ire debemus; ne nauis illa inſtitoris Diuini, cuius carbaſa à Spiritu Sancto fæliciter afflantur, tantillum fatiſcens, ſinum aperiat mundialibus aquis.

Hac de cauſa poſt Capitulum Generale Lodoani celebratum anno milleſimo ſexcẽteſimo vigeſimo tertio, Patres Definitores ordinarunt, ne ſine præuia licentia Prouincialis, & multa circumſpectione adhibita, mulieres admitterentur ad habitum, quem vocant *Pinzocherarum*.

Ad tertium genus accedamus eorum, qui iuxta ſuperius dicta, Fratribus vniuntur. Hi vocantur Confratres, & Conſorores. Confraternitatem quidam definiunt, Congregationem fidelium laicorum ad pias, & deuotas actiones exercendas. Inter eas quædam non militant ex natura ſua ſub certis Religionibus V. G. Confraternitates Nominis Ieſu, aut Sanctiſſimi Sacramenti, aut Miſericordiæ. Aliæ ſunt innexæ, & ſubordinatæ Religioſorum Ordinibus, & hæ ſolę ad propoſitum noſtrum veniunt examinandæ, ſuntque Congregationes laicorum nullam profeſſionem emitentium, nullum Ordinis habitum geſtantium, aut Regulam profitentium; ſed conuenientium ad exercitia quædam animæ ſalutem concernentia, ſub propria dependentia, cura, regimine, & directione Superiorum Ordinis; quadam etiam vnione meritorum, & Indulgentiarum communicatione facta, vel immediatè à Superioribus Ordinis, vel à Summo Pontifice eius intuitu. Et ſignum quidem Religionis, cui vniuntur, à Prælato benedictum pleræque ferunt: Aliæ vel non ferunt, vel ad id non tenentur. Sic Confratres Sancti Franciſci corda ex Inſtitutione Sixti V. cingi debent, Sancti Auguſtini corrigiam geſtare ſolent, nullius tamen præſcripto ad hoc obligari Rodriguez affirmat.

His prælibatis deueniamus ad Confraternitatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, quę etiam ſacri Scapularis Carmelitarum appellari ſolet.

Semper exiſtimaui in gremio Confraternitatis, aut ſocietatis noſtræ ſacri Scapularis, ſaltim prout hoc tempore practicatur, duo genera perſonarum diſtingui debere diuerſorum graduum, ordinumque.

Primum eſt eorũ, qui ſolo munere Confratris contenti ſunt, ipſique ordini Carmelitarum tamquam diſtincto aſſociantur, neque curant vt ipſimet ordini incorporentur per habitus

bitus geſtationem, &aliqualem promiſſionem Regulæ, & votorum; ſed ſolum conueniunt ad quædam exercitia ſicut communiter ſolent Confratres.

Alterum genus eſt eorum, qui præter iam dicta, etiam ipſi Religionem B. V. Carmeli ingrediuntur, habitum ſuſcipiendo, votum Caſtitatis, vt ſupra dictum eſt emittẽdo, promittendo Regulam à Beato Alberto traditam, ac ſuo ſtatui accomodatam; Horas Canonicas recitant, abſtinentiam feriæ quartæ, ac ieiunia ſeruant, quemadmodum Beatiſſima Virgo Ioanni Vigeſimo ſecundo apparens expreſſit, & adducemus inferius. Quis inficiabitur hos Confratres longo interuallo ſuperare cæteros? quis non videt, à Beatiſſima Virgine intra Religionem, intra Ordinem collocari approbante Chriſti Vicario? Non nomino Fratres hos Tertiarios, vel tertiæ Regulæ: talem enim nos Carmelitæ tertiam Regulam non habemus, niſi ad inſtar; Et in eo ſenſu optimè dixit Emm. Rodriguez t. 3. q. 72. Carmelitas non habere Tertiarios. Nam in Ordine quidem Sancti Franciſci, qui primus horum auctor fuiſſe creditur, facile eſt aſſignare tres Regulas, primam à Sancto Franciſco compoſitam pro Fratribus, & ab Honorio Tertio cõfirmatam anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, ſecundam pro Monialibus Sanctæ Claræ, Tertiæ Regulæ Sanctus Franciſcus initium dedit, dum aliquas leges præfixit ſæcularibus perſonis, quas Nicolaus Quartus ex Ordine Minorũ in vnum collegit, in Regulæ formã redegit, & tradidit obſeruandas. Portellus V. Tertiarij, & Rodriquez ſupra citata q. 72.

Quam Regularum diſtinctionem in Ordine noſtro non reperies. Reperies tamen multis antea temporibus ſæculares intra noſtrum Ordinem cooptatos, & inſtitutum, ac Regulam Carmelitarum, quoad fieri poterat, cum ſæculari vita coniunxiſſe, atque exteriori ſigno profeſſos fuiſſe, vt clarè liquet ex litteris Apoſtolicis Ioannis Vigeſimi ſecundi, & Clementis VII. quas mox allegabimus. Attamen quia Tertiarij Sancti Franciſci iuxta dictam Nicolai Quarti Regulam viuentes, nec non aliorum Ordinũ Tertiarij multis erant priuilegijs, ac gratijs à Sancta Sede Apoſtolica ditati, obtinuerunt Carmelitæ demum à Nicolao V. ad annum circiter 1447. eorumdem communicationem, & ab eo tempore incepimus habere Tertiarios ad inſtar Tertiariorum Sancti Franciſci, & S. Dominici. Ab anno Chriſti 1301 ad 1602.

Manifeſtè tamen ſupponit in dicto diplomate Nicolaus Pontifex, multo antea viguiſſe perſonas ſæculares in Ordine noſtro ſub Regula Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Mõte Carmelo ſeruientes Deo, & nunc etiam vigere, qui Confratres quidem vocantur; ſed plurimum ab alijs Confratribus Ordinis Regulã non profitentibus diſtincti, noſtræ Religionis portio nobilior, ac ſpeciali nota digni in fauorabilibus Confratrum nomine veniant intelligendi, in odioſis nequaquam, gaudeantque omnibus priuilegijs, & gratijs Ordini conceſſis, ſeruata proportione, & condictionibus, quas Sancta Sedes Apoſtolica requirit.

CA-

Ab Anno Chriſt.1601 ad 1602.

CAPVT X.

Origo; & antiqnitas Confraternitatis Sacri Scapularis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo compendiosè aperitur; ac priuilegiorum illius monumenta afferuntur.

AD originem igitur, & antiquitatem huius Confraternitatis per Pontificum diplomata, & fide dignas hiſtorias aſcendamus, & priuilegiorum monumenta adferamus. Et iuxta naturæ noſtræ proprietatem,& Ariſtotelis monitũ,à notioribus ad ignotiora ordine retrogrado; ſiue ab ijs, quæ nobis tempore ſunt propinquiora,greſſum faciamus ad ea, quę remotiora ſunt. Nam & nos cum Poeta exclamare, & conqueri poſſumus.

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas.

Omnia deſtruitis,vitiataque dentibus æui,

Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Sunt tamen nonnulla veſtigia, quæ legentes, ad venerabilem antiquitatem, & originem Confraternitatis Sacri Scapularis vtcunque pertingamus.

Primum ergo reperio ſub Vrbano VIII. confirmatam à Sacra Rituum Congregatione huius Societatis antiquitatem, ac præcipua priuilegia Sacri Scapularis die duodecimo Iunij, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo reuiſis, examinatis, atque approbatis lectionibus officij,quod in commemorationem beneficiorum à Beatiſſima Virgine receptorum Ordo noſter ſolemniter celebrat, quæ in hunc modum in Eccleſia recitantur. *Cum Sacra Pentecoſtes die Apoſtoli Cælitùs afflati varijs linguis loquerentur, & inuocato Auguſtiſſimo Ieſu nomine mira multa patrarent. viri plurimi, qui veſtigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ prœconio ad Chriſti Aduentum comparati fuerant, rerum veritate perſpecta, atque probata, Euangelicam Fidem confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu Beatiſſimã Virginem (cuius colloquio, & familiaritate fœliciter frui potuere) adeò venerari cœperunt; vt primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi Elias olim aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem Puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint. Ad nouum ergo Sacellum ſæpe quotidie conuenientes,ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatiſſimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam, colebant. Quamobrem Fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, cumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt; ſed Indulgentias peculiares ijs, qui eo titulo, vel Ordinem,vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere. Nec vero nomenclaturam tantum munificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam: verum & inſigne ſacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, vt cœleſti hac veſte ordo dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demum cum olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent; Adſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planèque iuſſit, vt inſtitutum & homines benignè complecteretur. Non in hoc tantum ſęculo ordinem ſibi tam acceptum multis prærogatiuis Beatiſſima Virgo inſigniuit: verum & in alio (cum vbique & potentia, & miſericordia plurimum valeat) filios in Scapularis Societatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque pauca eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatus ratione caſtitatem colue-*

runt,

runt, materno planè affectu dum igne Purgatorio expiantur, ſolari, ac in Cœleſtem Patriam obtentu ſua quantocius piè creditur efferre. Tot ergo tantiſque beneficijs ordo cumulatus, ſolemnem Beatiſſimę Virginis commemorationem ritu perpetuo ad eiuſdem Virginis gloriam quot annis celebrandam inſtituit.

Paulus Quintus anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, & milleſimo ſexcenteſimo nono varias Indulgentias Confratribus, & Conſoribus Beatæ Mariæ de Monte Carmeli conceſſit, ad quas lucrandas non eſt neceſſe per Regulæ etiam imperfectam profeſſionem Ordini incorporari; ſed omnibus omnino Confratribus ſunt communes. Et idem Pontifex concordiam inter Carmelitas Calceatos, & Diſcalceatos ſuper erectione Confraternitatum Beatæ Mariæ Virginis, & conceſſione Sacri Scapularis initam, confirmauit anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, vigeſimo quarto Aprilis. Quæ talis eſt.

In Nomine Domini. Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod anno ab eiuſdem Natiuitate milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, Indictione decima quarta, die vero vigeſima quarta Menſis Auguſti Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli, Diuina Prouidentia Papę Quinti, Anno eius duodecimo, in mei Notarij publici, ac teſtium infraſcriptorum ad hęc ſpecialiter vocatorum, habitorum, & rogatorum præſentia, præſentes, & principaliter exiſtentes Reuerendiſſimus Pater Magiſter Frater Sebaſtianus Fantonius Generalis Ordinis Carmelitarum, Reuerendiſſimus Pater Fr. Ferdinandus à Sancta Maria Prepoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis Sancti Elię, ac admodum Reuerendus Pater Frater Franciſcus à Sanctiſſimo Sacramẽto Procurator Generalis Congregationis Hiſpaniarum aſſerentes pluries ſecum animo reuoluiſſe, & conſideraſſe Conſtitutionem Clementis Octaui incipientem. Quęcumque à Sede Apoſtolica &c. ſub Datam ſexto Decembris milleſimo ſexcentiſimo quarto, in qua decreuit, & ſtatuit, ne tam in Alma Vrbe, quàm in alys quibuſcumque Ciuitatibus, & locis totius Chriſtiani Orbis Regularium Ordinum, & Religionum, & Inſtitutorum, quibus in eorum, & quibuſcumque alys Eccleſiis, & Collegijs, Confraternitates ſęcularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, illiſque priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta elargiendi, & communicandi poteſtas à Romanis Pontificibus, & Apoſtolica Sede attributa fuit; Magiſtri, Priores, Præpoſiti, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primiceriį, Prælati, Cuſtodes, Guardiani, Præfecti, Adminiſtratores, & alij Officiales, ſeu Superiores, quouis modo nuncupati vnam tantum Confraternitatem, & Congregationem in eorum, & quibuſcumque alys Eccleſiis, & Collegys erigere, & inſtituere poſſint, prout latius in dicta Conſtitutione, ad quam &c. & ex dicta Conſtitutione facile diſcordiam aliquam oriri poſſe Patribus Carmelitanis, qui in pluribus locis olim dictam Confraternitatem, & Congregationem erexerunt, contendentibus, ne Diſcalceati in eiſdem locis noua Monaſteria fundare, Beatæ Virginis Scapulare fidelibus piè petentibus, vt hactenus conſueuerunt, deinceps cõcedant, & è contra Diſcalceatos in locis, vbi ipſi prius Monaſteria erexerũt, idem poſſe pretendere, quod non ſine perturbatione Populi Chriſtiani contingeret. Ideo prædicti Patres Reuerendiſſimus Pater Magiſter Generalis, & Reuerendiſſimus Pater Prepoſitus Generalis, & Procurator Generalis Hiſpaniæ ſub vna Beatiſſimę Virginis tutela militantes, vt Charitas mutua ſine vllius offenſione foueatur, ſponte &c. omni &c. nominibus prędictis cõueniunt, & paciſcuntur hoc propoſito medio,

Ab Anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Ab Anno Chriſti 1601 ad 1602.

medio, videlicet, vt vbi Fratres Carmelitani erectam iam habent Confraternitatem, poſſint Diſcalceati Sanctum Scapulare petentibus concedere, ſodaleſque ita admittere, vt eo ipſo Confraternitati Patrum Carmelitarum adſcripti cenſeantur & ſint, & eaſdem indulgentias, priuilegia, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta conſequantur modo, quo ſupra. Item quo ad Proceſſiones tàm præcipuam Mẽſis Iulij ad Sanctiſſimę Virginis commemorationem ſolemnem fieri ſolitam, quàm alias, quæ in aliqua Dominica ſingulorum menſium fiunt, quibus aſſiſtentibus Confratribus, & Cõſororibus plenaria indulgentia per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Paulum Papam Quintum ſub die tertio Auguſti, milleſimo ſexcenteſimo nono in perpetuum conceſſa eſt, & poſtea ab eodem ſub die decimo nono Iulij milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto, ad omnes in poſterum erigendas in quauis Mundi parte Confraternitates extenſa, ità pariter conueniunt, & paciſcuntur, vt vbi Confraternitas in Domibus Patrum Diſcalceatorum fuerit erecta, nolintque ipſi dictam proceſſionem, ſeù proceſſiones facere, poſſint Patres Carmelitani eam, vel eas celebrare, illique, vel illis aſſiſtentes Confratres lucrentur indulgentiam, ac ſi in eorum Domo eſſet Cõfraternitas. Et è conuerſo, ſi in Domibus Patrum Carmelitarum fuerit erecta Confraternitas, nolintque ipſi proceſſionem celebrare, poſſint Patres Diſcalceati eam facere, Confratreſque aſſiſtentes conſequantur Indulgentiam prędictam, quia ſic inter eos actum &c. Quam conuentionem, & concordiã dictæ partes nominibus, quibus ſupra, ac vice, & nomine aliorum Patrum tàm Carmelitarum, quàm Diſcalceatorum reſpectiuè promiſerunt habere ratam &c. & contra non facere, & ſub quouis prętextu &c. Imno ſtatuerunt, voluerunt, & mandarunt omnibus Religioſis ſibi ſubditis reſpectiuè, perpetuo cuſtodire, & obſeruare, ſupplicantes Sanctiſſimum Dominum Noſtrũ Paulum Papam Quintum, eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam quatenus dignetur præſens Inſtrumentum concordiæ, ac omnia in eo contenta admittere, Indulgentiaſque, priuilegia, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta modo, quo ſupra, concedere cum ſuppletione omnium defectuum, ſi qui deſuper interuenerint, eamque confirmare, ac in perpetuum decreto Apoſtolico ſtatuere, atque corroborare, & tactis eorum reſpectiuè pectoribus, more Religioſorũ iurarunt, ſuper quibus &c. Actum Romæ in Regione Burgi in Ven. Monaſterio Beatæ Mariæ de Tranſpontina, & in ſtantijs dicti Reuerendiſſimi Patris Generalis præſentibus ibidem D. Ioſepho Fiacchino filio D. Innocentij Romani, & M. Ioanne Baptiſta quondam Franciſci Ioannini Mediolanenſis teſtibus ad prædicta vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis. Vt in litteris Apoſtolicis: Ad ea, quæ plenius continetur.

Anno milleſimo ſexcẽteſimo decimo tertio emanauit Decretũ Cõgregationis S. Officij ſub dicto Pontifice in hęc verba. *Patribus Carmelitanis permittatur prędicare &c. quod populus Chriſtianus poſſit piè credere de adintorio animarum Fratrum, & Confratrum ſodalitatis Beatę Virginis de Monte Carmelo: Videlicet Beatam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum geſtauerint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu coluerint, officiũque paruum recitauerint, vel ſi recitare neſciant Eccleſiæ ieiunia obſeruauerint, & feria quarta, & Sabbatho à carne abſtinuerint, niſi vbi in ijs diebus Natiuitatis Domini feſtum inciderit, ſuis interceſſionibus continuis, pijſque ſuffragijs, & meritis, ac ſpeciali protectione poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbathi, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini dicatus eſt, adinturam.*

Anno milleſimo ſexcentiſimo nono idem Paulus Quintus à Sacra Rituum Congregatione diſcuti, & exami-

examinari iuſſit officia noſtra propria, & inter ea quod recitatur pro commemoratione ſolemni beneficiorum à Beata Virgine de Monte Carmelo acceptorum die decimaſexta Iulij. Quæ grauiſſimi Senatus maturo Decreto tam illibatæ veritatis ſunt habita, vt publicè in Eccleſiaſtico officio recitari permiſerit à toto Ordine Carmelitano, cuius tenorem ab Vrbano Octauo rurſus approbatum ſupra videre licet.

De Clemente Octauo iam vidimus, vt Patri Petro, eiuſque ſucceſſori Præpoſito Generali noſtræ Cõgregationis facultatem conceſſerit Confraternitatem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo erigendi: *vt huius* (inquit) *Sanctæ Vineæ fructus pluribus proſint.*

Gregorius Tertius Decimus anno Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo inſignem Bullam edidit in fauorem Confraternitatis Sacri Scapularis, quæ incipit: *vt laudes Beatiſſimæ Virginis.*

Clemens Septimus anno Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo pridiè idus Auguſti varijs priuilegijs condecorat noſtram Confraternitatem in ſuo Apoſtolico diplomate, quod habetur in Bullario Laertij, & quia locupletiorem cæteris aperit theſaurum, libentius exhibeo.

CLEMENS

EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei

Ad perpetuã rei Memoriam.

EX *Clementi Sedis Apoſtolicæ prouiſione, nec non perſonarum Deo deuotarum ſub Religionis iugo, & regulari caſtimonia Domino militantium pia deuotione prouenire dignoſcitur, vt Romanus Pontifex quandoque per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices pro perſonarum earumdem, ac illarum locorum fœlici ſucceſſu, & quiete, ac Chriſtifidelium pijs operibus vacantium animarum ſalute conceſſa approbet, & innouet, ac innouata communiat, & alia de nouo concedat prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Nicolai Audet Generalis ac Pruincialium, & Priorum domorum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, nec non Confratrum vtriuſque ſexus Confraternitatum in Eccleſijs domorum eiuſdem Ordinis inſtitutarum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs fœlicis recordationis Ioannes Vigeſimus Secundus, Alexander Quintus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui Confraternitatem de Monte Carmelo ingredi, ſeu Confraternitatum huiuſmodi, numero adſcribi, ipſiuſque Ordinis ſtatuta obſeruare ac habitum dicti Ordinis deferre, ſeque fratres, & ſorores dicti Ordinis appellare, ita quod ſi mulier virgo caſtitatem, vidua vero continentiam, coniugata autem Matrimonij Iura (prout Sancta Eccleſia præcipit) tempore earum ingreſſus inuiolabiliter ſeruare velle promitterent & obſeruarent, tertiam partem ſuorum peccatorum in Domino relaxarunt, ac ipſa glorioſiſſima Dei Genetrix ſemper Virgo Maria ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac ſororum animas poſt eorum tranſitũ ſuis interceſſionibus continuis, pijs ſuffragijs, ac ſpeciali protectione adiuuabit: quodque Confratres ipſi gratiarum earundem prædeceſſorum participes fieri volentes, horas Canonicas iuxta formam ab Alberto Patriarcha dicti Ordini conceſſam, & ordinatam recitari. Ignari vero litterarum diebus, quibus Sancta Eccleſia ieiunare præcipit, ieiunare, nec non quarta feria & Sabbato toto tempore vitæ eorum, præterquam die qua aliquã ex feriis prædictis Natiuitatẽ* Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Ab Anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Domini Noſtri Ieſu Chriſti occurrere contigerit, à carnibus abſtinere deberent. Ac etiam nonnulli alij Romani Pontifices etiam prædeceſſores noſtri quamplura & diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, præſertim quartam funeralium præſbiteris ſæcularibus non ſoluendi, ac indulta, indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac gratias dicto Ordini, illiuſque fratribus, Monialibus, & Sororibus, & vtriuſque ſexus perſonis, ac Monaſterijs Monialium, & domibus ſororum, eorumque Eccleſijs, & locis quibuſcumque, & iam per modum extenſionis, ſeu communicationis, ac aliàs conceſſerunt, prout in diuerſis eorumdem prædeceſſorum litteris deſuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Generalis, Prouincialium, Priorum, vtriuſque ſexus Confratrum prædictorum aſſerentium (refrigeſcente in dies fidelium deuotione) domos fratrum, ac Sororum, & Monaſteria huiuſmodi non modica reparatione indigere, & propterea fideles ipſos ad temporalia bona pro huiuſmodi reparatione concedenda ſpiritualibus bonis gratijs inuitare oportere, ac ad id induci neceſſe fore, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, & gratias, ac alia prædicta approbare, & innouare, ac inuiolabiliter obſeruari mandare, illaque pro potiori cautela de nouo concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dicti Ordinis (quem præ cæteris in viſceribus gerimus Charitatis) proſperum & tranquillum ſtatum, ac animarum ſalutem paterno zelantes affectu huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Ioannis & Alexandri, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteras, ac per eoſdem prædeceſſores omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam non ſoluendi Quartam funeralium Præſbiteris ſæcularibus, quoad fratres domorum in poſſeſſione quartam ipſam non ſoluendi exiſtentes dumtaxat, ac indulta, indulgentias (citra plenarias) peccatorum remiſſiones, & gratias Ordinis, & illius fratribus, Monialibus, ſororibus, & vtriuſque ſexus Confratribus, & perſonis, domibus, Monaſterijs, Eccleſijs, & locis quibuſcumque etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & aliàs quomodolibet, etiam per nos & Sedem Apoſtolicam conceſſa, quorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis haberi volumus auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obſeruari debere, ipſoſque fratres, Moniales, ſorores, perſonas, Monaſteria, domos, Eccleſias, & alia loca huiuſmodi, omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, indultis, indulgentijs (citra tamen plenarias) peccatorum remiſſionibus, & gratijs, quibuſuis Congregationibus dicti, & aliorum Ordinum, etiam mendicantium fratribus & perſonis, ac Confraternitatibus ſuæ profeſſioni non contrarijs, alijſque Ordinibus quibuſcumque, etiam non mendicantium, quomodolibet conceſſis & concedendis in genere vti, frui, & gaudere poſſe atque debere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi eis conceſſa fuiſſent decernimus. Nec non potiori pro cautela ea omnia etiam de nouo concedimus. Ipſiuſque Ordinis fratres ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis penitus eximimus, & ſub noſtra ac dictæ Sedis protectione ſuſcipimus, ac eiſdem inquiſitoribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ & officiorum ſuorum priuationis pœnis diſtrictè inhibemus, ne de dictis fratribus etiam ratione criminis hæreſis quoquo modo ſe intromittere præſumant. Decernentes irritum & inane quidquid per eos ſciēter vel ignoranter contigerit attentari, omnibuſque & ſingulis vtriuſque ſexus confratribus, vt quilibet eorum aliquē præsbiterum idoneum ſæcularem, vel cuiuſuis Ordinis etiam mendicantium, & de obſeruantia regularem in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui vita eis comite eos, & eorum quemlibet à quibuſuis, etiam maioris excommunicationis & ſuſpenſionis & interdicti, alijſque

Digitized by Google

aliſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa pro tempore latis, & quibus etiam pro tempore irretiti fuerint, etiam ſi illorum abſolutio Sedi prædictæ ſpecialiter vel generaliter, præterquam per litteras in Cœna Domini legi ſolitas reſeruata foret, ac quorumcumque votorum, & iuramentorum, nec non Eccleſiaſticorum præceptorum tranſgreſſionibus, periuriorum, ſimoniæ & homicidij mentalis, vel caſualis reatibus, manuum violentarum in quaſuis perſonas Eccleſiaſticas, non tamen Epiſcopos vel eorum ſuperiores, de præterito iniectionibus, ieiuniorum, horarum canonicarum, diuinorum officiorum, ac pœnitentiarum iniunctarum in toto, vel in parte omiſſionibus, omnibuſque alijs eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcumque grauibus & enormibus, etiam talibus, propter quæ ſedes prædicta merito conſulenda foret, in caſibus dictæ ſedi qualitercumque reſeruatis, exceptis contentis in dictis litteris Cœnæ Domini ſemel in vita, & in mortis articulo: de alijs vero dictæ Sedi nõ reſeruatis caſibus toties quoties opportunum fuerit eorum confeſſionibus diligenter auditis abſoluere, illiſque pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere; vota vero viſitationis quæcumque Vltramarina, liminum Beati Petri & Pauli Apoſtolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi de Compoſtella, nec non Religionis & caſtitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, & iuramenta quæcumque ſine tertij præiudicio relaxare. Ac omnium eorum peccatorum ſemel in vita, & in mortis articulo (vt præfertur) etiam ſi tunc non ſubſequatur, plenariam remiſſionem, & abſolutionem auctoritate Apoſtolica impendere poſſit. Liceatque omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus prædictis & cuilibet eorum habere altare portatile cum debitis reuerentia & honore, ſuper quo in locis ad hoc cõgruentibus & honeſtis, etiam non ſacris, & quauis auctoritate Apoſtolica interdictis, ſeu tempore ceſſationis à Diuinis, dummodo cauſam non dederint huiuſmodi interdicto, ſeu ceſſationi, & per eos non ſtet quo minus pareatur Apoſtolico interdicto, etiam antequam illuceſcat dies, circa tamen diuturnam lucem, ſeu circa meridiem, cum qualitas negotiorum pro tẽpore ingruentium id exigerit, in eorum præſentia, clauſis ianuis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis ſubmiſſa voce, Miſſas, & alia diuina officia per Sacerdotes Sæculares, vel regulares huiuſmodi celebrare. Ac quocumque tempore Euchariſtiam & alia Sacramenta Eccleſiaſtica, à quocumque maluerint Præsbitero idoneo, & vbicumque ſine Rectoris Parrochialis Eccleſiæ præiudicio recipere & adminiſtrare liberè & licitè valeant. Et ſi contingat eos, vel eorum aliquem tempore interdicti huiuſmodi ab humanis decedere, corpora eorum Eccleſiaſticæ, cùm aliquali (honeſta tamen) funerali pompa tradi poſſint ſepulturæ, quodque ſingulis quadrageſimalibus & alijs cuiuſlibet anni temporibus, & diebus ſtationum, Baſilicarum, & Eccleſiarum almæ Vrbis Romæ, & extra illius muros vnã vel duas Eccleſias, aut vnum, duo, vel plura altaria in partibus illis, vbi eos, ſeu eorum aliquem reſidere, ſeu quo declinare contigerit, quas, vel quæ ipſi, vel quilibet eorum duxerint eligendas, vel eligenda, deuotè viſitando, tot, & ſingulas ſimiles indulgentias & & peccatorum remiſſiones cõſequantur quas conſequerentur ſi ſingulis diebus eaſdem ſingulas dictæ Vrbis, & extra eam Eccleſias pro ſtationibus huiuſmodi deputatas perſonaliter viſitarent. Inſuper etiam omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui pro Monaſteriorum & Domorum reparatione, ac fratrum huiuſmodi ſuſtentatione manus porrexerint adiutrices, ſupradictas indulgentias conſequi poſſint, & conſequantur. Omnibus vero & ſingulis alijs Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus, qui dictum Ordinem, illiuſque Domos, & Monaſteria, fratres, Sorores & Moniales huiuſmodi ſuis eleemoſinis, &

Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Ab Anno Chriſti 1601 ad 1602.

ſubſidijs pro tempore iuuerint & manu tenuerint, vt ipſi, & quilibet eorum omnium precum, ſuffragiorum, eleemoſinarum, ieiuniorum, orationum, Miſſarum, horarum Canonicarum, diſciplinarum, peregrinationum, & cæterorum ſpiritualium bonorum, quæ pro tempore in Vniuerſali ſacroſanctæ Eccleſiæ militante fiunt, in perpetuum participes fiant, & eius meritis gaudeant, ac omnibus alijs, qui gratijs eorumdem confratrum gaudere voluerint, aliquam eleemoſinam, ſiue charitatem, prout eis, ac præſidentibus confraternitatum huiuſmodi viſum fuerit, dando & largiendo, gratiarum huiuſmodi participes fiant, indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis ſtatutis, conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, nec non priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem prædictam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & iudiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda forent, & in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorumque omnium, nec non quarumcumq; etiam in forma Breuis litterarum occaſione præmiſſorum quomodolibet confectarum, & quorumcumque in eis contentorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de Verbo ad Verbum inſertis, nec non modos & formas ad id ſeruandos, prout in indiuiduo ſeruatis habentes hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus; nec non omnibus illis, quæ prafati prædeceſſores in eorum litteris voluerunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis in manus alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus Originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum approbationis, innouationis, conceſſionis, exemptionis, ſuſceptionis, inhibitionis, decretorum, indulti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo trigeſimo, pridie Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Conſidera, ſtudioſe lector, hoc diploma ad confratres illos præcipuè dirigi, qui licet fæculares ſint, per Regulæ tamen obſeruantiam ſuo ſtatui adaptatam Religioni noſtræ ſunt incorporati, quibus proinde ſpeciales indulgentias, & amplam communicationem indulget omniũ bonorum ordinis noſtri, & aliorum. Quæ gratia Conſratribus alijs non omnino ſuffragatur, adeoque ſub reuocationem terminis communibus factam non venit intelligenda.

Has Clementis Septimi litteras expreſſe renouauit in fauorem noſtrorum Clemens Octauus 23. Martij 1594.

Sixtus Quartus anno ſalutis 1476 in Bulla. *Dum attenta*. Et iterum in alia eiuſdem principij, quæ anno ſequenti emanauit, varia Confratribus

fratribus noſtris priuilegia, & noua concedit, & confirmat antiqua.

Ioannes Vigeſimus Secundus Põtifex ex Ordine Carthuſianorum aſſumptus ad annum ſalutis 1319. Qui Sanctum Thomam Aquinatem Cathalogo Sanctorum aſcripſit, optimus Eccleſiæ Paſtor, meritis, & virtute præfulgens, inſignem viſionem, qua eum B. Virgo de Monte Carmelo fuerat dignata, litteris Apoſtolicis expreſſit, quæ Bulla Sabbatina dici ſolet, & continet ſingulariſſimum noſtri Ordinis, ac Confraternitatis priuilegium.

Quod Alexander Papa Quintus ex ordine Minorũ aſſumptus 1409. anno Pontificatus primo litteris ſuis Apoſtolicis inſeruit, & authenticauit in hunc modum.

ALEXANDER

EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei

Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidèlibus tàm præſentibus, quam futuris, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

TEnore cuiuſdam priuilegij ſalicis recordationis Ioãnis Vigeſimi Secundi prædeceſſoris noſtri, dilectis filijs Priori Generali & fratribus & dilectis in Chriſtofidelibus, filiabus, Sororibus & Confratribus fratrũ Ordinis Carmelitarum conceſſi, per nos viſi, & diligenter inſpecti de dicto Originali ſumpti, vt de ipſo inpoſterum certitudo plenior habeatur præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt. Ioannes Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus &c. vt prædictum eſt. Sacratiſſimo vti culmine Paradiſi Angelorum, tam ſuauis, & dulcis reperitur melodia, modulamine viſionis, dum Paterno Ieſus Numini circumſpicitur adunatus, dicente Domino ego & pater vnum ſumus: & qui videt me, & meum videt Patrem: & Angelorum non deſinit chorus dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus; ita ſinodus non ceſſet laudes effundere celſæ Virginis, dicendo, Virgo, Virgo, Virgo, ſis & ſpeculum noſtrum, pariter & exemplum quoniam munere munitur gratiarum, ſicut cantat Eccleſia, Maria, gratia plena, & Mater miſericordiæ. Sic iſte ille mons reputatur de Carmelo ordinem cantibus extollendo, & hanc gratiarũ genitricem cõmendando & dicendo. Salue Regina Mater miſericordiæ, & ſpes noſtra. Sic mihi flexis genibus ſupplicanti viſa fuit Virgo Carmelita, ſequentem affata ſermonem: ò Ioannes, ò Ioannes, Vicarie mei dilecti filij, veluti à tuo te eripiam aduerſario, te Papam faciam ſolemni dono Vicariũ, meis coadiuuantibus ſupplicationibus à Dulciſſimo meo filio petens, quod gratioſe obtinui. Ita gratiam & amplam meo Sancto & deuoto Carmelitano Ordini confirmationem debeas præconcedere per Eliam & Eliſeum in Monte Carmeli inchoato, quod vnuſquiſque profeſſionem faciens Regulam à Seruo meo Alberto Patriarcha ordinatam obſeruabit, & inuiolatam obtinebit, & per meum dilectum filium Innocentium approbatam, & veri mei filij Vicarius debeat in terris aſſentire, quæ in Cælis meus ſtatuit ſemel, & ordinauit filius, quod qui in ſancta perſeuerabit obedientia, paupertate & caſtitate, vel qui Sanctũ intrabit ordinem ſaluabitur, & ſi alij deuotionis cauſa in Sanctam ingrediantur Religionem, ſancti habitus ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres, & Conſorores mei Ordinis prænominati, liberentur, & abſoluantur à tertia eorum peccatorum portione à die, quo prædictum ordinem intrabunt, caſtitatem, ſi vidua eſt, promittendo, virginitatis ſi eſt

Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Ab Anno Chriſti 1601 ad 1602.

ſi eſt virgo fidē præſtando: ſi coniugata, inuiolatam conſeruationem matrimonij adhibendo, vt Sancta Mater imperat Eccleſia. Fratres profeſſi dicti Ordinis ſupplicio ſoluantur, & culpa, & die quo ab ipſo ſæculo recedunt properatoq; gradu accelerāt Purgatorium, Ego Mater gratiosè deſcendam Sabbatho poſt eorum obitum, & quos inueniam in Purgatorio liberabo, & eos in Montem Sanctum vitę æternæ reducā. Verum quod iſti Confrates, & Conſorores teneantur horas dicere Canonicales, vt opus fuerit, ſecundum Regulam datam ab Alberto: Illi qui ignari ſunt, debeant vitam ieiunam ducere in diebus, quos ſacra iubet Eccleſia, niſi neceſſitatis cauſa alicui eſſent traditi impedimento; Mercurio, & Sabbatho ſe à carnibus abſtinere, præterquam in mei Filij Natiuitate. Et hoc dicto euanuit iſta ſancta viſio. Iſtam ergo Sanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo, ſicut propter merita Virginis Matris gratiosè Ieſus Chriſtus conceſſit in Cælis. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtra Indulgentiæ, ſeu ſtatuti, & ordinationis irritare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurū. Datum Auenioni tertio die Martij Pontificatus noſtri anno ſexto. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtrę Indulgentiæ, ſeu ſtatuti, & ordinationum irritare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Bononiæ (vt aliqui legendū putant, vel vt alijs placet) *Romę apud Sanctam Mariam Maiorem ſeptima die Decembris Pontificatus noſtri anno primo.*

Quas litteras Alexandri Quinti originarias, & plumbeo Pontificis ſigillo munitas Frater Dominicus de Terramio Prior Conuentus Opmuenſis in Anglia, in Regno, ac Ciuitate Maioricarum, auctoritate Regia fecit authenticari anno 1421. Vnde poſt annos viginti duos in publicam tranſumpti formam Meſſanæ reductæ ſunt, noſque excepimus, & in Archiuio Conuentus noſtri Melitenſis aſſeruamus.

Earum etiam tranſumptum auctoritate Auditoris Cameræ Apoſtolicæ ad octauam diem Aprilis 1633. reperies regiſtratum in officio Notariatus Franciſci Iacobi Belgij lib. M. fol. 127.

Vides, pie lector, Confratres noſtros illos, quos intra ordinis corpus verſari diximus, natiuis coloribus depingi, quod deuotionis cauſa Sanctam ingrediuntur Religionem, quòd ſancti habitus ſignū ferant, quòd ſe nominent Confratres, ac Sorores, ideſt pro talibus ſe ſe gerant publico virtutum exemplo, Fratrum vitam emulantes, Prælatorum directioni ſe ſe humiliter ſubijcientes, quod caſtitatem ſtatui ſuo conuenientem promittant, quod horas teneantur iuxta Carmelitarū Regulam recitare, ieiunare, abſtinentiam certis diebus obſeruare.

Et quamuis P. Fr. Petrus alterius etiam ſpeciei Confratres inſcriberet libro, S. Scapulari donaret, ſuæ Religioni, ſed extrinſecus, aggregaret: Attamen ſelectos, atque excellentiores ſpeciei Confratres nōnullos incorporabat Ordini per votorum, & Regulæ vniuscuiuſque ſtatui conuenientium aliqualē promiſſionem, in Oratorio Sancti Caroli inſtruebat ſermonibus, pijs operibus exercebat, & vt fratrum inſtituto confirmarentur modis omnibus ſatagebat. Atque hic Confraternitates noſtras habendi modus, à prædeceſſoribus acceptus, in Conſtitutionibus noſtris inſinuatur, prima parte c. 20. num. 2. iuxta quarum normam exercitia Confratribus noſtris præſcribi iubet Clemens

Digitized by Google

mens Octauus in præſenti diplomate.

Vrbanus Quartus anno primo ſui Pontificatus, qui fuit annus Domini 1261. conceſſit, quod Sacerdotes Ordinis noſtri poſſint Confratrum noſtrorum ad ſe recurrentium confeſſiones audire, de ſuorum Prælatorum licentia; niſi forte talia commiſiſſent, propter quæ Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda, *Cui conceſſioni ſimilem aliam in priuilegijs Mendicantium non reperiri*, inquit, Caſarubius V. abſ. quo ad ſeculares,

Ad annum 1248. B. Simon Stok Anglus ſextus inter latinos totius Ordinis noſtri gubernacula moderabatur, & auſteritate, ſanctitate, prudentia, atque auctoritate præfulgens, defendit ab aduerſarijs, auxit virtutibus, propagauit Fratrum, ac Conuentuum numero, legibus ſtabiliuit, ornauit priuilegijs, & Beatiſſimæ Virginis Patrocinio, ac ſingulari gratia Sacri Scapularis Confratres egregiè communiuit.

In celeberrima Vaticani Bibliotheca reperio fide dignum hac de re teſtimonium in vetuſto codice manuſcripto ſignato num. 3813. tenoris ſequentis. *Sanctus vero Simon Glorioſam Dei Genitricem iugiter deprecabatur, vt Carmelitarũ Ordinem ſpeciali inſignitum ipſius Virginis titulo, aliquo ſingulari priuilegio communiret, dicens quotidie voce deuotiſſima in ſuis orationibus: flos Carmeli, vitis florigera, ſplendor Cæli, Virgo puerpera ſingularis Maternitatis, ſed viri neſcia, Carmelitis da priuilegia, ſtella Maris. B. Maria Virgo cum multitudine Angelorum ipſi B. viro apparuit, Scapulare Ordinis ipſius manibus tenens, & dixit. Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis priuilegium, in hoc moriens æternum non patietur incendium, ideſt in hoc moriens ſaluabitur. Ratione vero huius magni priuilegij diuerſi proceres Regni Angliæ, vt pote Beatus Adoardus Rex Angliæ ſecundus poſt conqueſtum, qui Fratres prædictos Oxonijs fundauit, dans eis proprium Palatium pro Conuentu. Corpus B. Simonis Stokin Cõuentu requieſcit Burdegaliç multis clarens miraculis. Nota, quod antiquitùs ob huius Priuilegij amorem nobiles induebant in morte Scapulare Carmelitæ Ordinis, & in eo moriebantur.* Huc vſque Codex Vaticanus.

Ab anno Chriſt. 1601 ad 1602.

Ex Martyrologio Anglicano manuſcripto, quod Auctore Ioanne Vuilſono patrio ſermone conpilatũ aſſeruatur in Collegio Anglorum Romæ, ſequentia in latinam linguã traduxi. *Decima ſexta Maij Burdegalis in Guaſconia depoſitio S. Simonis Confeſſoris, & Generalis Carmelitarum in Anglia: quo orante B. Virginem Mariam, illa apparuit ipſi cum comitatu Angelorum ferens Scapulare ſui Ordinis in manibus, & dixit. quòd quicumque mortuus fuerit in iſto Ordine ſaluus erit. Mortuus eſt Burdegalis in Viſitatione Generalatus circiter anno ſalutis 1252. vbi corpus ipſius ſeruatur magna veneratione, multis ibidem miraculis perpetratis.*

Hic præterea Confratribus noſtris ab Innocentio Quarto verè pœnitentibus, contritis, & confeſſis obtinuit remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum eo die, quo Confratrium Ordinis ingrederentur.

Sergius Quartus, qui Cathedrã Petri ſalutis Dominicę anno 1004. gubernauit. Ioannes XI. ad annum ſalutis 935. Ioannes X. ad annum 917. Sergius III. anno 907. Stephanus V. anno 893. Adrianus II. anno Domini 873. ad Pontificatũ euecti, Confratribus noſtris Indulgentias ſunt elargiti, vt conſtat ex Bulla Sixti IV. *Dum attenta.* Et Gregorij XIII. *Vt laudes*, quas facilè reperiet lector in Bullarijs.

Huc vſque fæliciter enauigauimus ſub Cynoſura luminis Apoſtolici. Nunc obſcuras incurrimus voragines ſæculorum, quorum clara

Ab Anno Christ. 1601 ad 1602.

clara monumenta exedit antiquitas.

Attamen & Serapionem Ordinis nostri professorem sanctissimum fortasse inter hos computare debemus, quem ante Pontificatum matrimonio iunctum scimus: Et nonnullos alios sine Castitatis voto Regulam Eliæ, pro vt poterant, æmulantes in sæculari vita.

Nec non Christi Proauiam Emerentianam, quæ superiùs lib. 1. cap. 4. attulimus, intra huius Ordinis fœminas numerari posse testantur.

Nam nec sub statu legis veteris defuerunt Confratres, qui Regulam Eliæ non toto votorum rigore, sed quantum sæculari vitæ fas esset obseruare profiterentur; eo fere modo reliquis incorporati, quo nunc Tertiarij Confratres suis Ordinibus. Sic tradunt nobiles historici P. Fr. Franciscus à Sancta Maria historiæ Propheticæ l. 2. c. 6. Lezana tomo 1. anno 3139.

Suadentque in primis ea, quæ de nobilissimo Ordine militari B. Mariæ de Monte Carmelo infra suo loco dicemus.

Tum etiam quod sacra pagina mulierem, cuius lecythus Elisei meritis miraculoso olei fôte manauit, nominet de vxoribus Prophetarũ.

Ac proindè Sanctus Hieronymus & Vbaldensis à nobis lib. 1. adducti doceant multos quidem Prophetarum filios Virginitatem coluisse, attamen, dum Religio infans erat, alios quædam, alios vnũ, alios vniuersa vota seruasse magnis de causis. Attamen Religiosi dicebantur omnes, quia singulariter præ alijs conciuibus, vel toto medio, vel simili æquiualenti Diuino cultui se dederunt.

Abdiam Regiæ Domus dispensatorem inter Eliæ discipulos enumerant Epyphanius, & Dorotheus.

Neque ambiget vllus Sanctissimũ Patriarcham quot quot habebat assectas, deuotosque ad nascituræ Virginis peculiarem accendisse cultum.

Etenim quanto zelo flagraret eius honorem propagandi ex ipsa Religionis institutione manifestum euadit. Eam namque inchoauit ad Sanctæ Virginis Patronatum, vt inquit Vbaldensis 3. de Sacram. c. 89. n. 9. & nos latius supra ostendimus.

Et S. Methodius hom. de Purif. Deiparam in hunc modum alloquitur: *Puritatis etiam tuæ Elias Propheta præscius, atque imitator in spiritu cum esset, vitæ illius igniferæ sibi coronam colliganit, in hunc vsque diem Diuino suffragio morte superior declaratus. Te quoque eiusdem successor Eliseus à sapiente Magistro his sacris initiatus, tanquam iam existentem, quæ tamen nondum existebas præfigurans.*

Et hæc de Confraternitatis nostræ natura, atque antiquitate dicta sufficiant.

Ad annum Millesimum sexcentesimum vigesimum septimum prodijt Typis Fampusianis in alma Vniuersitate Duacẽsi libellus cuiusdam nostri, cui titulus: *Sacer fasciculus Montis Carmeli*, Illustrissimo Cameracensi Archiepiscopo Francisso Văder Burcht inscriptus, oblatusque in erectione solemnissimæ Confraternitatis huius, Cameraci ad Sanctæ Mariæ Magdalenæ facta, in vim concessionis impetratæ ab Admodum R. P. nostro Paulo Simone à Iesu Maria Præposito Generali. In eo gratias, & priuilegia Confratribus nostris à Beata Virgine concessa breuiter, distinctè ac clarè ponũtur ab oculos populorum, adeoque mira auiditate comparatus, passim confluentibus vtriusque sexus personis ad deuotionis, & gratiarum fontem, nõ potuit effugere quorundam æmulatorum inuidiam: adeoque & necesse fuit libellum in examen vocari, & censorem, authoremque rationem reddere-

reddere. Erat ille eximius, ac ſapientiſſimus Matthias Naeus Sacræ Theologiæ Doctor, qui officij ſui partes diligenter præſtitit: & productis Ordinis noſtri munimentis, decretis, ac diplomatibus Apoſtolicis, ſatisfecimus Prælato, ſudaruntque diuerſarum Ciuitatum apud Belgas præla in recudendo libello, ſub alijs titulis, & inſcriptionibus pro vt ſe ſe ferebat occaſio, & in immẽſum ſe ſe promouit ſacri Scapularis deuotio.

Ex hoc libello, aut alijs inſignium authorum peti poſſunt, quæ hic à nobis prætermiſſa ſunt. Nunc ad propiora regrediamur.

CAPVT XI.

Opera & admirabili V.P.N. Petri à Matre Dei in concionando efficacia inſignis Neapoli peccator conuertitur; & poſtmodum huius conuerſionis occaſione Conuentus Matris Dei, ibidem ſtabilitur anno 1602.

NEapolim, quæ & Partenopes, à Partenope Sirenum vna in vicino Monte ſepulta, ita fuiſſe appellatam, veteris traditionis aſſerunt argumenta. Hæc æquè nobilis, ac antiqua fęlix Cãpaniæ Ciuitas Neapolitano Regno à qua nomen accipit, caput extat, & maris littori, amæniſſimiſque collibus adiacens, verum Orbis deliciũ ſe præbet. Inter præclariſſimas illius dotes hæc etiam celebratur, quod ſub eiuſdem Sirenis Partenopis nomine ſimulacris, Temploque magnificentiſſimo conſtructis, proprium veluti Patriæ Numen adorare non deſtiterit; vſque dum Senatus Apoſtolici Princeps, ad Arcem Romani deſtinatus Imperij, melioribus auibus Partenopem appulit; excuſſoque gentilitatis iugo intolerabili, ſuaue illud Chriſti impoſuit; infidelitatis tenebris exterſis, fidei lumen ſparſit; veteriſque Partenopis falſa ſuperſtitione deſtructa, Neapolim ſummo angulari lapidi Chriſto innexuit. Hac exciſi petra nobiles animi ad faſtigium ſe ſe extulerunt deuotionis illius, qua flagrant in Virginem Matrem, aris, votiſque ſupplicibus eam exornantes. Et quidem ſub vexillo B. Mariæ de Monte Carmelo in ſacra Partenope plura Fratrum Monaſteria, ac Confratrum Oratoria hoc tempore numerabuntur. Verùm inſatiabilis in Virginem amor mox maiorem in ſitim exardere ſe ſenſit, vt ſenſit nouam Fratrum Excalceatorum Sobolem ſub eodem vexillo in reformata Sanctæ Matris noſtræ Tereſiæ ſchola in Vrbe Roma militare, candidiſque primævæ Obſeruantię floribus Chriſti bonum odorem in proximos ſpirare. Hinc animus efferbuit, eo non carere ſolatio, ſed filiorum ſuæ Patronæ nouam ad ſe transferre Coloniam: Quod quibus medijs ad effectum perductum ſit, quibus incrementis profecerit, ad exponendum accingor.

Ab Anno Chriſti 1601 ad 1602.

Labebatur huius ſæculi annus primus, cũ plures è primaria Neapolis Nobilitate, qui V. P. N. Petrũ à Matre Dei Apoſtolico ſpiritu Romanis ex pulpitis verba facientem audiuerant, illum adduxerunt, vt in Eccleſia Beatæ Virginis Annuntiatæ eiuſdem Ciuitatis, cuius pulpitum celeberrimum tunc habebatur, quadrageſimales ad populum haberet conciones. Præſtitit charitatis officium Prędicator eximius, ac pro gratia, qua Deus ipſum dotauerat, non phalerato ad pompam eloquio, ſed virtute multa, qua Spiritus Sanctus Euangelij ſui prędicatorẽ fidelem induerat, fortiter, ſuauiterque

Ab Anno Chriſti 1601 ad 1602.

terque intonans, peccatorum corda olim faſcinata, & obdurata diuini Verbi fulmine perſtringebat, ac emolliebat. Confluebat omnis ſtatus, & conditionis copioſa multitudo ad euangelicæ tubæ ſonum, cui tantam Deus in penetrãdis humani cordis latebris gratiã contulit, vt è pœnitentium oculis compunctionis lachrymarum copiam, erueret, ac ſeria morum emendatione in nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, Auditores plurimos immutaret; quapropter quidam Archiepiſcopatus Canonicus dicere ſueuerat: Si Neapolim prædicãdi cauſa Diuus Paulus veniret, in qua eodem tempore P. Petrus concionaretur, ego viciſſim Paulum, & Petrum ad audiendum contenderem. Tres in excellenti Concionatore requiruntur qualitates; quod perſuadeat, moueat, ac delectet: Omnes N. Petrus in eminentiori gradu poſſedit; verùm in mouendis Auditorum animis profectò prodigioſus extitit. Semel accidit, cum in eadem Eccleſia concionem de vniuerſali iudicio haberet, cuius thema ei fuit: *Dominus iudicabit fines terræ*, quod plurimis videntibus capilli capitis eius præ terrore nimio erigebantur; ita vt cõcione abſoluta omnes velut muti, ac contriti, demiſſa ceruice domos ſunt regreſſi, Iuris Doctore Horatio Montano excepto, qui immobilis, vbi ſedebat ad inſtar lapideæ ſtatuæ remanens, tandem à famulis domum euectus per duos menſes in lecto vehemẽti febre decubuit ob ingentem horrorem, quẽ ex finali iudicij terribilitate conceperat. Nec mirum, quod tam efficax ad mouendum foret, qui totum concionandi ſtudium ſupra ſolidam firmamque orationis, ac mortificationis petram fundabat; vnde ex illius ſocij atteſtatione habetur, quod priuſquam ad concionandum accederet, aſperrimam in dorſum diſciplinam ab eodẽ ſocio (ipſo ex obedientiæ præcepto iubente) accipiebat. Innumerabiles penè conuerſiones pijſſimus Deus in hac celebri Vrbe efficacia V. P. Petri concionũ operatus eſt, quibus per ſingularia exempla commemorandis non immorabor, vnum ceu omnium ideã, ac prototypum tacere non debeo, in quo cætera comprehendiſſe videar; cuius narrationis telam ex eis, quæ in florido Carmeli decore R. P. N. Philippi à Sanctiſſ. Trinitate Præpoſiti Generalis habentur, exordiar.

Ioannes Antonius de Ponte ex nobili, ac perilluſtri huius nominis familia Neapoli circa Annum Domini 1570. natus eſt. Quorumdam iuuenum ſocietate deprauatus, generoſum, quem nactus fuerat, animum ad temerarias primum applicuit querelas; deinde magis inſoleſcens, moribus diſſolutus, peruerſus, audax ad ſcelera, maliſque facinoribus famoſus euaſit, ac de præſumpta conſanguineorũ auctoritate ſuperbus, rixas fouebat, iniurias alijs irrogabat, ſibique vel amicis irrogatas vindicabat; vnde totũ Neapolis Regnum ita terruerat, vt ad ſolum eius nomen etiam audaciores expallerent. Quod adeò verum eſt, vt poſt aliquod à ſuſcepto Religionis habitu tempus iter agẽs more noſtrorũ humili ad hoſpitium diuertere coactus, invrbanè factis, verbiſque ab hoſpite fuerit exceptus; Quod ipſe ſilens, hilariterque pro Dei amore ſufferens tandem receſſit. Cumque hoſpes ab aſtantium quodam illum Religioſum Ioannem Antonium de Ponte eſſe intellexiſſet, viri ferocia exterritus, nec ſatis ſibi conſultum eſſe, eum pœnitentiæ ſchemate ratum eſſe, cũ vniuerſa familia ſine mora domo aufugiens ſe ſe in latebras abdidit; verum neque in latebris ab eius ira ſe tutum exiſtimans, ad Conuentũ cucurrit, veniamque ab eo petens

ſeip-

Digitized by Google

Mithridates, who was a great master in the art of poisoning, and who, when he found himself in danger of being betrayed by his own people, and of falling into the hands of the Romans, took poison, but could not die by it, because he had before taken antidotes against it. Celsus, however, has not mentioned the composition of this famous antidote, which is preserved by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, and Alexander Trallianus. Celsus has also omitted the antidote of Andromachus, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has likewise omitted the antidote of Damocrates, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has also omitted the antidote of Heraclides, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has likewise omitted the antidote of Philo, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has also omitted the antidote of Sotion, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has likewise omitted the antidote of Zopyrus, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has also omitted the antidote of Andromachus, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has likewise omitted the antidote of Damocrates, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has also omitted the antidote of Heraclides, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has likewise omitted the antidote of Philo, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has also omitted the antidote of Sotion, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus. Celsus has likewise omitted the antidote of Zopyrus, which is described by Galen, Aetius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, and Nicolaus Myrepsus.

Ab Anno Christi 1601 ad 1602.

liendum tibi iniunxero, ſubeundi? Ad quod pœnitens inperterritus; Ecce (inquit) me; in manibus tuis ſortes meæ ſunt; quidquid iuſſeris, præſto ſum. Volo (ſubiunxit Pater) quòd in charta omnia, quæ commiſiſti, peccata quantumuis enormia deſcribas, & mecum in ſuggeſtum conſcendens, alta voce coram vniuerſo Populo illa confitearis. Conſtanti ſpopondit animo ſe totum executurum: Eia (inquit Pater) vt ritè ſacrificium hoc contriti, & humiliati cordis æterno immoles Iudici, vade, & per dies aliquot conuoca diſperſos memoriæ tuæ ſinus, & ad inſtar Regis illius pœnitentis, recogita omnes annos tuos in amaritudine animæ tuæ, vt ſol ille iuſtitiæ, quem Decalogi præuaricatione elongaſti, totidem miſericordiæ gradibus redeat ad te. Læta aure mandato ſuſcepto, multa chartæ folia tàm lachrymis, quã atramento exarata detulit, in quorum initio enormiora, quæ patrarat, crimina poſuit, vt reliqua confeſſionis puncta, liberiùs, faciliùſque profluerent.

Pridiè diei determinatæ Auditores ſuos Pater præmonuit, die ſequenti alium in ſui præſentia maiori cum efficacia concionem habiturum; publicam videlicet vnius pœnitentis confeſſionem, ideoque diligenter accurrerent. Igitur conſtituta die ad confertiſſimam Auditorum coronam ſuggeſtum aſcendit, factoque Crucis ſigno, ac præmiſſa de more Angelica Salutatione, ad latus ſuggeſti ſe recipiens, Io: Antonium func ad collum alligato, cinerem capite aſperſo, plorantem ad dexteram produxit, ac ſuper ſeria rei conuerſione, ac pia in hoc actu intentione pauca ei ſuggeſſit, vt partes ageret ſuas. Omnium oculis, animiſque in pium ſpectaculum effuſis: Io: Antonius ante Crucifixum genuflexus clara, ſed miſerabili voce pronunciauit *Confiteor Deo Omnipotẽti etc.* Deinde in pedes erectus, acceptis è ſinu folijs confeſſionem à ſe deſcriptam inchoauit; moxque ad particularia deſcendens, antequam illa efferre poſſet, à Patre cohibitus fuit aſſerente, Deũ, ac nobiliſſimam Auditorum coronam, pro opere, bonæ voluntatis ſacrificium acceptaturos; indeque dimiſſo, proſequutus eſt ſuper eodem themate concionem tanto maiori ſpiritus efficacia quanto maiorẽ lucem, flammamque illuſtris pœnitentiæ ſpectaculum vibrabat. Viſi ſunt plures hoc exemplo, qui multis annis in profundum voluebantur peccatorum, ad gratiæ auram emerſiſſe, ac per dignos pœnitentiæ fructus reliquum emendaſſe vitæ. Verùm enim verò meritò, benigne Lector, mihi ſuccenſeas, ſi te primoribus labris ad magnalia Dei hærentem, aliorſum abſtraxero, & plenum diuini operis fructum inuidero; Igitur quàm excellentem in modum cęleſtis gratia Ioãnem noſtrum deinceps comitata fuerit, quẽ in ſtatum protulerit, & quo demum ſtadio conſummauerit, breui digreſſione complectar: Non tamen hiſtoriæ ſepta egrediar, nec clauſtra huius fundationis perrumpam: nam talis conuerſionis occaſione celebris Neapolis Conuentus initia, & incrementa ſumpſit, ac ipſemet pœnitens vſque ad fœlicem vitæ exitũ ſub primi ſpiritus rigore in Eliana palęſtra militauit.

Volens noſter pœnitens Deo, hominibuſque ſatisfacere, ſuamque ſecuriùs operari ſalutem, inſtantiſſimè à V.P. Petro in Caſtris religioſæ militiæ ſub Eliæ, ac Tereſiæ vexillo admitti petijt; quod V. Patris animum, qui tunc Congregationi præerat, commouit. Eius vocationem exactè expendit, alijſque expendendam curauit; qua approbata, Romam illum ad PP. Ferdinandum à S. Maria, & Ioannem à Ieſu Maria, hunc Nouitiorum Magiſtrum in

Nouí-

Pecuniæ donatiuæ ad Pa-
tres, Equites, & populum Romanum.

Pecuniæ donatiuæ ad Patres, Equites, & populum Romanum. Hæc ad Patres, Equites, & populum Romanum pecuniæ donatiuæ, quæ ab Imperatoribus fiebant, ut ad Patres, Equites, & populum Romanum, ita & ad milites, & ad plebem, & ad ciuitates, & ad socios, & ad reges, & ad exteras gentes, & ad barbaros, & ad omnes omnino homines

Ab anno Christ. 1602 ad 1603.

peruenit; vbi cum diligenter Apostolici Missionarij muneri nauasset operam, per extremos Solis calores, aliquot annis patienter toleratos, natura fatiscente, Superiorum mandato in Europam redire coactus fuit; quamobrem martyrij desideriũ assiduis pœnitentijs cõpensans, anteactæ sęcularis vitę delicta iugibus deflebat lachrymis. Verùm anno 1616. Conuentus Bononiensis Vicarius constituitur, quem tanta perfectione, Religiosorumque consolatione gubernauit, vt in principio anni 1617. eiusdem Conuentus Prior fuerit electus, eodemque tempore ab Eminentiss. Domino Cardinali Aloysio Capponio Bononiẽsi Legato à sacris Confessionibus adhibitus fuerit. Post Pascha eiusdem anni Prioris titulo Capitulo generali interfuit, in quo Conuentus Panormitani Prior creatur; at præfati Eminentiss. Domini Card. instantijs Bononiam Prior remittitur. Tandem anno 1620. sub initium Procurator Generalis eligitur; quod officium per aliquot menses vsque ad Capitulum generale laudabiliter exercuit. Verùm Bartholomęi animus, qui à prima sui conuersione humilitatis radicem altiùs sibi infixerat, quò nouerat, se Deũ grauiùs offendisse, ad huiusmodi officia acceptanda non priùs accingebatur, quàm obedientiæ censura astrictus; & tunc nihilominus assiduis precibus, adeoque enixis Deũ implorabat, ac Prælatos fatigabat, vt demum ab onere eximeretur. Toto religiosæ vitæ decursu præteritorum criminum viuam memoriã cordi gestabat insculptam, & asperrima carnis maceratione, ac passionum suarum mortificatione in perpetuam pœnitentiæ victimam semetipsum obtulit; quare vt commodius hanc sitim expleret, & vt feruentiori spiritu in Saluatoris sui contemplationem ferretur; se seque magis à Creaturis omnibus elongaret, quæ iuuenili insipientiæ præbuerant offendiculum, summis votis expetijt, obtinuitque, vt in Sacra S. Ioannis Baptistæ Eremo de Voragine Prouinciæ Genuensis vnus deputaretur ex perpetuis illius solitudinis Incolis; in qua pluribus annis in pœnitentiæ rigoribus, in oratione continua, in medijs nemoribus Angelicam ducens vitam perseuerauit; donec varijs paulatim debilitatus morbis, ac habituali correptus paralysi, Genuam defertur ad Medicorum commoditatem; in quarum infirmitatum diuturnitate languens, mirabile patientiæ, ac resignationis exemplum alijs præbuit, donec amoris, doloriſque victima effectus, plenus dierum, ac bonorum operum, & sanctitatis opinione inclytus, in Conuentu S. Annæ die 25. Nouembris anno Domini 1644. ad æternæ sęlicitatis coronam euocatus est.

Hac conspicua, insignique cõuersione, concionum efficacia, ac sanctitate V. P. N. Petri nobilium Ciuium animi erecti sunt ad eum exorandum, vt Neapoli sui Ordinis Conuentum fundaret, ne illos ab optato deuotionis fructu expertes esse sineret; fauorem, operam, atque sumptus ad emendum Ecclesiæ, & Conuentus situm, fabricamque erigendam abundè pollicentes; quorum precibus peruincentibus, V. Pater pares gratias eorum affectui referens, spopondit, se eos quã breui solaturum. Pollebat quidem ipse Apostolica facultate ex Diplomate Clementis VIII. vbique extra Hispanias Conuentus fundandi; pro sua tamen erga Sanctam Sedem singulari reuerentia, ac pro paterna Summi Pontificis erga nascentem Congregationem cura, & dilectione, noluit hanc aggredi fundationẽ, nisi præuio speciali Sanctitatis suæ nutu, atque benedictione; Qui Reformati Carmeli augumento lætatus, nobilissimæ Ciuitatis deuotionem

Digitized by Google

Congregationem Ellis Cap. III.

1 Et factum est in tempore illo, ut
2 Elisæus transiret Hiericho: & filii
prophetarum habitabant ibi. Dixit
autem ad Giezi puerum suum: Quid
est quod vociferatur mulier Sunamitis
3 ista? Et ait: Ecce filius ejus mortuus
est. Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
4 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
5 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
6 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
7 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
8 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
9 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
10 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
11 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
12 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
13 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
14 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
15 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
16 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
17 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
18 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
19 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
20 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
21 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
22 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
23 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
24 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
25 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
26 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
27 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
28 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.
29 Et dixit: Vade, & ascende equum,
& vade ad virum Dei: & revertere.
Dixit ad eum: Quid ergo? Ait:
Ecce mortua est. Et dixit: Vade, &
30 ascende equum, & vade ad virum
Dei: & revertere. Dixit ad eum:
Quid ergo? Ait: Ecce mortua est.

Ab anno Chriſt. 1602 ad 1603.

Crucifixum, & Candelabra argentea, aliaque Altaris ornamenta; Saluatoris Imaginem manibus ligatis à Titiano depictam, quæ magiſterium exprimit famoſi Pictoris, imprimitque deuotionis affectum. Denique alteram Saluatoris Effigiem, tanta picturæ artis excellentia nobilem, vt quemque in amorẽ, & admirationem raperet ad duo millia ducatorum ab omnibus æſtimatã: Circa quam piusTeſtator viſus fuit, prẽuidiſſe iacturam, ideoque in ſupremis tabulis cauit, ne vnquam quouis titulo à Conuentu amoueretur. Verumtamen quis reſiſtet potentiæ precibus? Vidit illam aliquando Prorex, qui rogauit Patres, vt ſecum deferri ſinerent, quia in exemplar transferri cupiebat. Mox ac obtinuit, multis precibus à Clemente VIII. impetrauit duabus adiectis conditionibus; prima dummodo Patres aſſentirentur, altera vt competens pretium ſolueret, & in vſum fabricæ refunderent, necnon excellenti manu depictum exẽplar in cuius ſpecie propriam contemplantur, & ſolantur orbitatem Patres, quibus loco theſauri illius inæſtimabilis tradita fuit Summi Pontificis licentia, tandemq; quingenti ducati numerati fuerunt citra ſpem videndi amplius originale, quod in Hiſpanias iam miſerat. Ab hac forma ſpecioſi præ filijs hominum procul extra metã abreptus, ad donatorẽ redeo, quem Saluator pretioſa Sãctorum morte ad diẽ 20. Ianuarij 1604. decorauit. Illũ funerali pompa proſequti ſunt Clerus, ac Nobilitas præſertim Collegarum Aulæque Miniſtrorum regalis Corona, atque è ſuggeſtu Viri meritiſſimi encomia P. Fr. Melchior à Matre Dei ea tempeſtate Orator nulli fortaſſe ſecundus celebrauit. Poſt mortem quoque pium affectum oſtendere voluit erga noſtram Religionem, cum corpus exanime indui iuſſerit noſtro Sacro habitu, eoque in Eccleſia veteri humatum fuit.

Eodem anno Doctor Franciſcus Longobardus, Hiſpaniarum Agens, inſignis noſter benefactor, die Io. Auguſti ad partem Sanctorum ſortis euocatur, ſex ducatorum millia pro erectione vnius Capelle in noua Eccleſia, in qua quotidie Miſſæ Sacrificium haberetur, legauit.

Maiorem ſibi Capellam ædificãdam, exornandamque aſſumpſerũt D. Io: Baptiſta de Summa Mirandę Dux, eiuſque Coniux D. Victoria Spinella; pro cuius ſitu, ac parietibus iam erectis, hæc ad duo millia, ille ad quinque millia ducatorum impenderunt.

Aliorum plurium pietas, quos v. prolixitatem euitem enarrare relinquo, ad nouæ fabricæ erectionẽ adiumenta conſpicua præbuit: Quibus animatus P. N. Ferdinandus à S. Maria tunc Præpoſitus Generalis, ac eiuſdem Conuentus Prior anno 1606. ad diem 13. Maij in Vigilia Pentecoſtes indicta Fratrũ ſolemni ſupplicatione cum hymnis, & canticis ad deſtinatum locum accedens, primum lapidem cõſuetis ceremonijs initiatum Eccleſiæ fundamentis immiſit: Ex quo tempore nunquam piorum eleemoſynæ ad condictam diem defuerunt in Operariorum mercedem, tunc præcipuè quando humanæ prouidentiæ ſpes profligata iacebat. Feruebat opus in manibus Fratrum Donatorũ qui mechanicis erant aſſueti; verum Clerici etiam licet delicati, ac nobiles præeunte Priore, cæteriſque Patribus iuxta vnius cuiuſque vires, & habilitatem laborem ſuum in Domus Dei cõſtructionem impendebant, ſubtrahentes etiam ventri, quod offerrent Altari; itaut non amplius ſexennio magnificum templum à fundamentis ad culmen vſque perductum fuerit; Quod anno 1612. Eminentiſſimus Cardinalis Aquauiua Archiepiſcopus

Ab anno Chriſt. 1603 ad 1604.

tulum, habitus, profeſſio, Regula noſtra palam oſtendunt, quem illibata ſucceſſio conſeruat, quem Sũmi Pontifices varijs oraculis confirmauerant, Chriſtianorum vniuerſitas celebrabat; ipſi auſu temerario inficiari nõn erubeſcerent, blaterãtes nos ex Mendicantium Ordinum numero obliterari debere.

Inflammata contumeliæ rota decurſura videbatur vlterius, niſi Auriga veritatis clauum fixiſſet, & anathematis vinculum inflixiſſet in os loquentium iniqua. Nam ægrè ferens veritatis apertiſſimam, perperã, & ſine fundamento, oppugnari vnitatem, & pacem ſcindi, puſillos ſcãdalizari: poſt quam ad maiorem rei licet manifeſtæ certitudinem, in Congregatione de Reformatione, & Viſitatione Regularium maturã iuſſit haberi deliberationem, motu proprio, & ex certa ſcientia declarauit Congregationem Reformatorum Diſcalceatorum Beatæ Virginis Marię de Monte Carmelo vnum eſſe ex quatuor Ordinibus Mendicantibus, Ordinem ſcilicet Carmelitarum, cuius Religioſi Regulã à bonæ memoriæ Alberto Patriarcha Hieroſolymitano Fratribus habitantibus in Monte Carmelo traditam, & à fælicis recordationis Innocentio Papa Quarto confirmatam ſtrictiùs profitentur, & obſeruant; adeoque Diſcalceatis noſtris omnia ad prædictum Carmelitarum Ordinem tam de iure, quam ex priuilegijs attinentia tanquam propria competere. Innodans Anathematis vinculo, ſi quis Apoſtolicæ declarationi contradicere præſumpſerit.

Cum verò Religioſi noſtri in quibuſdam locis ob peculiaria pietatis argumẽta ad proceſſiones exirent, & vltimum locum humilitatis gratia ſponte deligerent: declarauit Pontifex nequaquam cenſeri debere iuri ſuo, ac priuilegijs ceſſiſſe, aut renunciaſſe, indulſitque, vt quoties liberet Clauſtri quietem ſeruarent, aut Ordinis præeminentiam, locumque reſumerent, atque ad proceſſiones etiam Generales à nullo pẽnitus compelli poſſent. Quæ omnia, ſtudioſe lector, vt purius ex ipſo fonte delibes, tenorem Apoſtolici diplomatis adijcio.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanum Pontificem decet pacẽ, & vnitatem maximè inter Dei miniſtros omni ſollicitudine tueri. Quamobrem ægre tulimus eos, quorum eſt Euangelizare pacem, & bona, & quibus à Domino ſæpe iubetur pacem, & vnitatem diligere, veritatem apertiſſimam perperam, & ſine fundamento impugnando, pacem non abſque ſcandalo puſillorum ſcindere. Ad aures enim noſtras peruenit nonnullos Religioſos in partibus Indiarum nõ obſtãtibus habitu, Regula, profeſſione, ac titulo à Sũmis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & nobis, ac etiam ab vniuerſo populo Chriſtiano vbique dari ſolito dilectis filijs Reformatis Diſcalceatis Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, auſu temerario cõtendere illos Carmelitas non eſſe, neque vnum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus. Nos, qui Iuſtitiam, & veritatem colere tenemur huius rei, licet adeo eſſet manifeſta, maiorem certitudinem, habita in noſtra Congregatione ſuper Reformatione, & Viſitatione Regularium conſtituta matura deliberatione, noſtra declaratione patefacere deliberauimus. Quo circa motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Ordinem, & Congregationem Dilectorum Filiorum Reformatorum Diſcalceatorum Ordinis Beatiſſimæ Virginis Ma-

ria

Digitized by Google

Ab Anno Chriſt. 1603 ad 1604.

tium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die 20. Auguſti 1603. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

CAPVT XIII.

Negotium Canonizationis Sanctæ Matris Noſtræ Tereſiæ in Curia Romana ſub Clemente VIII. varijs modis, & pluribus inſtantijs prælibatur.

INter grauiſſimas totius Reformationis curas non infimum locum obtinuit ea, qua Tereſię filij Matrem dilectiſſimam Eccleſiæ calamo Sanctis adſcribi ſummis contendebant animorum votis. Hoc intimis precibus quiſque poſtulabat apud Deum, hoc multiplicatis ieiunijs, ingeminatis verberibus, oblatis ſacrificijs promereri ſtudebant. Nec defuerunt quamplures, qui duriſſima mortificationum opera eo fine gnauiter, & libenter exantlarũt. Quæ non eſt neceſſe ſigillatim percenſere: Nec enim erat quiſquam in Religione tam tepidus, qui non ad minus hebdomadis ſingulis aliquot ſupererogationis opera, ceu totidem hoſtias pacificas immolaret Deo, veriti ne tepor filiorum meritorum matris ſplendorem offuſcaret: ſed potius vt heroicarum virtutum ſtrui ſuarum mortificationum frondes ſupponerent, quibus ignis ille Tereſianæ Sanctitatis afflante Spiritu Sancto ab arce Petri clariùs emicans, per totum terrarum Orbem inoffenſo pede diffunderetur.

Et ſanè iure meritò zelabant Religioſi honorem Fundatricis ſuæ iam regnantis in Cælis, quem dum terris viueret tam magnanimiter contempſerat in bonum Religionis. Et quandoquidem odor exemplorũ Tereſiæ nondum in Sanctorum Album à Vicario Chriſti relatæ, tam multos traxerat ad ſponſum; quis non videat, quam ampla ſeges affulgeret Gloriæ Dei, ſi Summi Põtificis authoritate lampas iſta in Eccleſiæ apice claris incendijs mutilans, peccatorum tenebras latiùs expelleret, & deuotorum cordibus amoris Diuini flammam liberiùs inſtillaret? Reformationi quoque non vnum ex canonizatione Matris ſperabatur emolumentum: nam planta adhuc tenella robur acquiſitura erat confirmata Sanctitate Fũdatricis, & in tãto renouati Carmeli rigore decretus ab Eccleſia triũphus ei, quæ nuper ſtadium illud præcucurrerat, nouos animos erat additurus, tum iam currentibus, tum illis, qui futuris temporibus ad Tereſiæ brauium aſpirarent.

Hæc dum animo voluunt Religioſi, inſtituti ſui honorem, ac Dei gloriam zelantes, miros excogitant, ſubeuntque pœnitentiæ modos, quibus Diuinam Miſericordiam exorent, & deſiderijs ineffabilibus totius ſanctitatis fonti ſitim ſuam die, noctuque manifeſtent, non ſolum hæc mortificationum opera, ſed in tam præclarum finem ipſam etiam mortem, ſi liceat, ſubire parati. Et hæc quidem apud Deum Religioſi ſinguli.

At verò Superiores, & quibus id curæ commiſſum erat, etiam apud Principes tum Eccleſiaſticos, tum Sæculares inſtabant diligenter. Et Deus ipſe non ambiguis ſignis ſanctita-

Digitized by Google

ctitatem Sponſæ ſuæ teſtatam vbique faciebat, vrgebatque miraculorum frequentia canonizationis negotium, quod vt Eccleſię vniuerſalis authoritate inchoaretur Clemens Octauus Pontifex Maximus ad hunc annum milleſimum ſexcenteſimum quartum primum dedit remiſſoriale diploma, ceu primitias Apoſtolicas futuræ Canonizationis. Sed vt totius negocij ſeriem ad honorem Dei, & Sanctæ Tereſiæ laudem pertractemus accuratè, quædam nobis ex annis præcedentibus ſunt petenda.

Non exiſtimo mei muneris eſſe Tereſiæ Sanctitatem, moreſque deſcribere, præſtiterunt hoc viri præclariſſimi, quorum veſtigia ſubſequor indignus, & vbi Sacram Hiſtoriæ ſuæ telam abſciderunt, hic ego retexere aggrediar.

Defũcta terris Tereſia ad annum ſalutis Milleſimũ quingenteſimum octuageſimum ſecundum, quinta, aut potius, iuxta Reformationem, quæ tunc incipiebat Kalendarij Romani, decima quinta Octobris, anima quidem in modum candidiſſimę Columbæ viſa eſt cælos petere: corpus verò more ſolito arcæ funerali incluſum ſepulturæ traditum eſt. In foſſam calx, & humus iniecta, & ſuperinfuſa nõ modica aquæ quantitate lateres adaptati, & muro circumquaque obductum eſt ſepulchrum. Exinde poſt menſes nouẽ, nimirum Iulij proximè ſequentis die quarta, aperto tumulo repertum eſt ſarcophagum mole fatiſcens, ex parte ſuperiore diffractum, terram & ſuperinfuſum humorem ad ſacrũ corpus dimiſiſſe, adeoque cuncta mucus penetrauerat; vt religioſus habitus eius putredine planè corruptus foret, & à ſacro corpore vix cultris eradi poſſet. At corpus ipsũ integerrimum, ac viuidum ne capillo quidem læſum erat, ac cæleſtem quamdam, variamque ſpirabat fragrantiam, & balſamum ſuauiſſimũ emanabat. Verùm enim verò trina hæc vnius corporis, quod Sacræ Trinitatis perfectum habitaculum fuerat, prodigia, aliquandiù inter paucos Fratres, Monialeſque latuerunt, & anno octuageſimo quinto iterum aperto ſepulchro eiſdem dotibus incorruptionis, odoris, ac balſami manantis ornatum corpus, Alba vbi ſpiritum Deo reddiderat, Abulam ad natale ſolum, & vbi Reformationis ſuæ primordia fundauerat præcepto Superiorum delatum fuit, eadem ſilentij Religione ſtrictiſſima, ne Albani Duces offenderentur tanto theſauro ſpoliati. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Verùm poſt annos ſex à morte Tereſiæ ad Regias Philippi Secundi aures ſecretum penetrauit: adeòque vt verius pleniùſque tam inſolita miracula pius Rex virorum prę̃ſtãtiſſimorum oculato teſtimonio cognoſceret; Reuerendiſſimus Cordubenſium Epiſcopus Laguna per id temporis Concilij Indiarum Catholicæ maieſtatis Præſes, & Reuerendiſſimus Pater Didacus de Iepes, qui Regi à ſacris erat confeſſionibus, & Franciſcus Contreras Auditor Concilij Regis Madritenſi ex aula Abulam profecti ſunt, & impetrata prius à Reuerendo Patre Fratre Nicolao à Ieſu Maria Genuenſi Diſcalceatorum Prouinciali licentia, Reuerendiſſimum etiam loci Ordinarium intenti ſui participẽ eſſe voluerunt, cuius conſilio ciuitatis illius primores vna cum famoſioribus medicis, ac publico Notario intereſſe voluerunt, & rogari authenticum eorum, quæ viderentur, inſtrumentum, quemadmodum prima die anni milleſimi quingenteſimi octuageſimi ſexti executioni ſuit demandatum.

Igitur tres illi viri prę̃ſtantiſſimi Madritum, vnde venerant, ad Regẽ reuerſi, cuncta, quæ vidiſſent, mirabilia per ordinem Regi, Reginæ, atque Imperatrici, Archiepiſcopo Toletano, alijſque primoribus aulę Regiæ

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Regiæ exposuerunt: se vna cum Ciuitatis Episcopo, alijsque personis principalioribus, primùm quidē sacras exuuias deuotè adorasse, tū stantes detectis capitibus diligenter conspexisse, erumpentibus prę deuotione, atque admiratione lachrymis, vidisse corpus integrum, viuidumque, nulla sui parte corruptioni obnoxium, ossibus, neruisque inuicem ita constanter cohęrentibus, vt arca extractum, erectumque in pedes leui adiutorio consisteret. Carnem mollem, & tractabilem, quæ vel digito leuiter pressa cederet, & mox pristinum in situm viuentis ad instar remearet. Papillas carne turgentes, aluum plenam, sanguinem, qui naribus morienti eruperat, primæuo colore rubentē: omnia tam viuida, ac si recenter innocentem animam expirasset. Odoris suauissimi variam fragantiam, quam ex incorrupto corpore perceperant, diuersis odoratarum rerum similitudinibus explicabant. Vidisse se ex emortuo à tot annis cadauere in vestes, telamque circumpositam, ceu à perenni fonte, scaturire balsamum odoratissimum, librasse se corpulentæ mulieris corpus, nec infantis bimuli pondus excessisse, quasi iam præinduisset omnes futuræ beatitudinis dotes. Medicos, quos habebat Ciuitas illa famosissimos, atque expertissimos curiosiùs singula examinasse; & postquam principia naturalia corruptionis cadauerum diligenter contulissent, paribus votis in eam abijsse sententiā: hęc prodigia naturæ vires superare, nemini dubium esse debere, quin digiti Dei sint hęc opera. Denique Episcopum Abulensem, qui pręsens aderat, his visis magna in Teresiam deuotione commotum, commendasse Monialibus tam sanctæ Reliquiæ venerationem: monuisse præterea, vt ob debitam sacro corpori reuerentiam tapes super quo fuerat expositum non amplius domesticis vsibus deseruiret.

Hæc viri celeberrimi ad Regem ac Magnates retulerunt à se visa, & contrectata; addebantque alia de virtutibus, ac miraculis Teresiæ, præsertim verò Reuerēdissimus Didacus de Iepes, qui sanctitatem eius probè perspectam habebat. Statimque per totas Hispaniarum Ciuitates percrebuerunt incorrupti corporis prodigia, quæ iterum in patulo sunt conspecta, cum Reuerendus Pater Nicolaus à Iesu Maria Genuensis anno Millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, vigesima tertia Augusti, Albæ, vbi spiritum reddiderat, sacrum corpus restitui iussit: vt mandato, quod à Sixto Quinto ad instantiam Ducum Albę acceperat, promptè obediret.

Igitur ad sepulchrum Virginis confluxus populorum ingens, qui se, suaque Christi sponsæ summa cū deuotione commendabant. Ipse Philippus Secundus modicum illius Virgineæ carnis frustum, quod à Monialibus Serenissima Infans eius Isabella Clara Eugenia, postea Belgarum Princeps, obtinuerat, deuotissimè venerabatur, & in tam clari muneris recognitionem operis Phrygij peristroma magno pretio iussit elaborari, quod Monialibus Albæ degentibus dono misit ad exornandum Teresiæ sepulchrum. Adeoque superimpositum fuit arcæ pretiosissimæ in qua corpus Virginis quiescebat, intra crates deauratos ad triginta pedes à terra eleuatum in summitate Capellæ saxis ad arcem quadratis magnis sumptibus exędificatæ. E regione lampas ardebat argentea præcipui ponderis, ac valoris, quæ omnia diuersorum Principum deuotio suppeditauerat. Ex lateribus legebatur Epitaphiū, quod pietas effuderat in hunc modum.

Rigi-

Digitized by Google

Chapter 8

Condemnation and Life in the Spirit

1 There is therefore now no condemnation to those who are in Christ Jesus, who do not walk according to the flesh, but according to the Spirit. 2 For the law of the Spirit of life in Christ Jesus has made me free from the law of sin and death. 3 For what the law could not do in that it was weak through the flesh, God did by sending His own Son in the likeness of sinful flesh, on account of sin: He condemned sin in the flesh, 4 that the righteous requirement of the law might be fulfilled in us who do not walk according to the flesh but according to the Spirit.

5 For those who live according to the flesh set their minds on the things of the flesh, but those who live according to the Spirit, the things of the Spirit. 6 For to be carnally minded is death, but to be spiritually minded is life and peace. 7 Because the carnal mind is enmity against God; for it is not subject to the law of God, nor indeed can be. 8 So then, those who are in the flesh cannot please God.

9 But you are not in the flesh but in the Spirit, if indeed the Spirit of God dwells in you. Now if anyone does not have the Spirit of Christ, he is not His. 10 And if Christ is in you, the body is dead because of sin, but the Spirit is life because of righteousness. 11 But if the Spirit of Him who raised Jesus from the dead dwells in you, He who raised Christ from the dead will also give life to your mortal bodies through His Spirit who dwells in you.

12 Therefore, brethren, we are debtors—not to the flesh, to live according to the flesh. 13 For if you live according to the flesh you will die; but if by the Spirit you put to death the deeds of the body, you will live.

14 For as many as are led by the Spirit of God, these are sons of God. 15 For you did not receive the spirit of bondage again to fear, but you received the Spirit of adoption by whom we cry out, "Abba, Father." 16 The Spirit Himself bears witness with our spirit that we are children of God, 17 and if children, then heirs—heirs of God and joint heirs with Christ, if indeed we suffer with Him, that we may also be glorified together.

18 For I consider that the sufferings of this present time are not worthy to be compared with the glory which shall be revealed in us. 19 For the earnest expectation of the creation eagerly waits for the revealing of the sons of God. 20 For the creation was subjected to futility, not willingly, but because of Him who subjected it in hope; 21 because the creation itself also will be delivered from the bondage of corruption into the glorious liberty of the children of God. 22 For we know that the whole creation groans and labors with birth pangs together until now. 23 And not only they, but we also who have the firstfruits of the Spirit, even we ourselves groan within ourselves, eagerly waiting for the adoption, the redemption of our body. 24 For we were saved in this hope, but hope that is seen is not hope; for who hopes for what he sees? 25 But if we hope for what we do not see, we eagerly wait for it with perseverance.

26 Likewise the Spirit also helps in our weaknesses. For we do not know what we should pray for as we ought, but the Spirit Himself makes intercession for us with groanings which cannot be uttered. 27 Now He who searches the hearts knows what the mind of the Spirit is, because He makes intercession for the saints according to the will of God.

28 And we know that all things work together for good to those who love God, to those who are the called according to His purpose. 29 For whom He foreknew, He also predestined to be conformed to the image of His Son, that He might be the firstborn among many brethren. 30 Moreover whom He predestined, these He also called; whom He called, these He also justified; and whom He justified, these He also glorified.

31 What then shall we say to these things? If God is for us, who can be against us? 32 He who did not spare His own Son, but delivered Him up for us all, how shall He not with Him also freely give us all things? 33 Who shall bring a charge against God's elect? It is God who justifies. 34 Who is he who condemns? It is Christ who died, and furthermore is also risen, who is even at the right hand of God, who also makes intercession for us.

35 Who shall separate us from the love of Christ? Shall tribulation, or distress, or persecution, or famine, or nakedness, or peril, or sword? 36 As it is written,

"For Your sake we are killed all day long;
We are accounted as sheep for the slaughter."

37 Yet in all these things we are more than conquerors through Him who loved us. 38 For I am persuaded that neither death nor life, nor angels nor principalities nor powers, nor things present nor things to come, 39 nor height nor depth, nor any other creature, will be able to separate us from the love of God which is in Christ Jesus our Lord.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

uos inter referendæ curam amplectitur, eamque inter præcipuas regni ſollicitudines ponens, ſtatim quidem ſuam apud Nunciũ Summi Pontificis interponẽs authoritatem inſtitit, obtinuitque, vt per Hiſpaniarum Diœceſes fieret de Sanctitate, ſapientia, miraculiſque Teresiæ inquiſitio iuridica.

Erat ea tempeſtate miſſus à Summo Pontifice Sixto Quinto, & ab Apoſtolica Sede ad eundem Philippum, atque Hiſpaniarum Regna, Nuncius cum facultate Legati à latere Illuſtriſſimus Dominus Camillus Gaetanus, Alexandrinus Patriarcha, qui Madriti Regia in Curia propria perſona capiendis ſuper Sanctitate Teresiæ informationibus fælix auſpicium dedit; quas ex eiuſdem Patriarchæ commiſſione per diuerſa Hiſpaniarum Regna, Ciuitates, Oppida, viri ſanctitate, doctrinaque præcipui gnauiter ſunt proſecuti, vrgente ſemper deuotiſſimo Rege.

Moderabatur vniuerſam Eccleſiã Clemens Octauus, cui interim dum authoritate Nuncij formatur proceſſus, pro Teresiæ Canonizatione Rex Philippus deuotiſſimè ſupplicauit, datis ad eum litteris duodecima Februarij Milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſexti, quibus optimus Rex tenerrimum pietatis erga Teresiam affectum luculenter demonſtrauit. Iuſſit etiam per litteras Oratori ſuo Duci de Seſſa, vt apud Sanctitatem ſuam ſummis viribus intentum vrgeret, id ſibi maximè cordi eſſe. Similes litteras ſupplicibus votis ad ſuam ſanctitatem vigeſima tertia Februarij eiuſdem anni exararunt procuratores Regnorum Hiſpaniarum. Scripſitque in eamdem ſententiam paulò fuſiùs Pater Didacus de Iepes Regis Confeſſarius ad eumdem Oratorem in hæc verba epiſtolam incipiens: *Rex ac procuratores curiarum horum Regnorum ſuæ Sanctitati ſupplices litteras ſcribunt, rogantque, vt per Apoſtolicum Breue alicui Prælato committatur per ſe, vel per alium iuridicas informationes capere de vita exẽplari, ſanctiſque moribus Matris Teresiæ à Ieſu, miraculiſque, quæ ante, & poſt mortem Dominus Deus per Sanctã iſtam mulierem eſt operatus. Neque minimum horum miraculorum cenſeri debet, quod Deus eandem vt inſtrumentum aſſumpſerit ad ſeminandum per totum mundum Religionem tam obſeruantem, & quæ in ſpiritualibus exercitijs admodum excellit, & maximam vtilitatem, ac fructum in Eccleſia Dei profert, eruditione populorum, auſteritate vitæ, ac bono exemplo. Et quidem liquidò perſpici poteſt quantum Deo placeat inſtitutum hoc, quod Teresia fundauit: quandoquidem breui tẽporis ſpatio per Hiſpanias, Italiam, Indiaſque ſit diffusũ, & numero Religioſorum ſuperet Religiones aliquas antiquitate celebres. Et populi ipſi certatim accurrunt, ædificantque Conuentus, propter eximium fructum, quem conſequuntur, viros adeò Sanctos in terris ſuis accipientes.* Denique poſt alia multa in laudem Teresiæ ſic ait. *Eius venerabile, ac prodigioſum corpus ſolo viſu certos nos facit eius gloriæ, quam poſſidet anima: integritas eius, & incorruptio ſanctitatem perſuadet vitæ, & licet alia miracula non ſuppeterent, hoc ſolum ad veritatis teſtimonium ſufficere deberet, quandoquidẽ tam ſigulari fruitur priuilegio, quod paucis Sanctorum eſt conceſſum, &c. Madriti 23. Februarij 1596.*

Tandem Regia ſollicitudine ſub initium anni Milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſeptimi proceſſus ab Illuſtriſſimo Nuntio, & Epiſcopo Salmantino ad plenum inſtructus, formatuſque Romam mitti potuit. Adiunxit Philippus Secundus epiſtolas ſuas trigeſimo primo Martij ad Ducem de Seſſa ſuum ad Apoſtolicam Sedem Oratorem, quarum hic eſt tenor: *Doctor Marmol ob negocia Archiepiſcopi Toletani Romanã Curiam*

Digitized by Google

Curiam petit, defert etiam ſecum informationes hic factas ſuper vita Matris Tereſiæ à Ieſu, in quibus res ſanctiſſimę continentur, præter quam quod Fundatrix, ac Reformatrix fuerit Ordinis tanta deuotione florentis. Ideoque plurimum tibi iniungo, vt negotiũ Canonizationis eius ſummo fauore complectaris, & nomine meo apud ſuam Sanctitatem, alioſque quorum intererit omni meliori officio promoueas. Erit mihi ſeruitium hoc tuum gratiſſimum, & reſcribes quos progreſſus in eodem feceris. Madriti trigeſima prima Martij anno Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo.

Ego Rex.

Interea quoque temporis authoritate, ac beneplacito Summi Pontificis ex vniuerſis Ecclesijs Cathedralibus, ac Metropolitanis Regnorum Caſtellę, & Legionis Prælati conuenerant ad pertractandas ſuarum Eccleſiarũ cauſas grauiſſimas, & Madriti in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis habebantur Congregationis ſeſſiones. Hæc igitur celeberrima Congregatio ſui muneris exiſtimauit eſſe Summo Pontifici Tereſiæ Sanctitatem, ſuam, ſuique populi deuotionem vnanimi omniũ ſententia per litteras ſupplices teſtatam facere, & pro eiuſdem Canonizatione imis precibus exorare, quarum tenorem quia latino ſermone ſunt exaratæ gratæ memoriæ fuerit hic exſcribere, & lectori fortaſſe non moleſtum.

Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Patri, & Domino noſtro, Domino Clementi VIII. Pontifici Maximo.

CONgregatio ex vniuerſis Eccleſijs Metropolitanis, & Cathedralibus Regnorum Caſtellæ, & Legionis Madriti cum Sedis Apoſtolicæ beneplacito conuocata, & collecta ſempiternam felicitatem.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ea eſt Beatitudinis tuæ eximia Religio, & ſumma pietas (Sanctiſſime, ac Beatiſſime Pater) vt quæ ad Eccleſiæ Dei ornamentum pertinent, grato recipias animo, & amplectaris. Chriſtus autem Dominus, à quo bona cuncta deriuantur, domui ſuæ Tereſiam de Ieſu his iniquis temporibus cælitus conceſſit, vt ſolidam, ac pulcherrimam eius Sanctitatem noua decoraret ſplendore. Hęc in cauſa eſt, vt ad Beatitudinem tuam, quam accuratè ſcriberemus, quod à ſacra voluntate tua, & ab officio noſtro alienum minimè iudicauimus. Tereſia illa eſt (Beatiſſime Pater) quæ nobili genere nata terrena deſpiciens, admirandæ ſupra humanam conditionem puritatis, & cæleſtis perfectionis vitã, noſtra memoria egit in Hiſpania. Cuius mirificam, & numeris omnibus abſolutam virtutem, certiſſimis experimentis comprobatam, miraculis indubitatis, qui huiuſmodi facem accendit, vt mundum illuſtraret, voluit eſſe conſignatam. Ad tantum Diuinæ contemplationis culmen peruenit: vt puriſſima mens, nubes, ſydera, ipſos Angelos tranſcendens, de fontibus Saluatoris aquam largiter hauriret. Quam pulchra veniens à Libano reuerteretur, & qui mellis, ac lactis riui ex lingua eius fluerent, & virtutes mortalibus inſtillarent; celeſtis doctrinæ libri teſtantur, in quibus non verborum lenocinijs, neque ſtylo elaborato, ſed graui, puro, ac proprio, quæ contemplata fuerat ſcripta nobis reliquit. Mira ſunt quæ fecit, & dixit: vtpotè quam Chriſtus elegit, quæ fortes milites, piaſque copias aduerſus hoſtium ingruentes procellas, Eccleſię ſubminiſtraret. Quę omni diſciplina, & bellandi inuicta duritie veteres illos ſacros milites, qui orbem ſubegerunt, æquarent. Suo enim exemplo, ac Diuinarum rerum fide, plures Virgines, & viros commouit, vt ad altiſſimum perfectionis faſtigiũ aſſequendum arctiſſimam, difficillimamq; vitę rationem alacriter, ac fortiter expeterent. Quam Chriſto adiuuante,

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

qui iugum suum semper suaue efficit, factis exhibent, multaque inhabitant Monasteria, quę immenso labore, & incredibili patientia illa construxit. Postquam autem Dominus illam ad cęlestem gloriam, ad quam semper aspirauerat, euocauit, eius corpus, vti accepimus, incorruptum persistit; & super omnia aromata diuinum odorem haud similem terrenis spirat, ac multa edit miracula. Itaque in dubium reuocari non posse videtur (Sanctissime Pater) Teresiam iam cum Christo regnare, ac beato, sempiternoque æuo in cælo frui, atque eximia beneficia à Deo hominibus eius intercessione præstari, vt memores, & grati ad eã properemus venerandam. Quamobrem Virginis memoriam templis, altaribus consecrare, votis nuncupare, diebus festis celebrare ipsius sectatores maiorem in modum merito exoptant, quos sibi à Deo præpositę meminisse, & conuersationis exitum intuentes, fidem oportet imitari. Neque nos minori desiderio tenemur: existimamus namque (Sanctissime Pater) domesticum exemplar ad mores nostros formandos, ac Diuinum amorẽ excitandum maximè profuturum. Beatitudinem igitur tuam vehementer etiã atque etiam rogamus, & obsecramus, vt Teresiam in Sanctarum Virginum numerum adscribas. Quod vt solemni more constet, quam primùm, ne manifesta tẽporis iniuria obscura fiant, Prælatis delegare grauissimis dignare. Interim verò dum hæc ritè peraguntur maximo studio à Beatitudine tua petimus, atque contendimus, vt sectatoribus Virginis anniuersarium diem, quo in Cęlum migrauit, agere concedas in solatium. Digni enim sunt, qui à te rebus omnibus ornentur, cum plurimũ adiumenti Ecclesiæ Dei afferant, & non sine magna Christiani nominis gloria extremos Indos, Hispania, & Italia peragrata penetrauerint. Ita tuo summo beneficio magnus cumulus accesserit. Quæ quidem omnia pro tua Diuina authoritate, & prudentia multò faciliùs ipse iudicabis, cum causa potius iusta apud te valere debeat, quam nostra gratia. Illud verò nobis est persuasum quoscumque maximos honores Teresiæ decreueris, hos Deo gratissimos, & magnæ Ecclesiæ vtilitati, & ornamento, atque æternæ Beatitudinis tuæ laudi futuros. Vale Sanctissime Pater. Christus qui est corona Sanctorum omniũ, te, vt, eorum nobis salutaria exempla proponas imitanda, quam diutissimè seruet incolumem. Madriti, apud Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Congregationi nostræ destinatum, sub triũ nostrorum Chirographis, septimo Idus Maij anno à Natiuitate Dominica Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Sanctitatis vestræ humillimi serui. Doctor Gabriel Suarez de Toledo Arch. Madritensis, & Canonicus. Don Antonius Pimentel Cantor Hispalensis. Doctor Iosephus Aldrette Canonicus Cordubensis. Ioannes Alphonsus de Cardoua Abbas de Alabanca Secretarius.

Acceptis igitur his, alijsque litteris, ac Regijs mandatis, Orator quidem Regis Hispaniarum apud Summum Pontificem strenuè causã egit, & postquam supplices litteras, postulationesq; paterno susceperat affectu, Sacræ Congregationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super ritibus deputatorum causæ merita disquirenda commisit. Sed nondum erat tempus domus Domini ædificandæ. Censuit enim prudenter admodum Sacra Congregatio in causa grauissima non accelerandum: Diuturnitate temporum maturari consilia; Deum, qui Sanctitatem Teresiæ per Hispanias testatam fecerat, quod inceperat confirmaturum, & si quidem vt sanctam toti Ecclesiæ proponi vellet, per alias etiam Orbis partes, vt non obscuris initijs insinuabat, tam insignem Sanctitatis Thesaurum euulgaturum.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Vrgetur iterum quāplurimis Principum, Eccleſiarum, & Vniuerſitatum Epiſtolis negotium Canonizationis S. Matris Tereſiæ, ac tandē à Clemente VIII. primæ litteræ remiſſoriales ad formandum ſua auctoritate iuridicum proceſſum expediuntur.

COmmodum eodem anno noua Congregatio noſtra Romæ fundamenta iaciebat, & paribus cum illa paſſibus fama Sāctitatis Tereſiæ per Vrbem, Italiamque noua ſumebat incrementa, filijs vitam Matris morum Sanctitate, atque inſtituti auſteritate conantibus exprimere. Ac præſertim P. Petrus à Matre Dei Summi Pontificis concionator eximius Tereſiæ Sanctitatem non tam verbo, quam exemplo prædicabat, iamque Patrū noſtrorum opera vita, & libri Tereſiæ in linguam Italicam traducti, ac in vrbe Roma Superiorum permiſſu prælo commiſſi anno milleſimo ſexcenteſimo primo, poſtea etiam à Cardinali Baronio approbati Sūmo Pontifici dedicati fuerunt. Aurea etiam monita Virginis diuinā ſapientis in linguam primum Italicam, ac deinde etiam in latinam conuerſa publicè proſtabant. Neapoli quoque quamprimum nouam Coloniam eo deduxere Tereſiæ filij, nihil prius habuerunt, quàm vt Matris ſuæ vitam, libroſque ab ea conſcriptos typis darent. Ex quo factum eſt vt Romanos inter proceres, adeoque apud ipſum Pontificē iam eſſet veneration Tereſiæ Sanctitas, & diuinitùs infuſa ſapientia, ceu fons quidam cæleſtis doctrinæ legentium animis illabens admirationi pariter eſſet, & ſaluti. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Nec defuerunt etiam Romæ non nulla ſymbola miraculorum incorrupti corporis, nam & particulæ quædā illius Virgineæ carnis, quas ſecum Patres detulerant, incorruptionem non ſolum conſeruabant, ſed odorem ſuauiſſimum ſpirabant, & manabant balſamo. Celebre fuit, quod anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo contigit in Venerabili Monaſterio, Sancti Ioſeph, quod Carmeli Regulam profitetur, in quo cū Reuerenda Mater Prioriſſa Soror Fælix de Matre Dei ex periculoſa infirmitate conualeſcens adhuc decumberet, odore quodam ſuauiſſimo tota cella fragrabat. Mirabantur accedentes ad viſitandam infirmam Sorores, & interrogabant quęnam illa forent odoramenta? Reſpondit ſe nullos apud ſe conſeruare, aut ſparſiſſe odores, credere ſe Cardinalis Borromei, quam in cella habebat effigiem hanc emittere fragrantiam bonorum operum ſuorum teſtem. Verum aliter ſe ſe res habuit: nam compertum eſt particulam carnis Sanctæ Tereſiæ capſulæ incluſam odorem hunc emiſiſſe, tanquam præconem diei tranſitus ſui tertiam poſt lucem inſtantis, quo cultum, veneration emque ſpecialiorem à Monialibus exigebat. Igitur adueniente anniuerſaria depoſitionis Tereſiæ feſtiuitate, dum Reliquiam Sacram reuerenter admodū in Chorum ferrent, tanta vbique fragrantia ſe ſe diffudit, vt in Eccleſiam ipſam penetraret, & Monaſterij Procurator, quem factorem vocant, nomine Michael, inſolitos percipiens odores, & ad miram obſtupeſcens fragrantiam, Sacriſtanam conuenerit interrogans, quoſnam paſtillos incendiſſet in Choro? At illa, fragrantia cœleſtis hæc eſt, inquit, particulæ carnis Beatæ Tereſiæ, quam hodierna eius tranſmi-

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

grationis ad Sponſum die, qua potuimus reuerentia expoſuimus adorandam.

Non defuerunt etiam eodem tẽpore gratiæ ſanitatum, ac miracula, quæ proprijs oculis Vrbs cerneret, & grata recoleret: Nam in proceſſu authentico ſuper puritate, ac ſanctitate vitæ, ac miraculis piæ memoriæ Tereſiæ de Ieſu facto Romæ de mandato Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Dom. Cardinalis Pamphilij Sanctiſſimi Domini Noſtri Vicarij, & à Sacra Rituum Congregatione deputati ad inſtantiam Congregationis S. Eliæ Carmelitarum Diſcalceatorum, Coram Reuerendiſſimo Dom. Epiſcopo Burgi Sancti Sepulchri, ex quo etiam præcedentia deprompſimus, inter alia ſic de ſemetipſo deponit teſtis integerrimus Illuſtris, & Reuerendus Dominus Petrus de Sayes Canonicus Regularis Ordinis Sancti Auguſtini: ſe Romæ anno milleſimo ſexcenteſimo tertio in mortalis infirmitatis extremo conſtitutum, atque à medicis deſtitutum ſumpto Viatico, per interceſſionem Beatæ Tereſiæ, cuius effigiem ante ſe in Altariolo reuerenter collocarat, & cui ſe feruidis affectibus commendauerat, miraculoſam impetraſſe ſanitatem. Adeoque gratitudinis ergo pro ſua paupertate librum quendam obtulit in expenſas Canonizationis æſtimatum ducentis viginti ſcutis.

Reliqua miracula, quæ ibidem recenſentur, & hactenus typis non ſunt euulgata, ne lectori tædium pariam, ſileo. Vnum ſolum mihi videtur propius ad rem noſtram facere, & valde opportunè accidiſſe litteris remiſſorialibus hoc anno impetrandis, quod in Monaſterio Sãcti Ioſeph iam dicto Tereſia perpetrauit, & ex præcitato proceſſu depromptum eſt: nam eodem hoc tempore ad annum milleſimum ſexcenteſimũ tertiũ Cæcilia Baroni neptis Card. Baronij (qui inter Cardinales ſacris Ritibus, ac negocijs canonizationũ deputatos non infimus erat) ſummis animi votis contendebat habitum Regularem in prædicto S. Ioſeph Monaſterio ſuſcipere; verũ deſiderij compotem Moniales efficere recuſabant, ob morbum, quem patiebatur ſcrofularum. Sed inſtante illa, pietatem Virginis, & dignitatem patrui conſiderans Prioriſſa affligebatur animo, quod in ſuarũ numerum eam adoptare non poſſet. Confugit igitur ad Tereſiæ auxilium, & particulam carnis, quam diximus miraculoſa fragrantia celebrem, collo, quod præſertim morbus depaſci ſolebat, admouit, & (ô admirandam Dei virtutem in Serua ſua Tereſia) obſtinatus natura ſua morbus, & ſtatis recurrens tẽporibus in perpetuum effugatus eſt, & Cæcilia beneficij memor, habitum, quem tantopere concupierat ſuſcepit, ac mutato nomine Soror Tecla à Sancto Paulo nuncupata fuit, atque emiſſa profeſſione impoſterum ab infirmitate predicta liberrima perſeuerauit.

His, alijſque modis tum Summi Pontificis, tum Dominorum Cardinalium, aliorumq; Romanæ Curiæ procerum præparatis animis, tempus opportunum videbatur nouam ſupplicationem facere, Deo primũ; ac deinde Chriſti Vicario, & Sacræ Cardinalium Cõgregationi. Adeoq, per totã Religionẽ decernitur nouo feruore Diuinæ Clemẽtiæ pulſari fores, recentia veteribus mortificatæ carnis, ac ſpiritus holocauſtis adiungi, & Patres in Hiſpania congregati anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo menſis Iulij vigeſima quinta Canonizationis Procuratorem deſignãt Patrem Petrum à Matre Dei nouæ Congregationis Italiæ Commiſſariũ Apoſtolicum, & Summi Pontificis Ecclecle-

cleſiaſten, qui vtriuſque Congregationis nomine, & authoritate, ac gratia, qua pollebat plurimum, ad optatum finem rem perduxit, cum adiunctis Patribus Ioſepho à Ieſu Maria, & Ioanne à Sancto Hieronymo. Interea Philippus Tertius auitam pietatem patris non impari paſſu ſectatus, Clementi Octauo pro Tereſiæ Canonizatione per litteras, & Oratorem ſupplicabat in hunc modum

Beatiſſime Pater.

MATREM TERESIAM à Ieſu Fundatricem Fratrum, ac Monialium Diſca lceatorum magna deuotione colunt hæc Regna propter opera, quę in vita geſſit, & miracula quæ poſt ſuam ad cęlos migrationem patrauit, omneſque maximopere exoptant, vt in Sanctorum Catalogum cõſcribatur, & Serua Dei honoretur in terris, quę quemadmodum piè, certèq; creditur, diuina gloria fruitur. Et quia deſidero declarationem hanc fęlici Veſtrę Beatitudinis tempore fieri, ſupplico Sanctitati Veſtrę, vt antequã teſtes emoriantur (quorum multi certatim deficiunt) ei placeat remiſſorias litteras concedere, vt in forma conſueta probationes ſumantur de eius vita, ac miraculis, cęteriſque, quæ neceſſaria fuerint ad gloriam Dei, & Suę Sanctitatis, ac Sedis Apoſtolicæ honorẽ. Super quo latius Suæ Sanctitati referet Dux de Seſſa, ad quem me remitto. Dominus Deus conſeruet, ac proſperet Sanctiſſimam Perſonam Veſtrę Beatitudinis ad bonum, ac fęlix regimen ſuæ Vniuerſalis Eccleſiæ, quemadmodum Chriſtianitas opus habet.

Valliſoleti, decima quinta Maij, anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

Veſtrę Sanctitatis humillimus, ac deuotiſſimus filius. Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, qui Sanctiſſimos Beatitudinis Tuę pedes, ac manus exoſculatur.

Regina quoque datis ſub idem tempus ad Pontificem litteris affectum deuotionis ſuæ erga Tereſiam teſtari voluit: *Non ſatisfacerem, inquit, deuotioni, quam erga Seruam Dei Tereſiam gero, niſi & ego Veſtræ Beatitudini particularem meum affectum repræſentarem, ac in eius cauſa ſupplicarem &c.* Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Deuotiſſimis præterea litteris Sedem Apoſtolicam hoc tempore interpellarunt Cardinalis Toletanus, Cardinalis Columna Patriarcha Antiochenus, Archiepiſcopi: Tarraconenſis, Burgenſis, Ceſarauguſtanus, Valentinus, Mexicanus. Epiſcopi, Salmantinus, Abulenſis, Cordubenſis, Palentinus, Valliſoletanus, Turiaſonenſis, Lugenſis, Ciuitatis Rodrici, Corienſis, Segobienſis, Mondognedo, Oſmenſis, & Tuienſis. Inter Principes ſæculares præter iam dictos Reges, Imperatricem, ac Reginam, Dux Lermæ, Marchio Deniæ, Conteſtabilis Caſtellæ, Dux Albæ, Comes Franqueza, & hi quidem ſinguli deuotionem in Tereſiam noſtram datis ad Pontificem ſupplicationibus ſunt teſtati. Non defuerunt tamen etiam corpora communitatum tum Eccleſiaſticarum, tum ſæcularium, numero, atque authoritate celeberrima, quæ conſpirantibus vnanimiter animis humillimis precibus, ac ſummis Tereſiæ laudibus eius canonizationem à Vicario Chriſti flagitarunt. Inter Eccleſiaſticas ſunt Concilium Prouinciale Tarraconẽſe, Congregatio Eccleſiarum Caſtellæ, & Leonis, Vniuerſitates ſtudiorum generalium Salmantina, & Complutenſis, Capitulum, & Canonici Oppidi Abulæ. Inter Sæculares, Regnum Caſtellæ, Regnum Aragoniæ, Ciuitates Abulæ, atque Vliſipponæ, quorum omnium vota, quæ Pontifici faciunt, atque encomia, quibus Tereſiam afficiunt, aureis quidem caracteribus hic merẽtur poſterorũ memoriæ conſecrari.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

ri. Verum ne hiſtoricos extra carceres nimium diuagari videar, ternarum ſolũmodo litterarum exemplar deſcribendum cenſui, quarum binas priores Academia Complutenſis, & Abulẽſis Epiſcopus latino ſermone dictarunt. Vltimam, quę Regni Caſtellæ eſt, Hiſpanico idiomate ſuis ab authoribus conceptam latinitate donaui.

Tenor litterarum, quibus celeberrima, ac ſapientiſſima Vniuerſitas ſuæ deuotionis affectum Summo Pontifici, totique Mundo teſtatum voluit, procurrit his verbis.

Beatiſſime Pater.

CVm Omnipotens Deus, cuius Beatitudo veſtra vicem gerit in terris ſuis adeo Sanctis inuigilet, vt non modo capillum de capite illorum perire non ſinat, ſed memoriam illorum in benedictione futuram eſſe promiſerit; periucundum fore Sãctitati Veſtrę indubiè credimus, ſi impenſus noſter diuis affectus eandem obnixè deprecetur, vt ei Virgini, quam æternæ fælicitatis iam dudum benedictione potiri de diuina pietate confidimus, ſacros honores ſtatuat: vt ſicut triumphans illa Eccleſia meritis eius congaudet; ita militans iſta veſtro, quod indubium agnouit, iudicio certificata, memoriam illius in laudibus, & benedictione recolat, & Religioſis frequentet obſequijs. Cui iſtam Paternæ Beatitudinis Veſtrę benignitatem contendimus impendi, Tereſia illa eſt mirę Sanctitatis Virgo, terrena ſanguinis nobilitate pręclara, ſed cęleſti nobilitate, & ea, qua nos Chriſtus Dominus Spiritus libertate donauit, longe præclarior; quę inter nos viuens Chriſtianam pietatem ardenter coluit, diſciplina propagauit, firmauit exemplo. Hęc eſt mulier illa fortis, quam inuenire, & ſi difficile, & inſolitum ſapiens meritò prædicauerit, nos tamen calamitoſis hiſce temporibus diuini numeris largitate, & inuenimus, & ſuſcepimus: vt horum temporum lenamen eſſet, atque ſolatium, & diſtrictum, impendentemque collo noſtro furoris Domini gladium, velut Moyſes ſtans in confractione auerteret, & iuſtam illam indignationem temperaret. Fortem nè illam eſſe dubitabimus, quæ zelum Eliæ ebibit, & priſtinum illud Carmeli inſtitutum, quod tepeſcens præſentium ſæculorum charitas laxauerat, in primitiuum diſciplinæ rigorem, & antiquam aſperiorem viuendi normam reuocauit? Hęc eſt, in qua, ſi forte duplex ille Spiritus Elię factus nõ eſt, ſicut in Eliſeo, ſi forte prophetię ſpiritu donata non fuit (quo etiam credimus fuiſſe perfuſam) alterum tamen miraculorum patratorem ſine dubio ſuſcepit: plura enim in ipſa, & per ipſam adhuc in corpore agentem, & corporeis ergaſimilis ſolutã, manus Domini prodigia, & opera prodidit ſtupẽda. Virgo hæc eſt, quam vt hirſuto Eliæ pallio in fine ſæculorum indutam Carmelus aſpexit, pronus in terram ſuſcepit, & adorauit, & externæ veſtis ſignis internum ſpiritum auſpicatus, in Eliæ zelo venientem proclamauit. Hæc eſt, quę licet Marthę miniſterium non abiecerit; cum Maria tamen optimam partem elegit, vt ſecus pedes Domini audiret arcana verba, ex quibus poſtea quàm hianti ore attraxerat ſpiritum, & memoriam abundantiæ ſuauitatis eructabat, & non quidem in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed in ſimplicitate ſermonis altiſſimam ſapientiam larga vena profundebat, vt quæ reliquit ſcripta teſtantur. In illis namque vndique familiariſſima cũ ſponſo colloquia redolere, & feruidam pietatem ſcaturire, aliquorũ ex noſtris relatione comperimus (neque enim omnibus, tametſi optatum, liberum fuit illius Religioſa monumenta reuoluere.) Hinc etiam eſt quod domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus: illi namque, quos rigidiore diſciplina inſtituit inſtar eius, tametſi per altiſſimam contemplationẽ, cui frequentes ſunt Chriſto, cui nomen dede-

Digitized by Google

dederunt, firmiter adhæreant, illique ardentis amoris vinculis copulentur; ex ſuperna tamen illa ſponſi neceſſitudine, & gratiſſima familiaritate ad noſtra deſcendunt, ſoluunt compeditos, illuminant cæcos, oues denique errantes ſuper humeros etiam impoſitas ad Pontificem, & Paſtorem noſtrarum animarum, pio labori intenti, doctrina, moribus, & exemplo reducunt. Hoc acti ſpiritu Hiſpaniam noſtram occuparunt, Italiam peragrant, & vſque ad extremos Indos diſſeminandæ fidei cauſa protenduntur. Vtriuſque ergò ſexus filij eius in hunc, quem retulimus modum inſtituti, & propagati gaudiũ ſunt, & corona Matris, cuius innocentiam, vitæ candorem, & verè virgineũ animum moribus referentes proteſtantur. Eiuſdem nos etiam aliquales teſtes ſumus, ſuo namque dum viueret aſpectu aliquando dignata eſt, duplicique inſtituti noſtri cœnobio, virorum inquam, fœminarumque ditauit. Eam ſanè cum illis interfectis, propter teſtimonium Dei, quod habebant, & ſub altari conſtitutis piæ mentis auribus ad Dominum querelas profundentem audiuimus, vt ſe ab illis, qui terram inhabitant, ideſt (vt rem totam cum Hieronymo proloquamur) à ſpiritibus nequitiæ, qui terrenorum corda per tyrannidem inuaſerunt, & poſſident, vindicaret: & dum expectare iubetur, vt impleatur numerus Fratrum ſuorum, ſtolam denuò accepit. Itaque primam illã, quam lauit in ſanguine agni, non exuit, ſed ſecundam ſuperinduit conſolationis, & gaudij; vt dum corpus eius, quod in cubili ſepulchri letatur, illuſtri namque, & inſolito Dei beneficio incorruptum perſeuerat, & ſuauiſſimum efflat odorem, mira fidelium deuotione inuiſitur, corporum ibi in deſperatis morbis, & animorum (quod maius eſt) etiam remedia percipiant: indeque illa teterrimi, & debacchantis hoſtis noſtri tyrannis paulatim imminuatur. Pietatis igitur ſtudio excitata veſtra hæc Complutenſis ſchola Theologorum Conuentu maiori ex parte coagmentata, ne prædictis beneficijs, clariſque Sanctæ Virginis pignoribus videamur ingrati, Beatitudinis Veſtræ pedes (quod abſentes non poſſumus) affectu tenemus, & oſculamur: ad illoſque ſupplices prouoluti enixè obteſtamur Sanctitatem veſtram, vt huius Virginis innocentiæ, & candori, quod æternæ felicitatis denario remunerata ſit, ſuum, quod vniuerſa attendit Eccleſia, teſtimonium exhibeat, prout in Domino viderit expedire. Hoc eſt etenim in terris inuentæ fortis mulieris pretium ab vltimis finibus petendum, à Sanctitate, inquam, Veſtra, quæ ſicut Deo eſt poteſtate confinis, & propinqua, ita vltimus terræ verſus cœlũ finis agnoſcitur religioſa ſollicitudine cõquirendum, illudque pro veſtra in Dinos pietate intrepidi ſperamus, intenta oratione noſtra conſecuturos. In omnibus benè vale, Beatiſſime Pater, & Omnipotens Deus Sanctitatem Veſtram nobis diutius ſeruet incolumem, quam Eccleſiæ ſuæ neceſſariam eſſe cognouit, Datum Complutí Anno Domini 1601 menſis verò Iulij die vigeſima. Beatiſſime Pater, Sanctitatis veſtræ pedes oſculãtur veſtri ſupplices ſerui Magiſter Petrus Ruiz malo Rector. D. Ludouicus Mõteſino. Doctor Sãtingo de Villalobos. Doctor Ioannes Buſtamantinus Zamorenſis Decanus: Magiſter Ludouicus Ferdinandus Decanus Artium.

Mandato Clauſtri, & Vniuerſitatis Complutenſis Ludouicus de la Serna Secretarius.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Epiſcopus Abulenſis cuius Diœceſim Tereſiæ natales, vita, mors, gratiæ, ac miracula præ cæteris exornabant, ſuo ac Capituli ſuæ Eccleſiæ, nec non totius Ciuitatis nomine Vicario Chriſti in hęc verba ſupplicabat.

Bea-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Bèatissime Pater.

IN hac infelicissima temporum, ac rerum vicissitudine, Sanctissime Pater, quando Hæreticorum peruersa factio, tam inter se dissidens, quam aduersus Ecclesiam vnanimis, tum fallacibus doctrinis, tum (quod peius est) corruptissimis exemplis sanctissimum pœnitentiæ studium attentat oppugnare, idemque à fidelium cordibus procul arcere; haud sine Diuino numine in his Hispaniarum regnis claruit fœmina quædam nomine Teresia à Iesu ex hac Ciuitate Abulensi oriunda, nobili genere, sed prodigijs, & virtutibus longe nobilior, quæ Ordinem mitigatum Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo aliquandiu professa, diuino ardore succensa, virili pectore armata, miraq; in rebus gerendis dexteritate prædita Carmelitanum Ordinẽ refecit, ac in pristinum nitorem veteremque illam, ac pænè incredibilem antiquorum Patrum duram viuendi normam restaurauit. Qui ordo Sanctissimus Apostolicæ Sedis benignissimo auspicio adeo diffusus est, vt breuissimo tempore totam ferè Hispaniã implenerit, bonamque Indiarum, & Italiæ partem occuparit, innumeris vtriusque sexus tum opibus, tum nobilitate præditis ad hanc Religionẽ auidissimè accurentibus, è quorum doctrina, & exẽplis in euertendis hæreticis, Catholicis firmandis, moribusque reformandis, haud contemnendam frugem Ecclesia Catholica legit, & collectura est. Cumque ad eius Sanctitatem comprobandã sat esset hanc beatissimam fœminam vnius Ordinis dixisse inuentricẽ (quis enim Religionem erexit, quam Deus non rexit?) supremum namque illud Numen, quos ad aliquid elegit, seligit, & quos ad dignitatem vocat dignos facit, & pro magnitudine operis magnã confert sanctitudinem. At pluribus alijs, manifestioribusque signis eandem Sanctitatem comprobauit. Primo: quã-plurimis, euidentibusque miraculis, quæ viuens, & iam ad superos recepta patrauit. Scripsit libros duos, in quibus quæ ad cælestem contemplationem, mysticamque Theologiam pertinent vulgari idiomate, sed tali rerum proprietate tractauit, vt omnibus perfectis, & doctioribus, illis in magisterium, his in admirationem maximã habeatur. Prophetiæ, ac discretionis spirituum gratia donata est. Venerabile eius corpus integrum, & incorruptum plures post annos perseuerat, quod & liquoris quandam speciẽ, & suauissimam odoris fragrantiam perpetuò spirat. Acclamant cuncti cuiuscumque status, & conditionis sint, & prædicant mirabilia eius, quam ego velut verè sanctam apud me ipsum sine dubio veneror. Quapropter Beatitudinem Vestram, Sanctissime Pater, humiliter, & enixè deprecor, quatenus pro vestra benignitate, & muneris ratione huius pijssimæ fœminæ Canonizationi manum admouere dignemini, vt Deus, qui in Sanctis suis mirabilis est, etiam in nostris temporibus identidem prædicetur, qui per manum prudentis fœminæ Hæreticorum confusam manum contra Ecclesiam blaterantium fregit, & fecit gloriam magnam in Israel. Hæc à Vestra Beatitudine enixè peto, obtestorque quantùm vniuersales rationes, quibus Hispaniarum præsules omnes ad huius dignissimæ fœminæ Canonizationem procurandam adstringuntur, quę vtique claret, & celebratur, me specialiter tenent, qui licet indignus huic Ciuitati, & Diœcesi Abulensi vestra gratia præsideo, in qua ipsa, & primam auram vitalem hausit, & à Diuino spiritu primordia Sanctitatis accepit, & prima suę Religionis fundamenta iacta sunt. Tum præterea, vt votis totius Capituli huius Sanctę Ecclesię, petitionique totius Ciuitatis, ac populi satisfacerem, qui omnes vno ore, ac summo affectu à me petierunt, vt super hoc Beatitudinem Vestram interpellarem, cuius in hoc, & in alijs iudicium, ac sententiam scimus & confitemur, & rationi magis consen-

ſententeam, vtiliorem, ac Deo ſine dubio fore gratiorem, qui & veſtrum ſtatum, & digniſſimam perſonã in maius bonum totius Eccleſiæ ſuæ augeat, proſperet, feliciterque tueatur. Abulæ 12. Kal. Septembris 1602.

Sanctitatis V. ſeruus humillimus.
Epiſcopus Abulenſis.

Regna etiam Caſtellæ veteris, ac nouæ deuotionis auitæ ſpecimen decreta ad Pontificem ſupplicatione pro cauſa Tereſiæ renouarunt, & & nobilium animorum pietatẽ ſub hac ſentẽtia profuderunt in lucem.

Beatiſſime Pater.

INter multa, ac magna beneficia, quæ ab Omnipotentis Dei manu quotidie ſuſcipiunt Regna Hiſpaniarum, non infimum locum obtinet deuotio, ac reuerentia ſingularis, quam gerunt erga Sanctos, Sanctorumque reliquias, & Diuina maieſtas fauores ſuos continuans dignata eſt his temporibus ex eiſdem ſuſcitare nonnullos viros, ac mulieres, qui deſuper accepto ſpiritu, ac luce cum Diuinæ gratiæ adiutorio tantam virtutum perfectionem, ac vitæ ſanctitatẽ adepti ſunt, vt indicia nobis eſſe poſſint Deum ſibi in eis complacere, & certa pignora maiorum bonorũ, quæ expectamus. Inter hos merito numeratur Tereſia à Ieſu in inſigni, & antiqua ciuitate Abula nobilibus, pijſq; parentibus genita. Quæ Monialium Carmelitanarum Regulam mitigatam prius profeſſa, ac peculiari inſpiratione Dei inuitata tantum ſuo labore, prudẽtia, ac vita exemplari valuit, vt ordinem illum reformauerit, eiuſque Fratres, ac Moniales reduxerit ad Sancti Alberti Regulam primitiuam, & ad rigorem vitæ, quem Sancti Patres, & Prophetæ in deſertis montis Carmeli obſeruarunt, & triginta annorum ſpatio eius induſtria, ac Sanctitate in Hiſpania, Indijs, Italia magnus Conuentuum numerus pro eiſdem Religioſis ſit fundatus, qui vitæ ſanctitate, ac doctrina multum præſtiterunt ad reformationem morum in locis vbi reſident. Corpus eius ſine vlla corruptione permanet, elapſis iã à die obitus annis quatuordecim, editis dum vineret admirandis Sanctitatis ſuæ monumentis. Quam ob cauſam hæc regna particulari deuotionis affectu exoptant, dignetur Sanctitas Veſtra collocare eam in glorioſorum Sanctorum numero, & D. Ferdinandus de Toledo Prior Ordinis Equitum Sancti Ioannis teſtamenti tabulis ſufficientem reliquit pecuniarum ſummã ad ſumptus neceſſarios pro diligentijs, & verificationibus faciendis. Et quia in hunc vſque diem ſuperſunt multæ perſonæ litteris, & authoritate præſtantes, ex ijs, qui teſtes fuerunt plurium miraculorum, quæ in ipſa, & per ipſam Dominus operatus eſt, & ætatis prouectæ gratia quotidie deficere poſſunt; humiliter Beatitudini Veſtræ ſupplicant hæc regna, iubere dignetur, vt quantociùs expediatur bulla, & cõmiſſio demandetur alicui prælatorum ad authenticam informationem capiendam ſuper vita, morte, ac miraculis antequam teſtes deficiant, quam Sanctitas Veſtra conſeruari præcipiat, vt tempore ſibi, vel Sanctiſſimæ Sedi benè viſo ad vlteriora procedatur. Et quia in eiuſdem negocij progreſſu aliquot menſium tempus inſumere neceſſe erit, ſi Veſtræ Sanctitati placuerit, dignabitur iubere, vt illud Epiſcopo Abulenſi committatur, in cuius Diœceſi agendum eſt, & Fratri Didaco de Iepes Ordinis Sancti Hieronymi ſuæ Maieſtatis Confeſſario, perſonis admodum doctis, maximæ charitatis, ac virtutum exemplis, & tam pijs, vt nullum recuſent laborem, quem pro re tam ſancta oporteat ſubire. Maxima erit gratia pro Regnis his, ſicut & cæteræ, quas à Beatitudine Veſtra ſemper recipiunt. Dominus Deus ſanctam perſonam Beatitudinis Veſtræ conſeruet, quemadmodum hæc Regna deſiderãt, & tota Chriſtianitas indiget. Madrito.

Beatiſſime Pater.

Humile, ac deuotum Regnum Caſtel-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

ſtellę, *quod beatiſſimos pedes deoſculatur. Ex Regni Conuentione D. Ioannes de Heneſtroſa Secretarius.*

Quas omnes litteras, ac ſupplicia vota Dux de Seſſa Orator Regis Hiſpaniarum Clementi Octauo Pōtifici Maximo menſe Septembri anni Milleſimi ſexcenteſimi tertij humiliter obtulit, iterumque pro Canonizationis negocio ſedulus inſtitit. Verùm cum propè diem diſceſſurus foret, nihil vlterius ab eo effectum fuit. At verò nouus Orator Marchio de Villena Canonizationis S. Tereſię negocium inter primas legationis ſuæ curas reponere Regi ſuo carum, ſibique glorioſum eſſe exiſtimauit. Romam igitur veniens rurſus Regis ſui vehemēs deſiderium, deuotumque affectum, quo Tereſiæ Canonizationem efflagitabat, grauibus, deuotiſque verbis Clementi Summo Pontifici expoſuit; cumque iterum Pontifex Cardinalibus Sacræ Rituum Congregationis cauſam examinandam commmiſiſſet, omnes Cardinales conuenit, atque obteſtatus eſt, eoſdemque Regis nomine ſuper cauſæ meritis Dominus Peña Rotæ Romanæ Auditor doctrina, ſcriptiſque celeberrimus informauit. Dies, qua negocium tractaretur, indicta fuit ſeptima Februarij anni Milleſimi ſexcenteſimi quarti, conueneruntq; ad Congregationē Cardinales numero decem: Cardinalis Comenſis Collegij Decanus, Cardinalis Florentiæ, Cardinalis Pinellus, Cardinalis Gallus, Cardinalis de Monte, Cardinalis Ioyoſa, Cardinalis Baronius, Cardinalis Farneſius, Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum, Cardinalis Perettus, viri non ſolùm dignitate, ſed doctrina, nobilitate, virtutibus, ac omnigena meritorum laude Eminentiſſimi; atque omnes vnanimi, & concordi conſenſu valdè laudauerunt Beatā Matrem Tereſiam de Ieſu, tanquam ſingulariſſimam, & prę clariſſimam mulierem, innumerabilibus virtutibus, ac meritis ornatam, & Deo, vt credebant, acceptiſſimam; & adeo cenſuerunt, ac decreuerunt litteras remiſſoriales in genere de fama puritatis vitæ, de fama Sanctitatis, ac miraculorum dictæ Beatæ Matris concedi poſſe, & debere, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit; qui Sanctiſſimus audita de præmiſſis relatione, ſententiam Sacræ Congregationis laudauit, & approbauit. Sed quia ijdem Cardinales in alia Congregatione habita vigeſima prima Februarij iudicauerunt, vt omnia rectè fierent, neceſſarium eſſe, vt Sanctiſſimus per Breue ſpeciale committeret huiuſmodi negocium Sacræ Congregationi; ideo præfati procuratores noua ſupplicatione facta obtinuerunt litteras in forma Breuis die vigeſima quarta Aprilis 1604. expeditas, atque *ad Sacram* Congregationem directas, quibus eidem iniungit, ac plenam facultatem concedit Pontifex, vt inquiſitionem de miraculis bonæ memoriæ Tereſiæ à Ieſu, de fama, ac deuotione populi, alijſque denunciandis in genere, viris *in Eccleſiaſtica* dignitate *conſtitutis* poſſint committere, atque vt quæ inuenerint fideliter reſcribant, ſimulque aperiāt, an eis videatur ſuper veritate eorūdem in ſpecie committendam inquiſitionem. Fuerunt hæ Pontificis litteræ ea, qua decuit, reuerentia in Sacra Congregatione reſeratæ; & vocatus Pater Petrus, vna cum adiunctis Patribus, ac Procuratore Regis remiſſoriales litteras petierunt, & obtinuerunt octaua Maij eiuſdem anni, Salmantino, & Abulenſi Epiſcopis inſcriptas, quibus ſubſcripſerant: Ptolomeus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Comenſis, Alexander Epiſcopus Prænestinus Cardinalis Florentiæ, Dominicus Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Pinellus, Franciſcus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis de Gioyoſa, Anto-

Digitized by Google

Antonius Maria titulo Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Gallus, Franciſcus Maria titulo Sanctę Mariæ in Araceli Presbyter Cardinalis à Monte, Antonius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum, Cæſar titulo Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Baronius, Odoardus Sancti Euſtachij Diaconus Card. Farneſius, Andreas titulo Sancti Angeli in foro piſciũ Diaconus Cardinalis Perettus. Atque hic eſt primus Canonizationis Tereſiæ noſtræ ſtatus, quem habuit ſub Pontifice Clemente Octauo. Nã quæ deinceps ſub Paulo Quinto contigerunt, referemus ad annum milleſimum ſexcenteſimum decimũ quartum, cum in Beatorum numerum fuit relata, ac denique ad annum 1622. ſub Gregorio XV. qui eam ſolemniter Sanctorum Albo inſcripſit, totam hiſtoriæ Canonizationis eius ſeriem, Deo fauente concludemus.

CAPVT XV.

Quatuor Patres meritis inſignes Pontificis Iuſſu ex Hiſpania ad Congregationem Italicam aduocantur, inter quos præcipuè claruit V. P. N. Dominicus à Ieſu Maria, cuius hìc ſtupenda vitæ primordia referuntur.

QVantus in Sacro Clementis VIII. pectore arderet zelus, tùm fidei propagandæ, tùm Eccleſiæ reformandæ, toti Mundo illuſtria tanti Paſtoris acta teſtantur. Quamobrem Religioſos virtutibus inſigniores impenſiùs diligebat, & paterno promouebat affectu, atque in ſcopum debellandæ infidelitatis inſtigabat, & adiuuabat. Hinc nouam Diſcalceatorum Congregationem, ceu partum proprium, ad tàm ſublimem finem induxit, vt libro ſequenti dicturi ſumus. Sola tam glorioſo facinori videbatur obſtare paucitas Religioſorum, ætate præſertim, atque experientia prouectorum: Quod impedimentum, vt amoliretur Benignitas Apoſtolica, expedito Diplomate dedit in mandatis Illuſtriſſimo Domino Dominico Gymnaſio, ſuo per Hiſpanias ea tempeſtate Nuntio, vt quatuor Patres ex Congregatione Hiſpaniæ, iuxta nominationem P. Petri à Matre Dei, tranſmitteret in Italiam. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Erat inter eos præcipuus P. Fr. Dominicus à Ieſu Maria, obſeruantiæ ſpeculum, virtutum norma, fama ſanctitatis iam tum per Hiſpanias celebratus, & qui poſtmodum vnus fuit ex Atlantibus, qui molem rigoris primitiui ſuſtinuerunt. Non exiſtimo me muneri meo ſatisfacturum, niſi hoc in loco benenolo lectori paucis explicem, quis ſit Pater ille Dominicus, quibus initijs, ac progreſſibus virtutum ad eum peruenerit perfectionis ſtatum, eamq; apud Deum promeruerit ſanctitatẽ, & apud homines celebritatem: Præſertim cum in ſequentibus plurimus de eo ſermo recurrat. Ne ergo dicendorum culmina ſine fundamento corruant, accipe, deuote lector, huius viri vitam vſque ad hunc annum, ſed compendio, quàm potero, breuiore concinnatam.

Natus eſt Bilbili (vulgo Calatayud) clariſſima apud celtiberos, ac præcipua Ciuitate ad Salonem Fluuium ſita, optimi ferri mineralibus abundante, magnitudine, diuitijs, cæteriſque temporalibus prę-rogatiuis, inter celebriores nobiliſſimi Aragoniæ Regni, annumerãda. Hæc ſanè vrbs ex hoc etiam multis totius Hiſpaniæ meritò prę-ferendã, quod antiquitate venera-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

bilis omni tempore clarissimos in doctrina, ac pietate Ciues produxerit, inclytosque habuerit incolas, inter quos prioribus sæculis emicuit Martialis ille Poeta in conscribendis epigrammatis acutissimus; hoc verò vltimo Dominicus noster nunquam satis laudandus, cuius (vt ex dicendis constabit) tanta fuit sanctitas, vt natale solum, & si alijs ignotum foret titulis, illustrem, ac nominatissimum reddere potuisset.

Pater eius Michael Ruzzola, vel corruptè Orzola, vocabatur, Cantaber origine, ac natiuitate, vir conditionis honestæ, Iustus, ac Timens Deum: qui Bilbilim veniens matrimonium inijt cum Domina Hieronyma Lopez, Viragine Selecta, sibique conditione, ac virtute persimili, & in eadem Vrbe oriunda; sed tam eximia specie, singularique condecorata pulchritudine, vt communi omnium voce formosa Hieronyma cognominaretur. Ex hoc fælici matrimonio vndecim seu filij, seu filiæ prodiere, commendabiles omnes, oprimisque parentibus haud absimiles. Duo ex ipsis spirituali Religionis militiæ nomẽ dedere, totoque vitæ tempore Domino fideliter inseruierũt. Primogenitus Patris nomine Michael Ruzzola vocatus, Sanctique Dominici Religionem ingressus, adeò excellenti ingenio præditus fuit, vt Doctoralem Sacræ Theologiæ lauream adeptus fuerit, & insignis Verbi Dei Concionator euaserit; pluresq; postmodum doctrinæ suæ, seu Scholasticæ, seu Sacræ Discipulos, assecla sque habuerit. Quarto genitus fuit noster Dominicus, qui ad instar Ioseph, vel Dauid inter filios Iacob, & Iesse, à Domino inter Fratres electus, ab ipsomet à conceptione sua mirabiliter protectus, posteà verò in gratia creditur confirmatus; nec à Deo solo, sed ab hominibus quoque, ac præsertim parentibus, summè dilectus, præ cæteris eorum filijs affectu tenerrimo amatus fuit. Et sanè *Sicut Stella differt à Stella in claritate*, vt inquit Spiritus Sanctus, *Sic erit in Regno Dei*; Vbi Sancti alij alijs in gloria Superiores, & illustriores euadẽt. Quapropter Christus Dominus ait in Euangelio: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*; Ex illis etenim, qui supremas has Sedes occupaturi sunt, nonnulli statim ab initio præueniuntur diuinæ gratiæ charismatibus, alij postmodum vocantur, & ad illas gatria duce perueniunt, alij denique velut inuiti sub vitæ finem compelluntur intrare. Illos autem, quos Deus eminenti præeligit sanctitati, *solet* vt plurimum præuenire in benedictionibus, vt longa posset huiusmodi Sanctorum inductione, tam ex sacris, quàm ex pijs alijs petita Historijs probari.

Ex horum illustrium Sanctorum numero fuit noster Dominicus, quẽ adhuc in matris vtero latentem *tot* diuina illustrarunt prodigia, vt ipsamet mater eorum conscia iam ipsi grandæuo dictitare solita fuerit, vel illum Sanctum maximum, & inter primos annumerandum euasurum, si diuinis fauoribus, beneficijsque corresponderet, vel ingratitudine, ac malitia diabolum, si eisdem fauoribus, & beneficijs obicem poneret, & incautè abuteretur. At meliori sorte, vel vt rectiùs loquar, singulari clementissimi numinis misericordia, & prouidentia factum est, vt hæc diuina prodigia tàm varia, tàm mira, quæ grauidæ matri contigere, fæliciùs futuram fœtus sanctitatem non ambiguè prognosticarint. Mater igitur intẽtata iusta Dei sententia tum Protoparenti Euæ, tum cæteris mulieribus tædia, quæque ipsa, dùm priores filios gestaret vtero, experiri consueuerat, in sancti huius fœtus baiulatione nunquam persensit. Quinimò persæpè Angelos non solùm mentis, verùm etiam corporis oculis, quasi gra-

gratulabundos Filio, eiuſque curã, & protectionem ſuſcipientes vidit; ſuauiſſimam cæleſtium illorum ſpirituum, Serui Dei aduentum feſtiuis cantibus celebrantium, muſicam aure, cordeque percepit; Ac demũ gratiſſimam ſupernorum odoramẽtorum fragrantiam, non qualem terreni flores mortalibus, & in hoc corporali ergaſtulo degentibus, ſed quam immortales illæ Cœleſtis Paradiſi plantæ Beatiſſimis incolis ſpirare ſolent, toto eo tempore experta eſt. Quæ quidem omnia eò frequentiùs illi contigerunt, quo propius ad Dominici partum accedebat. Vnde poſtmodùm ipſamet ingenuè fatebatur, ſe nunquam lætiores, ac commodiores anima, & corpore duxiſſe dies. Myſtico etiam, ac planè Prophetico recreata non ſemel ſomnio, viſa eſt ſibi parturire filium, qui verbis efficaciſſimis rete texeret immenſum, mundoque expanderet, quo maximam hominum multitudinem caperet, plurimſaq; in Dei ſeruitium animas irretiret. Quapropter nobis minimè inficiandum eſſe cenſemus, ſi dixerimus ipſum meritò Petro, & Andreæ connumerandum fore, quibus Chriſtus Dominus dixit: *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum.*

Tot ergo prodigijs præſignatus Dominicus natus eſt anno reparatæ ſalutis milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo nono, ſub die decima ſexta menſis Maij; Pauli IV. Pontificis Maximi anno vltimo, quarto verò tùm Ferdinandi I. Romanorũ Imperatoris, tùm Philippi II. Hiſpaniarum Regis, fauſto quidem toti Mundo, fauſto toti Eccleſiæ fẽlici tanti viri, tantique Sancti ortu, ſed miſerrimis Anglis infauſto, ob hæreſim olim ab Henrico VIII. in eorum Inſula introductam, & poſt eius obitum à Maria Regina proſcriptam, mox ab Eliſabetha ſuccedente tanto Fidei Catholicæ detrimento denuò renouatam. Quemadmodum autem prioribus geſtationis menſibus nullo pia mater grauamine, nullo tædio affecta eſt, ita in illius fælici partu nulla moleſtia, nullo dolore perculſa, quin potiùs ſummo dulcore, ſummo gaudio fuit perfuſa: ita quod natum poſt hac Dominicum præ nimia, qua illum proſequebatur, amoris teneritudine, dulciſſimum illum, ac deliciarum ſuarum filium vocitare ſoleret. Prodijt verò ex vtero matris nouo, atque inſolito, ſeu naturæ, ſeu diuinæ ordinationis prodigio Infans prodigioſus dentibus omnibus præditus, firmis, ſolidiſque quos ad vltimam vſque canitiem, hoc eſt, vſque ad ſeptuageſimum ætatis annum, quo vita functus eſt, incorruptos ſemper, inconcuſſoſque conſeruauit. Molares attamen duos excipe, quorum vnus propè vitæ finem in fruſta concidit, alterum verò in adoleſcentiæ flore, patiendi potiùs deſiderio actus, quàm coactus neceſſitate, ferreis inſtrumentis Cæſar-Auguſtæ tradidit expungendus, quique Chyrurgi aſtu, ipſum ſuper tectum proijcere mentientis, ſeruatus, nobilique matronæ poſtmodũ traditus, atque in pretioſa Theca, ſeu Reliquiario poſitus, maxima cum veneratione hactenus cuſtoditur, & colitur.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Cæterum ne tanti viri ortum abſque debita circumſtantiarum ponderatione præterijſſe videamur, duo nobis hìc aduertenda ſunt, annus videlicet, & dies, quibus in lucem prodijt. Circa annum igitur, quis non arcano Diuinę Prouidentiæ conſilio factum putet, vt Eccleſiæ ſuæ clementiſſimus Deus acerrimũ hunc hæreſis impugnatorem, ac infenſiſſimum peruicacium hæreticorum hoſtem, victoremque glorioſum tunc præparauerit, cum hæreſis ipſa in Anglicana rebellione plurimum inualeſceret, & hæreticæ prauitatis aſſeclæ, ſuper arenam maris multiplicati, claſſicum inſonarent,

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

narent, ac diabolica sequerentur vexilla? Quantum verò ad diem natalem attinet, nemo est, qui non videat, eam non sine oculatissima, diuinæ quoque Prouidentiæ dispositione, in festum Sancti Simonis Stock incidisse, vt potè qui Anglus, & Carmelitici Ordinis Præpositus Generalis, Sacroque Scapulari à Deipara Virgine donatus in signum maternæ protectionis; eo ipso die futurum, & in singulari eiusdem affectu, & in Generalis munere successorem, nec non Anglicanæ superstitionis auxiliares hæresi copias in Germania subministrantis osorem, ac triumphatorem, Beatissimęque Virginis in sua Imagine grauiter lęsæ defensorem, vel impetrauerit, vel præmonstrauerit.

CAPVT XVI.

Prodigiosa, mirisque virtutibus, ac singularibus miraculis emicans V.P.N. Dominici puericia describitur.

NAtus Dominicus tertia post natiuitatem die, Sanctæ Pudentianæ Sacra, in Ecclesia Sancti Ioannis de Vallupier, Ecclesiæ Catholicæ more, Sacro Baptismi fonte tinctus est; Sanguinisque Christi virtute aquis salutiferis trãsfusa ab originalis peccati macula mundatus, ex tunc in diuina gratia creditur confirmatus; vt potè, qui toto reliquæ vitæ decursu tot miraculis, tot tantisque Spiritus Sancti animam inhabitantis charismatibus minimè coruscasset, nisi in ea constanter perseuerauisset. Dominici nomen, non sine arcano singulariq; diuinæ præscientiæ consilio, atque afflatu, sortitus est. Etenim verè Dominicus, hoc est, totus Domino consecratus; totus supremo illius dominio, obsequioue mancipatus semper, atque immobiliter extitit. Tùm Sancto Dominico Prædicatorum Patriarchæ, alteriq; eiusdem nominis, Loricato tamen cognominato, similis euasit, illi quidem in Angelica puritate, isti in austeritate vitæ, vtrique verò in eximia sanctitate, continuisque prodigijs; vt meritò tam augustum eorũ nomen, non secus, ac virtutes, hæreditasse videatur.

Illum pia genitrix, quem tot instructa prodigijs Deo iam charissimum, & hominibus postmodùm venerandum fore prudenter conijciebat, teneriori prosequebatur affectu; nec vt cęteros nutrici tradidit alendum, sed proprijs vberibus ipsa lac præbuit, impositò, dum sugeret ori funiculo, ne morderetur, aut duris incaútè dentibus offenderetur. Vnde grandior factus lepidè solebat dictitare: Se instar feræ dentibus armatum prodijsse in lucem, & fræno domitum adoleuisse.

Lactente filio Angelicam harmoniam læta sæpius aure carpebat; ijs præsertim diebus, quibus Christi Domini, aut Sanctissimæ Virginis solemnitates in Ecclesia celebrãtur, aut eorum Sanctorum recolitur memoria, in quos Dominicus senior factus ampliori deuotione ferebatur, quosque in præcipuos assumpsit Patronos. Quo etiam tempore Angelorum custodiæ suæ deputatorũ præsentia, visuque nonnunquam ita iucundabantur, vt Infans sugendi lactis obliuisceretur, deuota Parens sumendi cibi, ambo pastu, potuq; cælesti saturi. Harum quoque per id tempus supernarum cantionum, visionumue particeps fuit grandæuior Dominici Soror, nomine Maria, quæ primum cum reuerentiali quodam terrore, posthac verò cum maxi-

Digitized by Google

maxima mentis ſuauitate ijs non ſemel fruebatur.

Præfatos, ſimileſque Cæleſtium fauores prouectiori deinde filio, iãque rationis, ac proinde iuſtæ æſtimationis vſu prædito enarrare conſueuerat pientiſſima Mater, quibus veluti ſtimulis ad maiora timoris, amoriſue Dei incrementa vrgebatur, atque accendebatur. Illos tamen, vt humilis erat, & ſi cum maxima grati animi ſignificatione, tanquam præcipua ſibi à Deo collata beneficia veneraretur, non ſuis, ſed optimæ Matris meritis referebat. Sciebat enim, diuino edoctus magiſterio, quod ait Gregorius hom. 9. in Euang. videlicet, *Quod cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum, ac proinde tanto eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione*. Hinc continua tantorum in ſe beneficiorum Dei contemplatione acriùs in eius excitabatur obſequium; Et vt prudens, ac ſubtilis eſt humilitas ex eorum intuitu aſſiduum contemptus ſui ſenſum percipiebat, ſeque viliſſimam, & erga Deum ingratiſſimam creaturam ſolebat nominare.

A primis his infantiæ ſuæ annis admodum procliuis erat in lachrymas, & quidem non moleſtas alijs, ſed gratas, atque deuotas; adeò vt donum lachrymarum ex tunc illi diuinitùs cõceſſum facilè credatur. Cum ſic interdũ deuotè collachrymaretur, nec à fletu cohiberi valeret, illi ſatis erat oſtendiſſe Cælum, vt eius viſu recreatus à planctu, abſiſteret, ac intimo cordis iubilo amabiliter ſubrideret: hoc ſanè modo virtualiter indicans, ſe terræ incolatum velut exilium plangere, & ad Cæleſtis Patriæ aſpectum gaudere. Vnde cum B. Ignatio poterat exclamare: *O quam terra ſordet, dùm Cælum aſpicio!* Et meritò certè terram debuit hoc pacto faſtidire, qui ad cæleſtium deliciarum contemplationem, imò & fruitionem, eiuſmodi ſe prognoſtico natum demonſtrabat. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Mira quædam in primis iſtis vitæ incunabulis patrauit mirabilis puerulus, quæ celebrem ipſum, & omnibus venerabilem effecere. Vnũ pro omnibus proferam Diuina Prouidentia memoriæ commendatum, dignum profectò quod poſteritati tradatur, nec vlla vnquam obliuione deleatur. Fuit igitur cuidam mulieri filius, lactens adhuc, & ab vberibus pendens, tot morbis, tot angoribus preſſus, vt continuis diù, noctuque, ſeu lachrymis, ſeu lamentis materna viſcera dirè torqueret. Afflicta Parens, cum pueruli Dominici prodigia reſciuiſſet, & in eo ſibi ſolatium, filio verò remediũ ſe reperturam credidiſſet; fidenter ad matrem Dominici accedens, enixè poſtulat, vt pro immenſa, qua pollebat charitate, vel ſemel morbidum filium vberibus, quibus lactabatur Dominicus, admoueret, vel proprijs, quibus ægrotus filius alebatur, Dominicum admoueri pateretur. Votis annuit deprecantis pia Dominici genitrix, & (res mira, ſed fide dignis relationibus cõfirmata!) ad primum mamillarum contactum infirmo puerulo ſalus repente cum lacte inſtillata, atque transfuſa eſt. Quo facto vtriuſque Matris in Dei laudes erupit exultatio, atque alacritas, cæterorumque omnium creuit admiratio, & in Dominicum deuotio, vniuerſis iure applaudentibus, ac vna voce acclamantibus: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti*: & iterum: *Quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo.*

Procedentibus deinde annis, vix dici poteſt quantum in donis, ſeu naturæ, ſeu gratiæ, profecerit Dominicus. Specioſiſſimum, ætatiq; apprimè proportionatum ſortitus eſt corpus; decoram faciem, ſingulari

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

lari forma intuentes allicientem; os planè aureum, rubricantibus labris ſumma ſuauitate, ac pulchritudine hinc inde perfuſum; viuidos oculos, adeòque acri acumine perſpicaces, tantaque cum ſole ſymphatia præditos, vt ipſum, more Aquilę, acrioribus die medio ſplendentem radijs intueri firmiter, & abſque ſui, vel incommodo, vel detrimento, imò verò maximo cum oblectamento valeret.

Ingenio ſupra ætatem, & ad ſtuporem vſque vegeto, teneris etiam his vitę primordijs, potiebatur egregius puerulus: adeò vt acceleratum in eo rationis vſum, non ſine fundamento coniectari liceat. Quàmprimum igitur in pueri mẽte lux emicuit rationis, ad Cathechiſmum, Grammaticam, cæteraque humaniorum littẽrarum rudimenta, iuſſu parentum ſe ſe applicuit, nulli condiſcipulorum ſecundus, quin potius omnium primus, & ſuperexcellens, & morum gratia, & diſcendi diligentia, & ingenij felicitate.

Priuſquam ad Gymnaſium conueniret, quotidiè Sacro Miſſæ Sacrificio, vel intererat, vel miniſtrabat. Ex quo tempore magna cæpit erga Sanctiſſimum Sacramentum deuotione ſuccendi. Et iam tùm viuacitatem Fidei infantili ſimilitudine ſolebat exprimere, dicens: *Sic Venerabile Chriſti Corpus ſacris velari ſpeciebus, ſicut latet Pullus oui tortice.* Nec indignatus eſt Saluator comparari pullo, qui ſub gallinæ parabola ſuum nobis deprędicauit amorem. Vnde puerilis ętatis affectum ſenſibili formoſiſſimi Infatis aſpectu remuneratus eſt: Et Dominicus exiſtimans hoc Sacræ Hoſtiæ ſpectaculum omnibus præſentibus eſſe conſpicuum, varijs geſtibus apparenti puero reuerentiam exhibebat, ac feſtiuè blandiebatur; Indèque conceptam mentis iucunditatem multas per horas continere vix poterat, ne in riſum erumperet modeſtum, ac decorum.

A Scholis Noſochomium frequentabat, vbi tenero compaſſionis oculo, ac ſenſu quemque decumbẽtium viſitans, non abſque aperto morbos delicatiori corpore contrahendi periculo (quo tamen à charitatis propoſito nequaquam deterrebatur) offerebat, impendebatque imbecillum quidem auxilium; ſed magnum paulatim tùm precibus, tùm cohortationibus ſuſcitabat charitatis incendium. Vbi enim ad præſtandum ægris obſequium vires deficiebant, mira humanitate, ac manſuetudine compenſabat, verbis efficaciſſimis ſolabatur, & ad tolerantiam animabat; ac demùm, dum alia non ſuppeterent media, Deum cnixiùs exorabat, vt ipſis vel ſanitatem reſtitueret, vel patientiam ad meritum largiretur.

Verbi Dei præcones tunc quoq; ſtudioſiùs audiebat, ex eorum doctrina, ac deinde *infuſa luce* ſententias aureas deliberauerat, quas alta mente, tenacique memoria retinebat; quibuſnc e re nata opportunè prolatis, in familiari colloquio pietatem ſocijs inſtillabat: Itaque ob cauſam Senecinus, à ſententioſo Seneca deducto diminutiuo, paſſim cognominabatur. Inde tam peritè artem didicerat documenta ſpiritualia ex creaturis corporeis eliciẽdi, vt quidquid ei ab alijs offerretur, ſiue Crux, ſiue Imago, ſiue flos, ſiue pomum, ſiue aliud ſimile ad altiora ſtatim ſenſa referret, erutaque ex ijs ſalutis monita tam feruido actus Spiritu poſtmodum proponebat, vt auſcultantium animos in admirationem raperet, eorumue corda ignitis verbis, ſeu iaculis diuinum amorem ſpirantibus, traijceret.

Longum foret proſequi amorem ſolitudinis, mentalis orationis ſtudium, perpetuæ præſentiæ Dei ſollicitudinem, ac curam. In quam rem

rem Angelus Custos per diem admonitoris, per noctem ad binas, ternasue vt plurimùm horas excitatoris fungebatur officio, ne à iugi rerum cælestium meditatione, aut impediretur somno, aut mentis euagatione diutiùs retardaretur. Hinc tenerrimam erga fidelissimum hunc, ac beneficum Angelum fouebat deuotionem, in cuius præmium simul & augmentum, sensibili eum sæpiùs sui apparitione, familiarique contubernio dignabatur; nec rarò etiam alios secum Cælestes Spiritus, maximèque custodes Matris, Sororis, aliorumue, quos impensiùs diligebat Dominicus, ad ipsum deducebat, vt vel gratissimo eorum aspectu recrearetur, vel ad eos pro dilectis sibi personis Intercessoris munus obiret. Nec tamen inter ista Beatorum Spirituum beneficia, bonorum omnium hostis infensissimus, ijs velut œstro, rabieque percitus, suas oblitus est aut fraudes, aut minas; & sæpè tortuosi serpentis, aut molossi ferocis, aut horribilis monstri figura beatum puerulum perterrefacere tentauit; sed frustra, cum tenerum pectus gratia protegeret omnipotentis, & ad omnes inimici crudelissimi ausus intrepidum, inconcussumue redderet.

Cæpit ex tunc Deiparam Virginem, quam velut matrem innato potiùs, quàm peregrino, & de foris aduecto prosequebatur affectu, speciali cultu honorare. Salutationem eius Angelicam, coronamque sedatè admodum recitabat, vt lentæ verborum prolationi Mysteriorum contemplationem adiungeret; illorum sensum, suauissimæ ad instar melodiæ, non tam corporis, quàm mentis aure perciperet; immensaq; eorum dulcedine intimiùs, ac diuturniùs cum maxima cordis iubilatione frueretur. Primitiua hæc Dominici erga Dei Matrem, & Angelorum Reginam pietas sic eius afficiebat animum, vt illum continuè ad ipsam erigeret, & ad eos, quos eidem deuotos nouerat, specialiter inclinaret, & vrgeret propendere. Et vt pietas ingeniosa est, in eiusdem Sanctissimæ Virginis cultum Litaniam quandã contexuerat Sanctorum, qui feruentiorem ei famulatum exhibuisse narrantur; & magno sensu frequenter inuocabat, vt Parthenicæ deuotionis eorum interceſſionibus mereretur fieri particeps. Hinc Misericordiæ Mater pium acceptans obsequium Dominicum suis solebat dignari conspectibus, eo stipata Sanctorum Choro, quos in Litania inuocabat.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Virginitatẽ, ac Pudicitiam, austeritatẽ, ac mortificationẽ, adeò coluit, vt Matris etiã, ac Sororis blanditias adhuc Infans refugeret; nec vnquã vel sanus, vel infirmus, lectoue decumbens, aliquam detegeret corporis partem, præter manus, & caput. Quapropter frigus, inediamque libenter tolerabat; hyeme ab excitatore Angelo noctu ad orãdum surgere iussus è lecto alacriter exiliebat, genibusque flexis in tempestæ noctis silentio, externo quidem frigore rigens, sed interno simul calore æstuans, orationi vacabat. Quod sane orationis genus rigidioris quoque mortificationis opus extitit. Quinquennis adhuc, nec Ecclesiastico adstrictus præcepto, à vetitorum tamen ciborum esu suo tempore abstinebat, asperiori veluti vitæ se preparans. Nec mirùm, cum multis experimentis, perennique obseruatione compertum sit, (res quidem mira, sed certa) ipsum instinctu planè diuino, more Sancti Nicolai, dum adhuc ab vberibus penderet, lac certis temporibus non suxisse; diemque à die, feriam à feria, & vigilias à festis, præcoci abstinentia exactè discreuisse. Omnes igitur corporis commoditates, omnes carnis illecebras, vt puritatis insidiatrices, ac mortificati spiritus peremptrices, summo-

Ab Anno Chriſt.1604 ad 1605.

pere horrebat, propudiabat ſtudiosè, animosè propulſabat Dominicus. Quapropter grandæuam Sororem, nimio affectu plus æquo (vt ſibi videbatur) abblandientem, & in eius tuenda ſanitate ſollicitiori cura intentam, crudelem inimicam compellare ſolebat. Hanc etiam vice quadam, cum lecto decumberet, ac è ſomno excitatus frigidos pedes in proprio ſinu fouere aduertiſſet, iuſta indignatione commotus, teneris calcibus pro viribus cæpit impetere; luculenter indiccans, quantùm corporis deliciæ, quantumuis ſubreptitiæ, ſibique inſcio beneuolo aſtu, aſſiue procuratę, ipſi diſplicerent, ac in horrore eſſent.

Voluit etiam tunc temporis Miſericors Dominus miraculoſo quodam euentu patefacere, quantùm iugē Dominici mortificationem approbaret, quantumque improbaret nimiam fortè, ſuperfluamque ſororis curam. Cùm enim aliquando ſolito affectu dormientis pueri lectum calefeciſſet, in eum ex improuiſo exilijt ſcintilla, ipſaque incautè diſcedente, diſpoſita materies ignem concepit, & illicò cæpit ardere. Erumpit hinc inde flamma, fumus diffunditur, & non modo cubile, ſed & cubiculum, & domus tota iam iam imminenti patent incendio. Accurrunt domeſtici, concurrunt extranei, ſuccurrunt vniuerſi. In hoc autem periclitantium ædium diſcrimine, domeſticorumque, & extraneorum tumultu, vnus cæteris audactior denſiſſimos inter, atque flagrantes fumi, flammarumue vortices præceps ruit, cubiculum generosè ingreditur, ad cubile fauſtè accedit, puellumque adhuc dormientem, ac penitus illæſum peramanter amplectitur, ac periculo eripit, cum iam ignis circumquaque lectum incendiſſet, intacto ſolùm iacentis, ac dormientis Dominici loco. Quo profectò miraculoſo Diuinæ Prouidentię facto, & vana Parentum, ac Conſanguineorum Dominici, quem mortificatum, & pœnitentem eſſe volebat, cura, atque ſollicitudo, mortis eius metu, incendijue terrore punita eſt; & mira fidelis Dominici mortificatio, atque auſteritas præmiata, & inpoſterum confirmata.

CAPVT XVII.

Pia tenelli Dominici in Pauperes, & Peregrinos miſericordia, quæ Dæmonis aſtu, æſtum interturbatur; frequenti verò cœleſtium ſpirituum, ac Sanctorum, imo, & Chriſti Domini apparitione fouetur.

POtuit ſanè Dominicus cum patientiſſimo Iob dicere: *Mecum creuit commiſeratio*; imo illam ipſi mirabili quodam modo cōgenitam fuiſſe dicendum eſt. Antequam enim Chriſti Domini verba concipere poſſe videretur, in Euangelio dicentis: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*: tanto pauperes in Chriſto proſequebatur affectu, tantaque Chriſtum in pauperibus veneratione colebat, vt non leue innatæ huius miſericordiæ argumentum ſit, verbis haud facile explicandum. Vix ſextum attigerat ætatis annum, cum viſcera pietatis in eos cæpit profundere. Nam primùm quidem ientaculo, ac merenda, mox prandio, ac cœna, quibus ſe libenter priuabat, egentes, ſeu condiſcipulos, ſeu alios quoſuis ſibi obuios reficiebat: quod vt fratres, parenteſque facerent, atque ſtatis diebus prandium ſuum ſinguli ex familia Chriſto pauperi cederent, auctor fuit, & executor præmaturus;

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

nerſa, nimirum fernere in te non vulgare deſiderium placendi Deo. Verùm ne nimio feruore decipiaris, quod facilè euenire poſſet infanti, documentis quibuſdam præmunire volo, quæ multorum annorum experientia didici. In primis ex illis, quæ ſuperfluunt, eleemoſynas facere liberales, planè præclarum eſt, Deoque gratum. Sed extrema omnia cadunt in vitium. Sibi namque neceſſaria ſubtrahere, vt recrees pauperem, quid aliud eſt, quàm ſui ipſius homicidio alterius vitam prorogare? Video vultum iſtum pallidum, ac macilentum, & ſuſpicor cauſam. Sed ſi ſapis, Fili, retrahe pedem, & temetipſum inter caros cariorē habe, inter pauperes proximiorem: Quemadmodum poſtulat ordo diuinæ charitatis. Quod ſi bona indoles, & ſemina, imò fructus præcoces virtutum, qui florent in te, adoleuerint in robuſtam ætatem; O quam abundantem meſſem Eccleſia Dei colliget te præſtante! Quod ſi tenerum corpuſculum pergis tenui, parcoque victu labefactare, corruet ſub onere iumentum; & Deum guſtu, temetipſum gloria, Eccleſiam fructu priuabis. Neque conſulo, vt parentes tuos, aut alios ad elargiendam eleemoſynam inducas: Ignoras enim intentionem dantium, quam ſi peruerſam eſſe contigerit, peccati cauſa fuiſti, non meriti. Sed Deo, qui ſcrutator eſt cordium, iſta permitte. Nouit enim diuitibus opportuno tempore inſpirare, quo ſubleuent alienam paupertatem, & ſupremam non offendant Maieſtatem. In reliquis præterea ſpiritualibus exercitijs modum adhibendum eſſe ne dubites. Cui enim rei præſtabit vtilitatē, ſi tempus & ætatem conſumpſeris in frequentandis Eccleſijs, ac reuoluendis libris orationum, ac deuotionum? ſatiùs profectò erit attendere ad acquirendam prudentiam, quæ virtutum omniū mater eſt & magiſtra. Hæc verò rerum ſæcularium experimento diſcitur, Conuerſatione nutritur, variarum hiſtoriarum lectione confirmatur. Habemus in promptu volumina varia, in quibus, vel fictis, vel veris hiſtorijs diſces, quid nam magnanimo equiti ſuadeat nobilitas, quæ gratia venuſtet iuuenes, quarum rerū experientia præſtent ſenes, quæ facinora militem celebrent, quæ eruditio ſtudioſos perficiat; denique quid iuuet, quid delectet; eligaſue quid proſequi debeas, quid amare, quid ambire. Habes etiam in promptu Aeſopi libellum, omnigena moralitate refertum, qui te & fabularum figmentis recreet, & prudenti affabulatione inſtruat; hic te ſagacem, aſtutumque reddet, adeòque rebus gerendis idoneum.

Venena huiuſmodi puerulo conatus afflare veternoſus ſerpens ſub ementita Peregrini ſpecie, domum paternam ingreditur, interiora curiosè penetrat, cum omnibus ſermones miſcet incompoſitè, expoſcit quæ libet impudenter. Denique quæ menſæ aſſidens, effrēni libertate manus lancibus ingerit, fercula præripit; & vix de immodeſtia admonitus, mēſam pugno propulſans, cum omni conuiuali apparatu, proſternit in terram, vehementique bile ſuccenſus foras erumpit. Intemperantis facti pudor Dominicum preſſit, & ingenuam mentem verecundia ſuffudit. Ne tamen refectionis loco detrimentum ſpirituale tuliſſe ex hoſpitalitate videretur, properauit ad pauperem, conſolaturus eum, aut etiam ſatisfactionem oblaturus. Verùm cum ſubitò euanuiſſet, reuerſus in ædes domeſticorum, ac prēſertim parentum reprehenſionē humiliter accepit, ac blandis ſermonibus ſedata commotione, promiſit ſe deinceps, ſi vellent, ne ſimilibus occaſionem præberet, ſolum cum paupere prandia ſumpturum.

Poſtquam autem Diabolus ſimplicitati, & innocentiæ puerili inſidias, quas modo enarrauimus, ſtruere cæpiſſet, ipſemet Dominus Angelorum non ſuſtinuit vlteriùs differre, quin præſentia ſua corporali Dominicum conſolaretur. Itaque

Ne ſceal nan man ſpeccan ne ſpellian
ne ſpeccan ne ſpellian ne ſpellian
ne ſpellian ne ſpellian ne ſpellian
ne ſpellian ne ſpellian ne ſpellian
ne ſpellian

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

uium quoddam Spiritus Sãcti Armarium in Dominico mater agnoscens, magno deuotionis sensu genuflexa vestiebat, curabatque. Nec absque fructu fuit deuotio: Nam quoties manum à Mundi Saluatore sub peregrini specie miraculorum gratia dotatam superponeret, sentiebat solitos capitis, ac stomachi cessare dolores. Hinc Pater cœpit alijs oculis filium aspicere, & in eo reuereri Dominum in pusillo magnum. Et Maria soror natu maior zelo iuuandi proximos, renitentis dexteram imponebat infirmis, & protinus ferè omnes, aut sanitatem consequebantur, aut sentiebant leuamen.

At Dœmon, vt stratagemata eum sua prima fefellerunt, metum incutere parans, nunc assumpta Draconis alati horrenda effigie, iam Molossi canis, rugientis leonis, Tygridis ferocis, aut alterius monstruosæ belluæ indutus figuram, & spirans rabiem, mox deuoraturus imminebat, vt puerum à deuotionis exercitijs absterreret, aut saltem perturbaret. Sed in caput ipsa suum tela redierunt: Diuinis enim apparitionibus cælesti luce, ac gratia confortatus, cæpit more Antonij rebelles spiritus floccifacere, ad spiritualia bella vltrò lacessere, & opima magis in dies spolia referre.

CAPVT XVIII.

Octennis Dominicus in Carmelitarum Monasterio sub Auunculi disciplina educatur, proficit in virtute, varijs gratijs à Deo donatur.

VNus futurus erat Dominicus noster è viuis illis sacri tum Ecclesiæ, tum cœlestis Ierusalem ædificij lapidibus, quibus miro artificio coaptatis vtramque cæli, terræque Regis ciuitatem curialem in supremum surrecturam fastigium his conceptissimis verbis canit Ecclesia:

Cœlestis Vrbs Ierusalem,
Beata pacis visio,
Quæ celsa de viuentibus
Saxis ad astra tolleris.

Et iterum.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima,
Fabri polita malleo
Hanc saxa molem construunt;
Aptisque iuncta nexibus
Locantur in fastigio.

Quapropter in meliori officina, quæ essent ædes paternæ, ad hunc finem debuit præparari. Patre igitur ad meliorem vitam translato (& quidē post paucos ignis Purgatorij dies, vt oranti Dominico manifestauit Deus) à commoditatibus, & cura maternæ domus sub disciplinam Auunculi P. F. Francisci de Lopez, Matris Dominici Germani fratris Carmelitarum Prioris in Ciuitate Calatayud, libenter auolauit vix dum adhuc octennis, vt eidem ministraret, ac litteris imbuererur, ampliusque spiritu proficeret.

Hic remis, velisque mortificationis, & orationis mare nauigans, corpusculum, nondum rebellibus vitiatæ naturæ motibus rationi, gratiæve obsistens, verberibus domabat,

bat, ieiunijs macerabat, attenuabat vigilijs, frangebat laboribus; & in peragendis officijs promptus, alacerque, in ſtudio litterarũ impiger, quod reliquum erat temporis rerũ diuinarum contemplationi tribuebat. Horis quibus iubebatur à labore feriari, ne minùs piè tempus impenderet, ſacras Imagines delineare, & cimbalo laudes Dei perſonare, propria didicit induſtria, vtroque recreationis exercitio ſpiritus ardorem exhalans, & pabulũ præbens nouiter enatis affectibus in Deum, & Sanctos.

Ab auunculo ſub noctem dimiſſus ad dormiendum, feſtinabat in Eccleſiam, & ibidem in duabus Capellis ad introitum portæ ſtationes alternabat. In vna pendebat Imago Crucifixi, altera Beatam Virginem protendebat, & in ſinu eius Infantem Ieſum; ambæ ſculpturæ artificio laudatæ, ſed magis à maieſtate, & deuotione, quam ſpirabãt, commendabiles. Dominicus nunc huius pulchritudine gaudens, nunc illius dolori compatiens, nunc à Matre puritatis lacte potari poſtulabat, nunc filio ſupplicabat inebriari charitatis mero, ab vtroque Dei voluntatem edoceri, & vt eam, qua decèt perfectione, compleret inſtantiùs efflagitabat.

Piiſſimo hoc exercitio bonam noctium partem quadriennio ferè toto conſumpſit, vſque ad ætatis annum duodecimum, vt cum Pſalmiſta decantare poſſet: *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur*: Iterumque: *Et nox illuminatio mea in delicys meis.* Nam præ dulcedine, quam ei Dominus infundebat, ſomni, cibique parciſſimus, & nonnunquam totaliter immemor, ſtupebat ad ſubiti lumina Solis, nondum meditando feſſus orator. Ibatque ad diuina miniſteria promptius, alacriuſque, quãſi lautæ cœnæ, ſomnoque largiori indulſiſſet. Ita nonnunquam, & ipſa caro exultat in Deum viuum, & mortificationibus attrita fortius, viuaciuſque effloreſcit. Quod ſi aliquandò, tot vigilijs, pijſque exercitijs fatigatus ſomno premeretur, qui quidem humanæ naturæ, in tenera præſertim ætate humidioris, tributum eſt; ſtans aliquantulum dormitabat, vt laxatis hinc artubus titubans, citiùs excitaretur; nec diutina corporis quiete à contemplationis ſtudio abſtraheretur. Cui etiã rei non defuit Cuſtodis Angeli cura, quem ſupra vidimus interdiù monitorem, noctù verò officioſum ad orandum excitatorem. Sed quorſum perẽnes has Dominici vigilias in oratione longiùs protractas, inſumptaſque recenſemus, quem non vigilem modo, ſed & dormientem continuò rerum cœleſtium ſpectaculo nouimus intentum? Vt enim aſſolent in leui ſomno, quæ in vigilia efformantur Phantaſmata, reuolui; quemadmodum ſancta, ac planè diuina erant, quæ menti vigilantis Dominici incũbebant obiecta, ita etiam ſancta, ac planè diuina dormienti occurrebãt inſomnia, vt meritò ſacra cum ſponſa dicere potuiſſet: *Ego dormio, & cor meum vigilat.*

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Miris propemodùm viſis, raptibuſque in alternatis iſtis vtriuſque Capellæ ſtationibus affuſus, affectuſque eſt. Nocte quadam dum in Sanctiſſimi Crucifixi Capella, profundo doloris ſenſu plagas Domini meditaretur, ſpiritus feruore illicò extra ſe raptus, totam celebratæ olim Dominicæ paſſionis ſeriem alta contemplatione defixus conſpexit. Videt hinc tumultuantes impiorum militum, ſatellitumque cateruas, illinc exundantes concurrentis ad dirum ſpectaculum populi turbas. Hinc audit horrendũ tubarum, armorumque ſtrepitum, illinc ſceleſtum frementis plebis clamorem, blaſphemijs, cachinniſque vecordium Sacerdotum, mulierumque

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

que plangentium lamentis immixtum: Et vbi ad Caluarium ventum est, proh nefas! Christum intuetur vestibus renudatum, spinea corona redimitum, cruci clauis affixum, plagis liuidum, sanguine cruentatũ, toto corpore saucium. Amoris, & compassionis impetu actus, ad pedes ferreis clauis perforatos, patibuloque confixos accurrens, cruore madidos brachijs amplexus est; & oscula incessanter imprimens lachrymis irrigabat: Cum ecce videt iuxta se Sanctam Mariam Magdalenam, quæ piam mouebat litem; non permissuram vnquam, vt eo spoliaretur loco, cuius possessione diuturna gaudebat ad pedes Saluatoris. Deuotus Puer hauriens cum gaudio, mœstitia attẽperato, aquas de fontibus Saluatoris, merumque dulcissimum in cellarijs Domini degustans, stillantibus ambrosia labijs non patiebatur auelli, cum Diuo Petro exclamans: *Domine, bonum est nos hic esse*. Demum ad manus ventum est, atque hinc inde acriter luctatum, eo planè modo, quo Iacob inter, & Angelum contigisse, Scriptura memorat: donec tandem consentiente Sancta, abundè ad auroram vsque inebriatus, ac cœlesti benedictione repletus est.

Similibus in altera B. Virginis Capella non rarò ditabatur maternæ pietatis charismatibus feruentissimus Puer. Apparebat interdum in Imagine sua Dominico extra se rapto misericordiæ Mater, numerosis Angelorũ stipata choris, & immensibus illustrata splendoribus, Capellæ angustias in Paradysi delicias explicabat. Hic occurrentium festiuitatum repræsentabantur mysteria, & matutinæ laudes, ac sacræ Lithurgiæ preces ad ritum Sanctæ Ecclesiæ cœlestium numerorũ modulis concinebantur. Porrigebat in brachia Iesum suum dilectissimum, quem ille strictim amplexabatur, basijs impertebat, & reposcenti Virgini aliquando confidenter negabat, semper autem cẽtrò restituebat. Docebat ipsum Mater pijssima qualiter filium suum carissimum toto corde diligere, quales, ac quantas gratias efflagitare posset; ipseque vicissim Deus Infans admonebat, edocebatque tenera deuotione Matrem suam coleret, alacri fiducia in necessitatibus appellaret.

Inuidebat diuinis fauoribus antiquus hostis, quem omninò latere non poterant; Et quos impedire nequibat, saltem interturbare satagens, nunc in horribilium monstrorũ figuras indutus occurrebat puero, nunc Ecclesiam tumultu complebat. Quadam etiam nocte infernales furiẽ diro æstro percitæ tegulas euellentes prægrande fragmẽtum proiecerunt in caput, eo propè impetu, quo globus exploditur tormento; & ictu mortali vitam obtriuissent, nisi Dei virtus ictum diuertisset, sic tamen, vt leuiter percussa frons ad extremum vsque diẽ cicatricem ostenderet, *veluti* sculptum, altèque impressum diuinæ simul protectionis, & Diabolicæ inuidiæ monumentum.

CAPVT XIX.

Miro modo ad statum Religiosum vocatur Dominicus, apud Carmelitas habitu induitur; variè, sed frustrà tentatur, ac tandem post insignes victorias solemnem professionem emittit.

IN Religiosa domo educatus Dominicus magnum, quod fœlicem inter Religiosorum, & infœlicem sęcularium statum reperitur, discrimen aliqualiter prælibauerat, & ad priorem amplectendum quo-

quomodocunque propendebat. Alta nihilominùs Regularis Inſtituti exiſtimatione, proprijque iudicij, in hac iuuenili ætate parum firmi, diffidentia deterritus, ad vlteriorem determinationem ampliorē à Deo, in cuius manibus ſortes repoſuerat, vocationem expectabat, enixiſque expoſtulabat precibus. Hanc tandem in prædictis Capellis promeruit ſuæ vocationis gratiam ſingularem. Nam cùm Prouincialis in Conuentum appuliſſet, miraque de Dominico ab omnibus reſciuiſſet, ipſum aliquando interrogauit: Ecquid arrideret Fratrum Inſtitutum? An non libenti animo Beatiſſimæ Virginis Ordinem ingrederetur? reſpondit humiliter: propendere quidem plurimùm, ſed tamen amplius deliberaturum. Itaque noctibus aliquot inſequentibus in Cappellam Virgini Deiparæ ſacram ſe ſe abdidit, Matrem Mariam, ac filium Iesū ardenter deprecans: Docerent eum voluntatem ſuam, ſe iam omnibus modis eorum obſequio mancipatū eſſe, ſolùm oſtenderent quid eum facere oporteret. Nullum tunc tamen tulit reſponſum, niſi generale, quo Beatiſſima Virgo ſerui ſui conſtantiam ad maiora diſponebat, & arduitatem vitæ Religioſæ proponens, animi reſolutionem explorare videbatur.

Demum ante Crucifixi Imaginē pertranſeunti, ac reuerentiam exhibenti ſubita terribiliter vox intonuit, ad cuius impetum terrefactus corruit in terram, ad inſtar alterius Pauli ſtupens, ac tremens. Tum Dominus: *Surge, Dominice, noli timere: Veni, & in Religione Matris meę mihi famulare.* Cumque adhuc timorem excutere non poſſet, veritus illuſionem Dęmonis, ſubiunxit ex eadem Crucifixi Imagine Dominus: *Non eſt hæc inimici illuſio, vt ſuſpicaris: ſed ego ſum Redęptor tuus, qui non Angelum mittere, ſed maioris fauoris cauſa, per memetipſum meam tibi voluntatem ſignificare ſum dignatus, tibique gratiam meam promitto, qua eam valeas adimplere. Si vis ad Patrem venire, ego ſum via; ſi vis à Dęmone non illudi, ego ſum veritas; ſi vis in æternum viuere, ego ſum vita. Confide fili, Religionem animosè ingredere, pericula, difficultateſque ne perhorreſcas. Dux itineris ero, & precedam; ſocius ero, & comitabor; protector ero, & ſequar. Scito gratiā meam tibi nunquam defuturam; ipſa prœueniente incipiam, concomitāte proſequar, ſubſequente perficiam; ac demum poſt huius viæ, vitęque decurſum, pro meritis reddam tibi coronam Iuſtitiæ.* Hæc dum arrectis auribus accipit Dominicus, tanta lux internam mentis aciem illuſtrauit, vt nullum reliquerit ambigendi locum, Domini illius eſſe verba, qui in manibus ſuis abſcondit lucem, & rurſus præcipit, vt oriatur.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Ex ſupernæ lucis radio manauit in affectum tenerrimus deuotionis ſenſus erga Deum vocantē, & fortis, ac reſoluta conſtantia ad emolliendos vocationis obices, quos vel infirmæ carnis illecebra, vel propriæ blandimentum libertatis opponeret; vniuerſum etiam cum ſuis poteſtatibus infernum, ſi nitatur obſiſtere, ſuperiori virtute debellaturus. Itaque peractis humiliter pro cœleſti dono gratijs, Crucifixi pedes lachrymis abundè rigatos dimiſit, & ad Beatiſſimæ Virginis Sacellum conuolauit. Vbi enixè deprecanti in numerum candidatorum recipi, & filiorum cætui cooptari, Carmeli benigniſſima Mater apparuit, votis annuit, ac peramanter blandita, ſupplicibus vlnis impoſuit Ieſum ſuum dulciſſimum, in polliciti fauoris arrham. His calcaribus excitatus Dominicus ad vexillū B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo properauit, & à Prouinciali, qui poſt aliquorum dierum abſentiam Bilbilim redierat, Candidæ militiæ poſtulauit inſcribi. Prouincialis vocatione delectatus

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

tus adoleſcentem ſecum ad Nouitiatum Cæſar Auguſtam ducit, inſalutatis, inſcijſque parentibus, & conſanguineis, Beatæque Virginis habitu induit duodecimo ætatis ſuę anno.

At verò Dœmon bonis principijs obuiare, vi, dolove aggreditur, & Parentum, ac conſanguineorum irâ, ceu furijs agitans, eò prȩcipitem egit; vt ſub amicitiæ prætextu, & honoris ſpecie ad inuiſendum Nouitium Cæſar-Auguſtam ſe conferrent: inde ad Eccleſiæ portam militibus, & equis opportunè diſpoſitis, Dominicum rapturi, & in Patriam reportaturi. Verùm diuina ſapientia pueri mentem prævenit, & quomodo adornatas ſibi inſidias prudenter euitaret, erudijt. Nam à Priore humiliter poſtulauit, ab Angelo Cuſtode, à Beatiſſima Virgine, & à Chriſto Domino inſtructus, animatuſque, vt receſſum ſuum, & ſolitudinem Sancti Nouitiatus viſitationibus conſanguineorum diſtrahi nõ permitteret; quod cum obtinuiſſet, eo ferè momento, quo inſidiatores ſuum adimpleturi propoſitum aduentarunt, omne Dœmonum, omne parentum ſtratagema abiuit in fumum.

Sed interiora bella viciniùs inſtabant, acriùſque vrgebant. Et ſi enim primis Religioſi Tyrocinij mẽſibus ſuaui deuotionis lacte aliquãtum potaretur, poſtmodùm tamen (Deo tẽtationem ad maiorem ſerui ſui firmitatem, probationemq; permittente) grauis antipathia aduerſus Inſtitutum, quod elegerat, animum excruciauit. Hinc languor ſpiritum occupat, hinc orationis tędiũ ad exteriora vocat, conuerſationem ſodalium affectare, recreationibus plus ſolito indulgere, ſolatijs humanis immoderatiùs affici, tempus infructuosè conſumere, otium ſectari. Abfuit tamen malignitas, aut ſæculi vanitas, à quibus Puſionem ſuum præſeruabat Deus. Eodem quippè intus agente, quietem, quam quærebat, longiùs effugere querebatur, vt quantò ſuauius arrideret, acerbiùs torquerent anguſtiæ. Donec quadam die luce diuina perfuſus, ac noua gratia delibutus, teporem obrepentem excuſſit, & firmo cordis affectu decreuit non aliam voluptatẽ quærere, quàm Chriſtum, eiuſque Sanctiſſimam Matrem, hominum colloquia deuitare, ambire *diuina*. Mox operibus implens, quod animo conceperat, ne tempore à communibus actibus vacante ad ſolitas recreationes à ſodalibus vocaretur, abſcondebat ſe vel ſupra Dormitorij fornices, vel retrò organum ſe ſe abdebat in angulo chori, vbi quas expenderat horas confabulationi, conſecrabat meditationi; & quas perdiderat delicias in conuerſatione humana, recuperabat in contemplatione diuina. Noctes etiam exercitijs priſtinis reddens, quemadmodũ ſolitus erat in Calatæyud, præter duas, aut tres horas ſomno, & neceſſarię quieti conceſſas, eaſque etiã officioſo excitatoris Angeli miniſterio iaculatorijs precibus ſæpius interruptas, reliquum orationi perenni tribuebat ante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum: Et Deus ſeruum ſuum varijs gratijs prȩueniebat, viſionibus illuſtrabat, blanditijs fouebat, exornabat meritis.

Hinc in rabiem tentator horribiles figuras indutus, mille monſtris implebat Eccleſiam; quibus Nouitij feruorem impediret, animum labefactaret. Sed fruſtrà terret Diabolus, quem conſolatur Deus. Reuerſus ergo ad inſidias, per virum primaria nobilitate, & diuitiarum ſplendore potentem aggreditur in hunc modum. Nouitium noſtrum Magiſter, ob exemplarem compoſitionem, ac modeſtiam Angelicam, libenter ad inſeruiendum tremendo Miſſæ ſacrificio mittebat in Eccleſiam. Verſabatur eo tempore Cæſar-Auguſtæ vir ille nobilis, ac di-

ues,

Digitized by Google

Cap. 1. Fo. 1.

Cap. 1. Fo. 1.

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

incidit in morbum, & Frater Dominicus infirmi ministerijs deputatus, tanto affectu, diligentia, humilitate, charitatis impleuit obsequium, ac si in infirmo haberet decumbentem Christum. Et Christus quam sibi gratum foret visibili signo demonstrare dignatus est. Nam intempesta nocte sęua tempestas inualuit, & dum Nouitius circa ministeriũ infirmi sedulus occupatur, vocem desuper allapsam exaudit, vt quantociùs se cubiculo eripiat; Sed insidias Diaboli veritus, charitatis officium prosecutus est; donec occulta vi, & inuisibili manu per aera transferri se sensit sub vicinum, distantem tamen Xixtum, aut porticum: statimque fulmen ingenti fragore corruit in Prioris cellam propter illius lectum, eo ipsomet loco, quo fuisset Dominicus, nisi improuiso, & salutari impetu hinc fuisset ereptus. Innoxium tamen, sed terrefactum reliquit decumbẽtem, cæterosque Conuentus Religiosos; nec aliud periculoso ictu damnum intulit, nisi quòd vitreorum vasorum copiam admodum curiosam, quam æger in armario ad vsum, & recreationem asseruabat, diffregerit in partes. Adeoq; reuersus Nouitius acceptam occasionem, vertit in vtilitatem; & sancta simplicitate, vel etiam libertate vsus, perculsum monuit Priorem: Deum in domo paupertatis odisse vana, & curiosa: amboque in diuinas laudes effusi, gratias egerunt, quod imminensexitium cęlesti adiutorio effugissent.

Compleuit tandem quadriennio Nouitiatus canonicam ætatem Cõcilij Tridentini, diutiùs expectatã, & cõcupiscenti animo desideratam; & singulari Patrum lætitia, cordisq; sui iubilatione Professionem emisit. Præsertim verò Magister pro Tyrocinij claris experimentis in Nouitio suo reuerebatur Dei magnalia, & maiora in dies sperabat sanctitatis incrementa: Sanè mox è Schola Nouitiatus eductum Prior iussit cum totius Conuentus Fratribus conuersari, tanquam veteranum; vt teneri adolescentis seniores etiã imitarentur exemplum. Nec spe sua frustratus est: nam pijs, opportunisque sententijs, humiliter quidem, modestèque, sed ex interioris spiritus energia, prolatis, velut stimulis, Fratrum suorum mentem compungebat; & quod satiùs est, operibus, & factis vrgebat. Vnde nonnulli commoditates, quas hactenus tenuerant, reiecerunt, & pleniorem Regulæ obseruantiam sunt æmulati.

Tanto iam diuini amoris igne flagrabat, tanta Diuini Numinis perfundebatur luce, vt erecto per contemplationem intellectu, absorpta per affectum voluntate, frequẽter in extasim extra se raperetur. Quod equidem tanto spiritus impetu, tanta vi contingebat, vt dissolutis corporis viribus, laxatisque meatibus, dum ad se rediret, maximam ore sanguinis copiam, suauiter tamen, & absque vllo prorsùs doloris sensu emitteret. Ex ingenti hac amoris Dei fornace Dominici pectori inclusa, ingentes in amorẽ proximi erumpebant flammæ, quibus in omnium auxilium potenter ferebatur: maximè verò in peccatorum gratiam videbatur vrgeri. Eorum culpas, quantumuis occultas, & secretò commissas, diuino lumine illustratus, noscebat, vberrimis deflebat lachrymis; asperrimis, vt ignoscerentur, pœnitentijs vindicabat: Et misericors Deus tot modis placatus clementer condonabat. Mille id exemplis euinci posset, hoc vnum subiungam. Venerat in chorum aliquando Dominicus ad Vesperas cum reliquis Fratribus decantandas, nouit extemplò diuino reuelante Numine statum cuiusdam miseri, qui ad Plateam Sanctæ Marię infæliciter

cęsus

ceſus deplorandam cum ſanguine agebat animam; funeſto caſu perculſus, nec valens intrà ſe doloris ſenſum comprimere, fortiter, & amarè ſuſpirans: *O*, exclamat, *miseranda anima, ſiccine ad Matris Misericordiæ Ianuam infauſtè periclitaris!* Ad has voces circumſtantium Fratrum auribus clarè perlatas, ſtupēt omnes, nec quid rei ſit Dominicū audent interpellare: Cùm ſubitò aduenientibus duobus deforis Patribus, referunt hominem quendam in platea ſupradicta ad valuas Eccleſiæ Sanctæ Mariæ enſe tranſuerberatum, velut mortuum cecidiſſe, poſtmodùm tamen, ſed ægrè ad ſe reuerſum, ab Eccleſiæ Canonicis Sacramentum Pœnitentiæ recepiſſe; ac tandem fæliciter in Domino obijſſe.

CAPVT XX.

Fratrum Infirmorum curam ſuſcipit Dominicus, Diuinis præuentus fauoribus mirabiliter hoc munus exercet; ac tandem inſignem Cæſar Auguſtæ pro Caſtitate victoriam reportat.

ELucebat, vt Superiori capite iam annotauimus, in Fratre Dominico charitas erga proximum, exundabatque ex immenſo Oceano amoris diuini deriuata, & ad ſubleuandas Fratrum neceſſitates diligenter exculta. Vnde nondum ætate, nondum viribus parem, ſed prudentia, ſed ſanctitate incomparabilem ad onus Infirmorū Prior aſſumpſit; Sperans Omnipotentem Deum Serui ſui deuotioni daturum, quod deerat annis. Iniunctum lubenter ſuſcepit officium obſequentiſſimus Dominicus, & ad minimos obedientiæ nutus ſemper paratus; Eumque quantumuis labori ingenti, & grauibus curis obnoxium, pietati illius, ac fidei obſecundante numine, ſumma diligētia, ſumma exercuit perfectione, felicique ſucceſſu. Sed ſupra modum increuit onus, cum ad annum 1580. Contagium, quod Caſtronis dicebatur, & totam inuaſit Europam, imo & finitimas Orientis, & Occidentis plagas, Conuentum ita afflixit, vt ſeptuaginta Fratres infirmos vno ſimul tempore gubernaret. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Non defuit Superiorum auxiliū infirmo corpori, nec animo vaſtum patiendi deſiderium. Et prodigij loco habitum eſt, quòd non ſuccumberet oneri, non afflaretur contagio, curis non deficeret, non langueret tædio. Suppeditabat nimirum vires altiſſimus, & ad impoſitæ ſarcinæ menſuram robur addebat; miris ſuæ ſapiētię modis regens, adiuuāſq; vt tantam charitatis molem fæliciter ſuſtineret. Contulerat Deus gratiam Seruo ſuo apud Benefactores, vt abundè ſuppeteret, quod præpararet, & quod parabat proſperaretur in manibus eius ad Infirmorū guſtum, ſolamen, & ſalutem. Imò ſæpè ſæpiùs, quod ipſe, rebus alijs impeditus, implere non poterat Auxiliares Angeli ſupplebant.

Hoc in officio pluribus annis deſudauit, miros deſuper fauores expertus, quorum aliquos enarrabimus. Die quadam Religioſum offendit Sacerdotem, Phialam vitreā vino plenam, mundaque linteamina ad infirmorum vſum verſus valetudinarium deportantem. Accurrit, vt exoneret; Reluctatur pius ille Sacerdos, arbitratus, ac intra ſe recogitans, ſe potiùs huic Dei Seruo cariſſimo, cui ipſimet Angeli famulabantur, inſeruiendo adſtrictum. Quam eius mentem ſuperna luce penetrans Dominicus, pudore ſuffuſus, flexis poplitibus humiliter prouoluitur ad pedes Sacerdo-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

cerdotis; Iteratisque, & nescio an importunis dicam, an opportunis precibus, onus tandem è manibus extorquet. Quod vbi ad locum infirmorum curæ deputatum defert, scalam festinus difficilem ascendens & pedem incautè figens grauiter impingit, vitreaque Phiala è manibus dilabitur in terram; sed ecce, (res planè mira, sed plurium oculatorum testium cõfessione probata!) Diuina virtute factum est, vt tam graui lapsu, nec vitrum frangeretur, nec minima diffunderetur vini guttula. Hoc stupendo, sed publico euentu, tot circunstantium Religiosorum oculis percepto, velut quodam reatu, aliquantisper turbatus Iuuenis, ac maiori, quàm anteà rubore perfusus, demisso capite, quasi fugæ se daret, cæptum iter prosequitur, se seque ab intuentium oculis, & applausibus eripit.

Simili ferè modo dùm aliàs ad ægrotantium obsequium sartaginẽ refertam oleo gestaret, claustrumq; pertransiret, ex improuiso, seu casu, seu malitia Dæmonis dehiscente, sub pedibus terra in altum, siccum tamen, lapsu præcipiti decidit puteum. Verùm Diuina illum protegente gratia, nec ipse subito casu læsus est; nec sartago, quæ ad oram putei inuenta est, vllum est passa detrimentum; nec denique oleum vllo pacto effusum. Quod si Deus res alias, quas præ manibus gerebat Dominicus, potenti virtute incolumes seruauit; non minori profectò prouidentia, nec leuiori cura ipsum inet ab imminentibus, tùm hostium insidijs, tùm mortis periculis, illęsum eripuit, ac Sanctissimæ Matri tradidit eruendum. E summa die quadam Ecclesiæ absidę, quam aliquid ex obedientia præstiturus ascenderat, in imum casu tremendo præceps ferebatur; Cùm Clementissimam illam Dei Genitricem in præsentissimo discrimine inuocans, ipsam sibi in medio aeris tractu manu suppositã, succurrentem, multisque hinc inde spectantibus simul, ac demirantibus, imo & miraculo læta voce acclamantibus, saluum solo opportunè deponentem expertus est.

Cæterùm in hoc curandorum Infirmorum munere, non tantum sanitati corporum, sed etiam animarum saluti, tùm precibus Deo fusis, tùm adhortationibus ad ægrotorum statum prudenter accommodatis, tùm virtutum exemplis earum exercitium efficaciùs suadẽtibus, Deo ipso internè suggerente, ac sępè sæpiùs benignè promouente, salubriter incubuit charitate flagrans Dominicus. Huius rei celebre extat exemplum paucis hìc enarrandum.

Decumbebat in lecto periculosò febri laborans Religiosus quidam iam ætate prouectus, atque in doctrina Scholastica consummatus, vt potè qui adhuc sęcularis in Oscensi Academia Professor publicus, Theologiam maxima cum laude docuerat. Hic in vltimo redactus vitæ discrimine, non leuibus à Dæmone tentationibus impetitur in materia Fidei; Cumque proprio fisus ingenio inscrutabilia, ac supra humanum captum recondita diuinitatis arcana rimari voluisset; prolapsus est in hæresim. Volens tamen clementissimus Dominus, infelicis misertus vetuli, ab extremo cum præcipitio eripere, quo iam iamq; damnaturus ruebat, infaustum eius statum Dominico reuelat, præcipitque vt ad auxilium celeriter accurrat. Properat qua potest diligentia, animarum salutis exęstuans, litiensq: Dominicus; humana tamẽ velocitate, quantumcumq; illa sit, ad imminens periculum, ac pietatem Dei non satis sufficiente, rapitur extemplo inuisibili manu, ad modum alterius Philippi, & ad cellam, cubileue infirmi per aera transfertur. Ad strati pedes genuflexus humiliter

ter procumbit; orat, plangit, ſuſpirat, ac demùm precibus, lachrymis, ſingultibus ægroto veniam obtinet, ac ſupernam irradiationem, quæ momento abundanter perfuſus veritatem agnoſcit, errorem confitetur, peccata pœnitentiæ diluit Sacramẽto, cæteriſque ſumma cum animi teneritudine inceſſanter imbutus, inter fidei actus animam fœliciter exhalat.

Ex tanto, tamque vehementi, tùm Dei, tùm proximi amore, quo flagrabat Dominicus, aliqualis etiã per quandam ſui diffuſionem, humanitatis, ac beneuolentiæ ſenſus prodibat in bruta animalia, quæ tanquam Dei creaturas, ad proximi emolumentum productas, defæcato intuebatur fidei oculo. Vnde non poterat illis non benefacere; illaque non ipſi viciſſim, vt vt poterant, aliqua gratitudinis, ac reuerentię ſigna præbere non valebãt. Luculenter patuit aliquando reciproca hæc mutui obſequij exhibitio, dùm adhuc Dominicus Infirmis inſeruiret. Cùm enim die quadam Medicũ è valetudinario reuertentem ad Cõuentus deduceret Ianuam, currentem per clauſtrum aduertens ſerpentem inſequitur intrepidè, manuque apprehendit, blanditur, demulcet. Ad auſum adoleſcentis turbatur Medicus, ſtupet, riget, terroreque perculſus monet, exclamatque proijciat: venenoſum eſſe animal, viperamque nociuam. Ad metum, vocemque admonentis ſubridet Dominicus; Et creaturam Dei eſſe, ſubiungit, quæ famuli eius, & ſi indigniſſimi, blanditijs potiùs delectetur, quàm arceatur ad infeſtandum. Hoc dicto, auditoque peritus ille medicæ artis Profeſſor magis magiſque obſtupeſcit, ſed admiratione timorem omnem percellente. Vnde vitreum vas ſibi adferri iuſſus, ſæuum in illud ſerpentem ad eius nutum, precemue immiſſum ſeruat, ac per Ciuitatem ab omnibus ſpectandum circumferens, vbique ſanctitatem, & innocentiam Dominici depredicat, cui immaniores etiam, ac indomitæ feræ non ſecus obſequuntur, & reuerentiam exhibent, quàm ſi in ſtatu originalis Iuſtitię, nulli prorsùs obnoxiùs culpæ, perſeueraſſet. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Hæc ſanè ſunt, mira quidem, ac ſtupenda prodigia, quæ Dominicum, in Cæſar-Auguſtano Conuentu infirmorum miniſterio incumbentem, celebrem effecere. Sed antequam ipſum, è primo iſto, nõ tàm adoleſcentiæ ſuæ clauſtro, quàm Religioſæ militiæ caſtro extrahamus, & Cæſar-Auguſta Valentiam transferamus, ſingulare, ac pluſquàm Cæſare dignum certamen ibidem pro pudicitia initum, Auguſtamque victoriam valoroſo Marte reportatam, Triumphoque, ac ſtatua celebrandam, tanquam antè dictorum omnium coronidem enarrare non piget. Vigeſimum iam ætatis ſuæ annum attigerat Dominicus, & in hoc iuuentutis flore, ingenti pulchritudine condecoratus erat, quanquam aſſiduo mortificationis exercitio, ieiunijs, vigilijs, verberibus, cilicijs, acuminatis ferri catenis, corpus attereret. Deus enim, qui tribus olim pueris cum Daniele leguminibus ſolis apud Babilonios, vbi exulabant, veſcentibus, corpulentiores, ac viuidiores, præ coætaneis ſuis, qui de mẽſa Regiadelicatioribus cibis alebãtur, vultus ſeruauit; Pœnitenti etiam Dominico ſpecioſiorem, quàm credi poteſt, conferebat ſplendorem. Relucebat præſertim inſignis hæc, atque præſtantiſſima Religioſi iuuenis forma, toto licet corpore diffuſa, in facie, & in ore breui, atque purpureo, quàm tanta verborum ſuauitas, ac venuſtas augebat, vt vulgo os aureum, ſeu alter Chryſoſtomus diceretur. Hac ergo, qua apud omnes, adiuncta potiſſimùm ſanctitate, ac modeſtia, non amabilis

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

lis modo, sed & venerabilis habebatur, infensissimus humanæ salutis hostis, qui cuncta peruertere, atque in malum finem dirigere solet, vsus est, vt nobilissimam quandam Iuuenem deciperet, ipsaque decepta seruum quoque Dei decipere, & infernalibus laqueis irretitum cum ipsa in extremum interitum, ac perditionem detrudere tentaret.

Frequentabat nobilis hæc, sed lasciua puella Carmelitarum Ecclesiam, & in ea Sacrosancto Missæ Sacrificio, diuinisque officijs non rarò aderat. Formosum Iuuenem non semel videt Altari ministrantẽ, pulchritudine capitur, amore deperit, & ad nefandam eius fruitionem execrabili ausu aspirat. Vt impudica hęc pudicè tractemus, multa iubet silentio premere, quæ illustriorem haud dubiè Dominici victoriam, ac celebriorem propalarent triumphum. Infælix itaque adolescentula damnabili flagrans concupiscentia, qua via, quo medio ad finem intentum perueniat, ignorat. Quid agat, quo se vertat mentis, ac rationis impotens nescit. Si se amato prodat, timet repulsam, verbis diffidit; & vt cæcus est amor, ipsam tandem ad inuerecundam, ac præcipitem resolutionẽ adigit. Rapere violenter decernit, quem suauiter allicere desperat. Verùm quoniam ad implendum propositum externis diſpicit se egere subsidijs, Nutricem adit custodiæ simul, ac ministerio deputatam, sine qua seu consentiente, seu adiuuante res fieri nequiret. Impudici primum flammas amoris aperit, quibus dirè consumitur; ac postmodum secreto acriter imperato, precibus exorat, promissis mollit, minis terret, vt sibi miserè pereunti quantociùs succurrat. Obedit Anus perdita, tribusque, aut quatuor perditissimis, ac fascinorosissimis hominibus pecunia conductis flagitiosi raptus executionẽ mandat.

Opportunum tempus, locusque perpetrando sceleri commodus seligitur, operitur: Tempus quidem, dies Sabbathi sub vesperam, vbi decanta publicè in honorem Deiparę Virginis Antiphona, *Salue Regina*, à Fratribus Carmelitis ad hoc in Ecclesia, vt apud illos moris est, congregatis, ingruente mox nocte horrendum consilium tenebris celatum faciliùs effectum sortiret: Locus verò non maior, ac principalis sacrarũ ædiũ Ianua, sed exiguũ quoddã posticũ ab hominum frequentia remotum, quod solitudine sua secreto faueret crimini, & ad facinus audendum, exequendũque animum faceret. Ad illud pio periclitanti animę succurrendi prætextu dolosè vocatur Dominicus, eoque vix illuc aduentante in structas deijcitur insidias; violenta raptorum manu apprehenditur, ad magnificam, sumptuosamque domum celerrimè traducitur; Ipsoque interim fausto sui raptus euentũ Deo, ac Beatissimæ Virgini enixè precante, ad interius quoddam trãsfertur cubiculum, aulæis, aliaue pretiosa suppellectile ornatum, vbi se primò deceptum, & fraudulenter illusum percipit, ac deplorat. Hic adductis, clausisque super ipsum foribus, insano permittitur amori, seu potiùs vesano furori temerariæ illius, ac lasciuæ Iuuenculę, quæ illicò amoris impotens, moræue impatiens irruit in Religiosum pudicum; Ipsumque osculis, amplexibus, alijsque inuerecundis gestibus sollicitat, & ad præbendum suæ libidini assensum allicit. Nihil inausum, nihil intentatum, aut obliuiscitur, aut prętermittit, vt amatum adolescentem, cuius optabili præsentia medullitùs, intimiùsque aduritur, aut flectat, aut superet, vel vt veriùs loquar, aut frangat, aut prosternat. Nunc gemit, vt columba luxuriãs; nunc, vt Leæna Catellis orba terribiliter rugit; nunc impotenter furit,

rit, vt Tigris fame, aut rabie percita. Ad tàm sæuos, turpesque lasciuientis puellæ motus manet immobilis Miles Christi castissimus, & in tam periculoso castitatis discrimine constitutus, constans tamen semper, & fortis perseuerans, ad Deum iterum, ac Purissimam Virginem Castorum Protectricem mentis simul & oculorum aciem figit; agonem suum enixius commẽdat; suspirijs, lachrymis, precibus auxilium implorat; & honestatis zelo munitus, pretiosum puritatis thesaurum fortiter tuetur, ac effrons scortum ad illum diripiendum audacter accedens viriliter repellit. Nec tamen semel iterumque repulsam passa destitit à nefando proposito lasciuè amans, imò & præ amore nimio amens Puella. Inter spem, ac desperationem fluctuans ad extremam fertur audaciam, & ad vltimum impudicitiæ simul & impudentię barathrum deuoluitur. Exuit se vestibus, interius etiam indusiũ abijcit, & se nudam omnino Dominico exponit. Horret ad tam infame, insolensque spectaculum Pudicissimus Iuuenis, cumque illud alia via deuitare nequiret, virgineos oculos non auertit solum, sed claudit. Aperiens deinde os puritatem redolens, durissimis supra modum emollem puellam excipit verbis; Furibundam illam & insanientem Diuini Iudicij timore percellere, ac refrænare tentat; Quidquid demùm & Pietas, & castitatis zelus suggerunt, vt illam excæcatam, & internali flamma torridam à flagitiosis deterreat votis, & ad meliora conlia reducat, & dicit & efficit.

Tunc læsus amor lasciui Propudij vertitur in furorem: geminato mox igne æstuans, ad ingratum, ac penè odiosum, adhuc tamen deperdite amatum, oratorem reuertitur; proximam, & imminentem minatur necem, ni voluntati annuat; & seu ficto commento, seu confesso scelere iuuenem perterrefacere credat, subiungit se alios simili modo occidisse; qui voluptati suæ indulgere noluerant. Frustrà tamen hæc omnia purissimas, adeoque surdas, ad aures iactabantur. Quapropter se nil huc vsque profecisse, nec amplius inposterum profuturam abũdè perspiciens puella implacabilis, diabolica tandem rabie summoperè, ac supra quam dici potest excandescens, pugionem arripit, quo innocentem martyrio præparatum perfodiat. Et certè peremisset (quemadmodum & alius Religiosus noster in Hispania trucidatus est) nisi territa famula, quæ ad scenam non procul aberat, cunctaque auida aure captabat, confestim accurrisset, & è manu iam penè scelerata pugionẽ eripuisset. Cæpit exinde tremula Anus, luxuriei quidem alumnæ, sed non homicidij conscia, dignos in furiosam questus effundere; ac frementem nunc abblandientibus, nũc minacibus verbis aliquantum sedare: Quousque tandem iteratis, altiùsque & instantiùs effusis in Deũ, Deiparamque Sanctissimam Dominici precibus cælesti luce perfusa, prædicatas percepit veritates, sacrileg; deformitatem impudicitiæ erubuit, & resumptis, recomposititisq; vestibus, cæteroque corporis ornatu, ad pedes Sancti Iuuenis prouoluta, spississimos inter singultus, & vberrimas lachrimas veniam humiliter expostulauit, emendationem vitæ promisit, seque imposterùm velut alteram Magdalenam fore pollicita est: Et reuera se talem posteà exemplari pœnitentia reliquo vitę tempore fideliter exhibuit. Spatiosus sanè hìc mihi longè pateret campus amœnioribus eloquentiæ floribus respergendus Triũpho Dominici applaudenti, si non tam Rhethoricum Oratorem, quam simplicem Historiographum agerem. Possem & celebrem castitatis victoriam similibus alijs quorundam Sanctorum

Ab annò Christi 1604 ad 1605.

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

rum collatam, tanquam celebriorem, illiſue Superiorem meritò, facillimèque extollere; ſed quorſum hæc, vbi ſincera ſolum, ſimplexque hiſtoriæ narratio, cui addictus ſum, adiuncto violentæ mortis periculo, pluſquam ſatis illam ad Cælum vſque euehat, & immortalitati commendet? Non amplius igitur hìc immorabor, & ad alia Dominici geſta enarranda tranſibo.

CAPVT XXI.

Valentiam Proficiſcitur Frater Dominicus, & ibidem auxiliarem Sacriſtano operam nauat; Hominum vbique, Dæmonumque infeſtationes prodigioſè ſuperans.

PErcrebeſcebat in dies Sanctitatis Dominici fama, dùm in Conuentu Cæſar-Auguſtano moraretur, plures ad eum concurrebant quotidiè, deuotiones occupabant, interturbabant obſeruantiam. Vnde ſaluti ſuæ timens ad Confeſſarium cucurrit, eiuſque cùſilio popularem auram, & ex ea periculum imminens ſtatuit declinare, & ſuperiorem rogare; vt ad Conuentum ſolitarium Beatæ Mariæ de Spe in Regno Valentiæ ſe ſe reciperet, & elongare poſſet. Verùm re meliùs conſiderata, non ſine ſingulari Diuini Numinis inſpiratione, ſuaſit Confeſſarius, vt potiùs Valentiam peteret, ibi ſapientiſſimos reperiri Magiſtros ſcientijs Scholaſticis, & myſticis eruditiſſimos, ibi examinari poſſe ſpiritum planè extraordinarium, ibi corrigi, dirigi, inſtrui, animari; ne alicubi erret, aut cæſpitet, horreat, aut tardet. Paruit obediens Confeſſario, ex cuius ore tanquam ex Oraculo Diuino totus pendebat; & patentes litteras ideò faciliùs impetrauit, quia Prouincialis P. F. Magiſter Ioãnes de Heredia, Conuentui, quem incolebat, & ſibi ipſi non modicum fructum ſperabat ex Fratris Dominici præſentia, ac ſancta conuerſatione.

Cæſar-Auguſta diſcedens, & Fratribus condonari ſibi *poſtulans* malum exemplum, quod dediſſe ſe fatebatur; omnes, ac præſertim Nouitios ſincera humilitate compunxit, & abſentia ſua deſolatos reliquit.

Vt ſæcularium pẽrſonarum *concurſum* euitaret, ſummo diluculo profectus, iuxta patriæ morem, curru communi vectus eſt, ſimul cum quatuor Patribus Ordinis Sancti Dominici, & alio viro Religioſo. Sicque prouiderat, ne in eundem currum mulier admitteretur, ob caſtitatis amorem, & Religionis *de*corem. Verum Atletam iuuenem creſcentibus annis aſperioribus certaminibus exerceri permiſit Deus; vt ad virtutis robur pugna iuuenilis euaderet, & ad puriſſimæ ſcholæ magiſterium erudiret.

Plures ſe ſe inuicem currus aſſociabantur, & ijſdem diuerſorijs reficiebantur, pernoctabantque; quibus Valentiam vehebatur puella quædam admodum ſpecioſa vna cum matre, & aliæ nonnullæ mulieres, corporis quęſtu ſibi, alijſq; tormenta comparantes æterna. Omnes illæ, vel ſatanæ ſpiritu inflammatæ, vel modeſtia, & venuſtate allectæ, tamquam furijs percitæ, omnemque oblitæ muliebrem verecundiam, inhoneſtis, laſciuiſq; modis; ſecretò, ac publicè; die, ac nocte, iuuenem Religioſum certatim impetebant, & vario ſtratagemate caſtitatem impugnabant; ita vt non valerent reliqui Patres, aut earum proteruam laſciuiam impe-

dire,

dire, aut Fratris verecundiam defendere.

Itineris diuturnitas occaſiones multiplices obtulit, Religioſo moleſtias auxit, coronas præparauit. Iuuencula, quam diximus præſtantem forma, peiori ardebat flamma, aurigas, & cubicularios mercede corruperat, vt ad Fratrem præberẽt acceſſum. At Frater Dominicus feruenti pectus oratione firmabat, puellam minis, calcibus, pugnis abſterrebat, abſtinebat, & caſtitatis largitor vires iuueni ſuggerebat heroicas, vt animosè dimicaret, vinceret gloriosè.

Vice quadam ſatanicę libidinis œſtro percita coram omnibus Fratrem Dominicum impetijt, impudicum animum oſculo, vt ſperabat, oblectatura, tam pertinaciter, & inuerecundè, vt vix elapſus manibus, fuga ſibi conſulere coactus, poſtquam non exiguum ſtadium emenſus eſſet, credereturque ſe ſe euaſiſſe; ex improuiſo inter tygridis illius vngues ſe ſe irretitum ſenſit, & ingemuit. Moxque accurrentes aurigæ, ne erepere poſſet, ambos vno func colligarunt; & recreationis quidem gratiam prætexebant, ſed amaram, acerbamque luctam caſtitati indicebant. Et ſiquidem hominibus infamibus videbatur ſpectaculum ſolatij plenum, erat Dæmoni iucundiſſimum, propter grauiſſimum mulieris peccatum, ac periculum Fratris, quem infernalibus ſuggeſtionibus, & illecebra carnis præcipitare moliebatur: At toti Cæleſti Curiæ longè fuit gratiſſimum, quod caſtiſſimus iuuenis diuino timore carnem ſuam refrænaret; quod mancipium diaboli pugnis, calcibus, morſibus arceret, oſculādi facultate prohiberet, quod demum tanto impetu, ac feruore contra imminentem offenſam Dei, quaſi leo quidam, ita terribiliter inſurgeret; vt puella pauore concuſſa, veritaque ne naſo truncaretur, aut peius ab irritato Fratre tractaretur, quantociùs diſſolui poſtularet. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Aegrè tulerunt aurigarum impudentiam Religioſi Patres, & acri ſermone caſtigarunt, vnum præſertim cæteris inſolentiorem; ſed quã recognoſcere, & emendare debuit culpam, grauius auxit, & ſe vindicauit acerbius. Nam cum appuliſſent in Caſtellum quoddam non procul à Valentia, vbi feſtos dies populus numeroſus agebat, in platea ad diuerſorium mulos ſoluere properauit; vt ſuo pondere recidens in vnam partem currus, Religioſos ſarcinarum impetus interciperet, aut obrueret. Animaduerterunt vectoris ſui malignitatem, & Frater Dominicus Patribus exiliendi locum, tempuſque conceſſit; ipſe põdere corruentis arcæ ſic oppreſſus eſt, ſepultuſque; vt oneribus interemptus ab omnibus crederetur. Accurrere ergo cuncti, currum erigere, onera ſubleuare, Fratrem eximere. Dum ex viatoribus vnus zelo incenſus, arrepto fuſte, latera ſacrilegi nebulonis ita dedolauit, vt in multos dies mæſtam inſolentiæ ſuæ memoriam doloris ſenſus renouaret.

Et Dominicus repertus eſt ſanus, alacer, lætus, & Deum laudans, ac benedicens, qui ſe Crucis Chriſti participem voluerit eſſe, & ex grauiſſimo ruinæ periculo viuum euadere, & illæſum. Populo ergo, qui frequens accurrerat, ad prodigij nouitatem admirabundo, miraculum acclamante, & Dei laudes alta voce extollente Frater Dominicus diligenter vectorem, dicam, an ſubuerſorem quærebat, inuenitque ira æſtuantem, extremas minas præ rabie vomentem in eum, à quo fuerat fuſtibus exceptus. Proiecit ſe ad pedes hominis furibundi, eoſque affectu pio exoſculatus, tantum euicit Religioſa humilitate, patientia, & manſuetudine; vt errorem tandem recognoſceret, miſericordiam

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

diam à Deo poſtularet pro commiſſo peccato; à populo condonari ſibi pro dato ſcandalo; à Fratre, vt ignoſceret pro illata iniuria; & inflicta verbera ſe meruiſſe fateretur, ac ſumma omnium pace ſine vllis amplius moleſtijs peruenirent Valentiam.

Modico temporis ſpatio moratus in Conuentu ſtatim cultu, ac ſplendore virtutum in oculos omnium, ac in mentem pij Superioris ſe ſe inſinuauit gratia ſingulari. Ideoque quam primùm miniſterijs Sacriſtiæ deſtinatus fuit. Arbitratus eſt enim Prior iuuenis Fratris modeſtiam, deuotionem, charitatem, manſuetudinem inſtar ſpeculi futuras, quo iuniores, æquè, ac ſeniores Fratres, ac Sacerdotes ad Sacriſtiam miniſtrandi, vel celebrandi gratia conuenientes, mores ſuos componant, defectus emendent.

Acceptauit impoſitum onus obedientiæ cultor, & prompta alacritate Sacriſtani iuſſa, nutuſque capeſſens, viliora præſertim obſequia ſollicitus adimplebat, ſordes euerrebat, pauimentum emaculabat, parietes extergebat, baiulabat aquã, pulſabat campanas, ſimulque modeſtia quadam, & diligentia Angelica omnes mouebat ad deuotionem, excitabat ad Dei laudem.

In Sacerdotibus reuerebatur Chriſtum, eiſque humili ſubmiſſione deuotum impendebat obſequiũ; dum ſacras veſtes tractaret, oculo fidei penetrabat ad eas, quibus indutus, ſpoliatuſque fuit Redemptor noſter in ſua Paſſione, & in omnibus reuerentem cultum Deo exhibens viam currebat Euangelicæ perfectionis.

Quidquid temporis ſupererat ſtudijs erogabat litterarum, quibus ſic incumbebat; vt deuotos affectus ſpeculationi coniungeret: & ſuprema illa ſapientia ſeruo ſuo præſtabat gratiam, vt paucis horis plus proficeret, quam alij multis diebus.

Infeſtabat Iuuenem Dœmon, & calentem ætatem prauis ſuggeſtionibus accendebat in libidinem. Obijciebat menti paſſas à puellis ſollicitationes, repræſentabat illecebras: Sed ille durioribus verberibus carnem affligebat, aſperiori cruciabat cilicio, longioribus vigilijs extenuabat, diuturniori ieiunio macerabat; vt in ſeruitutem redacta, ſpiritu miniſtrare diſceret, non effundi in voluptatem.

Dœmones quoque horribilium monſtrorum figura apparentes iam vilipendere nouerat, & ne meditationis attentionem perturbarent, ſigno Sanctæ Crucis effugare: adeò poteſtatibus infernalibus factus per Dei gratiam formidabilis; vt in obſeſſis corporibus ad eius præſentiam precumque efficaciam ſubſiſtere non auderent. Quod hoc tempore ſæpius operari dignatus eſt Deus, & ſerui ſui monſtrare Sanctitatem. Huius rei tria ſuppetunt illuſtriora exempla, quorum primum referemus inferius cap. 24. vbi de V.P.F. Nicolai Factoris cum illo amicitia, cuius mirabilis hæc obſeſſi liberatio fundamentum extitit, ſermonem habebimus; alterum lib. ſequenti; tertium verò hic ſubijcimus, ijſdem prorſus verbis, quibus R.P.N. Philippus à SS. Trinitate in V.P.N. Dominici vita illud enarrat.

Erat ſub id tempus quidam poſſeſſus à Dæmone tàm audaci, & impudente, quod vt ſe liberaret ab Eccleſiæ exorciſmis, tàm exorciſtarum, quam circumſtantium grauiſſima, & occulta peccata reuelaret: Vnde vix inueniebatur, qui vellet, vel exorciſmos facere, vel facienti aſſiſtere. Deo tamen diſponente quadam die contigit, quod Dæmon inſultare volens exorciſtæ, vel imprudenter, vel coactè dixerit: *Non te curo, nec quicquam æſtimo*; & interrogatus quem timeret? ſubdit: *ti-*

meo

Evangelienbuch, Prosa, Bl. 1r: Textanfang

Nu wil ich ein buch machen von dem leben unsers herren Jhesu Christi, das ist ein gut werk. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden.

Nu wil ich ein buch machen von dem leben unsers herren Jhesu Christi, das ist ein gut werk. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden. Wan wer ein gut werk tut, der sol es nit verbergen, sunder er sol es offenbaren, das ander lute dar an gebessert werden.

ęthnam incendia deuotionis, quæ rurſus eadem euibrabat in flammã ardentiorem. Cumque feruentiſſimis charitatis, humilitatis, gratitudinis actibus animum ſolidaſſet, pro ſua, ac proximorum ſalute ſingulares gratias impetraſſet; ceſſarunt quidem, ſed tàm viuaciter impreſſa remanſerunt viſa magnalia, & mens oleo cæleſti delibuta, vt per multos dies ad alia diuerti non poſſet.

In vna ex Capellis Eccleſiæ grãdior pendebat Imago Crucifixi, & commodus ad eam patebat acceſſus. Hic bonam noctium partem in Saluatoris noſtri meditanda paſſione conſumebat, & acerbitati dolorum cõpatiens amplectebatur genua, rigabat lachrymis pedes, & ad ſacratiſſimam lateris plagam tenerrimo cordis affectu exoſculandam humiliter ſe ſe erigebat, offerebatq; ſemetipsũ ad quælibet amore Crucifixi ſufferenda, ſeu tormenta, ſeu opprobria quantumuis acerba forent, & infamiæ plena. Efferuebat nonnunquam his ſanctis exercitijs tam vehementer, vt corpus quidem tenaciter adhæreret affixum Cruci; ipſe verò ſpiritus à ſenſibus abreptus eleuaretur in Deum.

In quo mentis exceſſu Redemptor noſter ea forma, habituque, quo pro nobis paſſus eſt, apparens acerbiſſimas plagas ad viuum repręſentabat; & Glorioſiſſima Virgo explicabat deuoto ſuo, tùm filij dolores, tùm acutum gladium, qui ſuam ipſius animam pertranſijt. Diſcipulus etiam quem diligebat Ieſus, & peccatrix illa, quæ ad pedes Ieſu Sanctitatem inuenit, certatim narrabant totius paſſionis Chriſti dolorioſiſſimam periodum, multaſque circumſtantias ab Euãgeliſtis omiſſas; nec non proprij cordis afflictionem morte qualibet amariorem, cũ tanta, ac talia pati cernerent Magiſtrum ipſa vita dulciorem. Et Diuina deſuper illuſtrante Sapientia percipiebat mirabilem illam vtriuſque Teſtamẽti harmoniam, qualiter nimirum, quod de filij Dei paſſione fuerat prophetijs annunciatum, geſtis figuratum, rebus adumbratum, luculenta veritatis face ſplenderet in nouo. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Quamuis ad interiora cœleſtis thalami penetralia, & Spiritus Sancti conclaue deiectus cælo Satan irrepere non poſſet; obſeruabat tamen aſtutus inimicus ex ſignis exterioribus internas delicias, earumque fontem obturare conabatur, ſi poſſet; ſi non poſſet, riuos ſaltem turbare, & inficere.

Nouerat ille nihil æquè ſpiritualibus conſolationibus obſiſtere, quã voluptatem carnalem. Aggreditur ergo iuuenem immunditiæ ſpiritus figura indutus mulieris, tàm vultus forma, quam veſtium pompa venuſtiſſimæ; occurrenſque in clauſtrum ex ſcala deſcendenti, ſermonis lepore, geſtuum gratia, totius corporis elegantia, mille blanditijs, & illecebris ad luxuriæ ſenſum abſtrahere, & allicere nitebatur. Sed egregius Athleta caſtitatis ex horrore, quo ad præſentiam Dæmonis corripi ſolebat, tanquam ex Claſſici militaris ſigno, Crucifixi effigiem manibus accepit, ſeque armauit, & mẽte ad Dei adiutorium ſubleuata, cõceptaque deſuper fiducia, phantaſma maledictum expugnauit: Contemptum enim ſui, & propudioſa Religioſi verba zelo caſtitatis prolata ferre non ſuſtinens, horribilemque fremitum edens fugã arripuit, relicto per totum clauſtrum ſulfuris fœtore deterrimo. Plures è fratribus, qui maledicta in Dœmonem prolata intellexerant, & inſolito fœtore moleſtabantur, rati quod res erat, ad Fratrem Dominicum accurentes, ex mandato Patris Prouincialis vrſerunt, effeceruntque, vt rei geſtæ ſeriem enarraret cum humilitate, & feruore, cum audientium ædificatione, & Dei laude.

Nec animum ea propter deſpondit

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

dit infatigabilis hostis. Sed dum ætas iuuat, dum calentes adhuc venæ titillant, gehennæ flammam immittere non cessat: si quo modo ab intenta castitatis custodia deturbare, vel inclinare valeat iuuenem pudicissimum.

In prospectu cellæ Fratris vicinã domum incolebat nobilis Matrona cum filiabus quatuor, omnes moribus honestissimis, apud homines probatæ, Deo pijs operibus, & cordis deuotione placentes. Illam ceu matrem, has veluti sorores singulari beneuolentia prosequebatur, mutuusque intercedebat affectus, & correspondentia, irreprehensibilis tamen apud Deum, & homines: Donec infernalis Regulus tentationis suæ venenum infudit in sororum iuniorem. Mox enim curiosis, ac deinde lasciuis oculis elegantem iuuenis faciem delibans, mentis aciem excęcauit. Emicabat enim vultus decor è macie, & ex attrito pœnitentijs corpore lætus effulgebat fulgor venustatis, eoque impudentiæ luxuria deduxit; vt oblita virginalis verecundiæ pluries lasciuum aperiret animum gestibus, nutibus, verbis inuitaret, prouocaret: sed diuinitus eruditus pugil ligna foco substraxit, conuersationem abscidit; vt quam incẽderat præsentia flammam, absentia suffocaret: Nunc vnum, nunc alterum causatus impedimentum, vsitata Sanctorum prudentia, mulieris famæ consuluit & saluti. At malignum spiritum Paradiso, chorisque Sanctorum irrepentem, quibus vectibus, & seris excludas? Ille formam abdicatæ iuuenculæ mutuatus, cellam penetrat, blandè assidet, amorosè compellat, & ex pharetra infernalis astutię mellitissima vibrat tela luxuriæ; vt inuicto pudicitiæ militi, quantumuis Dæmonis præsentiam ex horrore dignosceret, acris tamen concupiscentiæ flamma per affectuum medullas serperet; simulque peccati timor, ac tremor ossa peruaderet; donec ad cęleste refugium pauido corde suspiranti, feruor immissus est amoris Diuini, qui gehennæ flammam oppressit, & incentorem eliminauit.

Aliam etiam mulierem Dæmones instigarunt genere nobilem, diuitijs abundantem; castitatis propositum, quod colebat, acriter impugnarunt, & puram animam varijs insultibus defatigarunt, molestarunt, ac sensim ad tam perditam lasciuiã deduxerunt; vt verbis inuerecundis, obscęnis nutibus, ac gestibus sollicitare non puderet, in omnem occasionem libidinis intenta. Quando Sacristanus portas Ecclesiæ claudebat ad vesperam, exiliebat è latebra & impudentia diabolica inopinum aggressa, amplecti ac deosculari nitebatur. Repulit mulieris impetum castus iuuenis, acriter reprehendit, grauia comminatus est, & vt occasionem euitaret, quoties aduertebat adesse, non sine socio claudebat Ecclesiæ valuas. Vbi ergo primis tentationibus obicem iniectum vidit, deteriora molitur; & effręni concupiscentiæ calcar addens, cœco impetu ruit in luxuriæ barathrum, & nihil Dei maiestatem reuerita, non Religiosæ domus intemeratum decorem, nihil honorem proprium, aut auitæ domus honorem, virilem habitum induit, & per Ecclesiam sub noctem penetrat in cellam Fratris Dominici, Sacristiæ, vt diximus, vicinam, & ab aliorum cellis remotã. Operitur quo vsque ad dormiendũ se recipiat, sacrilegam vti sperabat expletura libidinem. Sacristanus reuersus in cellam, arbitratus virum esse, qui ad se in afflictione pro solatio recurreret, (erat enim suauissimum tribulatis refugium) blando sermone compellauit. Cum velut insanis agitata furijs insilijt in Religiosum, brachijs amplexa fortiter strinxit, verborum lenocinijs demulcens, & vi osculari tentans. Frater Dominicus, vt se inopinis cassibus irreti-

irretitum ſenſit, vireſque debiles, impareſque infernali menadi; confeſtim cæleſte Virginis auxilium implorauit toto cordis affectu. Audijt velociter noſtrarum precum auſculatrix præſentiſſima, vigorem neruis immiſsũ ſenſit pudicitiæ luctator; quo luxuriæ harpiam immũdiſſimam excuſſit, & extrema quæque minatus, cucurrit ad portam Eccleſiæ, eamque aperuit, vt ſecretò effugeret, & honorem conſeruaret apud homines, quem turpiter prodegerat in conſpectu Dei.

Nec conquieuit mulieris inſana paſſio, ſiue, vt veriùs dicam, maligna Dœmonum ſuggeſtio. Nam ſe contemptam arbitrata, quantò ferebatur ardentiùs in laſciuum amorẽ, tantò exarſit in capitalius odium, & quod non niſi à ſpiritu Diabolico proficiſci poſſe reor, nuper nimium dilecto necem machinatur, & ſub eleemoſinæ, ac beneuolentiæ ſpecie artocream Sacriſtano mandat medicatam veneno potentiſſimo. Eo die ad quædam negocia peragenda miſſus fuerat extra Conuentũ, iamque inſtabat prandij tempus cum Angelus Cuſtos parati periculi admonuit, greſſum accelerare iuſſit, auxilium tulit; ita vt ſocius viribus præſtans miraretur inſolitam velocitatem; eamque vix anhelans aſſequeretur. Conuentum ingreſſus, interroganſque de artocrea, didicit iam ad commune prandium iuſſu Prioris illatam, vt Fratribus iuxta regularis vitæ normam diſtribuatur. Cucurrit ad Refectorium anxius Dei ſeruus, reperitque quod cultro portiones diuidere inciperet, confeſtimq; è manibus abſtulit, partem feli proiecit, venenum ineſſe cauſatus, videruntque animal quãprimum male affici, in tumorem verti, & nondum elapſo horæ quadrante in medio Refectorij girare, diſtendi in pauimentum, expirare: mirantibus cunctis, & pro Dei prouidentia, ac ſerui ſui charitate in diuinas laudes, ac gratiarum actiones effuſis.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Caſus enormitas Matronam non latuit, horruitque periculum, in quod tot Religioſorum ſanctam communitatem cæco furoris impetu coniecerat, modumque liberationis diuinitùs indicatum obſtupeſcens, mentis oculos aperire cœpit, ſerui Dei mirari caſtitatem, patientiam, charitatem; quod tot tentationibus moleſtatus conſtanter reſtiterit, veneno impetitus ſiluerit, honori conſuluerit eius, quæ vitam auferre moliebatur: & Deo intus operante, ac Fratre Dominico multis precibus ſupplicante, compuncta, lachrymis, ac pœnitentiæ rigoribus criminum maculas eluere, ac deterere laborauit, mundaniſque delicijs vale dicens, vitam traduxit in exercitijs deuotionis, ac bonis operibus exemplarem.

Intorquebat etiam alterius generis tentamenta Diabolus; vt vel moleſtijs frangeretur intentio ſpiritus, aut vanæ gloriæ fumo euaneſceret. Quorum nonnulla commemoro. In vno ex ſacellis Eccleſiæ Carmelitarum Valentiæ deuotiſſima viſitur imago Beatæ Virginis, & miraculoſa conſeruatur hoſtia: Ambæ quondam in profunda foſſa ſub campana repoſitæ, ac deindè totius populi ſupplicatione exhumatæ, ac decentiſſimo in loco collocatæ, magno concurſu frequentantur, magna pietate coluntur, adorantur abundanti deuotionis fructu, & copia cœleſtium donorum. Hoc in loco Frater noſter Dominicus ad orandũ recedere ſolebat, vt ſuas, ſuorumque neceſſitates Saluatori Ieſu, ac Matri miſericordiarũ deuotiùs cõmendaret. Quod vt Dœmones impedirent varias moleſtias adferebãt, nunc ianuam claudebant in faciẽ, modo clauem ſubtrahebant, modo Capellam ſpectris implebãt, & ſtrepitu concutiebant, aliquando extra Capellam per pauimentum magno

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

impetu trahebant. Nocte quadam profundæ ſepulturæ, quam in Capella effoderant, ceu ferociſſimi vaſpillones iniecerunt, & mento tenus ſub terra ſepultum per multas horas dimiſerunt; vſquedum orationũ efficacia,& cęleſti virtute coacti ſunt exhumare laudantem Deum, ac vana terriculamenta ridentem.

In accendenda ſimiliter, vel inſtruenda lampade, quæ ante Sanctiſſimum Sacramentum pendebat, aut cum ex ea lucem mutuare vellet miris vexabant inſultibus. Interdum altiùs quam pertingere poſſet eleuabant, ſæpius cum ad lumen illius officium recitaret, præ rabie extinguebant.

Aliquando vehementi impetu in terram illidentes effregerunt in minutiſſimas partes; mox feruore ſpiritus incitatus, arrepto in manibus Crucifixo, cogebat in priſtinum ſtatum lampadem reſtituere, & lumen accendere, quo Dei laudes recitaret, nec audebant reniti iuſſis, ſed horrendum infrementes obediebant homini mortali immortales Apoſtatæ.

Primam noctis vigiliam in oratione conſumpſerat, & feruore meditationis abreptus diutiùs videbatur protracturus; niſi excitator Angelus admonuiſſet, mediæ horæ tẽpus, quod ad mediã noctem deerat, recitando Completorio tribueret,ne ſupererogatorijs vacans, obligationum ſuarum obliuiſceretur. Protinus igitur, eodemque in loco, nimirum coram Sanctiſſimo Sacramento Completorium auſpicatus eſt. Verùm quia lachrymarũ copia, & feruoris exceſſus, quem meditando conceperat, non permittebant memoriter recitare, ad lampadem acceſſit lecturus ex Breuiario. Aduigilabant Dæmones, eamque conſeſtim ſublimauerunt ad vſque fornicem Capellæ maioris, & ingenti ſtrepitu, ac horrifico clamore iuſtitiam à ſupremo Iudice poſtularunt aduerſus Fratrem iſtum mortalium omnium deterrimum,quod eos diebus,ac noctibus tormentis affligeret crudeliſſimis. Prẹmebatur deuotus Dei ſeruus anguſtia temporis, vrgebat recitandi præceptum, inſtabat diei terminus, imminebat periculũ omiſſionis, verebatur Diuinæ Maieſtatis offenſam ob præuentionis negligentiam. Denique in perplexitate cordis ſui fiducialiter auxiliũ cæleſte implorans: *Te*, inquit, *vniuerſorum Rex potentiſſime, humiliter deprecor, mancipijs illis tuis impera, lampadem in locum ſuum reducant; vt obſequium ſeruitutis meæ,quod tibi debeo, valeam adimplere*. Vix concepta verba finierat, cũ reſtituta lampas lucem præbuit, qua penſi Canonici reſiduum deuotè perlegendo ſoluit; in vanum frementibus Dæmonibus, & iuſtitiam, vindictamq; vlulatu ſolito poſcentibus. Quare Angelus Cuſtos clientem ſuum admonuit querelas rebellium *poteſtatum*, non tam ex tormento procedere, quod patiantur, quam ex maligna intentione, qua moliantur in vanam gloriam erigere, vel allicere ad malam complacentiam rerũ geſtarum. Cautè igitur,& circumſpectè in omnibus ambulandũ ratus, nè in ſuperbiam elatus in Iudicium incideret Diaboli, ſui nominis celebritatem, aut gloriæ vanitatem, ceu peſtes fugiens, veram humilitatem, & ſincerum ſui contemptum aſſiduè colebat in mente,& diligenter exercebat in opere.

Hac de cauſa quamuis à diuerſis Benefactoribus largæ confluerent eleemoſinæ, & pretioſa ad Sacriſtiã donaria peruenirent; modeſtiæ tamen,& humilitatis cultor non noua inuenit ad ſui nominis famam, ſed à prædeceſſoribus delineata, aut incepta ſine alteratione proſecutus eſt,perfecitque,vt alijs honor accreſceret, Eccleſiæ decor effulgeret,ſibi verò ſuæ vilitatis intuitus gladius eſſet,quo omnẽ vanitatẽ amputaret.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXIII.

Sacris initiatur Ordinibus F. Dominicus; ſtupenda, dum ad illos ſuſcipiendos pergit, ei ſuccedunt; Ad Sacerdotium euectus, muneri illi maxima cum deuotione incumbit.

OPtauerat humilitatis cultor eximius in laicorum Ordinem redigi, & vilioribus Fratrum miniſterijs occupari, indignum ſe reputans omni clericali ſtatu, ſeu gradu. Adeoque iam obedientię iuſſu quatuor minoribus inſignito nimia ſuperbia videbatur ad Sacros aſcendere. Allegabat indignitatem, offenſas in Deum, ineptitudinem apud homines, modicam litteraturam, & humillimè apud Superiores inſtabat, ne ſe ad Sacri Altaris ſublimitatem eueherent; ſed totius vitæ decurſu vilioribus exercitijs mancipare vellent. Obtinuit quidem humilitas meritum apud Deum: ſed Prouincialis, cùm Valentiæ non haberentur eo tempore Ordinationes, Dertuſam, ſeu Tortoſam pergere iuſſit itinere miliariũ ſeptuaginta duorum, vt Subdiaconatu initiaretur.

Continua mentis applicatio ad Deum, vigiliæ diuturnæ, pœnitentiæ rigoroſæ, & Dœmonum indefeſſæ moleſtiæ vires corporis profligarant; ideoque iniunctum ei fuit, vt iumento veheretur, quod deuotus benefactor obtulerat. Fecit imperata Religioſus obediens, totoque itinere præſentiam Dei coluit, ſilentium, ſtatas orationis horas, quẽ admodum in Conuẽtu ſolitus erat, indiſpenſabiliter obſeruauit; quod vt exactius obtineret, aliquantulum ſocios præibat, ne eorum ſermonibus obtunderetur acies attentionis, aut turbaretur.

Contigit ſuis meditationibus abſorptum, & regendis habenis alienũ extra viam regiam à iumento ferri ad anguſtiſſimum quendam tranſitum, quem imperuiũ fecerant aquarum inundationes: Ab vna parte rupes imminebat, ab alia præcipitiũ. Aduertit mulus periculum, ac ſubſtitit; ſed Frater Dominicus in medio deuotionis exercitio, nihil tale cogitans calcaribus vrſit, quibus extimulatum animal, multoque magis inſtigante Dœmonio excœcatum, impetu facto, & prioribus tibijs in aerem elatis ſaltabat in præcipitiũ; niſi ſeruus Dei periculũ aduertens, *Ieſus Maria*, protinus exclamaſſet; & Ieſus & Maria ſeruo ſuo ſuccurriſſent quantocyus: Nam iumentum poſterioribus cruribus retrorſum reſiliens in terram ſe, vectoremque ſaluauit, arbitrantibus, qui accurrerant, ſocijs tam manifeſtum periculum ſine euidenti adiutorio Dei ſuperari non potuiſſe. Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Tortoſam aduenit, examinatoribus ſe præſentauit. Inaudierant hi de fama Sanctitatis Sacriſtani Carmelitarum Conuentus Valentini. Quamobrem vt diutius cum eo agerent, difficultates aliquas Theologiæ Scholaſticæ propoſuerunt, & Fr. Dominicus ratus ſe ſe ad reſpondendum obligari, quamuis illi ſtudio non dediſſet operam; cum cor ſuum ad Dei ſapientiam deuotiùs eleuaſſet, reſponſum dedit Theologo dignum, quo animati de maioribus dubijs inquiſierunt: & ille ad omnia tam appoſitè, doctèque reſpondit; vt doctrinam deſuper infuſam arbitrarentur: Et Epiſcopus dilectum Deo ſeruum ordine ſacro Subdiaconatus magno lætitiæ, ac conſolationis ſenſu inſigniuit.

Anno ſequenti, cum vigeſimum tertium ageret ætatis, ad ſuſcipiendum Diaconatum miſsus, priuſquã examinatoribus ſe præſentaret, vt quædam præuideret de Diaconatus officio, capitulum vnum ex Concilio

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

lio Tridentino domi legit: deinde aperienti Missale primum obtulit se se epistola, & Euangelium Dominicæ Resurrectionis, & breuiter Grãmaticalem vtriusque constructionẽ, ac concordantiam studio suo meditatus est, ac clauso libro, reliqua Deo commendans, abijt ad examinatores, qui primum quidem de punctis, quæ ex Tridentino didicerat, interrogantes, mox præmeditatam Epistolam, ac Euangelium construere, & concordare iusserunt: Deo non obscuris inditijs demonstrante, quam miro prẽueniret officio, quod serui sui cederet solatio.

Natus annos vigintiquinque Tortosam ad Sacerdotium capessedum mittitur; vtque debilitatis gratia veheretur iumento, quod benefactor obtulerat, Prior benedictionem impertijt, arbitratus eo vehendum, quemadmodum præcedenti vice factum fuerat. Verùm cum alij Religiosi pedites Tortosam peterẽt, nec virgeret Superioris mandatum, Benefactoris famulum ad condictã portam Ciuitatis mulum deducere, ibique expectare iussit, ipse per aliã pedester profectus est; magis eligens conformari paupertati Christi, quã debilitati corporis obsecundare necessitati. Et certè Christus Dominus vires addidit, vt breui socios attingeret, & primo quidem die pari passu comitatus est, at sequenti magis inualescens, cum vno comite Fratre Dionysio longo reliquos anteiuit interuallo.

Et ecce de monte in eorum occursu descendere virum armatum, truculenta facie, præcipitato incessu, & effera voce clamare: *Sistite, tunctisque vestibus vos actutum spoliate*. Frater Dominicus mox pauidum cor ad Deum erigere. Deinde ad latronem conuersus rogauit per amorem Diuinæ Maiestatis, ne se nuditatis ignominia afficeret, cõtentus esset id pecuniæ accipere, quod pauperes Religiosi deferebãt. At ille neque amorem Dei, neque Sanctorum reueritus, ferociter replicabat se se quantocyus exuerent, alioquin morte mulctandos. Interim latrones alij ex eadem societate superuenerunt, inter quos vnum intuitus Frater Dominicus, qui meliorem indolem præ se ferebat, vultumque exhibebat non adeo truculentum: *Domine*, inquit, *obtulimus huic militi pecuniam omnem, quam habemus, deprecantes ne iubeat habitu spoliari, & subire nuditatis verecundiam. Te Iudicem facimus, & nosmetipsos tuæ gratiæ, ac benignitati committimus*. Ille sermonis humilitate, ac discretione, magis autem *Deo intrinsecus* operante commotus ad compassionem, transire iussit, & iter inceptum carpere. Assassinus ille truculentior ęgrè ferens imperiũ suo contrarium, sclopetum manu arripit, & ira exæstuans obuertit in sodalem, qui parem iram, pares que obtendens armorum machinã *idem* tidem inclamabat, vt audacter, securèque pergerent, quod sanè non impigrè præstabant timore pedibus alas addente: Nisi quod Fr. Dominicus de salute latronum magis, quam de sua sollicitus, verebatur ne se inuicem occiderent, & in infernũ præcipitarent; ideoque feruentissimas ad Deum preces effundebat, vt eos seruare dignaretur ad pœnitentiam. At cum rumorem alium non perciperent, & securi iam existerent, Omnipotentem Deum laudibus extulerunt, qui seruos suos à tam euidenti periculo liberasset.

Tortosam ingressi intellexerunt Episcopum Dominum Ioannem Ysquierdo propter infirmitatem Ordines non fore collaturum. Deliberabant ergo, cũ dies aliquot supeterent, ad alium Episcopum proficisci: sed Frater Dominicus fiducialiter aiebat: *Sperare se Diuinam maiestatem infirmitatis obicem ablaturam*. Hac spe fretus recepit se in vnam Ecclesiæ capellam, ibi dies ferè

ferè integros omnes in oratione consumpsit, quibus Tortosæ expectauit, ad Sacerdotij caracterem dignè susciendum se se præparans, & fælicem Ordinationis successum supremo Sacerdoti commendans.

Interim duo nobiles Valentiani, Episcopo, cui familiarer erant, relationem fecerunt de morum Sanctitate, ac sanitatum gratia Sacristano Carmelitarum à Deo concessa, aduenisse Tortosam, vt Sacerdotij dignitate exornetur. Pius Prælatus Fratrem accersiri iussit, & blando vultu, & deuotionis significatione susceptit, infirmitatem, debilitatemque exposuit, timere se ne ab Ordinum celebratione impediatur. Tum Frater modestè, humiliterque respondit: *Illustrissima Dominationis Vestræ munus erit me Sacerdotio consecrare, & hæc vltima existet ordinatio, quam celebrare poterit.* Prædictionis veritatem rei probauit euentus. Etenim deuotus Antistes viua fide serui Dei dictũ accipiens, melius habere cæpit, magnaque animi sui lætitia Fr. Dominicum Sacerdotali charactere insigniuit, sed paulò post in morbum recidens transijt ad meliorem vitam.

Cum inter populum Tortosanum fama percrebuisset, ad nouelli Sacerdotis preces Episcopum esse restitutum sanitati, conuenerunt ad palatium plures, vt eum alloqui, & contingere possent, ingensque futurus erat concursus; sed humilitatis cultor fugiẽs mundani honoris vanitatem, eodem sabbatho valefaciẽs Antistiti clam Tortosa discessit.

Modicum itineris exegerat cum peruenit ad eum Iuuenis altæ staturę, eleganti aspectu, & decoris vestibus ornatus, vt ingenuæ, honestęque conditionis appareret. Interrogauit, quo tenderet? & audito quod Valentiam: *Et ego*, inſit, *eodem pergo. Eia, societatem ineamus, & simul lætum carpamus iter.* Geniũ demonstrabat phantasticum, & humoris turbulenti: moxque vt in diuersorium pedem intulit, conturbari cuncta, & inquietari, ac gallinæ ipsę quasi viso spectro vociferari, & huc illucque discurrere. Cœnam sibi parari iussit cum Patre Fratre Dominico: diuersa tamen causatus, cum mensæ benediceret, aut gratias ageret, se prorripiebat cubiculo. In eadem camera, lectoque decumbere voluit, nec importunus, & pertinax iuuenis potuit dimoueri. Postquam ergo P. Frater Dominicus Officij Diuini pensum absoluerat, & orationem protraxerat in seram noctẽ, super lectum vestitus incubuit; statimque iuuenis adfuit, & semetipsum vestibus spoliauit, tandem indusium exuit, apparuitque horribilis figura, humana quidem, sed solis ossibus constans, qualem depingunt mortem; nisi quod manus, & facies, totumque caput carnibus, & pelle vestiretur. Proprijs deinde manibus oculum vnum sibi eruit, mox alterum, inde singulos dentes maxillis euulsit; denique faciem decortiuauit, à mento vsque ad verticem capitis pellem sanguinolentam attrahens, & horrendo hoc schemate quantum poterat ad faciem Religiosi, ceu osculaturus, amplexuruſque, propinquabat. Pater vultum, totumque corpus retrahebat in angulum, vsque dum parietem attigit: tunc enim monstrum illud euanuit. Dubitabat Pater Fr. Dominicus quid rei sibi vellet insolita monstri figura: Et quamuis ex ordinario signo, quod supra retulimus, indicaretur esse Dæmonem; attamen ex gestis suspicabatur animam esse Purgatorijs pœnis addictam, quæ cruciatuum magnitudinem factis exprimeret, non verbis. Verum vbi euanuisse vidit, nec vllas postulasse preces, in eam venit sententiam, vt Dęmonem crederet hac larua timorem sibi peregrinanti inducere fuisse conatum.

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Illucescente die stabularius iuue-

nem

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

nem non reperiens, de socio requirit, duplicatam exigit solutionem. Et Pater Dominicus: *An non*, inquit, *probè obseratas inueneristi diuersorij fores? qua via, quòmodo potuit euadere? Hinc, amice, conijcias quis fuerit inuenis iste adeò importunus, adeò phantasticus*. Sed surdo canebat, cui non verba, sed moneta placebat: adeoque etiam pro Dœmonio cœnam, stratumque soluit Seruus Dei; & reliquos itineris labores patienter, alacriterque deuorans, reuersus est Valentiam.

Dignitas Sacerdotalis, velut ingenti onere impositio, mentem Patris Dominici deorsum incuruare videbatur, vt ad aliud respicere nō valeret, quam in profundum humilitatis, & contemptus sui. Si quando ad Diuinæ Misericordiæ magnitudinem oculos attolleret, ipsa pondere suo reflectebat, inclinabatque; quod de terra suscitasset inopem, & de stercore pauperem eleuasset ad sedem tantæ sublimitatis: Vnde gemitibus, & suspirijs æternum Pontificem implorabat, vt ministri indignitatem suæ gratiæ dignitate suppleret.

Nouos addebat pœnitentiæ rigores, vt nouam vitam inchoaret in Christo. Nam cum primitias sacerdotij deuotus offerret, puriori Sanctorum luce circumfusus est, & de peracta vita, ceu mille imperfectionibus contexta confusus erubuit corde contrito, humiliatoque misericordiam postulans, & gratiam deinceps ad maiorem perfectionem semetipsum excolendi.

Quam ob causam P. Frater Melchior eius Confessarius dicere solebat, se Patrem Fratrem Dominicum à suscepti sacerdotij tempore, nunquam vidisse sine catena, sine cilicio. Quin imò continuo quinquēnio ferream catenam punctis acutis armatam cami sic accinxerat, vt primum humeros per transuersum circumplectens, inde quinies obnolueretur corpori, adeòque tenaciter incarnatus fuerat primus ille circulus ad scapulas, vt cum superior iussisset eam deponere, necesse fuerit viuæ carnis frusta resecare.

Ad Sacrum Missæ Sacrificium celebrandum, præter iam dicta pœnitentiæ exercitia, deuota se meditatione præparabat, eique plurimum temporis, & præsertim singulis noctibus horam cum dimidia dabat in commemorandis Deo necessitatibus fidelium viuorum, & mortuorum, vt postea memento Canonis breui reflexione absoluere posset, ne morosus, molestusq; fieret astantibus, & ne diligentiam in actibus Chori, quam punctualiter obseruauerat, labefactare cogeretur.

Liberalissimus quoque Dominus iuxta deuotionis proportionem versabat flumina gratiarum ex Oceano bonitatis suæ, & fauore multiplici exornabat. Etenim cum post *mystica* consecrationis verba, *breui* temporis spatio spiritu sublimatus, ad se redijsset, perplexitas inuasit; vnde prosequi deberet, consecrationem peregisset; an peragenda restaret? sed sub Eucharistiæ velaminibus semetipsum manifestans Iesus, ait: *Hic adsum, amice mi dilectissime*; verbis suauissimis dubio eximens, & immensa consolatione perfundens.

Celebrantis capiti visæ sæpius est insidere columba candidissima. Hanc deuota Dei famula nomine Cabreriza vidit, quam eiusdem tres filij paruuli cum cernerent infantili simplicitate ingeminantes: *Eia Columbam; accipe columbam*; cucurrerant ad Patrem sacris operantem in Capella dicta *Ecce homo*: Et præhensa manibus sacerdotali planeta ad volucrem capiendam annitebātur. Sentiebat Pater Spiritus Sancti assistentiam singularem, ideoque in semetipso confundebatur, quod eam Deus demonstraret exteriori signo.

Digitized by Google

gno. Hinc Matrem ſollicitabant eadem ſimplicitate, vt ad Miſſam Patris Sacriſtani adduceret. Videre ſe ſplendoribus radiantem, & columbam pulcherrimam in capite, quam ab eo velint impetrare.

Frequenter in Hoſtia, quam conſecrauerat, & manibus tenebat, infantem Ieſum reuelata facie blandientem, & incomparabili pulchritudine fulgentem, conſpexit, tum ipſe, tum prædicta mulier, eiuſque innocentes paruuli: & illi quidem amore tenerrimo exarſerunt; Hi verò ad Altare identidem accurrerunt, vt amplecterentur.

Communionem Sacram dum ſæcularibus impertiret, particulam vaſi ſacro extrahens, altera eidem vnita diuulſa eſt, & extra pixidem per aerem ferebatur in terram; Sed Deus afflictum ex inopinato caſu Patris animum conſolari volens, fecit vt particula ſolem ſplendore ſuperans, antequam terram attingeret, rediret in ſuperiora, & ſemetipſam ori Sacerdotis infunderet, quã benedicens, ac laudans Deum in mirabilibus ſuis, tanta ſuauitatis plenitudine ſumpſit, vt per dies quindecim nec ſomnum ſumere, nec cibum valeret ingerere: niſi ad ſummum, & maxima cum difficultate vnciam vnam panis quotidie. Suppetebant nihilominus per Dei gratiam, & Sanctiſſimi Sacramenti virtutem vires corporis laboribus Sacriſtiæ, alijſque functionibus opportunæ. Vidit diuino adiutorio miraculoſum hoſtiæ ſplendorem, reditumque mulier deuota, & plena ſtuporis enarrauit, rogauitque Patrem, vt animæ ſuæ curam generet apud Deum, à quo tantis fauoribus ornabatur.

Volebant aliquando ſæculares aliqui ſacram de manibus celebrãtis Dominici Synaxim accipere; Cumque diù, fruſtraue quęſita Tabernaculi clauis minimè inueniretur, rem ipſe Domino commendat, oblatamque caſu clauem aliam arripit, ea miraculosè Sacrarium aperit, factaque communione recludit. Poſtmodum verò miniſter alijs Religioſis caſum referens, eos ad curioſam rei inueſtigationem inducit. Eandem igitur clauem reſumunt, capſulæ applicant, tentant aperire Sacrarium, ac demum inutili labore miraculum luculenter agnoſcunt. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Mane quodam Sacrum celebrauerat Dominicus, quo finito in Oratorium gratias acturus receſſerat. Itaque poſtquam Deo vnitus diutiùs oraſſet, & egreſſurus aſſurrexiſſet, videt extemplò cuſtodem ſuum Angelum, eumque ſibi dicẽtem audit: *Sequere me*. Obtemperauit Dominicus, ſed quia res vrgebat, lentiùſque quam par eſſet procedere videbatur, illicò aſſumpſit eum Angelus, breuique temporis mora tranſtulit in valetudinariũ, quo Religioſus quidam in vltimo vitæ articulo conſtitutus, ac extremum penè ſpiritum agens iacebat; quodque miſerabiliùs erat, de ſalute animæ magis, quam corporis periclitabatur. Vir iſte doctus erat, & pius, ſed in hoc vitæ diſcrimine Dœmonis fraude, arteque delu ſus, ac laqueis dolosè paratis irretitus. Apparuerat ſiquidem illi infenſiſſimus ille ſalutis hoſtis in Angelum lucis transfiguratus; dixerat Infirmo ſe ſe à Deo miſſum, vt eum in agone ſolaretur, & ab errore, in quo huc vſque vixerat, opportunè retraheret. Multa iam contra fidem, legẽue Dei credenda dogmata propoſuerat, quę primò quidem refutauerat Infirmus ille miſer, ſed poſthac ſubtiliſſima infernalis Sophiſtæ argutia deceptus, eis tandem aſſentiri incipiebat. In hoc erat æternæ damnationis periculo Infęlix æger, cùm ad eius lectum raptus, euectuſue fuit Dominicus. Deum ibi Dei Seruus, vna cum Angelo Cuſtode infirmi, quem ipſi aſſiſtentem vidit,

& cum

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

& cum proprio quoque, quem vectorem habuerat, pro salute moribundi enixè exorauit: Et ecce proditorem etiam Dęmonem intuitus est rabie percitum, qui vim orationis ferre non valens subito in fugam actus est, se seque è cella celeriter prorripuit. Tunc Dominicus Diuina simul & Angelica luce perfusus, adeò efficaces Infirmo rationes, ad credēda fidei mysteria diuinitùs reuelata, & ab Ecclesia proposita, intulit, vt omnino conuictus nouissimum errorem cæperit vberrimis deflere lachrymis, & Sacramentali postmodum pœnitentia expiare, detergere, delere. Quo item factum est, vt receptis cæteris Ecclesiæ Sacramentis, pluribusque fidei contritionis, aliarumque virtutum actibus, vrgente, & adiuuante Dominico, elicitis, fæliciter non multo post in Domino obierit.

CAPVT XXIV.

A Philippo II. Hispaniarum Rege visitatur V. P. N. Dominicus, multas Deus per ipsum sanitatum gratias operatur; Futurum Prouincialis sui obitum, infœlicem expeditionis Anglicanæ successum, aliaue nonnulla prædicit.

PHilippus Secundus cum filio Primogenito annorum vndecim Valentiam aduenerat, vt Regni status eidem tanquam Principi, & futuro Regnorum successori, ac Domino iurarent fidelitatem; Secumque duxerat Infantem Isabellam Claram Eugeniam filiam vnicè dilectam, Belgij Principissam, quæ postmodùm cum Alberto Austriæ Archiduce nupta est. Præclara sanctitatis fama Patrem Fratrem Dominicum Regijs auribus insinuauit, effecitque vt Rex prudentiæ laude celeberrimus ad Carmelitarum Ecclesiam veniret, & audito Missæ Sacrificio, Conuentū, ac Fratres sua præsentia honorans, P. Fratrem Dominicum vocari iusserit; vt eius consolatione frueretur.

At verò cum præsensisset se à Rege vocandum, præparatis diligenter ijs, quæ ad tantum Monarcham susciendum obseruantia Religiosa suadebat, & decor Ecclesiæ postulabat, absconderat se se *in angulo* satis abdito supra *Dormitorium*, vt curiositatem fugeret, & honorem. Cœlestium enim fauorum magnitudo, & dulcedo omnem terræ pulchritudinem, ac splendorem in vanitatem verterat, & horrorem. Intellexit Rex non inuenit Sacristanum, & causam suspicata denuo requiri voluit. Prouincialis plures Religiosos per totū Conuentum misit, qui alta voce inclamarent: *Pater Frater Dominice Ruzzola, Obedientia præcipit, vt confestim venias ad Ecclesiam.* Audito obedientiæ nomine mox ex latebris prodijt, & Rex aduentantem blandè compellans: *A nobis fugis*, ait, *Frater Dominice*. Sed humilis, ac modestus Religiosus ad præsentiam, ac verba Regis conticuit. At verò vna ex Matronis Isabellę filętium Patris admirata: *Ita me Deus adiuuet*, inquit, *Pater Dominice, Regiæ Maiestati responsum negas? Eloquere quæso, & quod de Rege nostro videatur edissere.* Tunc Dei seruus vultu sereno, ac iucūdo, sacris Ecclesiastæ verbis responsum reddens: *vanitas*, inquit, *vanitatū, & omnia vanitas.* Placuit Regi sancta libertas, voluitq; ad Palatium veniret, vbi liberius eius colloquio frueretur.

Miserunt cum Superiores, & Philippus II. cum Elisabetha Infante deuotis eius documentis, ac colloquio

loquio familiari copioſam conſolationem hauſerunt. Cumque ipſa cum reliquis aulæ matronis deſiderium oſtendiſſet, exhortatione aliqua ſpirituali ad amorem Dei inflammari, confeſtim ex improuiſo tanto deuotionis ardore concionatus eſt, vt omnes in admirationem raperet, & ſtudio deuotionis non modicè promoueret.

Accenſum eſt in Rege pium deſiderium ſæpius cum Seruo Dei familiariter tractandi, quemadmodum reipſa præſtitit, tum Valentiæ, tum in alijs Ciuitatibus. Et Eliſabetha Infans illum deuotionis affectum tunc eſt auſpicata, quo deinceps tota vita ſua Patrem noſtrum Dominicum eſt proſecuta: ac viciſſim Pater noſter Dominicus ſingulari gratitudine, & obſeruantiæ debito, inter orationis ſuæ curas præcipuas repoſuit eius, ac Archiducis Alberti ſalutem. Ad quem etiam in extremis ſua præſentia cõſolandum, nõ ſine Dei ſpeciali gratia, ex ſuperiori Germania in Belgiũ opportunus accurrit, ac deſolatam Principem ad conſortis obitũ, ac Principatus moleſtias generosè ſubeundas animauit, vt in hiſtoriæ decurſu Deo fauente latiùs oſtendemus.

Varijs quidem Spiritus Sancti gratijs abundanter dotatus fuit Pater Frater Dominicus, ſed ſanitatũ gratia ſingulariter excelluit, vt merito Dei Filius ſub peregrini ſpecie, ſacro contactu manum infantis ſanctificaſſe videatur, quæ poſtmodum per totam ætatem in Ieſu nomine morborum moleſtia proximos ſubleuaret, & ad laudem Dei priſtinæ ſaluti reſtitueret. In præſenti igitur capite ex ijs paucas delibauimus, quas dum Sacriſtanum ageret Valentiæ Deus ad eius preces operatus eſt.

Viciniam Conuentus fœmina pauper incolebat, inopiæ moleſtijs acceſſerat inopinus è ſcala lapſus adeo ſæuus, vt dirupto brachio os exiliret carnibus, & ſanguis largè fluens è plaga ſiſti non valeret. Denique doloris exceſſus nec remedio locum dabat, nec quieti. Aderat filius adhuc lactens, & loquelæ incapax, videnſque matris anguſtias, in ſequentia verba diſtinctè prorupit: *Vade Mater ad Eccleſiam Carmelitarum, & ſanabit te ſanctus.* Obſtupuit ob promptam, articulatamque loquelæ facultatem; & tãquam diuinæ gratiæ prodigio, inopinis vocibus obſecuta, altero brachio accepit Infantem, & ad Eccleſiam properauit; vixque ingreſſam monuit filius, & dextra Capellam oſtendens Sanctæ Annæ: *Mater, ibi,* inquit *eſt ſanctus.* Reſpexit mulier, viditque ibidem Patrem Fratrem Dominicum intentum orationi. Acceſſit ad crates, Patris preces implorauit, compaſſionem ſpectaculo mouit. Mox feruenter Deum pro remedio deprecatus, ſignum Sanctæ Crucis ſuper plagam manu ſua efformauit, & ſubito partes oſſis diffracti reuerſæ ſunt ad locum priſtinum, rurſuſque inuicem vnitæ, ac inſimul conſolidatæ, totum denique brachium perfectæ ſanitati reſtitutum, ſine læſione, ſine noxa cunctis adſtantibus apparuit, & tam miraculoſæ ſanationis ſtupore perculſi Valentiam primũ, deinde Hiſpanias rei nouitate replerunt.

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Puer vlceribus plenus ad Seruum Dei delatus eſt, vt ei benedictionẽ impertiret: ſumpſit in brachia miſerum, & plagas contemplatus, aduertit pure, ac putredine deterrima ſcatere, & ſupra modum nauſeam prouocare, ſibi quoque ſtomachum mouere ſenſit. Verum feruoris impetu, quo ferri ſolebat, ad mortificandam, dum inſurgeret, repugnantiam, calicem amariſſimum in ara Crucis à Ieſu dulciſſimo libenter epotatum pauliſper meditatus eſt, & confeſtim totum illum marcorem

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

horrentibus labris ſuxit, ac reluctãtem dimiſit in ſtomachum. Et Infantem quidem parentibus reſtituit perfectè ſanatum; Ipſe verò tanta conſolatione perfuſus eſt, ac ſi puriſſimum bibiſſet nectar, & ambroſiam prandiſſet Angelicam.

His alijſque mirabilibus celebre euaſit Fratris Dominici nomen, & ad Eccleſiam Conuentus deportabatur infirmorum omnis ætatis, & conditionis multitudo copioſa; adeoque ad præceptum Superioris ad minus bis, vel ter p.odibat in publicum, ibique ſingulos audiebat, conſolabatur, impertiebat benedictionuem, affectas partes Cruce ſignabat, & nonnulli confeſtim ſanabantur, alij paulatim conualeſcebant, omnes in Domino confortabantur.

Similibus intentus pietatis operibus, cum ad perditas mulieres authoritate publica cõgregatas cõcionem haberet, tanto ſpiritus feruore in media contra vitium declamatione actus eſt, vt extra ſe in extaſim raptus in aera eleuaretur; quod quidem cernentes Auditores vniuerſi vehementer commoti obſtupuerunt; Vna verò ex adſtantibus illis meretricibus pio compuncta ſpectaculo ſtatim conuerſa eſt, ac deinceps ſalutari pœnitentia celebris, in timore Domini reliquum vitæ tempus exegit.

Quotidiana hęc prodigia tantum illi populi applauſum conciliarunt, vt dum ad aliqua, ſeu charitatis, ſeu obedientiæ officia domo egredi cogebatur, omnes confeſtim, turmatimque poſt ipſum accurrerent, adeò vt humili Dei Seruo ad euitandam popularem hanc auram, Ciuitatis Plateas, vicoſue frequentatos fugere, imperuios verò, & ab hominum frequentia remotos ex induſtria quærere neceſſarium foret. Nec tamen inuijs latere poterat, vbique à concurrentibus turbis reperiebatur, vbique lætis acclamationibus honorabatur. Cum igitur aliquando eiuſmodi pietatis negotia ad vſque portum maris illum egiſſent, tanta ſubito populi multitudo circa ipſum confluxit, ſeu ad manus oſculandas, ſeu ſaltem ad contingendas veſtes deuotionis cauſa, vt ipſe ad importunum diſpellendum honorem obuiam ſibi inſiliret in ratem, rogans nautas, vt portu ſoluerent, & in altum deducerent. Obſequuntur illi, & ecce recedentem ſtatim à littore, & poſt hac reuertentem inſequitur, comitaturq; ingens piſcium copia, qui gyris, ſaltibuſue inſolitis ipſi veluti applaudunt, ac diem feſtiuiſſimum *agunt.* Hoc excitatus, ac delectatus *ſpectaculo* Dominicus, in communis omnium Creatoris laudes effunditur, qui glorificantes ſe glorificat, irrationaleſue etiam creaturas ad ſibi, ſuiſque ſeruis, humilibus præſertim, & honorem horrentibus, præſtandum obſequium, honorem exhibendum adigit, & compellit. Vt de illis Pſaltes Regius meritò concinat *Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt Principatus eorum.* Verum enimuerò his breuiter recenſitis, ad aliqua eius dicta, ſeu oracula Prophetiæ ſpiritu inſpirata, eadem breuitate referenda pergamus.

Cum adhuc Sacriſtani officium exerceret Pater Prouincialis in cõmuni Fratrum recreatione facetiæ gratia: *Iam*, inquiebat, *ſenium vires occupauit, breui me foſſa recipiet.* Circumſtantes Religioſi Patrem Fratrem Dominicum intuiti ſimili gratia percunctabantur. Et quid videretur? Contemplatus non nihil Prouincialem, tandem vultu ſerio reſpondit: *Non loquor ioci cauſa: quemadmodum locutus es, ita fiet.* Vix paucæ præterierant horæ cum morbus vehemens inuaſit, & poſt modicos dies eripuit mortali vitæ; Pater Frater Dominicus Confeſſionem infirmi excepit, moribundum ad iuuit

adiuuit filiali, gratoque affectu erga Patrem, à quo tantopere fuerat dilectus. Sed fructu maximo: nam in aranei formam aduentantem tentatorem sæpiùs repulit, effecitque, vt tranquilla conscientię pace, & præclaris salutis æternæ signis ex hac vita migraret.

Domus erat in Territorio Valentiæ satis ab ipsa Ciuitate dissita, in qua vir diues, & auarus habitabat; qui cum in morbum periculosum incidisset, mittit seruum cum equo ad Dominicum, rogans ipsum, vt ad se veniret in solamen animæ, & quietem conscientiæ. Dum pergit Dominicus diuina miseratione miserrimum moribundi statum videt, didicitq; periculũ esse in mora, premit equo calcaria, tamq; velociter accelerat, vt qui eum sequebantur assequi non possent. Peruenit tandẽ domum, infirmum adit, moribundum inuenit, diligenter succurrit animæ, ipsum ad actus contritionis, & aliarum virtutum excitans. Deinde domesticis rebus exarato testamento prouidet, omnibusque completis intra horæ quadrantem ad Cœlum transmittit.

Iuueni Aragonensi in patriam ad centum quinquaginta milliaria proficiscenti, vt patrem inuiseret, quem intellexerat graui infirmitate decũbere: *Siquidem*, inquit, *non aliam ob causam iter assumis, scito Patrem tuum heri in meridie mortali vita defũctum.* Profectus nihilominus iuuenis comperit prædictionis veritatem, & Prophetæ sui sanctitatem euulgauit.

Comes tam pietate, quàm sanguine nobilissimus ob singularem deuotionis affectum obtinuit à Superiore, vt iuxta medicorum præscriptum in suburbani Ruris amæniſſimo Palatio Patris Fratris Dominici valetudinẽ ex diutino morbo pænè profligatam curaret. Coniux pari pietate præstantissima nõdum marito filios procreauerat, sed anxia mœstitiam suam quotidie cõmendabat, matrimonij fructum hospitis interceſſione sperans ab omnium bonorum largitore. Præstitit libenter gratitudinis obsequium, & diuinitus agnouit se se exauditũ. Cumque mensæ assidentem Comitissa charitate solita vrgeret, se se abundantius reficeret, eo quod parciorem cibum sumpsisse videretur, responsum tulit: *Manducet Dominatio vestra, quæ cibum requirit ampliorem: oportet enim, vt alimentum sumat, quo sustentet duos.* Fœlix nuncium lætis auribus arripuit, prophetiam venerata, ac tempore præscripto voti compos effecta, celebrẽ fecit Dei gratiam, & Patris prædictionem.

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Tunc temporis Philippus Secundus, in Lusitaniæ portubus Classem armauerat potentissimam. In Elisabetham Angliæ Reginam expedienda erat, vt Regnum illud quondam Religione florentissimum eximeretur hęretico sceptro, vindicaretur tot Martyrum Christi sanguis, quem crudelis illa Iezabel veluti quotidiano spectaculo manu Carnificis effundebat. Fauebat à Pontifice Sixto V. fulminatum interdictum, alia insuper motiua bellum hoc probos omnes, prudentesque in suum traxerat fauorem, & totam fere Hispaniarum nobilitatem animauerat, armaueratque, certa spe fœliciſſimi euentus, siue apparatus magnitudo, siue causæ iustitia spectaretur; & euulgabantur quorundam prædictiones, victoriam à Catholicis omni dubio procul obtinendam.

Cum reliquo nobilitatis flore accingebatur filius Proregis Valentiæ, & Mater Sacristano Carmelitarum Classis expeditionem, ac cari pignoris salutem commendauit; rogauitque apud Deum intercederet, ac consuleret an mittendus foret. Seruus Dei orationibus, ac pœnitentiis, diuinam interpellans

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

miſericordiam, non ambigua luce illuſtratus, vidit numeroſiſſimum exercitum Oceani tempeſtatibus cõquaſſari, & occulto Dei iudicio diſſipari: adeòque Vice Reginæ cõſuluit nullatenus filium exponeret ruinæ certiſſimæ. Cuius quidem prædictionis veritatem rei probauit euentus: verum tempeſtas inde non modica Patrem Dominicum abſorbuiſſet, niſi ſingulari adiutorio Dei probè munitus, ſtipatusque fuiſſet quemadmodum dicemus inferiùs, poſtquam capite ſequenti præfatæ tempeſtatis, ſeu cauſam, ſeu occaſionem adiecerimus.

CAPVT XXV.

Celebrem à Dæmone poſſeſſum liberat V. P. N. Dominicus, inde amicitiam init cum V. P. Nicolao Factore, Illuſtri Ordinis Minorum alumno, cuius ſpiritus hæres efficitur.

DEgebat tunc Valentiæ Venerabilis Senex, nunc verò Beatus Pater Frater Nicolaus Factor Ordinis Minorum, Vir ſanè ſanctitatis eximiæ, ſublimiſſimæ contemplationis, adeoque feruidæ in Deum charitatis, vt vel audito Ieſu nomine, vel ad illa Sacroſancti Miſſæ Sacrificij verba: *Surſùm corda*, in extaſim raperetur: Imo & præ nimio, quo æſtuabat, ignis Cæleſtis ardore, in frigidiſſimum ſe ſe ſtagnum immittere coactus fuerit. Verùm aquæ frigus intenſiſſimum cordis calorem temperare non valuit, quin potiùs ipſamet ad corporis tactum calefieri, feruere, ebullire viſa eſt. De mirabili hoc Dei Seruo, nec Inſtituti mei ratio exigit, vt plura referam, nec ingenij mei facultas tribuit, vt breui elogio complectar eius ſanctitatem, quam celebrat Villegas. Hæc ſtrictim attigiſſe ſufficiat, ad aliqualem tanti viri præli bandam notitiam, quem hac tempeſtate ad animarum ſolatium, refugiumque miſerorum in Valentina Ciuitate poſuerat Miſericors Dominus.

Primus hic fuit, qui Fratrem Dominicum Valentiæ in ſecreto Conuentus angulo latentem produxit in publicum. Cum enim omnimoda charitate ſaluti proximorũ allaboraret, contigit vt quendam à crudeliſſimo Dæmone obſeſſum exorcizaret. Vrgebat vexatio potentior, & affligebat liberatio difficilior, ob ſchedulam, qua miſer ille ſuo ſanguine, verbis expreſſis ſe Dæmoni obſtrinxerat, corpus, animamque tradiderat, eiurata Dei Maieſtate, toraque Curia Cœleſti. Orationem beatus ille vir promebat, pœnitentias multiplicabat, apud Miſericordiæ Patrem feruenter inſtabat; vt quantò fuerat execrabilior malitia, tantò emicaret laudabilior gratia. Iuſſit ergo Dominus, vt in Conuentum Carmelitarum Fratrem adiret nomine Dominicum: Velle ſe illius orationibus energumenum liberare. Et Dæmones obſeſſum acerrimè infeſtantes ſchedulam iactabant in aerem vociferantes: *Hic totus noſter eſt, neque tu nos expelles: ſed inimicus noſter Carmelita, qui nouiſſimè huc aduenit in noſtra tormenta, & nunc orationi vacat in Choro.* Non vltrà expectandum ratus, feſtinauit ad Conuentum, de Patre Dominico requiſiuit, nec aliud reſponſum tulit, quam nullum inter Fratres hoc nomine vocari: Cuncti enim Patrem Ruzzolam appellabant ex familiæ cognomine. Ad aliud igitur indicium confugit. Rogauit deduci in Chorum, quo vbi peruenit, Fratrem orantem reperiens, brachijs amplexus affectuosè ſtrinxit: *Fili*, in-

Digitized by Google

inquit, *voluntas Domini eſt, vt miſerum hominem à Dæmonio liberes*: & actutum Cappæ fimbriam manu præhendens deducere volebat ad energumenum. Confuſus rei nouitate Frater perſuaderi nullo pacto potuit, donec ſuperior iuſſit, vt Venerabili Patri Nicolao hac in re obediret. Priuſquam ergo energumenum exorcizaret, more ſibi in aggrediendis rebus vſitato, primum intenta oratione recollegit animi vires, coram Deo cor ſuum effudit; ac luce, quam poſtulabat, diuinitus accepta, didicit modum, viamque, qua Dæmonem expelleret: nimirũ vt obſeſſi voluntatem ab anteactæ vitæ peccatis auertere procuraret, & conuertere ad Deum; voluntatem præterea ſuam Exorciſtæ remitteret voluntati, ratificans quidquid in eius ſalutem Domino offerret; vt præſertim dum in vehementia agitationis impos mentis efficeretur, ſuppleret prior intentio patientis, & feruor exorcizantis. Optimè hunc in modum diſpoſitum aggreſſus eſt Dominicus Eccleſiaſtico ritu coniurare: Dæmon furijs extremis ſurſum, deorſum agitare: ſchedulam in aere demonſtrare, proferre: horribili vlulatu iuſtitiam Aeterni Iudicis implorare, vt aiebat, aduerſus proditorem iniquiſſimum, qui rapere moliebatur animam iam olim iuſtiſſimo ſibi titulo debitam. Nihil his perterritus maiores animos ſumpſit Dei Seruus, obſeſſum per iteratos actus contritionis, ac pœniteutiæ aduerſus Dæmonem armauit, in Deum conuertit, voluntatem ab eo acceptat, feruentiſſimis actibus obtulit miſericordiæ throno, tandemque ſpiritu terribili, & viuæ fidei vehementia animatus, Dæmoni præcipit in Nomine Domini Ieſu ſchedulam cõfeſtim conſignaret, & recederet à Creatura Dei. Vidiſſes tanquam ad tonitru, fulmenque cęleſtis Imperij tremere infernalem beſtiam, depoſita omni ſuperbia, ac ſæuitia ad manus Fratris deferre cartulam, erumpere Imagine Creatoris, eamque relinquere, velut humilem, & manſuetam Chriſti ouiculam. Liberatum à Dæmonis tyrannide confeſſione generali expiare voluit, & Deo gratum eſſe, tum emendatione vitæ, tum frequentatis actibus gratiarum actionis. Et certe quoad vixit, non ſolum à Diuina Maieſtate miſericordiam recognouit, ſed Seruum Dei colere non ceſſauit. Adſtantes, & magnalia viſa prædicare, & Venerabilis Pater Frater Nicolaus ſanctam amicitiam cum Fratre Noſtro Dominico ſtringere, ſæpius eum inuiſere, & maioris momenti negocia precibus eius commendare.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

His amoris indicijs veteranus Athleta iuuenem noſtrum proſecutus eſt, & ab eo viciſſim debito obſeruantiæ cultu eſt honoratus. Vnde etiam excitatas æmulis perſecutiones oportuit eſſe communes, vt dicemus Capite ſequenti. Solebat enim Deus in Oratione Seruo ſuo Sacratum depoſitum cæleſtium diuitiarum, quod in animam iunioris Fratris recondebat, reuelare, & ad ipſius preces remittere deſperatiſſimis in rebus. Pluribus etiam vicibus ad eundem miſit voluntatis ſuæ nuncium, & legatum.

Quarto menſe priuſquam ad laborum præmium euolaret, tranſitus ſui diem certa reuelatione cognouit, ſimulque iuſſus, vt Fratri Dominico ſignificaret, eum fore ſui ſpiritus hæredem. Ad tam læta noua exultans, iubilanſque continere ſe ipſum non potuit, quin eadem nocte duabus horis ante Solis ortum accurreret ad Conuentum, & dilectum ſuum participem faceret eius lætitiæ, quam ex vicinitate cæleſtis

Hie-

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Hieruſalem hauriebat, in cuius cõmemoratione, ac deſiderijs egerunt animæ illæ deuotiſſimæ feſtum iucundiſſimum.

Verùm quando eadem in viſione ſe didiciſſe ſignificauit ſupremi Rectoris beneplacito ſpiritus ſui depoſitum eius fidei committendum; ſupra quam credi poteſt, conſternatus eſt, & oppreſſus afflictione grauiſſima. Siquidem oderat populi concurſum verus cultor humilitatis, tremebatque recogitans, ne quemadmodum ille vocaretur ad publicos raptus, & famam Sanctitatis: Eſſe volebat Sanctus, nolebat videri: Adeoque ſe ſe incapacem proteſtatus, ſupplicauit, vt apud eundem Dominum, qui miſerat, intercederet, ne per viam acclamationis, & honoris tantis periculis obſitam, lubricamque; ſed per ſemitam ignominioſæ Crucis rectam, ſecuramque ambulare poſſet in ſaluationem. Suſcepit onus Venerabilis ſenex, & elapſis diebus paucis, mox vt vidit Fratrem Dominicum exclamauit in hæc verba: *Fili, exaudita eſt oratio tua: multum enim placet Deo, quod elegeris viam Crucis, adeoque tibi manum pollicetur auxiliarem, vt eam feras libenter. Extaſes, raptuſque vertet in dolores, quos in feſtis Domini noſtri, Beatiſſimę Virginis, ac Sanctorum ſolemnioribus, ſenties acerbiſſimos. In his eaſdem tibi gratias elargietur, quas in raptibus: Hos ſecretos plerumque eſſe concedet; niſi cum ad ſalutem alicuius ſupremum imperium decreuerit eſſe publicos. Videbitur ſuper te, & in linguę tuæ efficacia manus omnipotentis, impertiet tibi ſpiritum prophetiæ, impoſitione manuum tuarum ſanabis infirmos, precum tuarum virtute ſuſcitabis mortuos, & ipſa tua veſtimenta tam in vita, quam poſt mortẽ multa operabuntur miracula. Prædixit mihi prętereà Dominus, quod nominatiſſimum, & celeberrimum te faciet; & quantò te magis abſcondes, tantò producet in lucem clariorem, efficietque vt te cuncti deſiderent, expetantque ad Diuini honoris augmentum, & proximorum beneficium. Tot enim animas Deo lucraberis, vt creaturę cõfiteantur operari in te digitum Dei.* Frater Dominicus hoc accepto nũcio, lætatus quidem eſt ob ſalutem animarum, raptuum raritatem, viæ Crucis ſecuritatem: expauit tamen, trepidauitque ob nominis celebritatem; donec triſtitiæ nebulam deterſit ſermo ſenioris, perſuaſitque, vt mentis ſinus omnes explicaret ſpiritui, nec amplitudinẽ Diuinæ gratiæ humani animi puſillitate reſtringeret, proijceret ſe in brachia Rectoris æterni, nullum iter inire formidaret Chriſto duce.

Dum poſt paucos dies Fr. Dominicus inſiſteret Orationi, ſenſit ſe ſe ſpiritu transferri in Cellam Venerabilis Patris Factoris, eiq; vltimus amplexus dedit, filius, & hæres ſolictus in terris, viditque dilectiſſimi Patris animam ineffabili luce veſtitam inter Angelorum, ac Sanctorum Choros euolare in cælum, atque in ſe reuerſus ex vehementia ſenſus interni prorupit in hæc verba: *Sanctus Pater Frater Nicolaus nos deſeruit deſolatos: eamus omnes, vt ſanctum eius cadauer honoremus.* Ita vt publicata poſt paululum morte, nonnulli, qui præſentes fuerunt, Religioſi mirarentur verborum exactam veritatem, eamque multis deprędicarent.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

Varijs V.P.N. Dominicus calumnijs inuritur, varijs impetitur perſecutionibus è quibus omnibus glorioſior euadit; ſtupendo ſe voto in aduerſantium gratiã adſtringit; mira multa, ſeu miracula patrat.

NOn vana fuit ſupplicatio P. Dominici, qua Crucis viã elegit, nec irrita Dei promiſſio, quæ conceſſit: temperauit enim miſericors rerum Arbiter populorum applauſum multorum cõtradictione, & Sanctitatis famam ſummis opprobrijs: rurſumq; contradictionem vertebat in reuerentiã, & opprobrium in gloriam clariorem.

Mortuo Patre Prouinciali, quem ſupra narrauimus Patri Dominico fuiſſe beneuolum, ſucceſſor contrariam ingreſſus viam, maleuolis anſam præbuit, vt Dei ſeruum liberiùs carperent, & apertiùs perſequerentur. Paſſim hypocritam appellabant, ſeductorem populi, honoris cupidum, mulierc ularum amicum. In Capitulis Conuentualibus de rebus grauibus, & nonnunquam ad luxurię dedecus ſpectantibus imputabatur, reprehendebatur. Ipſe verò ad tam ſenſibiles plagas Chriſtũ ob oculos ponens ſe ſe armabat, dicebatque: *Gemmam hanc pretioſam colligere mihi volo, vt Deus illam mihi reſeruet in coronæ perennis ornamentum: Per turpiora improperia gradum fecit meus Ieſus, ſequar alacriter meæ ſalutis authorem, & Ducem.* Efficaci hac conſideratione præmunitus non ſolùm obriguerat ad acutiſsima calumniatorum ſpicula; ſed gaudebat quoties dignus fieret cõtumeliam pati, & incomparabili humilitate ſe ſe cunctis ſubmittebat aſſerens: *Se Dæmonio peiorem eſſe: Patres iuſtiſſima ratione duci, dum ſe reprehenderent.* Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Magnates etiam Ciuitatis Valẽtiæ, & ferè quotquot erant prudentiæ laude præclari cuulgato cõſilio, quod Vice Reginæ dederat, de infelici ſucceſſu Claſſis maritimę, plurimum ſcandalizati ſunt; & conceptam Sanctitatis opinionem, vel depoſuerunt, vel diminuerunt, quod expeditionem vniuerſali prudentiũ, & piorum conſilio, conſenſu, applauſu, probatam, paratam, accinctamque auſus fuiſſet improbare. Hinc æmuli inſolentiæ fræna laxare, aduerſus ſeruum Dei propalam murmurare, velut hypocriſis conuinctum condemnare, arrogantiam aggrauare, qua ſe ſe vt diuinæ mentis ſecretarium venditare cuperet. Alij ſubſannabant, quod Sanctitatis tegumento malitiam optimè palliare, & fœminas inescare noſſet. Denique falſi prophetæ, ſomniatoris, ſycophantæ nominibus indigitabãt, alijſque ſiue amaris iocis, ſiue propudioſis ſcommatibus animæ virus euomebant in ſeruum Dei.

Addidit maiores animos occaſio noua. Nam Venerabilis Pater Luyſius Bertrandus, Prædicatorij Ordinis decus eximium, ex pulpito verba ſalutis ad populum habuit, diffuſè, doctèque de extaſis, & raptuum materia diſſeruit; ſapienter oſtendit non ſolùm à Dei virtute cauſari poſſe, ſed etiam à natura, & Dœmonibus ſimulari, quemadmodum contigerat temporibus Sancti Vincentij Ferrerij, alijſque ſucceſſiuè decurſis. ſubiunxit: *Et noſtris temporibus omnes extaſes, raptuſque forſan erunt boni, probatique? Vtinam ſic placitum ſit Deo.* Hæc verba maleuoli ſubitò detorſerunt in Venerabilem Patrem Fratrem Nicolaum Factorem, & Patrem noſtrum Dominicum raptibus celebres, tanquã ex ſententia ſapiẽtiſſimi Patris Luyſij

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ſij à natura vel Dœmonibus illuſi, populum ſecum traherent in errorem.

Ferebant illa menti impreſſa, & identidem velut iacula vibrabant nonnulli Fratres in ſuum Fratrem. Plures bono zelo moti, ne Religio à iuuene non ſatis erudito pateretur ignominiam, cautiùs, & circumſpectiùs obſeruandum iudicabãt. Nonnulli ad Tribunal Sacræ Inquiſitionis cuncta referenda, cuius intemerato iudicio viſiones, prophetiæ, miracula, raptus excutiantur, dijudicentur.

Exactè cuncta vocarunt in examen Iudices intemerati, & Patrem Fratrem Dominicum de omnibus interrogarunt, & in particulari ſuper prædictione ſiniſtra in Claſſem maritimam. Cumque correctione dignum inueniſſent nihil, ſed multa potius diuinæ pietatis argumenta, ſe ſe eius precibus commendantes remiſerunt ad Conuentum. Et plures quidem ex Patribus cum vidiſſent ab accurato Tribunali fidei, honore magis, quam ignominia affectum, à perſequendo deſtiterunt.

Sed quibus ſeris obſtruas ora malignorum? Contigit vt iuxta Carmelitarum ritum Fratribus omnibus in Choro congregatis Pater Frater Dominicus accenſam candelam inferret, qua reliquorum candelis lucem adminiſtrauit, moxque ordinatè proceſſerunt ad mediam Eccleſiæ nauem, *Salue Regina* ſolemniter concenturi. Aduerterunt hoc ſæculares, & quidam altiore conceptu factum ſpeculantes dixerunt: *Denique fateri oportet, reliquos omnes à Patre Dominico lumen accipere*. Indignatus ex Patribus grauioribus vnus ſubitò reſpondit: *Non accipimus, niſi fumum*; aliaque multa dicteria, & ludibria iacere non deſiſtebat. Propter quæ ſeruus Dei nec ſe iuſtificauit vnquam, neque vindicauit, ſed gratificauit magis, magiſque humiliauit. Quin imo mirabile votum emiſit, amplioribus, proſequendi beneficijs eos, qui magis perſequendo incaleſcerent. Quod per omnes vitæ ſuæ dies fideliter obſeruauit.

Sed quanto magis honoris ſui momenta negligebat, tanto amplius promouebat Deus, & infælix euentus celeberrimæ Claſſis dum prædictionis veritatem attulit, prophetæ authoritatem confirmauit, nubila diſpulit, ſerenum aduexit. Iamque cuncta eius verba totidem fere cenſebantur Oracula.

Cõpungebantur æmuli Deo corda mouente, & fiebant *Sanctitatis* eius præcones, qui fuerãt perſecutores. Atq; inter cæteros Pater ille, de quo iam diximus, grauitatem erratũ agnoſcens, & ſcandalo, quod populo dederat, ſatisfacere cupiens, in ſolemni proceſſione coram omnibus genuflexus, Patrem Dominicũ humiliter rogauit, vt remitteret iniuriam, condonaret offenſam, *arrogantiæ* fumum benignitatis *luce* ſereuaret.

Inter eos, qui ſpiritui Patris Dominici cõtradicebant, vnus ex acrioribus fuit Vicarius Prouincialis, cuius in ſuſpicando vehementiam, in reprehendendo ſeueritatem, neque humilitas ſubditi placare potuit, nec quæ plures conuicerant argumenta, mitigare. Hic ſiue vt cõcurſum populi moderaretur, ſiue vt ſpiritũ diligentiùs ad amuſſim obedientiæ examinaret, ſiue mortificationis gratia, vel auerſionis, Patrem Fratrem Dominicum Valentia amouere, & ſecum ad Conuentum Xatiuenſem decem millibus diſtantem abducere decreuit. Properauit ille lætus, alacerque, tum ob nutum meritumque obedientiæ, quam profitebatur, tum ob loci ſolitudinem, quam exoptabat. Sed ineuitabile conſilium Dei conſilium Vicarij cõtrarium vertit in finem. Nam mirabili rerum ordine humiliatio ſeruijt

uijt exaltationi, & qui celebrem concurſum populi volebat impedire, ſuis ſe caſſibus obuoluit, obligauitque ad ſubditi ſui laudem celeberrimam.

Vix Valentia fuit egreſſus, cum per totum ſcitur Regnum eius profectio; Nobiles ſuas Arces, Ruſtici villas deſerunt, ſimul omnes currũt, vt tranſeuntem Dominicum videre poſſint, ac eius recipere benedictionem: Verùm vt Populorum concurſum Dei Seruus fugiat, communem, tritamque viam deſerens, inuias, ac difficiles ſemitas quærit; ſed vbique reperitur, & circumquaque vox clamantium reſonat; *hac tranſit Sanctus*. Mulio, qui Dominicum ducebat, iam à multo tempore laqueis vnius fœminæ captus perditã ducebat vitam, ac contempta Dei lege in ruinam ſuam properabat. Eius ſtatum peſſimum Dominico oranti Dominus reuelauit, qui eius precibus, ac lachrymis conuerſionẽ illius à Domino impetrauit: Deinde perditum hominem ſuauiter quidem in principio, poſtea fortiter aggreditur; ſcelus inueteratum obijcit, diuinum iudicium, & inferni pœnas minatur; tamque potenter, fæliciterque negotium concludit, vt eius verbis, ac rationibus miſer ille conuictus, ac omninò conuerſus, peccata ſua deteſtatus fuerit, & Sacramentali pœnitentia, apud ipſum Dominicum, multis cum lachrymis expiauerit.

Verùm non ſolùm occurrerunt per totam illam viam, relictis operis ruſticorum populi mutuò incitantes, acclamanteſque tranſire Sanctum, eiusve benedictionem humiliter genuflexi poſtulabant; ſed præterea Eccleſiam, & Conuentum Xatiuanum, quamuis ſolitarium, remotumque multitudo confluentiũ repleuerat, vt Pater Vicarius contra ſuæ voluntatis inclinationem Patrẽ Dominicũ mittere debuerit ad populo benedicendum. Primarijs quoque Ciuitatis poſtulantibus, ſequẽti die concionem haberet inter ſolemnia vota Ciuitatis ad obtinendã in diutina ſiccitate pluuiam, acquieſcere oportuit. Et P.Fr.Dominicus tanto feruore ſpiritus verbum Dei prædicauit in Eccleſia maiori; vt omnes alta voce Dei miſericordiam implorarent pro tranſactis peccatis toto corde compuncti.

Ab anno Chriſt.1604 ad 1605.

E pulpito deſcendens Crucifixũ per totam ſupplicationem nudis pedibus lachrymans deportauit, & populus eius exemplum imitatus, tanta animi contritione, ac tam copioſis lachrymis, ac ſuſpirijs eſt inſecutus; vt ante hac non meminiſſent commotionis animorum tam vniuerſalis ad pietatem, & deuotionẽ. Et finita quidem proceſſione Dominus optata pluuia ſeruum ſuum, fideleſque ad eum clamantes eſt conſolatus; ſed ſapientiſſimus Artifex ſupremam huic perſecutioni manũ apponere voluit, eo modo, quem nunc enarro.

In media proceſſione mulier oculis capta petijt adduci, clamabatque alta voce, & viua fide: *Sancte Dei, ſana me: Sancte oculos meos tange, & viſum recipiam*. Ille verò nihil ſe ſe mouere, nec reſpondere; ſed oculis in Crucifixi imaginem, quam geſtabat, intentis fœminæ neceſſitatem Deo tacitus commendabat. At illa ſæpius eadem verba contentiore vocis ſono replicans, ad compaſſionem mouit nobiles nonnullos, qui finita functione vrſerunt Patrem Vicariũ Prouincialem, Patri Dominico iuberet cæcæ mulieri benedictionem impertiri; vt viſum, quem per merita eius ſperabat, reciperet. Pater Vicarius certò ſupponens nihil operaturum, coram omnibus præcepit, conſolaretur afflictam, liberaret à cœcitate. *Et quo pacto fieri poteſt, Pater mi*, reſpondit, *vt Dæmonium iniquitatibus refertum virtutem habeat cæcam illuminandi? Attamen quia Paternitati Veſtræ debeo obedire, ſignabo eam*

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

eam magna mei ipsius confusione. Quo dicto signum Sanctæ Crucis oculis fœminæ impressit, confestimque lumen recepit, exultans, ac laudans Deum, & sine viæ comite domum læta peruenit, eodemque die par indusiorũ propria manu confecit pro duobus pauperibus in gratiarum actionem.

Pater Vicarius ad excellentis miraculi præsentiam stupefactus, ad pedes subditi sui se prostrauit, coram tota multitudine confessus est grauiter se se errasse hactenus, quod innocentem Dei seruum tam acriter fuisset persecutus. Reuersusque cum eo Valentiam, quod viderat, publicauit: & quantò fuerat acrior in corripiendo, tanto celebrior habitus est in protegendo.

Vltima denique procella excitata fuit occasione sumpta ab exemplo Monialis, quæ in Lusitania celebris habebatur, & ob frequentes raptus, extases, aliaque mira Sanctitatis famam acquisierat. Iam recentia aduenerant noua Valentiam, imposturas fuisse, inuenta, fraudesque Diaboli. Hanc arripuit ansam sopita multorum inuidia, peiusque exardescens inolitas calumnias renouauit. Et quia per id tempus afflictæ valetudinis gratia Medicorum, & Superioris iussu Ruri morabatur apud Comitem, quem supra retulimus, inuento Diabolico publicarũt: non comparere amplius impostorẽ, fuga sibi consuluisse, ne discooperirentur eius flagitia, sicut fuerant detecta illius Monialis. Imo terram ipsam non tulisse amplius abominabile caput, sed Dei nutu viuum absorbuisse in iustam vindictam tot animarum Christi sanguine redemptarum, quas præstigijs diabolicis seduxerat.

Crescebant tumentes vndæ maledicorum, & populum facilè credulum inuoluissent, nisi Archiepiscopus Valentinus, idemque Patriarcha Antiochenus D. Ioannes Ribera, tum sanguinis auiti claritate, tum omnigena virtutum laude nobilissimus, pro sua pietate, & affectu excitatam tempestatem repressisset. Et Pater Fr. Dominicus recuperatis viribus Valentiam reuersus, tum sua præsentia prę frictam æmulorum frontem confudit. Denique Deus publicis nonnullis raptibus, splendoribusque Sanctorum serui sui causam suscepisse visus est, Fratris quidem *Dominici* profunda in semetipso confusione; sed bonorum omnium læta congratulatione.

Tam celebre iam euaserat Dominici nomen propter adducta, & alia quamplurima miracula, *quod* ad ipsum etiam ex longinquis *Hi*spaniæ regionibus plures venirent, vt suis necessitatibus tàm animæ, quàm corporis remedium inuenirẽt: Propterea Superiores Dominicum ad audiendas confessiones exposuerunt, bisve, aut ter *singulis* diebus ad Ecclesiam mittebant, vt infirmos signo Crucis benediceret: *Ex quo* multi de repentè, alij verò postmodũ sanabantur. Ipse autem, vt gloriam miraculorum sibi attributam ad Deum referret, vel Sanctorum reliquias, vel Scapulare Beatissimę Virginis, vel etiam inuocationem diuini nominis in efficientia miraculorum adhibebat.

Non minùs efficax fuit Dominicus in sanandis animarum, quàm corporum morbis, vt in reducendis ad spem desperatis, in conuertendis hæreticis, in emolliendis obstinatis in malo, & in alijs huiusmodi, de quibus hìc breuiter dicemus. Damnatus erat quidam sceleratus ad mortem, & iam hora supplicij instabat, cum obstinatus semper in malo, multorum monita contempsisset. Vocatur Dominicus, suis orationibus, & documentis salutaribus cor illud lapideum conferit ad pœnitentiam, quam vberrimis testatur lachrymis, & sic promissa pœnitentibus præmia consequitur, diuinæ, & hu-

Digitized by Google

& humanæ iuſtitiæ fuſo ſanguine ſatisfaciens. Paulò poſt damnatur laqueo quidam nobilis adoleſcens, qui tàm alta mœſtitia, & deſperatione plenus erat propter infame ſupplicij genus ſuæ nobilitati contrarium, vt nullum caperet ſolamen, nec nomen ipſum confeſſionis audire vellet, præoccupatus, ac omninò turbatus infamis ſuæ mortis meditatione. Plures ad eius conuerſionem adhibentur Religioſi, ſed fruſtra laborant; tandem vocatur Dominicus, vt ſuccurrat infelici ipſa nocte præcedente ſupplicij diem; miſerum pijs exhortationibus aggreditur, in principio parum, vel nihil proficit: Rogat diſceſſurus, vt appenſam in carcere Beatiſſimę Virginis Imaginem ſaltem intueatur, quod ille ſe facturum promiſit, vt ſe à moleſto Concionatore liberaret. Tota nocte Dominicus in Conuentu preces fundit cum lachrymis, cilicium induit, catena ferrea acuminibus munita ſe cingit, ter diſciplinam vſque ad ſanguinem renouat, & hæc omnia facit, vt conuerſionē illius perditi impetraret. Summo mane redit ad Carcerem; mutatum à dextera Excelſi iuuenem reperit, qui lætus accurrens Patrem conſolatorem amplectitur; narrat ei qualiter tota nocte in peſſimo deſperationis ſtatu manſerat; quod ſomno preſſus dormitauerit vſque ad quartam poſt mediam noctem; tunc excitatus, ac memor promiſſionis factæ, prædictam Imaginem Beatiſſimæ Virginis reſpexerit, quā vidit valdè fulgidam, & quodam lucis radio prius oculos, deinde mentem ab illa ſenſit illuſtrari, ac tanta perfundi conſolatione, conſtantiaque roborari, quod iam deſideret illam mortem, quam antea ſic horrebat. Paratus erat ad confeſſionem; illum audit Dominicus, cōſolatur amplius, eique vſque ad vltimum agonem aſſiſtit. Sicut obſtinatio iuuenis fuerat multis ſcandaloſa, ſic eius tam perfecta conuerſio plurimum omnes ædificauit, vnde facilè fuit Dominico à Magiſtratu obtinere, vt venerabile eius cadauer honorificè ſepeliretur. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Quadam die redibat Dominicus lætus in Conuentum poſt compoſitam difficilem controuerſiam inter duas nobiles familias, ortam ex homicidio in vna ipſarum ab altera commiſſo; cum perueniens ad ædes S. Laurentij vocatur à Muliere, ipſaque narrante didicit, qualiter mancipiū eius nigri coloris, ex his, quos in Europa vocamus Aethyopes (ſed immeritò, nam veri Aethiopes ſunt Chriſtiani) poſtquā apud ipſos Hiſpanos annis quadraginta vixiſſet, adhuc Chriſtianam legem contemnebat, & iam iam moriturus animam Pſeudo-prophetæ Mahometę commendabat. Accurrit ſtatim Dominicus; vt moribundum vidit clauſos habentem oculos, & vltimū penè ſpiritum trahentem, ipſum alloquitur, ſed non auditur; Deum, ac Beatiſſimam Virginem implorat pro infelici mancipio, & exauditur: Tunc enim moribundus oculos aperiens ſe cōuertit ad Patrem, alta voce clamat, ſe Chriſtianum fieri velle; pro temporis anguſtia ſufficienter, ac breuiter Pater ipſum Chriſtianæ Religionis inſtruit documentis, quæ iam nouerat, & aqua baptiſmi Deo regenerat; quibus infirmus candidiſſimam animā Creatori ſuo reddidit, quam Dominicus ab Angelis in Cœlum recta vidit deferri via: Vnde deinceps ipſum ſuis cæleſtibus Patronis annumerauit, & in neceſſitatibus inuocare ſolebat. Vidit etiam corporis oculis Dœmones de tali ſucceſſu furibundos, minas ipſi pro amiſſa præda intentantes: & conſequenter quadā nocte baculis tanto furore percuſſerunt, vt ſemimortuum reliquerint; & ſtrepitum non ſolùm à Religioſis

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

fuerit auditus, sed etiam à vicinis sæcularibus, qui mane ad Conuentum venientes attoniti, quod audierant, retulerunt.

CAPVT XXVII.

Nouam Sanctæ Teresiæ Reformationem amplectitur V. P. Dominicus, Nouitiatum nouis virtutum exemplis, nouis à Deo gratijs decoratus perficit, solemnemq; Professionem emittit.

COncursus hominum, & celebritas nominis cultorem humilitatis tormento laniabant acerbissimo. Quapropter ad Sanctæ Teresiæ Reformatos transire sæpius viuum senserat desiderium; sed hactenus abstiterant sæuissimæ procellæ, quæ vix benè compactam nauiculam submersuræ videbantur. At vero Diuinæ Maiestatis aura serenissima sub hoc tempus difficultatum vortices pacificauerat, & mundi vertices in Reformationis fauorem inclinauerat, effeceratque, vt sub proprio Nauarcho fæliciſſimè nauigaret.

Adeoque accendi magis, magisque Patris Fratris Dominici desiderium abdēdi se se in angulum Conuentus pauperis, ibique vitam degendi absconditam cum Christo in Deo. Vrgebat in Oratione Dominus, instabatq; ne differret amplius: licentiam ipse peteret, se se effecturum, vt obtineret intentum. Scripsit ergo hac de causa Patri Fratri Magistro Michaeli Alphonso de Carranza suo Prouinciali. Hic vnicè Patrem Dominicum amans, veritusque ne propter molestias Valentiæ illatas thesaurum virtutum deperderet, obtulit Conuentum Ondanum deuotum, ac solitarium, vbi maiori quiete Deo deseruiret. Replicauit Seruus Dei: *Non se fugere persecutiones, aut molestias, regiam tramitem in cælum; sed honores, plaususque hominum nimium sibi periculosos; Adeoque sequi vocationis diuinæ gratiam, diu quidem inspiratam, sed nunc prementem, vrgentemque. Expectare postulatis annuat: interim acceptare oblatam Ondæ solitudinem, ac quietem; sed eò propèdiem concursuri populum, quemadmodum Valentiæ.* Litteras Archiepiscopi Valētiæ, ac Magistri Equitum Montesę suis adiunxit. Ab eo tandem, atque à Vicario Generali Discalceatorum ijsdem diligentijs licentiam obtinuit, & in Conuentu Sancti Philippi Teresianę Reformationis Valentiæ receptus est.

Habitu Discalceatorum indutus visus est se ipsum reliquisse, & post tot annos Magisterij virtutis, ac sublimissimæ contemplationis, farumque cęlestium, in nouam rediisse infantiam; & quasi nullum habuisset vnquam rerum spiritualium vsum, se se totum in Magistri curā resignans, ad prima scholæ Christi reuersus est elementa. Quæ res Patrum animos mirum in modum exhilarauit, & auspicio lætissimo recognouerunt spiritum iustorū in Nouitio: *Cum enim consummauerint tunc incipient.*

De reliquo tyrocinio, quod Valētiæ cucurrit, quid attinet dicere? Cum fræno opus esset non calcaribus, quo feruoris excessus, & pœnitentiæ rigores ad Regulam Obedientiæ restringerentur.

Deflexit ad Discalceatos concursus populi, quin etiam ob rei, statusque nouitatem augebatur. Adeoque ne recessus orationis, ac silentij studium interturbaret, necesse fuit Pastranam amandare in nouam Castellam, vbi incognitus, & sibi proficeret, & alios non impediret.

Valentia egredientes, ne multitudo

tudo proſequeretur, extra viam regiam per infrequentes tramites ſunt profecti, mille paſſi moleſtias, vſque dum ad vallem Concam aſperitas viarum, publicum iter ingredi coegit.

Sed hic quoque viam Crucis inuenit, & vitæ periculum incurrit. Nam cum ſocij nonnulla diſtantia Patrem ſubſequerentur, ne meditantem impedirent; Rebus cœleſtibus abſtracto, muli currum onuſtum trahentes, atque in furiam ſpreto Rectore agitati, tanto impetu incurrerunt; vt ipſum, ac cui inſidebat iumentum in terram deijcerent, & rota pedes eius, ac tibias animalis occuparet. Comites exterriti ob grauiſſimum periculum, confeſtim Ieſum, ac Mariam inuocare, in auxiliũ aduolare: ſed priuſquam aduenirent, exurrexerat alacriter, Deum laudans, proprij quidem doloris oblitus, ſed iumento compatiens ob confractas ei tibias: Rogatuſque an malum aliquod incurriſſet? *Non aliud, quam hoc*, inquit, pedes liuidos oſtendens: *Omnipotens namque me à periculo liberauit, & Dæmon ſe ſe vindicauit in iumentum*.

Paſtranæ lętiſſimè à Fratribus acceptus ſanctam Carmeli primitiui diſciplinam confeſtim eſt aſſecutus, auroque virtutum priſtinarum fulgentes Nouitiatus illius gemmas intexuit: Et quem nuper populi genibus flexis certatim venerabantur, nunc vſitato Nouitiatus more Magiſtro, Patribuſque reliquis genua flectebat in terram.

Non aliud in Cella poſſidebat ad vſum, quam Crucem ex rudi ligno, veſtem tritam, centonibus conſitam, qualem vix ferre dignaretur viliſſimus mendicus. Orationis exercitium erat ei ſuauiſſimum, nec à Diuinæ præſentiæ pabulo quidquam eum poterat auocare.

Et quia moris eſt in Diſcalceatorum Nouitiatibus die, ac nocte cõtinuam orationem, ceu iuge thymiama, coram Sanctiſſimo Sacramento in Altari cordis accendere, ſupplebat Pater Frater Dominicus, aliquando diebus integris genuflexus, alijs occupatis circa miniſterium infirmorum, qui illa æſtate erant plurimi. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Mortificabat eum paſſim Magiſter, reprehendebat acriter, ſeuerè caſtigabat, & velut imperfectiſſimũ omnium Nouitiorum, ac incapacẽ diſciplinæ Reformatæ, flagellabat ad ſanguinem eum, quem abſentem reliquis proponebat in virtutum omnium clariſſimum ſpeculum, & exemplum.

Per menſes multos officium exercuit lances eluendi, quod tanto honori deputabat in ſchola Chriſti, vt panni ſcruta, quibus detergebat, tãquam gẽmas pretioſiſsimas deferret in ſinu.

Antequam calores æſtatis aduenirent ſolici erant loca neceſſaria repurgare, ne fœtor offenderet. Ex omnibus ſe ſe certatim offerentibus electi ſunt Pater Fr. Dominicus, & Pater Fr. Melchior à Reſurrectione, qui fuerat eius Confeſſarius, cum alijs duobus non imparis feruoris. Cumque inter eos æmulatio ſancta verſaretur, quis primus in cloacam deſcenderet, audiuit ſeruus Dei vocem interiorem: *Nunc experiri licebit vtrum ames Ieſum, animuſque ſuppetat in fœtidam iſtam latrinã te inijciendi?* Mox efferueſcens ſpiritu in eam inſilijt, faciemque immergens, inuoluenſque tantam inglutijt immunditiæ copiam, vt per dies quindecim ſtomachi indigeſtione, & doloribus torqueretur. Sed miſericors Dominus odoribus cæleſtibus fœtorem compenſauit. Etenim Extaſes, raptuſque deinceps non ſolùm frequentiores immiſit, & familiarius ſemetipſum communicauit, ſed etiam cum ad ſe reuerteretur ab Angelis incenſari, & fragrantia ſuauiſſima voluit impleri.

Ita

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ita introrſum conuerſus ſoli Deo viuebat, vt ſenſus externi viderentur oçioſi. Oculos non deflectebat in latus, nec in altum eleuabat, niſi rarò admodum, & vrgente neceſſitate. Nec verbum quidem loquebatur vlli, niſi Superioribus: ſed ſignis, nutibuſque exprimebat, quæ exigebat lex charitatis: Ad ſuperflua non reſpondebat, ſed clauſis oculis, ac vultu demiſſo modeſtè reſecabat.

Magiſter ne diſcipuli feruorem extingueret, aut Diuinæ gratiæ largitatem obturaret, liberalem ſe præbebat in concedendis pœnitentiæ rigoribus: vt ſe ſe flagellare poſſet ad ſanguinem, catenis aculeatis, ac cilicijs aſperrimis ad carnẽ indueretur, pane dumtaxat, & aqua veſceretur.

Inter ea mortificationum publicarum exercitia, quæ apud nos verſantur in vſu; & pro earum diuerſo ritu ordinariæ, vel extraordinariæ vocari ſolent; eas cum liceret eligebat, quas maiorem humiliationem adferre arbitrabatur. Cumque aliquando ex maioribus vnam impetraſſet, nec Magiſter ad concionandum properans determinaſſet, comam coronæ clericalis ſibi abſcidit & fune ad collum alligato, cineribus aſperſus faciem, in manu ſiniſtra cranium tenens, ſine capucio, ſine Scapulario, habituque ad tergũ aperto, genibus flexis in commune Refectorium ingreſſus eſt, in ſemetipſum crudeliter flagello ſæuiens, ac de culpis accuſans tanta exaggeratione, ac ingenuæ compunctionis ſenſu, vt grauiſſimos mundi peccatores in malitia ſuperare videretur. Prior mox vt vidit abraſam coronæ comam, rei nouitatem admiratus, ſeuerè reprehenſum, tanquam diſciplinæ monaſticæ perturbatorem, abire iuſſit: & Magiſter domum reuerſus, vt audiuit coronam contra morem excidiſſe, ſeueriſſima diſciplina vſque ad ſanguinem caſtigauit, velut ſingularitatum inuentorem: Et ſeruus Dei tanquam iucundiſſimo conuiuio his mortificationibus tantò delitioſiùs paſcebatur, quantò maiori tenebatur eſurie dolorum, & opprobriorum Chriſti.

Currente Nouitiatus anno ſcribebat in cella, interim dum pectus feruentiſſimis Martyrij deſiderijs æſtuaret. Et ecce in quinque partibus folij, quod exarabat, quinque ceciderunt ſanguinis *guttæ*, *in vniuerſum viginti quinque*: Et quidem ſinguli quinarij in figuram Crucis; At quinque ſimul guttarum *quinarij* totidem Ieſu plagas deuota *proportione* purpurabant. *Nullum in* ſe reperiens indicium emanati ſanguinis ad Magiſtrũ detulit, & obedientiæ oraculo dimiſit, ne tentatio ſubeſſet, aut error: Et Magiſter rem tacitus conſiderans, ac folium conſeruans poſt tres, & amplius annos ſanguinem reperit adhuc recentem, viridumque, & opinionem, quam habuerat diuini fauoris *fuiſſe*, *confirmauit*.

Quodam die vergente ad veſperam inſpirauit ei Dominus, fornices ſuper quibus Oratoriũ incumbebat propè diem ruina collapſuros. Magiſtro confeſtim aperuit, rogauitque vt ſupellectilem auferri curaret, nec permitteret quemquã nocte in Oratorium tranſire, ſed orationem facerent in Eccleſia, aut choro. Secutus eſt conſilium illuminati diſcipuli pius Magiſter. Poſt Matutinum orationi cum reliquis vacans, præter ſolitum premi ſe ſentiens, Seruus Dei properabat ad loca neceſſaria fornicibus ſubiecta, cũ ſe occulta vi ſenſit retrorſum trahi; intellexitque veram non fuiſſe naturæ neceſſitatem, ſed Dæmonis tentationem; moxque in Chorum regreſſo audierunt impetum fornicum labentium: Quod cum ſine vllius noxa contigiſſet, Fratrum cunctorum ora reſoluit in effuſam Dei laudem, & gratiarum actionem.

Spi-

Digitized by Google

Spiritus Sancti lætiſſima ſolemnitate, dum Religioſi in Choro miſſam auſpicaturi intonarent: *Spiritus Domini repleuit Orbem Terrarum*; viſa fuit Columba pulcherrima per feneſtram intrare, vbi poſtquam capita Fratrum volando circumiuiſſet, Patri Fratri Dominico blandientis in morem alarum motibus applauſit, & interna ſuauitate ad plures dies repleuit. Quibus peractis mirantibus cunctis, vnde venerat, receſſit.

Circa Nouitiatus finem Reuerẽdus P. Mag. Michael Ruzzola Ord. vt ſupra diximus Prædicatorum, vel vt alijs placet, Carmelitarum frater carnalis, cum alio eiuſdem Ordinis Patre, ac Magiſtro non mediocriter celebri, Nouitium noſtrum fraternæ beneuolentiæ ſpecie viſitarunt, occultis machinis perſeuerantiam eius expugnaturi ſi poſſent. Suadebant ad gloriam Dei promouendã ſatius fore, rediret ad antiquæ profeſſionis ſedẽ, in cuius dignitatibus, officijſque, ac vitæ inſtituto plures animas Deo lucraretur, quam in rigido Diſcalceatorum receſſu, habituque contemptibili. Sed Dei Seruus tanto ſpiritu refellit argumẽta, & in aſſumptæ Reformationis fauorem tela retorſit; vt ipſi quoque perſuaſerit Tereſiæ vexillum optare, niſi grauiſſima accidentia boni propoſiti turbaſſent effectum.

Hac obtenta de germano fratre victoria magis animatus, odium intimum concepit earum vanitatum, honorumq; quæ propoſuerant: adeoque vt impoſterum ſimilibus tentationibus præcluderet aditum, enixis precibus ſupplicauit, vt ſe ſe in Nouitij ſtatu permitterent vſque ad mortem, ſed cum intentum non impetraſſet, maiori deuotionis feruore præparatus, mitigationi renuncians inter Diſcalceatos S. Tereſiæ profeſſionem emiſit, vota ſolemnia nuncupauit anno 1590. Dominicæ ſalutis, & trigeſimo ſuæ ætatis,

CAPVT XXVIII.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Matriti Socius additur Nouitiorum Magiſtro V. P. N. Dominicus; mira quædam virtutum edit exempla, eius ſpiritus examinatur, & ad ſtudia litteraria Complutum mittitur, vbi etiam mira operatur.

VIcarius Generalis Reformationis volens nouiter Profeſsum iuxta concreditum à Deo talentum in Religione perficere, litteris patentibus Matritum venire iuſſit. Cum ergo Fratribus Paſtranenſis Nouitiatus in vnum congregatis valefaceret, conuerſus ad Beatiſſimæ Virginis imaginem magno feruoris impetu prorupit in hæc verba: *Parce mihi*, inquit, *ô Domina, & condona ingratitudinem, malamque ſeruitutem in hac Sanctorum domo Sanctiſſimo Filio tuo impenſam. & peſſimum exemplum, quod ad confuſionem meam relinquo, tot filijs tuis, Fratribus, ac Dominis meis*: qua humiliatione compunctos, & inopinata ſeparatione mœſtos relinquens, obedientiæ iter eſt ingreſſus.

In platea cuiuſdam Oppidi, dum pertranſiret, tripudia agebantur inter viros, ac fœminas modis non ſatis honeſtis, & Pater Dominicus acri zelo ob Diuini honoris offenſam efferueſcens, penetrauit in medium, ac diſciplina, quam poterat exertis viribus, quoſque percutiens choreas diſſoluit, tantoque ardore contra ſimiles recreationes, ludoſq; inuectus eſt; vt compuncti, dolenteſque gratias egerint pro ſancta reprehenſione, publica impoſterum Satanæ pabula, & luxuriæ irritamenta deteſtati.

Matriti ſocium addiderunt Patri Fratri Bartholomeo à Sancto Baſilio

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

lio Nouitiorum Magistro, cui ob Definitoris Generalis officium maioribus curis intento, præstaret operam auxiliarem, quod egregiè adimpleuit, tàm prudentiâ desuper infusâ, quàm virtutum Religiosarum exemplo.

Degebat Matriti P. Thomas de Aquino Definitor Generalis, vir pius, & doctus, qui propter fractam stomachi venâ multos vomitus patiebatur. Contigit aliquando, vt statim post missæ celebrationem vomuerit, & inter sordes apparuerit hostia consecrata. Turbatur tali casu pius ille Pater, eum solatur Dominicus, & ad Cellam reducit. Deinde rediens, in medijs sordibus sacratissimas videt species ad instar Solis fulgentissimas; adorat eas deuotè, & in vno calice reponit, materiam autem reliquam vomitus in vase alio collocat: Hæc omnia ad maius Altare conseruat, totam noctem coram illis in oratione perduxit, & mane sequenti post sanguinis sumptionem tàm species consecratas, quàm reliquam vomitus materiam reuerenter assumpsit ad condignum honorem Sãctissimi Eucharistiæ Sacramenti. Nec præmio caruit tàm eminens deuotionis actus, tàmque generosus animi motus; nã post missam agens Deo gratias, rapitur in Extasim, & in imaginaria visione Sanctissimam vidit Trinitatem cũ Angelorum infinita multitudine: Tunc Pater Aeternus dixit: *Qui tantum pro Nobis pati desiderat, & tam magna pro amore nostro facere meretur à Nobis speciali honorari fauore*. Et vocato è Superioribus Choris Angelo præcepit, vt simul cum Angelo Custode deinceps Dominico assisteret, præueniens ipsum cælesti luce, adiuuans in rebus grauioribus, quas honoris sui causa facturus erat: Relinquens Deus Dominicum cum nouo illo Custode, benedixit eum, & visio disparuit. Sic deinceps animatus fuit, vt quoties aliquid ad maiorem Dei gloriam agendum occurreret, maiores difficultates ipsũ redderent audaciorem. Dubitabat in principio, num descripta visio à Deo fuisset, vel Dœmonis illusio; præ humilitate siquidem credere non poterat, se tàm singularem meruisse fauorem; sed vtriusque Angeli sibi ad custodiam concessi frequẽs apparitio, & familiaris conuersatio omnem prorsus remouit dubitationem.

Post aliquot menses similiter accidit, quod quidam Sacerdos extraneus post celebratam in Ecclesia nostra missam, alteratione subitanea stomachi vomuerit in *luto. Misit* superior Conuentus P. Dominicum, vt recognosceret vomitum ad debitam erga Sanctissimum Sacramentum cautelam, & reuerentiam. Accedens Dominicus ex eodem splendore, in casu præcedenti iam percepto, sacratissimas species in sordes recognouit, & tempore *missæ* simul cum toto vomitu, *ac parte* luti reuerenter eas sumpsit. Factum hoc tam generosum sic prædictum ædificauit Sacerdotem, vt Dominici Sanctitatem extollens per totam Ciuitatem Madritensem publicauerit.

Reuerendus Pater noster Nicolaus à Iesu Maria Vicarius Generalis, vir prudentia, & Religionis zelo præstantissimus, considerans frequentias raptuum, aliarumque rerum supernaturalium, quas Pater Dominicus patiebatur, & extraordinarios fauores, quibus præueniebatur; vt cautiùs, securiùsque tùm ipse procederet, tùm subditi sui saluti prouideret; Collegium instituit Patrum doctrina, ac prudentia præstantium; simulque ætate, virtute, ac rerum supernaturalium vsu prouectorum, cuius rigoroso examine voluit spiritum Patris Fratris Dominici diligenter explorari: an aliquis error, aut illusio subesse posset, vt tempestiuè remedium adhiberetur.

Depu-

Digitized by Google

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

ille, & P. Prior Collegij Complutensis iubetur illum comitari. Recipitur vterque tam à Ducibus, quàm ab alijs, etiam Rusticis summa deuotione; ibique Dominicus suis exhortationibus monita salutis dãdo, & confessiones audiendo multas Deo lucratur animas.

Inde discessuri P. Prior, & P. Dominicus ad vicinam inuitantur Villam, quò etiam conuenerant Ecclesiastici quidam, & sæculares conuiuæ. Sub finem prandij petit à P. Priore Dominicus, vt aliquid ad præsentium ædificationem diceret; ex eius licentia tanto cum feruore Ecclesiasticorum negligentias, & peccata cepit declamare, quòd omnes terruerit, vnumque inter alios compunxerit: Is erat Parochus diues, qui diuitijs, & potentia plurimum abutebatur. Cunctis de mensa surgentibus seorsum iste Dominicum conuenit, ac gratias agit plurimas de singulari monito: Respondet Dominicus, se pro ipso specialiter peroraſſe, cum miserum conscientiæ ipsius statum cœlitus didicisset; emendationem vitæ suadet, diuinum promittit auxilium, simulque diuinam minatur indignationẽ, ni resipiscat, dicens, à Deo clementissimo, æquè ac iustissimo decretũ esse, ipsum breui moriturum, si ad vomitum rediret. Conuersus omninò Parochus conscientiam suam apud P. Dominicum confessione generali emundat, & promittit vitę reformationem.

Redibant Complutum, solus præcedebat Dominicus, vt liberiùs internæ collectioni vacaret: tardiùs sequebatur P. Prior cum alijs, qui cum de sanctitate Dominici, & maximè de eius prompta obedientia colloquerentur, & Prior addidisset ipsum Superioris præceptum mente conceptum, ac vix intimatum exequi, ad eorum ædificationem, & dicti sui confirmationem dixit Dominico longiùs distanti, ita quòd audire non poterat: *P. Dominice, proijce te in fluuium*; in cuius scilicet ripa gradiebatur; & ecce subito vt erat vestitus in illum se proijcit: Vnde cæteri turbantur, ibique se voluit, donec egredi iussus ad ripã redijt: Et Deus in præmium tam promptæ obedientiæ Dominicum cælestibus delitijs aliquot dierum spatio recreauit.

Anno sequenti dum adhuc Compluti maneret Dominicus, prædictus Parochus in periculosum incidit morbum, qui statim nuncium misit ad nostrum Complutensem Conuentum cum commendatitijs Ducissæ de Medina cæli litteris ad Priorem, vt Dominicum obtineret, tanquam sibi maximè necessarium in periculo mortis. Audito nuntij aduentu Dominicus agnouit Parochum ad vomitum redijsse. Pergit ad ipsum ex obedientia, reperit tristem, sed magno perfusum gaudio, sibique dicentem audit: *Confiteor me vidisse Christum, & iterum, atque iterum adorasse*: Verum examinatis huius apparitionis circumstantijs, Seruus Dei concludit, spiritum tenebrarũ se in Angelum lucis transfiguraſſe; vnde dicit infirmo, eum, quem viderat, esse Dæmonem, qui sub ementita Christi forma voluit eum deludere, atque illusum damnare: Et accipiens præ manibus Crucifixum, quem sub scapulari gestare solebat ad pectus, ait: *Hæc est Imago vera Filij Dei, qui Crucifixus fuit pro nostra Redemptione, hanc imaginem humiliter obsculare, ac Dæmonem detestare.* Dum illusum reducere conatur Dominicus (res prorsus stupenda!) Dæmon sub ficta eiusdem Dominici figura comparet ex altera lecti parte, vt causam suam agat, & cæptam perficiat illusionem; & attonito, ac penitus mirabundo dixit infirmo: *Variæ sunt Dæmonum insidiæ, vt homines decipiantur, & in æternum perdantur; Voluit te Deus præterita vi-*

sione

Digitized by Google

ſione ſolari, & in fide paſſionis confirmare, vt fuſi ſanguinis ipſius fructum perciperes: Sed Dæmon ſciens, quod me Fratrem Dominicum vocaueras, ſumpta mea forma, & habitu, præuenit me, vt poſſet te nefario decipere ſacrilegio, & Chriſtum, quem tuis oculis vidiſti, Dæmonem eſſe perſuaderet. Ego ipſe verus ſum Dominicus, qui te anno præterito ad obſequium Dei, & viam ſalutis reduxi, & quem nunc aduocaſti; Ille alius, quem Dominicum credebas, Dæmon eſt; ne dictis eius auſcultes, vult enim te decipere.

Hæc audiens Dominicus obſtupeſcit, ac Dæmonis audaciam miratur, & malitiam; & zelo Dei motus, vt periclitanti ſubueniat animæ falſum intuetur Dominicũ, & arguit mendacij, ac perfidiæ: Multa Dæmon opponit, & altercatio inter duos Dominicos, verum, & fictum diù protrahitur, volebat enim Dæmon hac dilatione moribundum ſic deluſum ad vltimum vitæ, & ad æternam damnationem reducere; eoque Dæmonis fraus deuenerat, vt infirmus fictum acceptaret Dominicum, verumque à ſe repelleret. Videns Dominicus, quod infirmitas illius miſeri aggrauabatur, nullumque eius animæ remedium afferebatur, accedit ad infirmum, & procumbens in genua, manum morientis, vel inuiti, ac renitentis aſſumit, humiliterque oſculando ſic ait: *Ego Frater Dominicus à Ieſu Maria Seruus indignus noſtræ Dominæ de Monte Carmelo, confiteor me indignum manum hanc conſecratam oſculari, in qua meus Dominus ſæpè fuit, erga quem ſum ingratiſſimus; ſed pœnitet me toto corde, ab illo miſericordiam peto, & impetraturum me confido.* Deinde conuerſus ad infirmum ait: *Fac Domine, quod ille alter Dominicus idem etiam dicat, & quis ſit illuſor cognoſcetur.* Cum doctus eſſet Sacerdos moribundus, pactum approbat, & fictum reſpiciens Dominicum, ad eliciendos huiuſmodi humilitatis actus, pœnitentiæ, ac ſpei inuitat; ſed victus, & confuſus Dæmon horribilem edens vocem ſic ait: *Ego nec poſtulo, nec ſpero miſericordiam; pœniteat Deum, qui me contra iuſtitiam torquet; ego nolo, nec debeo pœnitere:* Hiſque blaſphemè prolatis ſtatim diſparuit. Tunc infirmus de tam mirabili ſucceſſu plurimum attonitus, magnam lachrymarum copiam profudit; & verè de peccatis contritus, Dominico confitetur, optimèque diſpoſitus alia ritè ſuſcipit Sacramenta, ac in Domino moritur.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CAPVT XXIX.

Ad miniſtrandum peſte laborantibus ſe ſe offert V. P. N. Dominicus, eam ob cauſam Barcinonam pergit, & vbique mirabilia multa patrat.

DVobus annis cum medio Compluti moratus fuerat, cum peſtis Barcinonæ graſſata quinque ex noſtris Patribus, qui ſe ſe ſeruitio laborantium dedicauerant, ad meliorem vitam tranſtulit. Prouincialis ad Vicarium Generalem recurrit, vt in locum defunctorum ex alijs Conuentibus Fratres ſupplere poſſet. Vicarius Generalis neminem ad tanti periculi miniſterium cenſuit obligandum, ſed facultatem conceſſit ex Conuẽtu Complutenſi eos acciperet, qui ſe ſe ſponte obtuliſſent. Inter plures ergo charitatis officium primus ambiuit Pater Frater Dominicus, proteſtans, ſe ſe libentiſſimè vitam Deo ſacrificare ad conſolationem eorum, quos peſtifera lue viſitabat. Et cum alijs nonnullis, ac Patre Pro-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

Prouinciali profectus, totum iter ardentissimis charitatis actibus conficiendo, iubilabat pro fælici sorte, qua animam pro Christi amore ponere sperabat.

Cæsar-Augustam appulsi, dùm commoditatem quærunt itineri prosequendo, voluit Deus in mancipium genere, & superstitione Turcham incideret, quod graui morbo correptum patronus ibidem reliquerat, iubens stabulario, vt quam primùm conualesceret curru imponeret, ac dirigeret Barcinonã. Pater Dominicus oblatam à Deo ratus occasionem auidus arripuit, solitoque feruore Pronincialem induxit, in currum reciperet, spondens se curam ipsius acturum. Acceptum humeris multa charitate subleuauit in rhedam, & quoties opus esset ob frequentem dysenterię fluxum eadem seruitute deponebat: molliter collocatum fouebat, vt commodè vehi posset, ac quiescere: Cibum proprijs manibus ministrabat, assistebat, blandiebatur, non aliter, quam sollicita mater carissimo filio. Postea quam beneuolum sibi reddidit Turcam Christo conciliare aggreditur, de fidei veritate, ac necessitate, de mysteriorum nostrorum credibilitate nonnulla producens argumenta; quæ Turca tum libenter audiebat, tum in animum dimittere visus, Patris se se orationibus commendabat, vt veræ fidei lumen agnosceret. Dum his intenti sunt, currus in præcipitium montis inclinauit rotis inuersis: Sed lapis ingens in limitem iurisdictionis defossus, ruentis impetum tenuit, & vehentes saluauit. Vndè sumpto principio deduxit infidelem, oculos mentis eleuaret in Deum, ab eo recognosceret conseruatam vitam, propagatumque tempus, vt veram fidem amplecteretur. Dedit Deus voci Serui sui vocem virtutis, & in animam Turcæ fidei lumen infundens, Baptismi gratiam postulare fecit, qua Barcinonæ renatus est, & fidelium cœtui aggregatus ingenti lætitia piorum omnium, & maximè Patris Fratris Dominici Deum glorificantis, qui curas suas passus non fuerat abire vanas.

At Barcinonæ iam luis contagium vlteriùs serpere prohibuerat misericordiæ manus: adeoque officium, ad quod venerat implere opus non fuit. Sed vt talentum in proximorum salutem à Deo erogatum multiplici feruore Domino fructificaret, sacris Confessionibus in Ecclesia audiendis, Superiores deputarunt. Quo in munere mirũ quot animas apposuerit gratiæ, quot peccatores in grauissimis sceleribus obduratos emollierit, quot ad perfectionem vitæ Christianæ sectãdam animauerit. Sæpius illi Deus reuelabat occulta crimina impœnitentium, vel vicinum mortis diem; aut pœnitentium delicta, si non omnia exprimerent in confessione. Quæ quidem omnia sequentibus exemplis, ab eius vita per P. N. Philippum conscripta, desumptis confirmantur.

Accessit ad eum aliquando Vir quidam sceleratus, qui tamen secretò peccabat: Deo sic inspirante vult eum Dominicus mirabili modo confundere, vt possit tandem conuertere: Vnde cæpit peccatorũ ipsius texere seriem commemorando prius ea, quæ adhuc in tenera ætate commiserat; & sic ętates singulas percurrendo tandem omnia manifestauit; quibus omninò confusus, & in Dominico diuinam virtutem admiratus, se ad eius pedes prouoluit, multisque lachrymis peccata sua confessus, vitam corrigens in bonis operibus perseuerauit.

Volens Deus conuersionem duorum Nobilium, quorum vnus Matriti, alter Hispali viuebat in misero peccati statu, eos Dominico in visione supernaturali manifestat,

præ-

Congregationalist, Oct 23, 1862.

Ordinations and Installations.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Bridgewater, Mass., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Rochester, N. Y., and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Lee, Mass., Oct. 15, Rev. Edward Hyde. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Dewey of Bridgewater, Dewey of Rochester, N. Y., and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Hinsdale, N. H., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Bridgewater, and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Rochester, N. Y., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Bridgewater, and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Northampton, Mass., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Bridgewater, and Dewey of Rochester, N. Y.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Bridgewater, Mass., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Rochester, N. Y., and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Lee, Mass., Oct. 15, Rev. Edward Hyde. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Dewey of Bridgewater, Dewey of Rochester, N. Y., and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Hinsdale, N. H., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Bridgewater, and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Rochester, N. Y., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Bridgewater, and Dewey of Northampton.

Ordained, as pastor of the Congregational church in Northampton, Mass., Oct. 15, Rev. Edward Hyde Dewey, late of Andover Theological Seminary. Sermon by Rev. Dr. Phelps of Andover; other parts of the service by Rev. Messrs. Bullard of Bridgewater, Hall of Abington, Hyde of Lee, Mass., Dewey of Bridgewater, and Dewey of Rochester, N. Y.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

teriarum pulſu. Domina Catharina Intornia Equitis coniux, mariti caſu conſternata, properat ad Conuẽtum Diſcalceatorum, Patris Dominici pedibus aduoluitur, lachrimabiliter orat, obteſtatur fiducialiter, marito ſalutem orationibus procurare, inuiſere, auxiliarique feſtinet. Non ſegnis ad opera charitatis confeſtim properat; interea dum Chirurgi medicarent, manibus caput conſtringit; & ſignum imprimens Sanctæ Crucis, feruentiſſimis precibus Deo commendat miſerabilem infirmi ſtatum: qui mox in ſe reuerſus Patris monita grata mẽte ſuſcepit, & ab auſpicio fælici in non irritam ſpem erecti ſunt ſalutis plenioris, quam Dei gratiæ ſingulari, ac precibus Patris Fratris Dominici retulerunt acceptam.

Doctori Safonto vitam prorogare non valuit, defuncti tamen animam precum ſuffragio Purgatorij pœnis exemit. Hunc læthalis morbus inuaſerat, & Medici iudicabant nullam ſpem ſupereſſe recuperandæ ſalutis. Geſſerat erga Patrem Dominicum ſpecialis deuotionis affectum, ideòque rogatum miſit ſe ſe inuiſere, atque extremis officijs charitatis conſolari vellet. Præſtitit libenter Seruus Dei, & infirmum ad mortem æqua mente ſubeundam, officio ſacerdotali diſpoſuit, & Religioſis optimi Chriſtiani affectibus, virtutumque actibus, tum pijs exhortationibus, tum fuſis ad Deum precibus ad vltimum certamen armauit.

Vxor tenerrimè virum amans, & neceſſitatibus familiæ proſpicere cupiens, tam profuſis lachrymis Serui Dei preces implorabat, fide tam viua ſupplicabat; vt excitaretur ad ſalutem Safonto procurandam. Dum ergo vitæ, mortiſque Principem precibus interpellat, ac diutiùs, deuotiùſque inſtat, intelligit à Suprema Maieſtate ſententiam pronunciatam eſſe; ideoque coniugem infirmi ſenſim à ſpe ſalutis reuocabat, & Dei voluntati ſubdere nitebatur. Verum cum illa ardentiori fide commota, miſerabili plãctu ſollicitaret, vrgeretque, viſcera pietatis iterum apud miſericordem Iudicem effudit in oratione: Siquidem ſententia diffinitiua non eſſet, ſed tantummodo comminatoria, reſpicere dignaretur ad deuotæ familiæ preces, lachrymaſque, cui vita Doctoris plurimùm profutura foret ad pietatem. Dum hunc in modum feruidus orator inſtaret, extra ſe raptus vidit in ſpiritu ſuis precibus contradicentem Beatam quandam nomine Aſtorgam, multiſque à Safonto beneficijs, dum viueret, affectam, nuper piè admodũ defunctam: Allegabat ſecuram animæ ſalutem, propter quam non conueniebat Doctorem redire ad ſalutem corporis. *Quinimò*, reſpondit Pater, *vt maiorem operetur ſalutem, & ſuam & ſua familiæ, magiſque glorificet Saluatorem, omnino expedit ſuperuiuere*. Et Aſtorga: *Mundus, iuuentus, profeſſio Doctoris periculoſa ſcatent vix euitabili. Vera loqueris*, replicauit ille, *ſed aderit diuinæ gratiæ virtus, vt eum defendat, ac liberet.* Hæc dum ab vtraque parte allegantur, tota Cœli Curia in Aſtorgæ fauorem propendere videbatur, & Pater Frater Dominicus ipſe conuincebatur rationibus ab aduerſaria productis. Attamen fidei viuacitas, & iam dictæ lachrymæ tanta vi preſſerunt orantem; vt non niſi accepto Diuinæ voluntatis arbitrio quieſcere poſſet, confidens fore, quod cuius perfecta ſunt opera, ſiquidem complaceret ſibi ſanitatem elargiri corporalem, additurũ quoque gratiæ ſuæ virtutem, qua tentationes ſuperaret, Deum glorificaret, ſemetipſum, familiamque ſuam bonis operibus locupletaret.

Quoties orationi ſe ſe dederet ad dictum intentum, toties pia lis renouabatur, & in tres vſque dies producta

ducta fuit. Quo tempore tribus ſuis ſocijs Religioſis lepore gratioſo ſubinde dicebat: *Initur mihi nunc certamen aduerſus vniuerſum cœlum, & vniuerſo cœlo aduerſus me.* Interea morbus in æquilibrio ſuſpenſus hęſit, nec in peiorem partem declinans, nec in benigniorem: Medici attoniti ad tam immobilem morbi ſtatũ, ſe ſe mutuo reſpicere, & poſtquam cauſam intellexerunt, viſum eſt rem fuiſſe prodigij rarioris, quã ſi infirmus deſperatam ſanitatem recuperaſſet. At quarta demum luce ad vitæ tribunal reuerſis litigantibus, ſententia contra Patrem lata eſt, & pronunciatum Safonto mortem expedire propter Dei gloriam: adeòque ab eodem confirmatus in æternæ vitæ deſiderio, & conſolatus Sanctorum orationibus, qui ſalutem ſuam apud Deum procurauerant, poſt paucas horas ad immortalem vitam tranſijt.

Feruorem orationis, & rigorem pœnitentiæ, quibus ſanitatem impetrare non potuit, vertit in animæ refrigerium: Tantumque effecit, vt multo poſt tempore in itinere ad Beatam Virginem Montis Serrati viſa ſit apparere, gratiaſque agere, quod eius ſatisfactionibus adiuta, Purgatorij pœnis exempta tranſiſſet ad ſtatum gloriæ, in quo ſi capax doloris foret, acerbum ex eo ſenſuram, quod in mortali vita communicationem cum eo non ambijſſet frequentiorem.

CAPVT XXX.

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Beatiſſimæ Virginis lacte, & Chriſti Domini Sanguine potatus, aliiſque ſingularibus fauoribus exornatus V. P. N. Dominicus à Dæmonibus accuſari, & torqueri permittitur.

QVamuis Dominicus quamplurimis toto vitæ tempore diuinis fauoribus locupletatus fuerit, tam ſingularibus tamen hac tempeſtate à Domino exornatus, imò verò & propemodum cumulatus extitit, vt niſi pia affectio, deuotaque diuinæ, ac inexhauſtæ miſericordiæ ipſum ab incunabulis præuenientis conſideratio fidem dicendis adſtruant, vix ſanè credi poſſint. Hos ab ingenua, humiliquę illius confeſſione ſuperiorum præcepto confeſſarijs facta; ſcriptiſue primùm ab ipſis, poſtmodum verò à vitæ Scriptoribus typis mandata deſumimus, & huic loci atteximus. Currebat annus Domini 1593. & dies 15. Auguſti Beatiſſimæ Virginis Aſſumptioni Sacra, cum Dominicus cæpit à Deo, & ab eadem Sanctiſſima Virgine maiores, ac frequentiores recipere fauores, raptibus varijs, ſpiritu quidem in Deũ, corpore verò in ſublimem aerem, cunctis cernentibus, & ſubleuati plantas vix manu attingentibus, eleuari; Cœleſtium viſionum, quantũ in hac mortali vita licet, particeps fieri; ac demum ineffabilibus gratijs vltrà modum recreari, perfundi, ſaginari. Quibus profectò, vt potè naturales corporis vires exſuperantibus, effectum eſt, vt diris neruorum contractionibus torqueretur; maximam ore ſanguinis copiam emitteret; cogeretur lecto decũbere, non ſecus, ac ſi per annum integrum

Digitized by Google

Ab anno Christ.1604 ad 1605.

grum grauiſſimis concuſſus infirmitatibus laboraſſet.

Die vigeſima Auguſti, quæ fuit hebdomadæ ſexta, dum ſub veſperam orationi vacat, cœpit aer grauidis obduci nubibus, quæ tonitrua, fulgura, & fulmina penitùs horribilia pariunt. Præcipit ei Superior, vt conſuetis Eccleſiæ exorciſmis tempeſtatem diſſipet; ſumpto præ manibus Crucifixo tanto feruore nubes procelloſas coniurat, vt in eſtaſim raptus hæreret. Tunc Dæmones vidit tempeſtatis authores, qui nimia rabie ſub magna confuſione ſimul irruentes in eius perniciem, & in totius Conuentus, imò & Ciuitatis ruinam conſpirabant; ſed armatus Crucifixo Dominicus totam nubium tempeſtatem diſſoluit, indeque Dæmones fugere cõpellit. Fugatis Dœmonibus adeſt illi melliſluus Bernardus, cuius erat ſolemnis dies, & dum eum contẽplatur, in ſuis videt manibus paruulum Ieſum tanta pulchritudine radiantem, vt præ iubilo mentis exclamet: *Ieſus in meis manibus! in meis manibus Ieſus! in meis!* Hoc clamore de myſtico ſomno excitatus ad ſe redijt, & aduertens adeſſe Religioſum, nè cogeretur ei viſa referre, ait: *Opprimor ſomno, & adhuc videbar dormire*. Nocte ſequenti dum contemplationi vacat, videt Chriſtum Regem, & Mariam Angelorum Reginam, quos ſumma excipit veneratione, ac mentis iubilo. Poſtridie in eſtaſim rapitur tãtoque impetu corpus eius eleuatur, vt caput tectum Cellæ tangeret, ſicque eleuatus tota nocte perſeuerat. Adeſt illi Beatiſſima Virgo multorum Angelorum turmis comitata, ſicut & plurium Sanctorum, quibus ſpecialiter affectus erat Dominicus: Adeſt etiam Chriſtus maiori cælitum comitatu decoratus. Facta eſt tunc inter D. Bernardum, & noſtrum Dominicum pia contentio; quis eorum affectu maiori Beatiſſimam Virginem coleret? Cumque Dominicus Bernardo non cederet, Deipara Virgo contentionem terminat, dicens: *Verè, ò Bernarde, Seruus meus Dominicus me multum diligit, & propter amorem meum pluribus meis deuotis ſæpè inuit; propterea æquum eſt, vt maximum erga ipſum amorem meum ei manifeſtem, concedens nunc illi fauorem illum, quem aliàs tibi conceſſi*; & tenerè complexa Dominicum applicat ſuo pectori, Sacratiſſimoque Lacte refecit. Fuit hic realis, & non ſolum imaginarius fauor; nam tantum *inde* dulcorem hauſit, vt poſtea *cum ineffabili* ſuauitate labia *ſibi lamberet.*

Nec minus liberalis fuit Chriſtus erga Dominicum; accedit enim vt maius conferat beneficium; ſed non valens Dominicus proximitatem tantæ gloriæ, ac tam magnæ Maieſtatis ferre, clamat dicens: *Impotens ſum, Domine, ſine me, ad inna tantiſper*. Tunc confortans, & diſponens eum Dominus *fauori* cõcedendo, complectitur amicabiliter, & Sacrato ſuo Lateri ſuauiter admoto pretioſiſſimum Sanguinem ſuum ſumendum concedit. Verè potuit Dominicus cum Sancto Auguſtino in ſimili myſtica viſione cõſtituto dicere: *Quò me vertam neſcio: Hinc paſcor à vulnere, inde lactor ab vbere*. Deinde interrogatus à Chriſto, ſi nunquam ipſum relinqueret? reſpondit: *Domine non te relinquam*. Cumque Chriſtus in præmium amoris, ac promiſſæ fidelitatis ſignificaſſet, ſe velle Sacra ſua Stigmata corpori ipſius imprimere in ſignũ ſui erga ipſum amoris, humiliter deprecatur Dominicus tam liberalem Dominum, ne fauorem hunc viſibilem ſibi concedat, quæ Populorum applauſum, & æſtimationem ſibi conciliaret, cum eius Diuinæ Maieſtati non deſint modi inuiſibiliter ipſum gratificandi, velut charitatem augendo, & concedendo vires ad Crucem ferẽdam.

Digitized by Google

Rich Widow, or a Gentlewoman of Quality, that has a Fortune, and is willing to Marry, may hear of a Person of Quality, a Batchelor, that is willing to Marry, by applying to Mr. Bowyer, at the Rose and Crown in Fleet-street, near Chancery-lane.

Whereas a Gentleman, who has a Fortune, and is willing to Marry, may hear of a Gentlewoman of Quality, that has a Fortune, and

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

redijt; & ſequenti mane tantum expertus eſt corporis vigorem, ac ſi nunquam debilitatem vllam paſſus fuiſſet.

Inter eſtaſes huius diei vigeſimæ tertiæ Auguſti vidit Matronã quandam, quæ denominabatur cognata tunc in igne Purgatorij detentã. Hæc fuerat Carmelitis, & Dominico piè affecta: Apparuit autem illi, vt auxilium pro ſua libertate poſſet impetrare. Compaſſus Dominicus eius pœnis, ſua merita meritis Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis vnita pro ea libenter obtulit, & obtinuit, vt ſequenti die Veneris liberaretur; ipſaque iam libera, & gloriæ radijs perfuſa rurſus eadem die Dominico apparuit, cui ſummas pro ſua libertate agit gratias.

Die vigeſima quarta Auguſti S. Bartholomæo Apoſtolo Sacra Miſſam celebrauit, vbi eleuatus in ſpiritu eundem Apoſtolum vidit inter alia ſibi dicentem in Nomine Domini, quod à continuorum vomituum moleſtia, qua tunc afflictabatur, liber euaderet: Quod ita ſucceſſit, vt fuerat promiſſum; ex tunc enim cœpit, quæ comederat, in ſtomacho retinere.

Verum enim verò Inter tot, tantaque cæleſtium gratiarum chariſmata Dominicus Crucem, ignominiam, dolores, delicijs præferẽs, honoribuſque, ſequentes, ſimileſq; actus corde formabat, & promebat ore: *Quam occulta iudicia tua, Deus meus, qui me gratijs cumulas, & dolorum expertem dimittis! Vtinam placeat tibi, ò Suprema Maieſtas, fauores mihi mutes in dolores, blanditias in tormenta, delicias in cruciatus; quibus immoler, immoriarque pro te, ſicut tu pro ſalute mea mori dignatus es, Deus meus! Et ſiquidem tibi viſum eſt in viliſſima creatura tuas multiplicare gratias, gratiam hanc mihi concede gratiſſimam, acerba quæque patiar pro te, labores augeas, pœnas multiplices, vras, feces, vt refocillem patiendi ſitim, ardoremque, quem gratia tua ſuccendis. O quam me lętum, fęlicemq; aſpicerent dies illi, quibus propter amorem tuum, viſcera mea transfigantur acutiſſimis ſagittis, & ignitis gladijs tranſuerberentur. Conterantur oſſa mea, Ieſu dulciſſime, comburar igne lento, redigar in cinerem ob amorem tui. Amorem certè tuum profiteor, ò amor meus: ſed ſi amo, quomodo cum amato patiente non patior? Et certe didici te magiſtro: vbicumque amor eſt in hac vita, ibi & dolorem inueniri: Amorem meum offero, tu adde dolorẽ. Quod ſi dolorem non patior, vbi quæſo reperiam amorem? Tu Deus adde dolorem, adde amorem; tu idem deſiderium auge patiendi, & deſideranti tribue quod patiar; vt amando, patiendoque tibi complaceam.*

Hæc dum nocte de profundo cordis eructat ad Deum amoris ſuſpiria, & internum refocillat incendiũ Dœmonum exercitus cellam ingreſſus, figuris, laruiſque ad inculiendum horrorem idoneis ſeueriſſimè minati ſunt, iactantes nunc ſe habere à Deo datam vlciſcendi facultatem liberam, abſolutamque. Vnus ex illis ſtaturæ interminatę ad portam cellæ ſe collocat, & obuerſo dorſo obfirmat. Pars in excubias diſtribuuntur per aerem, quaſi prohibituri, ne de Cœlo deſcenderent ſuppetiæ. Omnium primas pro tenebricoſo Tribunali ſedens, teſtes in reum citari iubet, carnifices, lictoreſque promptos accingi, adſtare in torturam, & pœnam. Interim vociferari Dœmones: *Iam in manus noſtras incidiſti proditor: iam tot iniuriarum, quas nobis irrogaſti, meritas pœnas lues: iam pro animabus, quas noſtro Imperio ſubtraxiſti, ſolues duplicata tormenta: Adſint, qui te de Cœlo iuuare tentent, nec ipſi quidem exercitus noſtri formidabiles effugerint manus.* Reſpondit intrepida mente: *Benedictus Deus, qui mihi patiendi deſiderium inſpirauit tempore tam opportuno. Venite, & quemadmodum*

Digitized by Google

modum permittit Deus, in me veſtram rabiem exercete: Præparatum enim pectus gero in omnem cruciatum, ſecundum eius ſanctam voluntatem, & gratiam. At infernales ſpiritus: *Fruſtra*, inquiunt, *Deum inuocas, aut Sanctos, qui tuam arrogantiam, & nequitiam amplius ſufferre non poſſunt: Et nos Diuinæ Iuſtitiæ executores huc miſſi ſumus; vt lecto proceſſu criminũ, condigna infligamus ſupplicia.*

Primo commiſiſti peccatum gulæ maximum: nam cum iter faceres cũ Fratre Ioſepho à Matre Dei; mora, quæ per viam carpſiſtis gulosè comediſti.

Secundo alijs impedimentum præſtitiſti, ne bona opera exequerentur. Nam Frater Melchior à Reſurrectione, & Frater Antonius à Sancto Bartholomeo tuis tecum in cella colloquijs immorati, ad Chorum, & ad orationem non accurrerunt promptè, diligenterque, vt Fratres reliqui.

Tertio præſumpſiſti tentare Deum, impudenter eum interpellans; vt edito miraculo infirmum à Medicis deſperatum reuocaret ad ſanitatem.

Quarto dum alteri egrotanti aſſiſteres, mulier tibi approximata, teque pedibus premens, bis ſollicitauit ad peccandum cum ea: Et tu in complacentiã diſſolutus, neque eãm reprehendiſti, neque oſtendiſti vultum ſeuerum: Et tam graui peccato coinquinatus Miſſam celebrare præſumpſiſti, & plurimorum pœnitentium excipere confeſſionem.

Ad duas poſteriores accuſationes exertis certatim clamoribus vociferabantur: *O malitioſe, tuas iſtas iniquitates, & ſcelera defende, ſi potes.* Pater Dominicus: *Confido per Dei gratiam, me nihil commiſiſſe, quo ſupremam Maieſtatem Domini mei grauiter offenderim. Fateor me ſupplicaſſe pro ſalute illius infirmi; ſed ſpem collocans in Dei miſericordiam, & quemadmodum ad ſuam ipſius gloriam ipſe iudicaret conuenire.*

Turpem illam, indignamque mulieris ſollicitationem, vos malignè procuraſtis: ego nullã in eadem complacentiam habui; ſed ex dono Dei mei intimam ſenſi abominationem, quam tamen ne demonſtrarem charitas vetuit; ne coram aſtantibus traduceretur in fama. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

His auditis Iudex è throno proclamat: *Sic perfrictè temerarius tot te conuincentibus audes contradicere? Agite miniſtri, deterrimum hypocritam laniate, & crudeliſſimis torquete ſupplicijs.* Confeſtim inſiliérunt furiarum in morem, corpus vnguibus, dentibuſque dilacerantes; vt omnes planè carnes, ac viſcera ipſa, atque oſſa in minutiſſimas partes conſcindi viderentur. Alius in forma ſerpentis genibus implicatus, ea dentibus acutiſſimis transfixit. Et Seruus Dei ſe ſe in tantis tormentis conſolans, identidem replicabat: *O mi Ieſu! ò Deus meus!* Dœmones: *quid te*, inquiunt, *iuuat inuocare Chriſtum tuum, cum te tradiderit in manus iuſtitiæ noſtræ.* Ad quas in Deum contumelias accenſus zelo Diuini honoris Pater ſpuit in impudentium ora; & Crucifixum ex ære, quem geſtabat ad pectus, vibrauit in blaſphemos, inquiens: *Confido, & in æternum confidam in Dominum meum Ieſum Chriſtum ad veſtrum omnium confuſionem.*

Et ecce ſubitò de Cœlo apparuit Sanctorum Angelorum legio, candidis armis exornata, tantaque vi in exercitum tenebrarum inſilijt, vt momento potentiam eorum diſſiparet omnem. Hinc Seruo Dei congratulantes de doloribus generosè pro Chriſti Gloria exantlatis, plagas, lacerumque corpus priſtinæ integritati, ac ſaluti reſtituerunt: niſi quod vtrumque genu cicatricem retinuerit ex plaga, quam ſerpens dentibus impreſſerat.

Tres Conuentus Fratres audito rumore Dœmonum aduentantium,

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

accurrerunt ad cellæ portam, cumque sine vlla fera muro firmiorem, ac immobilem sępius tentassent, ibidem agonem ipsius Deo commendantes, permanserunt in oratione: Donec in fine certaminis nullo negocio eamdem aperientes, cellamq; ingressi, repererunt tanto desiderio patiendi inflammatum, vt se se eodem succendi sentirent.

Iacebat aliàs Dominicus in lectulo, non quidem molli, sed durissimo super asserem impolitum: cæpit Christum patientem contemplari, tantaque compassione mouetur, vt extra se raptus fuerit, quamuis astantes duo Religiosi illum distrahere curarent. Paulò post frigore lethali premitur, pallorem mortis induit, pectus intumescit, aliaque vicinæ mortis apparent signa. Voluerunt illum Dœmones interimere, sed à violẽta oppressione coguntur cessare, qui vexandi tantùm, & non interimendi facultatem à Deo obtinuerant. Dœmon, qui Dominicum aperta vi superare non potuerat, fraude decipere tentat, vt vel in lasciuiam, vel in superbiam saltem inducat. Apparet cuidam mulieri plausibilem deuotionem affectanti; narrat ei multa Dominici prodigia, & præteritos præsertim agones, vt sic miscendæ cum eo familiaritatis occasionẽ inueniat. Hæc vt suas iactet reuelationes, ad nostrũ accedit Conuentum, medijsque quibusdam Religiosis Dominicum alloquitur; qui cælesti luce discernens propositas huius mulieris reuelationes à Dęmone, & non à Deo procedere, superbiam eius, ac illusionem reprehendens, ipsam ad veræ humilitatis viam reduxit.

Toties victi Dœmones Dominicum infestare non cessant: Aderant dies Bacchanalium à Gentilitate relicti, & Christianitati indecentes, ac funesti, nè Dominicus (vt solebat) multorum peccata impediret illis diebus frequẽtia, nocte quadam ab ipsis conteritur, & tam strictè manibus, ac pedibus colligant; vt penitus moueri non valeret, etsi vincula non apparerent. Strepitum audientes Religiosi iam his assueti accurrunt ad eius Cellam, cuius tamen ianuam aperire non possunt à Dœmonibus custoditam, donec à Dominico moniti aquam benedictã aspergunt, qua fugantur Dęmones; posteaque facillimè ianuã aperiunt, & Cellam ingrediuntur, vbi iacentem Dominicum tam strictè manibus, pedibusque colligatum, ac immobilem reperiunt, quòd *nulla* vi de suo loco dimouere potuerint; vnde non aliud auxilium præstabant, quàm compatiendo, ac pro eo Deũ exorando. Post septem continuos dies huius acerrimi cruciatus Maria Mater misericordiæ voluit suum fidelem seruum visitare, ac eius doloribus compatiens, ait ei: *Scito, fili mi, quod Dominus tuis concessit licentiam inimicis vt contra te suum exerceant furorem, quo possit ipse suam in te potentiam manifestare ad maius tui meritum, & ad illorum confusionem; propterea viriliter certa; non tibi meum deerit auxilium, & decima quarta die iterum veniam, vt te de his eripiam vinculis vna ante meridiem hora, quo possis ipsamet die missam celebrare.* His diebus perdurauit Dœmonum furor contra Dominicum, ac crudelis vexatio, ita quòd vna vice totus liuidus, ac vulneribus plenus fuerit inuentus, vnde debuit à Religiosis curari.

Accedens P. Io: Baptista à SS. Trinitate Conuentus Prior, ei præcipit vt sibi cuncta, quæ successerant, aperiat; qui singula menti reponens decimumquartum expectat diem, promissæ libertatis insignem. Audiuntur interim fragores in Cella Dominici; auditur ipse Religiosis dicens: *Inuocate pro me generis humani Redemptorem*: auditur etiam Deo dice-

Saul's cruelty to the priests.

Abiathar escapeth to David.

David's charge to Abiathar.

Psalm 52. title.

Psalm 52. 1 Why boastest thou thyself in mischief, O mighty man? the goodness of God endureth continually.

2 Thy tongue deviseth mischiefs; like a sharp razor, working deceitfully.

3 Thou lovest evil more than good; and lying rather than to speak righteousness. Selah.

4 Thou lovest all devouring words, O thou deceitful tongue.

5 God shall likewise destroy thee for ever, he shall take thee away, and pluck thee out of thy dwelling place, and root thee out of the land of the living. Selah.

6 The righteous also shall see, and fear, and shall laugh at him:

7 Lo, this is the man that made not God his strength; but trusted in the abundance of his riches, and strengthened himself in his wickedness.

8 But I am like a green olive tree in the house of God: I trust in the mercy of God for ever and ever.

9 I will praise thee for ever, because thou hast done it: and I will wait on thy name; for it is good before thy saints.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ſet in ſpinoſum fruticem vocem percepit interiorem: *Tantus amor Dei, quem loqueris, tantus inquam amor Dei, quem tractas, ſuffecerit forſitan, vt conſidere audeas in his ſpinis?* quibus auditis, mox ſic, vt erat denudatus, ſpinis inſedit, multiſque acceptis puncturis iter proſecutus eſt ſanguine iugiter diſtillante. Cuius rei cauſam ſocio ſciſcitanti facetè reſponſum reddidit: *qui me conſtringebat interiùs, facilè effecit, vt me ſpinis imponerem exteriùs.*

Tarraconam appellit, & indicijs diuinitùs habitis hoſpitium reperit, vni coniuratorum in cubiculum abducto cauſam aduentus aperit, machinam, inſidiaſque in Regis vitam: orat tam graui facinori abſiſtant, interminatur ex parte Dei pœnam acerbiſſimam. Nec conuictus fuit hæreticus ad primum telum diuinæ reuelationis, ſed intrepidus ſtetit; quin excãdeſcens grauiter tulit accuſari ſe criminis falſiſſimi, quod ne cogitare quidem, ne dum attentare præſumeret. Tum Venerabilis Pater Dominicus: *Quantum volueris diſſimula, & mentem tuam mortalibus abſconde; Non te ſubtrahes oculo Dei, cuius imperium eſſe hoc, quod erga te exerceo charitatis officium, diſce ex reuelatione eorum, quæ mentis tuæ penetrali condita, omnem aliam aciem effugiunt, præter quam illius, cui cor omne patet, & omnis voluntas loquitur.* Statimque varias hæreſes, quas tenebat, enumerat, coniurationis ſecretiſſimas machinas, intentiones, aliaque cordis arcana profert: addit in ſinu habere marſupio paruulo reconditam ciſram, ſiue notas occultas totius machinationis. Denique tanto feruore minatur, hortatur, vt hæreticus ex intimo corde profunda ducens ſuſpiria, victaſque porrigens manus reſponderit: *Video, Pater, factiſque experior, non ab alio proficiſci ſpiritu quæcumque mihi locutus es, quam à ſpiritu cuncta videntis, cuncta moderantis Dei; teque in mei peccatoris ſalutem ab eius ineffabili miſericordia deſtinatum. Sanctè igitur tibi promitto, denoueoque me ſtabilitam coniurationem reducturum in nihilum, meque mox ac in patriam rediero fidē catholicam amplexurum.* Gauiſus eſt Seruus Dei ad tam auſpicatum ſuæ miſſionis effectum, laudans propoſitum, animans ad conſtantiam, ſuaſit vt complicem in eamdem duceret ſententiam.

Ad diuerſorium reuerſo ſocio enarrauit rei geſtæ ſeriem omnem, ſed ille bile accenſus implacabili, contumelijs impetebat, inconſtantē vocans, fœdifragum, infidelem, puſillanimem. Et oriebatur *inter eos* rixa capitalis, niſi ſuperueniens ſeruus Dei replicaſſet etiam huic omnia coniurationis argumenta diuinitus ſibi demonſtrata. Nihil tamen de concepta furia remittenti, ac *in* ipſum monitorem inſurgenti, in *eius* etiam vitam acriter minanti, *librum* conſcientiæ aperuit, ac ex eo legit, exprobrans occulta, ſed *grauiſſima* crimina in Dei maieſtatem admiſſa. Nec diutiùs ſuſtinere potuit cæleſtē lucem, virtutemque loquentis; ſed attonitus, fractuſque proiecit ſe ſe ad pedes Patris, ac velut Prophetã à Deo miſſum veneratus, eius monitis obſecundari promiſit, & ad gremium Eccleſiæ Catholicę redire. Igitur combuſtis omnibus notis machinationis, in Angliam, vnde venerant, remearunt; & fideliter adimpletis ijs, quæ promiſerant, multos alios reduxerunt ad veram fidem, & Patrem de omnibus reddiderunt certiorem.

Fœliciter Beatiſſimæ Virginis legatione perfunctus, vt Barcinonam repeteret, vti ſtatuit occaſione nauis, quæ eo nauigabat. Iam Nauarchus recepturum ſe ſe promiſerat, dummodo ad octauam matutinam ſequentis diei punctualiter adeſſet. Properabat ad Nauigium Seruus Dei, cùm pertranſiens ante maiorē Eccleſiam campana dedit horam octa-

octauam. Premi nihilominus ſentiebat interiùs Eccleſiam ingrederetur, Sanctiſſimum Sacramentũ venerabundus adoraret, ſalutaret etiam Beatiſſimam Virginem breui precatione. Obediuit attentus obſeruator cæleſtium inſpirationum, ſed ſine mora, ne quod indulget deuotioni demeret opportunitati; acceleratiſque paſſibus reſtituit ſi quid detraxerat promiſſioni. Verùm iam Nauem è portu ſoluiſſe reperit, & neceſſe fuit peditem iter peragere, cuius incommoditates, ac labores tantò libentiùs obibat, quantò ſibi videbatur certiùs Dei ſe volnntate detentum ad maius aliquod bonũ. Cum ecce Manatronam adueniens intelligit naufragio abſorptas tum perſonas, tum merces, quibus cum vehi debebat, & ſociorum ſortem deplorans, ſuam Deo ſummis laudibus referebat acceptam.

Iter proſecutus ad maris ripam piſcatores conſpicatus eſt, qui laboribus aſſiduis defatigati rete trahebant in terram, nec diuturnæ operę fructum vllum adipiſci valebant, afflicti, deſolatique ob ſuam, ac familiæ penuriam. Motus interna compaſſione pater, puauperum labores, anguſtiaſque diuinæ clementię commendauit, & rogantibus benedictionem impertijt; vnde tantam breuiſſimo temporis ſpatio piſcium multitudinem piſcati ſunt, vt in admirationem rapti, tam fælicis ſucceſſus cauſam Patris pietati tribuerent, & deuotè Deo gratias agerent.

CAPVT XXXII.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

V. Matris Catharinę à Chriſto animam in Cœlum euolare conſpicit V. P. N. Dominicus, eius corporis incorruptionem prædicit, & in Peregrinatione ad B. Virginis de Monte Serrato miſericordiæ opera exercet.

TOto illo tempore, quo Barcinonæ Confeſſarij ſæcularium munus exercuit, etiam idem charitatis officium Monialibus noſtris eiuſdem Ciuitatis impendit, de quo multa dicenda forent: ſed vno ſolum exemplo huic capiti ſatisfaciam.

Fulgebat inter Moniales Tereſianas, & virtutum merito, & priuilegio ſingularis familiaritatis cum Sancta Tereſia, Venerabilis Mater Catharina à Chriſto, quam nimirũ dum viueret Reformationi condendæ ſociam adhibuerat, & moriens reliquerat ſui ſpiritus hæredem.

Non eſt inſtituti mei ſingularium virtutum huius ſeruæ Dei ſeriem contexere, ſolùm dicam tanto Diuini amoris incendio deflagraſſe, vt è pectore, ceu ex quadam Ethna Spiritus Sancti, flammarum erumpentes globi ſæpe cerne.entur.

Quadam vice ad extremum vitæ morbi malignitate deductam communi medicorum ſententia plangebant reliquæ Moniales non illius ſortem, ſed ſuam, & Monaſterij, à cuius hemiſpherio tanti ſpledoris aſtrum occultaretur. Compaſſione motus eſt Venerabilis Confeſſarius, & fuſis ad Deum precibus obtinuit ad aliquot menſium gradus ſtadium mortalitatis excurreret; quibus expletis quaſi prophetiam profereus Monialibus dixit: *Mater Catharina euolat in cælum. Non videtis quo pa-*

cto

Digitized by Google

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

cto ſecum eam auferat Spiritus? Cumque non multis diebus labentibus incidiſſet in morbum, prædictionem clarius confirmauit; & ipſi Matri Catharinæ congratulatus, eam rogauit inſtanter, vt à ſponſo in cæleſtem thalamum recepta, Dei amorem, ſui odium, & veram humilitatem ſibi procuraret.

Sacratiſſima Dominici Natalis nocte viatico muniuit exeuntium, cumque illuceſcente die Sacriſtana melius habere renunciaſſet, reſpondit Pater Dominicus: *nullam huiuſmodi melioramenti habendam eſſe rationem*, adeoque die tertia Ianuarij 1594. animam in forma Columbæ candidiſſimæ emiſit in cælum, eamque euolantem intuitus eſt Pater Frater Dominicus, qui Sacerdotali ritu aſſiſtebat. Neque ſubiunxit ſolitas preces: *Subuenite Sancti, &c.* ſed in canticum gratiarum actionis prorupit læta, ac feſtiua voce decantãs: *Te Deum laudamus*. Hinc in Sacriſtiam pergens noluit oblatam planetam nigri coloris, ſed candidis indutus Miſſam de Beatiſſima Virgine celebrauit.

Cumque ſepulchrum vbi condẽdum erat cadauer nimio humore ſtillare videretur, & Moniales vererentur caſtiſſimas exuuias præproperè putrefactioni exponere; luce deſuper infuſa: *Mittite*, inquit, *in ſinum Diuinæ prouidentiæ ſcrupulum iſtum, & earum pignus in foſſam quãtumuis humidam collocate: Veniet profectò dies, in qua Deus Sanctitatem ſeruæ ſuæ producet in lucem*.

Iam Sarcophagum ex ligno non inelegans elaboratum erat, in quo decentiùs ſepeliretur. Cuius rei gratia de mandato Reuerendi admodũ Patris noſtri Martini à Sancto Elia Præpoſiti Generalis ad Monialium Cœnobium accedens die S. Laurentio ſacra eiuſdem anni 1594. Matri Prioriſſæ dixit: *Nolo ſpiritui meo fidem adhibere: Aſſume tecum ſorores aliquas, corpus Venerabilis Matris Catharinæ explorate: & ſiquidem repereritis incorruptum, quemadmodum confido, reliquas Moniales conuocate, vt transferatur; ſin minus eodem in loco relinquite*. Fecerunt, vt iuſſerat, & humore, ac muco confertam arcam offendentes, confuſæ quid agerent regreſſæ ſunt ad Patrem. Quem cum è cratibus in extaſim raptum cernerent, ipſæ quoque genibus flexis orantes, ac tacitæ operiuntur, vſque dum ad ſenſus proprios reuerſus, hæc Dei ſenſa deprompſit: *Nolite turbari, ò Matres, ſepulchrum emundate diligenter, cadauer abſtergite muco, reperietis integrum, & incorruptum*. Lętæ reuolant ad opus, & corpus educunt, non ſolùm, vti prędixerat, nulla corruptione fædatum; verùm etiam venuſta ſpecie emicãs, & miro odore fragrans, qui mox per totum ſe Monaſterium, & viciniam effudit balſamo ſuauior. Actiſque cæleſti ſponſo gratijs, ac decantatis hymnis in iam dictum conditorium, ac decentiorem *Iocum* trãſtulerunt pretioſas reliquias Virginis Sanctitatis fama prędclarę, quas ſuccedente tempore Superiorum iuſſu Pampelonam ſecretò detulit idem Pater Fr. Dominicus; vbi reuerenter conſeruantur, & diuerſa fidelibus præſtant beneficia.

Vitam huius Sacræ Virginis Patre Fratre Dominico iubente conſcripſit Mater Eleonora à Miſericordia comes eius indiuidua. Nos ad ea, quæ inſtituti noſtri ſunt redeamus.

Pater Prouincialis Catalauniæ, cum Montem ferratum Beatæ Virginis Icone miraculoſa celeberrimũ proficiſci deberet, Patrem Fratrem Dominicum à Ieſu Maria ſumpſit in ſocium. Eluxit eo in itinere miſericordia in pauperes infirmos, qui pro ſuarum infirmitatum remedio ad fontem gratiarum recurrere annitentes, morbis aggrauati medijs iacebant in plateis omni humano ſolatio deſtituti. Commouebantur

erga

Digitized by Google

erga afflictos viſcera pietatis, quæ gerebat tenerrima; & amoris impetu vires ſubminiſtrante, ſublatos humeris eouſque vehebat, donec auxilium, aut iumentum occurreret, & in diuerſorio, aut Noſochomio reficiendos collocaret.

Reperit inter alios hominē membris omnibus tam miſerabiliter attractum, & tam acutis doloribus obnoxium; vt nullo pacto in humeros efferri ſuſtineret. Ne tamen ſine remedio dimitteretur, compoſito ex peregrinorum baculis feretro geſtatorio impoſuit, quem cum deferrent Barcinonæ Vice-Rex ſua cum coniuge deuotionis gratia Beatiſſimæ Virginis peregrinationem obeuntes obviam facti, charitatis ſpectaculum lætis oculis, animiſque coluerunt; & Patre poſtulante pauperi infirmo bonā elargiti ſunt eleemoſinam, vnde procuratis remedijs, Deo dante conualuit, & Barcinonā ſanus redijt, gratias referens pro præſtita charitate.

Barcinonem reuerſus in Palatiū cuiuſdam Domini ex Ciuitatis principalioribus deducitur, qui germano fratri ſuo erat infenſiſſimus, eique etiam deprecanti nolebat recōciliari, quàmuis multi acceſſiſſent interceſſores non contemnendi, tàm ſæculares, quàm Religioſi, quorum authoritati, & Sanctitati nihil in hac re deferebat, & ſic in odio fraterno pertinax, & obſtinatus moriebatur. Vt ad ipſum venit Dominicus aſtātes de cubiculo excludit; ſoluſque cum infirmo remanens, tanto zelo animæ ipſius periculum proponit; tanta cum efficacia doctrinam, & exemplum Chriſti circa reconciliationem, & amorem inimicorum inculcat, quod infirmus compunctus, & lachrymis ſuffuſus exclamauerit: *Pater mi, libenter volo fratri meo reconciliari*; ſtatimque adductum amplectitur, & in oſculo fraternæ pacis ſalutat; ac Deo per Sacramentalem Confeſſionem à Dominico reconciliatus, & per Sacramentorū ſuſceptionem benè diſpoſitus obdormiuit in Domino. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

In feſtis Natalitijs rediens Dominicus ad Conuentum vidit puellum pulcherrimum præcedentem, quem agnoſcit eſſe Ieſum; properat vt aſſequatur, ſed aſſequi non poteſt: ſed cum ingreſſus Conuentum ſumpta Superioris benedictione, recedit ad Cellulam, Diuinum ibi reperit Puellum, cuius aſpectu, & familiaritate diù frui conceſſum eſt.

CAPVT XXXIII.

Fit Supprior Valentiæ V. P. N. Dominicus, rarum edit in extaſi obedientiæ exemplum, liberatque domum à ſpiritibus infeſtatam, & animam à pœnis Purgatorij.

REuerendus admodum Pater noſter Frater Elias à S. Martino, circa feſtum Pentecoſtes electus in Præpoſitum Generalē, Matritum venire iuſſit V. P. N. Dominicum: ſtatuerat enim tam inſignem Religioſum in Prouincia Caſtellæ retinere.

Barcinona menſe Septēbri 1594. diſcedens Cæſar-Auguſtam peruenit, vbi per aliquos dies Reuerendo Patri Fratri Alphonſo ab Angelis Prouinciali Catalauniæ vtilem nauauit operam in procuranda fundatione, adeo vt fælicem effectum anno proximo ſequenti fuerit ſortita.

Matriti parum moratus eſt: nam inſtantes preces Prioris Conuentus Valentiæ Generalis animum flexerunt, vt eum mitteret in Supprioré. Quid neceſſe eſt, vt certamen deſcribam, hinc repugnantis ad officia humilitatis, illinc cogentis obedien-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

tiæ, aut Fratrum in eius aduentu lætitiam, Patris feruorem? Integro quinquennio Supprioris officio Valentiæ perfunctus, singulares gratias à Deo promeruit: tum sibi, tum proximis. Et diuersis virtutum exemplis egregiè resplenduit, quorum hìc insigniora subijcimus.

Solemne obedientiæ exemplum sicco calamo præterire piaculum existimarem, professioni meæ contrarium. Eadem vespera, qua Valentiam appulit fessus ex itinere sedebat in humili strato nouus Suprior; gratulantium Fratrum corona circumdatus; & de charitate, qua cor nostrum erga Deũ flagrare debet, familiariter collocutus; paulatim exardescens, plura declamauit in eandem sententiam adhortans, ne in pulpitis aliud prædicarent, quam Iesum Crucifixum, omnem cælestis sapientiæ thesaurum reperturos in sacro Iesu latere pro nobis lancea confosso.

Quibus in verbis feruentius, altiusque prolatis hæsit abreptus spiritu. Cumque in eum modum per horam integram durasset immobilis, Prior ceu lydio obedientiæ lapide virtutis sinceritatem exploraturus, iussit Religiosis, vt obedientiæ nomine vocarent, ipse interiùs nequaquam intendens ei præcipere, neque volens ab extasi reuocari. Elata voce pluries ingeminauerunt, quod iussum erat: At Pater nihil se se mouere, nullas voces exaudire. Tandem Prior vocatis secretò duobus Patribus ex sapiẽtioribus: *Nunc*, inquit, *interno mentis actu volo reuocare ab extasi, & experiri, num obediẽs sit futurus*. His dictis intima mente conceptum formauit in hæc verba: *Pater Frater Dominice, ad proprios reuertere sensus*. Moxque solutus extasi, sibi redditus est, & à pectore præ raptus violentia sanguinis copiam euomuit.

Domum quandam Dœmones ita infestam reddiderunt, vt inferno par esse censeretur præ continuo clamore, strepitu, vlulatu. Interpellatus pro remedio Pater Suprior, fusis ad Deum precibus, ac impetrata desuper luce, voluit ipso in loco pernoctare, & cominùs cũ Dœmonibus pugnare, ieiunio præmunitus, armatus oratione. Huic dum tota mentis intentione inuigilat, horribili strepitu catenarum cuncta circumeuntes complent, ac denique in cubiculum serui Dei penetrant, secum trahentes, & miserum in modum excruciantes animam quandã, figura deformem, horribilemque, ipsi tam sæuas induti laruas, tam terribili schemate; vt socius in terrã laberetur metu exanimis. Ille intrepidum pectus opponens infernalibus monstris, vmbram eiurauit, & Diuini Numinis sacra obtestatione percunctatus est: *Quænam esset? cur tam grauia pateretur? quo subsidio indigeret?* *Fui*, inquit, *quondam* huius *domus huius, qua filius meus nunc potitur. Hanc ego dum fabricarem, auaritia suadente, rigidus nimium, duruſque in operarios, ac difficilis fui, tenaxque in persoluenda laborum mercede. Ea propter Diuinæ iustitiæ placito delicti theatrum transijt in Purgatorij carcerem: & supplicium luo, vbi commerui. Moneat te, quæso, spectaculum hoc, & atrocitas pœnarum mearum: iustum Iudicem pro me deprecare; vt propè diem liberet ab insupportabili tormento.*

Postulatis libenter annuit, seseq; quamprimum præstiturum recepit; & confestim ipsa ex oculis euanuit, cum toto illo satellitio tortorum. Cumque fusis ad Deum orationibus, ac lachrymis, varijs pœnitentiæ operibus exantlatis, iam tertia vice Missæ sacrificium pro miserabilis animæ refrigerio celebraret; apparuit ad Altare læto, festiuoque vultu, deformitatem omnem exuta, induta cœlestem pulchritudinem, actisque pro suffragio gratijs euolauit ad gloriam, domus-

que

igitized by Googl

que ab infestatione, strepituque malignorum spirituum libera remansit.

CAPVT XXXIV.

Pellicis conuersione periculum famæ, & vitæ incurrit V. P. N. Dominicus; profectusque Alicantum, sedat grauem discordiam contra Valentianos exortam.

PErmittit sæpe sæpiùs Dominus ad vberius seruorum suorum exercitium, coronamque ampliorem, vt impiorum calumnijs, ac persecutionibus impetantur; quêadmodum in huius historiæ decursu iam vidimus, sequentibusque euentibus ostensuri sumus.

In eadem ciuitate Valentiæ vir nobilis, ac potens cum virgine, quã falsa spe matrimonij defloraverat, longum egit, ac scandalosum pellicatum. Tandem pœnitens fœmina ad Suppriorem venit, delictum confitetur, statum aperit, postulat remedium. Non ei, non matri suppetebat animus, aut vires, quibus lasciuum nobilem arcerent à domo. Ipsam ergo iuuenculam deuotorum suorum ope, & industria, ex maternis laribus clanculùm traduci iussit in Monasterium pœnitentium fœminarum, rebus omnibus necessarijs instructam. Infremuit erepta præda lasciuus amator, & in omnẽ occasionem recuperandæ, ac vindicandæ intentus, Patrem Fratrem Dominicum Valentia extrudere nititur. Conuentus Priorem aggreditur iram dissimulans, Seruum Dei, ceu zelo Religionis accusans, quod fœminam clam abstuliſſet, vt secretiùs abuteretur ad libitum. Ni remedium adferat, ac Valentia dimittat, alia se via prouisurum, sed damno grauiore. Conceptam de subditi probitate sententiam maligna detractio non valuit labefactare: quin potius Prælati zelum exacuit, quo nihil veritus Magnatis potentiam, acriter obiurgatum, confusumque dimisit. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Flammas infernales in indignati pectore Dæmon suscitauit, odiumque in tantum accendit, vt Siccarios duos magna pecuniæ vi conduxerit, qui se à moribundo missos ementiti, Patrem Fratrem Dominicum, ad opus charitatis assuetum, Monasterio euocant; ad auia circa mœnia Ciuitatis abducunt, ibique vnus illorum laxata ad pectus rota traijcere nititur. Verùm cum ignem non concepisset, stricto pugione, quod rota negauerat, adimplere tentat: iamque adigebat in costâs, cum Angelus Custos seruum Dei iussit non timere. Vibrantis brachium per aerem hæsit viribus mutilum, neruisque contractũ, & Grassator, vterque toto corpore impotens, ac immobilis.

Intellexit Pater latere in miraculo Diuinæ misericordiæ arcanum, ad vitæ, morumque conuersionem sceleratissimos homines euocantis; & periculum omne suum oblitus, supplicium damnationis æternæ, cui ad momenta singula viuebant obnoxij, grauibus verbis exposuit: singularem Dei gratiam nõ contemnerent, & ex modica castigatione manum Omnipotẽtis agnoscerent, quã seuera peccantibus, quam benigna pœnitentibus. Pollicitus quoque, si resipiscerent, secretum sceleris intentati; & pro malo, quod parauerant, opportuno remedio subuenturum, vt honestè vitam transigere possent, relicto infami munere, quod patrabant. Territi nouitate miraculi, compuncti exhortatione, allecti benignitate, humiliter veniam postularunt, & gratiam; promise-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

runt seriam emendationem, fassi decimum octauum illud futurum fuisse homicidiũ, quo crudeles manus cruentassent, nisi obstitisset Deus. Fusa oratione, ac impertita benedictione amantèr amplexus, vinculis soluit inuisibilibus, ac ab eis reductus est in Conuentum: vbi generali confessione reconciliati, deinceps Deo constantem exhibuerunt famulatum, & Patri fidelem nauarunt operam; qua plures scelerum complices reduxit ad pœnitentiam.

Interea iuuẽcula illa breui compendio pœnitentis vitæ curriculum emensa, editis egregiarum virtutum exemplis, magna totius cœnobij ædificatione transijt ad vitam meliorem. Nobilis diuinæ gratiæ luce perfusus, ac delictorum grauitate confusus, redijt ad Priorem. *Ego*, inquit, *sum sceleratus ille, qui Patrem Frãtrem Dominicum de luxuriæ criminibus infamaui, cum ipse forem vitij, quod accusãbam, inquinatissimus: sed cæca libidine percitus, ob arreptam prædam, passioni frena relaxans, in innocentis famam, ac vitam per memetipsum, per siccarios sum insidiatus. Deũ, vosque suppliciter imploro; pœnitenti parcite, pœnam exigite, feram libenter quãtumuis grauem: ac deinceps sub vestra directione, ac disciplina me trado, vt vitam meam corrigam, mores emendem.* Quod re ipsa præstitit generosus vir, insigne propositum exemplari deuotione prosequens, & ad extremum vsque halitum perseueranter adimplens.

Alio motiuo, sed non dissimili exitu, castissimi viri famam impugnauit inops vidua in eadem ciuitate. Hæc lactentem filium enutrire non valens ob paupertatem, vsa est maligno stratagemate. Nam Stephanum Rossi, eiusque coniugem Violantem, Patri Dominico addictissimos, adijt; & eruditis lachrymis, & sermone composito suam, ac Patris Dominici fragilitatem prætexuit, infantem ex eo furtiuè progenitum, non habere se vnde nutricem conducat; nullo pacto religiosi viri famæ potuisse consulere, nisi ad personas tam deuotas recurreret pro remedio. Sustulerunt igitur infantem in domum, ceu propriam prolem educarunt; & ipse suspicionem, quam ex viduæ verbis conceperant, nihil horum conscius, auxit. Solebat enim infantibus abblandiri teneriùs contemplans in eis gratiæ Baptismalis splendorem, & Angelicam puritatem. Quod dum etiam huic præstat, apud sibi deuotissimos prodere visus est affectum paternum. At mulier læthali morbo *vrgente*, ac remordente conscientia, crimen fassa est, detexit falsitatem; & apud altores filij famam, quam lacerauerat, resarciuit. Denique ex hac vita sublatam, cum resciuisset, quod factum fuerat, nihil animo turbatus Deo fusis precibus commendauit, vtque orphano commodè prouideretur obtinuit.

Dum apud Valentianos Supprior rem ageret, versabatur inter eos, & Alicantinos grauissima lis, & contentio, pridem orta ob conuentam reciprocè nauium assecurationem. Et in apertum odium, rixamque eruptura videbatur, nec pacis ineũdæ spes affulgebat humanitùs vlla. Ad seruum Dei recurrerunt Valentiani, qui Superiorum iussu profectus Alicantum, sua auctoritate, ac Sanctitatis fama molliret ad concordiam duros animos.

Susceperunt Alicantini Ciues, qua potuerunt honoris significatione venientem, & sibi congratulati sunt de aduentu viri, quem reuerebantur ob vitæ Sanctitatem: Sed cõuentionis, ac reconciliationis normam omnem auersabantur, & pacis monita surdis auribus excipiebant. At vir Dei iusto zelo cõmotus, iuxta euangelicã Saluatoris instructionem, sandalia pedibus exuit, eorumque puluerem excussit in oculos obstinatorum, ac diuinæ iustitiæ vindictam

Digitized by Google

dictam in pacis inimicos comminatus, cõfeſtim Alicanto ſe ſe prorripuit.

Confudit, terruitque populum cũ tam graui interminatione facti ſpecies, ac quamprimum animis flexi, compunctique, ſuppliciter ex itinere reuocantes, in ea venerunt concordiæ capita, quæ præſcripſit: viguitque exinde inter vtramque ciuitatem pax imperturbata, & conſtans amicitia.

Eadem die ſe ſe dedit in viam, cumque diuinis rebus mens intenderet, à iumento vectus eſt in præruptum, auiumque collem. Nec aduertit errorem, priuſquã circumfuſę noctis tenebræ remedium negarent humanum; ſtatimque in mẽtem venit, non abſque diuinæ prouidentiæ nutu abreptum à via publica, tritaque. Et ecce cæleſtes Angeli circumfuſa luce, accenſiſque luminaribus viam præmonſtrant, ducuntque ad tugurium rurale.

Totam noctem illam copioſiſſimus nimbus cælo decidit, adeò vt ſequenti luce profectus non modicam anſam acceperit diuinam erga ſe miſericordiam extollendi. Didicit enim ex narrantium indicijs diluuio inundantium aquarum difficulter potuiſſe obſiſtere diuerſoriũ, in quod per viam publicam deducendus fuerat, niſi iumentum erraſſet. Senſit intima viſcera pietatis commoueri de afflictorum ruina veriſimili, iubenſque ſe ad locum deduci, vidit torrentis impetu direptum ædificium, hominemque mox aquarum vorticibus ſuffocandum, altis clamoribus ingeminantem, ac Confeſſionis Sacramentum implorantẽ. Appropinquauit Sacerdos, & meliori quo potuit modo peccata ſuſcepit, diſpoſuit ad gratiam, abſolutionem impertijt, armauit ad vltimum agonem, donec ante oculos eius abſorptus eſt in voraginẽ.

CAPVT XXXV.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

A Præpoſito Generali Madritum vocatur V.P.N. Dominicus, ac Valentiam rediens, Viceregis prolem vitæ reſtituit.

SOror Comitis de Cincion grauibus afflictionibus preſſa, apud Patrem Præpoſitum Generalem inſtabat, Madritum pro ſua conſolatione P. Dominicus euocaretur: occurrebãt præterea nonnulla Religionis negocia, quæ per eundem Patrem faciliùs credebantur expedienda.

Eo in itinere Siccarium nactus eſt in comitem, qui ſpecie tenus hononoratum ſimulabat militem; biſque impias manus in Religioſi necemaculare ſtatuit, ſemel arrepto acinace, iterumque præcipitio deiecturus, niſi manus Omnipotentis abſtinuiſſet ſceleſtum horrore perculsũ, ne auderet, & oculorum vertigine ne videret: quemadmodum ob alia crimina deprehenſus aperuit in iudiciali quæſtione. Attamen qui prohibuerat ne auferret vitam, permiſit, vt in hoſpitio proximo, clam equum auferret. Pater Frater Dominicus pedeſtri itinere reliquo ſarcinas à Superiore commẽdatas humeris detulit, non leui virtutis exercitio.

Mane inſequenti moram nonnullam traxit in obvia Parochia Sanctum Miſſæ ſacrificium oblaturus Deo. Ibi adductum energumenum breui exorciſmo liberauit à vexatione, dœmonibus præ rabie vindictam comminantibus, quã in hunc modum ſumere ſunt aggreſſi. Nam cum ad ignem, quem Oppidani ab itinere feſſis inſtruxerant, ſe ſe calefacc-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

faceret, interimque de diuinis rebus moribuſque reformandis exhortationem haberet; inopinò ventorum impetum ſuſcitarunt, camini molem in eum deiecerunt: nullo tamen vel eius, vel circumſtantium damno, ſeruum ſuum protegente Deo.

Cibo refectus modico redijt in viam; Cumque inter comites ſalutis verba profunderet, rurſus aliam excitarunt tempeſtatem, tam feram, ſæuamque, vt arbores radicitùs euellerentur; itinerantes adeò percellerentur, vt ne paſſum quidem promouere poſſent: ſed Pater Frater Dominicus rabiem agnoſcens iratorum ſpirituum; eos in Dei nomine eiurauit, breuique interuallo reddita tranquillitate, Madritum alacriter peruenerunt.

Negocijs, quorum gratia vocatus fuerat fæliciter compoſitis, Valentiam remittitur, habens in mandatis, vt prius diuerteret ad nobiliſſimi Principis Toparchiam paucis millibus Madrito diſtantem. Ardebat inter Principem, eiuſque coniugem nobilitate parem, odium capitale mutuum, eruperatque in vehementem ſuſpicionẽ propinati viciſſim veneni: nihil profuerant pacificandis animis remedia ſæpius à viris grauiſſimis tentata; dedit tamen Deus gratiam Seruo ſuo, vt ad eius aduentum, primumque ſermonem ita reconciliarentur, quaſi illibata inter eos, ac diuturna cõſtitiſſet amicitia.

Hinc Valentiam pergens itinere propter pluuias lubrico, ac præfracto nocturnis tenebris obuolutus eſt & nunc vnus, nunc ſociorum alter in lutum corruentes, nec auxilium mutuo præbere poterant, nec viam carpere certam: donec Litaniam Beatiſſimę Virginis præeunti, & comitibus deuotè replicantibus, adfuit auxilium cæleſte. Globus enim lucis apparuit in aere candori viæ lacteæ non abſimilis, qui lumen prætulit, lubricum abſterſit, vſque dum ſex millia paſſuum ſicco pede emenſis, vicinum caſtellum occurrit: Ibi namque ſubſidium euanuit diuinum, iterumque tenebris, lutoque decertantes, ſecuro tamen, certoque itinere peruenerunt in hoſpitium.

Duciſſa Lermæ Viceregina Valentiæ primum partum enixura, graui morbo affligebatur, ſuo, ſed prolis periculo manifeſtiore. Prorex, vt Patrem appuliſſe reſciuit, vocari iuſſit, vt Coniugem ſua præſentia conſolaretur, & parturientem fuſis ad Deum precibus adiuuaret. Adſtitit infirmæ ſolita ſua *charitate*, & dum feruenti oratione *diu inã* opem implorat, enixa eſt fœminini ſexus prolem, tam atro, emortuoque colore, tam omnis motus, ac ſpiritus impotentem; vt acceptam Viceregina in manus, tanquam vita *priuatã* ſupremo fletu planxerit; inque Patris brachia depoſuerit, obteſtans Dei nomine, coniurantſque; vt ergà infęlicem abortũ compaſſionis viſcera patefaceret. Senſit in intimo ſpiritu vim quandam vrgere cęleſtẽ, ſtatimque: *Non eſt*, inquit, *mortua puella: Conuertamus noſmetipſos cum fidei viuacitate ad Beatiſſimam Virginem, eiuſque imploremus auxilium*: Et cunctis ad inopinatum ſermonem ſtupore defixis, humi genua flectens, antiphonam, *Salue Regina*, recitauit mora, & attentione deuotiſſima. Nondum eam ad finem vſque compleuerat: cum ecce cæpit proles reſpirare, & planctum edere ſonorum, luctuque in lætitiam verſo, Duces diuinis exultare laudibus, qui deinceps filiam hanc ſuam teneriùs amauerunt, & venerati ſunt impenſiùs, tanquam ſerui Dei precibus poſtliminio renatam.

CA-

CAPVT XXXVI.

Seruit in Hoſpitali V. P. N. Dominicus: Infirmum Sancto Ioanni Euangeliſtæ deuotum, nec non alium pœnitentem in Cœlum euolare conſpicit.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

CIrca finem quinquennij, quo Suppriorem egit Valentiæ, graſſata eſt morborum lues adeo pernicioſa, vt Noſochomium à Venerabili Fratre noſtro Franciſco à Puero Ieſu fabricatum infirmis impleretur, & morborum grauitas, ac decumbentium numerus miniſtrorum vires ſuperaret. Recurrerunt ad Conuentuum Superiores, & hebdomadatim diſtributis auxiliaribus, ordine Fratrum noſtrorum occurrente, ſe ſe Supprior obtulit, non ſolùm ſtatutis vicibus, ſed toto durantis morbi ſpatio deſeruire.

Dum ergo decumbentes miniſterio Charitatis viſitat, ac ſolatur, reperit inter eos iuuenem eleganti vultu decorum, quem corporalibus reſtauratum remedijs, cupiens etiã ſpiritu fouere, blandè de nationẽ, profeſſione, morbi ſpecie percunctatus, reſponſum tulit deuotiſſimũ: *Ego, Sacerdos venerande, parentes meos, patriamque deſerui, vt Deum in veritate quærerem, ei in ſinceritate cordis deſeruirem, ac in omnibus beneplacito ſupremę Maieſtatis obtemperarem. Aduocatum, ac patronum habeo Sanctum Ioannem Euangeliſtam, dilectum illum Saluatori, eiuſque glorioſiſſimæ Matri in cuius patrocinio, poſt humilem Dei cultum, fiduciam meam totam collocaui. Plurimum de mea infirmitate gaudeo, & ad omnia aduerſa toleranda me Diuinæ ſubijcio poteſtati: vt de me tanquã de re ſua diſponat ad nutum omnem, vſumque liberrimum.* Plura in eandem ſententiam humiliter, ac ſincerè prolocutus, conſolatorem ſuũ conſolatus eſt; rapuitque in admirationem reconditæ in infirmo virtutis, & in effuſas Deo laudes, qui tantum gratiæ theſaurum accumulaſſet in iuuene.

Talia dum animi deuoti ſenſa perſequitur; ſubitò nubes lucida cubile circumdedit, & ſuper nubem Beatiſſima Virgo Deipara Angelicis comitata ſpiritibus apparuit; ac comiter ſalutem impertiens, faciem infirmi ſudore deterſit, ceruical, ac lectiſternia compoſuit, & veluti tenerrima mater filio dilectiſſimo blãdita eſt, ſumma benignitatis, & amoris ſignificatione.

Ad cæleſtis ſpectaculi viſionem defecerant animis ambo, ſed glorioſa Dei Mater nihil timere iuſſos confortauit: *Teneo*, inquit, *filiorum loco quotquot dilectum meum filium Ioannem deuoto cultu venerantur, eorumque neceſſitatibus ſingulari cura prouideo. Et quia noui te iampridem deuotionem hanc fideliter eſſe proſecutum, venio conſolationem adferens, & auxilium: tibique annuncio, tertio ab hinc die migraturum è mortali vita, quo tempore reuertar huc, & cum Ioãne meo tibi aſſiſtemus in tranſitu ad gloriam immortalem.* Deinde ad Patrem Fr. Dominicum ſermonem cõuertens iniunxit; vt infirmi curam gereret exactiſſimam, & vtrique benedictionem impertiẽs diſparuit.

Remanſerunt ambo tanta ſpiritus lætitia delibuti: vt nullo ferè ſomno, ciboque indigos, refocillaret pabulum deguſtatæ dulcedinis, & repetita ſanctis in colloquijs memoria beatitudinis inſtantis. Indefeſſum interim Pater Dominicus obſequium exhibens emandato cæleſti, commendauit Virginis deuoto, vt ad ſe reuertentem imploraret enixe, dignaretur Noſochomium iſtud ſuam ſub tutelam recipere, & ſpe-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

speciali benignitatis fauore munire, vt deinceps futuris temporibus nullus in eo fine contritiouis remedio decederet è vita.

Cumque die tertia ad pedes decumbentis genuflexus oraret, adfuit iuxta promissum Cæli Regina Gloriosissima ampliori Sanctorum agmine stipata. Elucebat inter cæteros Sanctus Ioannes Apostolus Infirmi Protector, Sanctus Vincentius Martyr, & Sanctus Vincentius Ferrerius iuuenem inuitantes ad Gloriam. Illicò suggerente Suppriore Priuilegium Virginei fauoris postulauit humiliter, & Virgo benignissimè concessit. Atque adeò sermone blando Dominicum compellans: *In arrham*, inquit, *securę posthac, ratæque gratiæ, vade fili ad illam hospitalis partem, & in cubili signato tali numero hominem reperies, qui annos omnino triginta concupiscentijs omnibus famulatus, nunquam scelera remedio Confessionis expiare curauit: Iam expirat in manibus Satanæ; sed ego per filij mei gratiam excæcatum illuminabo, obduratum emolliam, & tempus concedam, quo Sacramentorum beneficio peccata diluat, salutem assequatur.*

Festinauit Pater, & communicato à Deipara feruore moribundum adhortatus est ad pœnitentiam. At ille fixis oculis in monentem, ac vultu attonito similis, semetipsum ceruicali erexit, lecto consedit. Mox copiosum lachrymarum imbrem profundere, Diuinam inuocare Clementiam, suam accusare malitiam, duritiam exaggerare, & peccata contenta voce confiteri tãta animi pœnitudine; vt contritionis impetum continere non posset: Cõpages enim peccatoris disrumpi videbantur præ doloris magnitudine. Visi sunt allatrare spectaculo Dœmones, vt rabidi canes, & tanquam Leones lectum rugientes circumire, vngues exacuere, eniti in pœnitentem; Sed luce cælitus demissa, illi prohibiti sunt; & moribundus ope Diuina confortatus Confessionem compleuit, absolutionem obtinuit, ac Sanctissimo Viatico munitus, Sanctæ Vnctionis extremæ gratia delibutus, animam expirauit, quam mox ad agonizantis iuuenis cubile deductam, Pater Frater Dominicus est insecutus: vbi Beatissima Virgo pœnitentis animam sole splendidiorem deuoto suo demonstrans ad Diuinæ misericordiæ laudes est adhortata; quas dum deuotè prosequitur, in Deiparæ manus Beatam Animam *eflauit*, cum toto illo Sanctorum *Exercitu in* Cælum euolantem, eadem *Dei Matre* Nosochomio, ac Patri Dominico benedictionem suam dignanter elargiente.

Hæc historia nostri Dominici manu reperitur scripta V. F. *Nostri* Francisci à Puero Iesu præcepto, qui post mortem ei glorioſus apparens inter alia, quæ *illi dixit*, præcepit ad æternam memoriam scribere, quæ tunc in Xenodochio prodigiosa viderat.

Ad duas circiter leucas distat Conuentus S. Dominici Valentia, in quo paulò ante B. Ludouicus Bertran olim sibi amicissimus factus Prior decesserat. Ad illum N. Dominicus in vigilia S. Patriarchæ Dominici sui Patroni recessit, vt deuotè ipsius festum celebraret (vt quot annis solebat) Religiosi Conuentus volentes Dominicum honorare, ipsum in Cella B. Ludouici collocant, qui cupiens etiam ipse suum hospitem Amicum gratificare, de Cœlo cum alijs Sanctis glorioſus descendit visitaturus, quem ita dilexerat: Cumque maiorem noctis partem in cœlestibus colloquijs simul transegissent, recessit Ludouicus relinquens Dominicum gratijs, & consolatione perfusum.

In quodam mentis excessu vidit Religiosos Conuentus nostri Valé-

tini:

tini; Et D. N. Ieſum Chriſtum dicentem audit: *Hi ſunt filij mei dilecti, in quibus mihi benè complacui; nam animo ſincero, & candido leges ſuæ Religionis obſeruant.*

CAPVT XXXVII.

In Toletano Conuentu Prioris officio fungitur V. P. N. Dominicus, & ibidem multiplicem fructum, tum ſermonibus, tum exemplis fecit.

POſt Suppriòratus labores annis quinque toleratos, amplo tum Fratrum, tum ſæcularium fructu, Patres Capituli Paſtranæ celebrati eum in Priorem elegerunt Conuentus Toletani. Ne tamen extaſium frequentia muneris attentionem impediret, Supprioris imperio, vt eas abrumperet, voluerunt eſſe ſubiectum. Cui Capituli decreto non ſolum ipſe libenter aſſenſit, ſed in omnibus ſui directionem, curam, cenſuramque eidem Patri humilis, obedienſque commiſit.

Antequam Toletum pertingeret, ex cõmiſſione P. Præpoſiti Generalis in Calatayud diuertit, vbi conciues indicibili gratulatione aduentãtem excipientes, locum obtulerunt pro fundãdo noſtræ Reformationis Monaſterio, in quod deuotus nobilis Dominus Hieronymus de Gotor conuerti voluit palatium ſuę recreationi deſtinatum, in via, quæ ducit Cæſar-Auguſtam, extra muros Ciuitatis.

Munus impoſitum non tam præceptorum authoritate, quam exempli dignitate promouit. Omnes paternis viſceribus conſolabatur amãtèr; curabat prouidè; Sed erga infirmos charitatem oſtendebat, & effundebat ſingularem, aſſiſtebat frequentèr, comiter blandiebatur, proprijs manibus miniſtrabat, ſtratum verſabat: nec ferebat aliquid eis, vel ad neceſſitatem, vel conſolationem deeſſe, quantum ſtatus noſtri profeſſio, & paupertas patiuntur. Erant in eo Conuentu nonnulli Patres, quibus non omnino placere videbantur noui Prioris regimen, actioneſque; ſed eos tanta conuerſationis ſuæ ſuauitate, ac manſuetudine deuicit, vt deinceps Angelum incarnatum vocitare ſolerent. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Vltrò currentibus arctam ſalutis ſemitam, & pœnitentiæ ſpinas, tribuloſque iuxta Carmeli primæuum inſtitutum, & Tereſianæ Reformationis calorem intrepido pede prementibus, calcaria infigebat acutiſſima feruoris, ac zeli ardentiſſimi; quibus ardua quæque monaſtici rigoris aggredi, ac ſuperare contendebant, Prælato præeunte, & dulcedine cœleſtium exhortationum nouum robur animis addente; vt cibi, aliarumque neceſſitatum ſæpius obliuiſcerentur, ſermonis pabulo, & virtutum exemplo confortati: Cumque menſæ aſſiderent ad refectionem corporis, copioſæ fluerent lachrymæ ad refocillationem ſpiritus.

Ob populis concurrentis ardorẽ, & inſtantiam primariorum Ciuitatis, quamuis priorali cura præpeditum, neceſſe fuit, tum in Eccleſia noſtra, tum aliorum certatim ambientium, attendere ſermonibus Verbi Dei publicè declamandis. Quod miniſterium tanta ſpiritus efficacia præſtitit, vt ad ſingula verba, ceu totidem ſagittæ ex ore fulminantis in fidelium pectora euibrari viderentur. Quamprimùm diuinæ virtutis fructus emicuit. Auditorum nonnulli in Chriſtianæ vitæ perfectionem exarſerunt: Et tota Ciuitas in compunctionem verſa, renouatis moribus in aliam religio-

Ab Anno Chriſt 1604 ad 1605.

ſæ vitæ faciem mutata videbatur. Nam velut altera Niniue ad prædicationem Ionæ relictis vitijs arctam ſalutis ſemitam per ieiunia, & lamenta pœnitentiæ, paſſim populus amplectebatur, & certatim enitebatur ad perfectionem operum Charitatis.

Inter viros dignitate præſtantes aderat pijs ſermonibus indefeſſus, & deuotus auditor, Dominus Petrus Giron, vir doctrina, & authoritate ſingulari, qui Toleti in Tribunali fidei munus Inquiſitoris obibat. Hunc cum Pater Frater Dominicus pietatis gratia conueniſſet, tanta ſubmiſſi, ac reuerentis animi ſignificatione fuit acceptus; vt ſocius ob viri dignitatem admiratus palam verecundaretur. At Inquiſitor propius accedens, hæc in aurẽ verba ſecretò profudit: *Ne mireris*, inquit, *quę ego deuotionis ſigna Reuerendo Patri Fratri Dominico reuerenter, humiliterque exhibeo. Tantam enim de vera eius ſanctitate, diuiniſque fauoribus certitudinem mente concepi, teneoque; vt mihi volupè foret terram, quam pedibus calcat demiſſis, deuotiſque labijs exoſculari.*

Cum ſic in paſcendis animabus prouidus eſſet V. P. N. Dominicus voluit eum Dominus mirabili modo paſcere Angelorum Pane, Sanctiſſimo ſcilicet Sacramento. Solebat Dominus pœnis, & afflictionibus animæ, vel corporis fauores Dominico communicandos præuenire: cum aliquando iaceret in lecto debilitatus præcedentis raptus violentia, qui die magnæ ſolemnitatis ſucceſſerat, & doloris inde prouenientis ſenſu premetur, ac proinde Miſſam celebrare non poſſet; cum tamen ardentiſſimo recipiẽdi SS. Sacramentum deſiderio flagraret, dignatus eſt Dominus ipſum miraculosè conſolari; nam Præcurſor Angelus cum Angelo Cuſtode, pluribuſque alijs particulam conſecratam defert, ac Dominico communicanti reuerẽter tradit, qui cœleſti pane recreatus ab omni dolore liber, & tanta ſpiritus dulcedine plenus remanſit, vt per multos dies cibum materialem non curauerit.

Sententia Inquiſitionis quidam hæretici fuerant brachio ſæculari traditi, quorum vnus in errore perſiſtens piorum, & doctorum hominum perſuaſionibus reſiſtebat, & in ſua hæreſi mori volebat. *Pro vltimo remedio* vocatur Dominicus, qui quamuis malè habens ad ſupplicij locum venit, *tùm vt Inquiſitoribus id petentibus obediret, tùm* vt animam quaſi perditam *Deo* lucraretur. Facta oratione dixit, ſe ſperare in Domino, quod miſerum hominem illuminare dignaretur, ipſumque fortiter, ac ſuauiter aggreſſus tàm euidenter conuicit, vt *ille* abiurato errore veniam à præſenti Populo petierit, ac benè diſpoſitus mortem acceptauerit.

Venerat Toletum P. *Prouincialis* Caſtellę nouæ. Dominicus etſi Prior Conuentus ſic eum vt Superiorem ſuum venerabatur, vt nihil abſque illius obedientia facere auderet; Procurauit Dæmon tàm humilem Dominici obedientiam tollere; impellit,, aut trahit obſeſſam mulierem ad Conuentum noſtrum, & ad petendum P. Priorem, vt ſibi ſuccurreret, cum Dæmon ad imperium ipſius exiturum ſe polliceretur. Sed P. Dominicus tunc orationi vacans reſpondit, ſe iturum, ſi P. Prouinciali eo tempore Miſſam celebranti conueniens videretur: Perficit Sacrum P. Prouincialis, iubetque Dominico, vt obſeſſam mulierem cõſoletur. Obediens tunc Dominicus ait lepidè: *Dæmon hic, vt me ab oratione, & à propoſito obediendi exire faceret, ſic ſubito volebat à corpore mulieris huius exire, ac felicem credebat commutationem, ſi potuiſſet obtinere*; Factoque ſigno Crucis in fronte mulieris im-

mun-

Digitized by Google

cuerdum modo ſpectatum eſt abſque Deo, Ecclesia quandoque tenderet ad Deum abſque Ecclesia.

Non abſimile eſt, quod ſupra dixi, de duobus diuerſis regnis, ſ. de Regno Iuſtitiæ, & Regno Iniquitatis, ac de Regno Iuſtitiæ ſubdiuiſo in duo regna, ſ. in Regnum Iuſtitiæ naturalis, & Regnum Iuſtitiæ ſupernaturalis, quæ ſubdiuiſio eſt abſolute vera, quamuis in ſtatu præſenti non poſſint ſeparari. Nec enim quod mere eſt naturale, poteſt ſeparari, ſed ſemper eſt ſupernaturale, & ſupernaturale eſt naturale. Quemadmodum nec in duobus regnis, quæ ſunt in ſtatu præſenti, poſſunt ſeparari, ſed ſemper ſunt ſimul, & ſemper ſunt ſimul, & ſemper ſunt ſimul, &

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ruit, effoditque, & fundamenta Chori locauit ex improuiſo.

Confeſtim ad nouum facinus admirari populus, murmurare plerique, minari Senatores. Cumque nihilominus opus vrgeret, apud Regem querelas porrigere, accuſare grauis attentati, reparationem in integrum poſtulare. Pater Frater Dominicus rationem facti ſui redditurus abijt ipſe ad Philippum Tertium, atque impetrata dicendi facultate: *Huc*, inquit, *veni, ò Rex, Dei cauſam acturus. Maieſtas Tua, & vniuerſa domus Auſtriaca, ad coronas, ac Regna, aliaque ſupremi honoris culmina per orbem terrarum eſt exaltata, propter egregium cultum, quem ſemper deuotiſſimè præſtitit erga Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Fungens ego Prioris officio in Conuentu Toletano, non potui decentem locum dare Altiſſimo illi Cælorum Domino, niſi nonnihil ſpatij demerem ex via publica. Feci, fateor, ſine licentia; ſed aliter obtineri poſſibile non erat. Precor Maieſtatem Veſtram, quod à me inchoatum eſt, ſua promoueat gratia, confirmet authoritate, vt Sanctiſſimum Corporis Chriſti Sacramentum dignè collocari poſſit, & decoris laudibus celebrari.*

Reſpondit Rex in Concilio ea de re deliberatum iri. Sed Pater nihil de ſua ſpe remittens, ſimilem in modum Conſiliarios eſt aggreſſus, ac tandem Regi in Concilium prodeunti, Sancta Spiritus libertate obuiam factus, ac reuerenter amplexus, coram omnibus inquit: *Expecto cauſæ noſtræ finem: Veſtra Maieſtas illam feliciter expediri faciat, vt Sanctiſſimum Sacramentum conuenientem accipiat locum, & honorem.*

Tantæ virtutis fuerunt preces ad Deum, & verba ad Regem, vt reclamante populo, ac plurium conſiliariorum aduerſante ſententia, Rex in fauorem ſupplicantis pronunciauerit, tribus vicibus replicans, vt Patri Fratri Dominico non ſolum pars, quam petebat, ſed tota ſimul platea traderetur, ſi foret opus in Chori fabricam. Actis Deo gratijs, ac Regi, Toletum remeauit, & Conuentum ad deſideratam normam, finemque perduxit.

Poſt modicum temporis interuallum, rurſus ad Regiam euocatus eſt Madritum. Vbi Regina Margarita, quæ recenter aduenerat, Patrem ita colere cœpit, & ſanctis alloquijs primo ſtatim aduentu delectari; vt non prius prandium ſumere voluerit, niſi de diuino amore diutiùs diſſerentem audiſſet. Præſtitit officium ſuum lingua ſeraphica, quemadmodum ſolebat, de Charitatis igne ſermonem inſtituens, pabulum cœli terrenis dapibus præminiſtrauit, & totus ipſe deflagrans, in Dei amorem deuotum Reginæ pectus incendit.

Tranſactis iterum menſibus aliquot Toletum Rex Philippus, & Regina Margarita peruenerunt, quæ quamdiu ibidem morata eſt vix vllum abire permiſit diem, quin exhortationes audiret à Patre Priore. Vt verò deuotionem ſuam erga eũ teſtarentur, Regales Coronas eò vſque humiliarunt, vt honoris gratia in cella inuiſerent, ſuper paupere lectulo ſedentes, familiari beneuolentia ſe demitterent, deuotaque fiducia ſe, ſuaque Regna precibus Serui Dei enixè commendarent.

Feria ſexta Paraſceues, cum iterum ſpiritualis conſolationis gratia ad Patrem in Conuentu veniſſent, voluerunt apud eum in communi Refectorio ſumere prandium. Cumque circa refectionis principium, aduertiſſent Fratres pane dumtaxat, & aqua refici, iuxta noſtræ profeſſionis inſtitutum, ob memoriam paſſionis Dominicæ; mox eandem pœnitentiæ normam Rex, & Regina fuerunt æmulati, vniuerſum apparatum prandij regalis in pauperum refectionem ad Hoſpitale di-

le dimittentes, ſolo pane, vinoque contenti.

Per eos dies, quibus aula Catholica Toleti degebat, feruebat opus fabricæ magnis progreſſibus, & expenſis facultate maioribus: Vnde non exiguum debitum contraxerit æris alieni cum mercatore, cui ad condictam diem punctualiter ſatisfacere promiſerat. Verùm ob alias continuò inſtantes hæc cura mentẽ euaſerat, adfuitque ad diem promiſſam creditor exigens pecuniam. Confuſus Prior ob impotentiam exoluendæ fidei, verbis, quibus poterat humanioribus, excuſabat obliuionem, pollicitus quantociùs ſatisfacturum. Nondum ſermonem abſoluerat, cum ad fores Monaſterij pulſauit famulus cuiuſdam Matronæ ex Regia, & introductus ad Patrem tradens marſupiũ nummis refertum, infit: *Domina mea tot centena ſcutorum mittit Reuerentiæ veſtræ, vt Deum pro ea depreceris.* Quæ cum iuſtam debiti ſummam explerent, Patri fuit diuini fauoris, & mercatori ſummæ admirationis argumentum ſingulare, & Matronæ, cum reſciuit, magnæ conſolationis occaſio; quod Deus dignatus eſſet eius operam eligere ad opus ſuæ prouidentiæ tam præclarum. Adcoque non diu morata, aliam ſummam duorum millium ſcutorum liberaliter elargita eſt in eiuſdem fabricæ ſubſidium.

* * *

CAPVT XXXIX.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Petentibus Regibus Madritum vocatur V. P. N. Dominicus, à peſte per Sanctam Matrem Thereſiam miraculosè ſanatur, ad conciliandam pacem inſtante Nuntio Cæſar-Auguſtam mittitur, numeroſam Reginæ prolem obtinet, mira vbique colitur populorum deuotione.

MAdritum reuerſi Reges non potuerunt cariſſimi Dominici abſentiam diutius ferre; ſed neceſſe fuit à Patre Generali Toleto vocari, vt eius præſentia ac ſermonibus conſolarentur. Tunc peſtis Madriti graſſabatur; & cum quadam die ſub veſperam rediret in Conuentum, occurrens fœmina rogat ipſum, vt ad domum cognatę ſuæ dolentis accederet, Euangelium ſuper eam recitaturus: Accedit Dominicus credens febrim laborantis eſſe ordinariam; ſed poſtquam dixit Euangelium, eamque benedixit, dum vale dicit, alteram audit dicentem: *Me quoque Pater oratione, ac benedictione adiuua, quamuis enim non decumbam, peſte tamen laboro*: Miratur Dominicus, & de tali caſu dolet, non propter ſe ipſum ſingulariter conſideratum, ſed quia ſe perſonam publicam conſiderabat, vtpotè Priorem Conuentus, multorum Principum Confeſſorem, Regis, ac Reginæ familiarem: Turbatur proinde; & quid agat, quò ſe vertat, neſcit: Laborantes ſolatur, & inſtruit, & ad orationem recurrendum eſſe iudicans, vadit ad Conuentum, & cautè ingreditur. Dum inſtantiùs orat, acutum, ac viuidum in gutture ſentit dolorem, ac ſi lanceola pungeretur; ſtatim collum intumeſcit, creſcente peſtifero tumore ad oui figuram

Digitized by Google

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

ram, & magnitudinem, ad aliam partem illicò transit lues, & æqualem priori tumorem excitat; vnde, & febris vehemens, & intensus capitis dolor sequitur. Videns igitur Seruus Dei, se morbum pestiferum contraxisse, morti se præparat: Cumque recordatus fuisset, se quasdam S.M.N. Theresiæ reliquias habere, quæ paulò ante cum opinione Sanctitatis decesserat, eas reuerenter assumit, ab ipsa, & per ipsius intercessionem à Deo sanitatem petit, si ad maiorem eius gloriam, & non aliàs expediret, de cætero diuinæ voluntati conformis; & post hæc reliquias deuotè tumoribus applicat. His dictis, & factis in extasim rapitur: & ecce Sancta Mater ei apparet plurium Sanctorum comitatu decorata, quæ manum vtramque super tumores apponens, dixit illi: *Surge fili, iam sanus es; vade, & conuerte multas animas pro meo cœlesti sponso; teque totum eius obsequio committe; non enim auxilia, & benedictiones ipsius tibi deerunt; suo tempore Romam ibis, meamque promouebis canonizationem.* Cumque ad se Dominicus redijsset, vtrumque tumorem euanuisse sensit, febrim, ac dolorē capitis cessasse, seque sanum totaliter experitur.

Dum esset Matriti Dominicus, cuiusdam deuotæ, ac pulcherrimæ Virginis, sed simul pauperrimæ cōfessionem audiebat, quæ sibi timens, nè pudicitiæ iacturam incurreret, quam prodebat paupertas, & exponebat elegantia, ad Dominici preces recurrit, vt sibi succurreret. Deū exorat Dominicus, ipsam, nè pereat, commendans; dum instantiùs precatur, audit Christum de illa aientem: *Non peribit*; Cumque de medio diuinæ prouidentiæ circa protectionem eius dubius exitum expectaret, die sequenti summo mane accedit ad Dominicum, cui significat, se malè habere, ac confiteri postulat; post confessionem communicat, redit domum, decumbit vt infirma, & altera die sanctam animam Deo conseruatori reddit.

Illustrissimus Dominus Gymnasius eo tempore Sedis Apostolicæ ad Philippum Tertium Hispaniarū Regem Nuncius, graues controuersias inter Canonicos Cæsar-augustanos sopire cupiens, ne in rixas erumperent Ecclesiastico statui nimis indignas, Patris Generalis assensu Patrem Fratrem *Dominicum*, quem Regis pacifici ministrum efficacem nouerat, ad eos ablegauit: Nec spem fefellit *euentus*: Nam precum suarum ad *Deum feruore*, & ad homines *sermonis virtute* dissidentium animos facilè flexit in pacem.

Instauerat apud Seruum Dei Regina Margarita, sperans eius precibus prolem obtinere. Cumque *eam* ob causam, quam modo enarauimus, Cæsar-augustam profectus esset, *fusa ad Beatam Virginem ad Pilar* oratione impetrauit *intēcum*, ac lætum Reginæ nuncium retulit: exauditam esse à Deo: prope diem fore grauidam, & numero filiorum augendam. Prædictionem adeò venerata est, vt Philippum Quartum, qui postmodum regnauit, alioſque fratres pia Mater, filios orationis appellare soleret.

Vt verò Reuerendissimus Antistes Frater Didacus de Yepes dignissimus quondam Sanctæ Teresiæ confessarius, ac vitæ eius Scriptor exactissimus intellexit, Patrem Fratrem Dominicum non procul à sua Ciuitate distare, rogauit enixè Turiasonā ad se transire dignaretur. Quod pro sua dignitate, meritoque in Religionem impetrauit, magna seruorum Dei consolatione in amplexu mutuo, colloquijsque sanctissimis.

Quo in itinere quam mira *fuerit*, & extrauagans ruricolarum per castella deuotio, non pigebit enarrare. Nam cum in pago cui nomen *Malien* hospitaretur ad vesperam, &

post

poſt cœnam Crucifixum manutenens exhortationem concurrẽti populo feciſſet; puer quidam Crucifixum ſibi in manus dari poſtulauit, acceptumq; deuotè reueritus, exoſculatuſque, tenero admodum ſenſu, conſtanti voce parentibus inquit: *Date ſorori meę partẽ hęreditatis meę, quę me contingit: Ego verò ſequor Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum pro ſalute noſtra mortuum in Cruce.* Verba pueri Patris Dominici viſcera medullitùs ita transfixerunt; vt ſubitò raptus in extaſim extra ſe ſe fieret, & per horam integram eo in ſtatu coram omnibus immobilis perduraret, vſque dum per virtutem Obedientiæ redire iuſſus eſt ad proprios ſenſus.

Hinc excreſcente deuotione cum noctu Tudenam appelleret, luminaribus ad periſtylia, ac feneſtras diſpoſitis, aduentum eius honorarunt. Inſequenti die populi duarum terrarũ certatim obuiam proceſſerunt in viam publicam tanta multitudine, vt vix viuus euaderet in vicinã Monialium Eccleſiam, colliſis, attritiſque carnibus, ſciſſis, ruptiſque veſtibus, miſerabilem in modum habitus.

Imo & iumenti cui inſederat pilos ex collo, & cauda diſſecuerant, & ſellam in fruſta diſfregerant; vt vnuſquiſque modicum ex rebus ſerui Dei ſecum pro ſua deuotione ferre poſſet; ad tantum euaſerat exceſſum deuota Ruſticorum ſimplicitas.

Matritum reuerſus (vt ipſiſſimis his verbis refert R. P. N. Philippus in eius vita) in die S. Catharinæ V. & M. quæ eſt vigeſima quinta Nouembris poſt veſperas cum Dominicus in Cella P. Generalis Fr. Eliæ à S. Martino verſaretur; & de S. Virginis conſtantia feruentiùs diſſereret, præ amore patiendi pro Deo in extaſim rapitur. Tunc P. Generalis titulo ædificationis, ac piæ conuerſationis iubet aliquot vocari Religioſos, & ad obedientiæ experimẽtum iubet Dominico, vt in extaſi perſeueret, & ſimul diuinum recitet officium. Elata, ac clara voce, perſiſtens in raptu, Completorium incipit; iubet deinde, vt in Cellam recedat, ſtatimque in eodem raptu obedit; iubet denique, vt aliquid dicat D. Ioãnetino Doria, filio Principis Domus Auriacæ, qui tunc exiſtens in Conuentu vocatus fuerat, & reſpondit in extaſi Dominicus: *Deus faciat eum optimum Cardinalẽ.* Et propheticè dixit; nam poſt multos annos à Clemente VIII. iuuenis ille creatus eſt Cardinalis. Factis alijs pluribus obedientiæ experimentis P. Generalis mandato ad ſe redit, Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Continua penè raptuum deliquia ſic Dominicum debilitauerunt, vt eum in lecto iacentem Matriti detinerent; nec aduenientibus Natiuitatis Chriſti ſolemnitatibus ad ſuũ Toletanum Conuentum redire potuerat, maximè propter pœnoſam neruorum conuulſionem. Tunc etiã erant Matriti P. F. Franciſcus à SS. Sacramento (dictus propter ſui humilitatem *Indignus*) & Fr. Franciſcus à Puero Ieſu (eodem humilltatis ſuæ cognomento *Ruſticus*) vterq; Sãctus. In Vigilia Natiuitatis ambo ad Dominicum iacentem accedunt ſpiritualibus, ac cæleſtibus colloquijs eum conſolaturi. Ante mediã noctem brachijs ſuſtentantes eum deferunt ad Eccleſiam, vt horas matutinas, ſi non canere, ſaltem audire poſſet. Quibus abſolutis eodem miniſterio ad ſecretũ delatus Oratorium, tres miſſas audiuit: P. Fr. Franciſcus à SS. Sacramento celebrauit, F. Franciſcus à Puero Ieſu miniſtrauit, & P. Dominicus interfuit. In prima miſſa poſt factam conſecrationem Paruulus Ieſus in hoſtia cum mirabili ſplendore viſibiliter apparuit ad ſolatium ſeruorũ fidelium: Tres ſimul viderunt, & & natum Dominum adorauerunt:

Cum-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Cumque Fr. Franciscus, qui missæ ministrabat esset supra modũ Puerulo Iesu deuotus, eius visione sic recreatur, tantoque spiritus feruore perfunditur, vt velut impos sui per Oratorium saltare cæperit, & cãtare pium hoc Canticum: *Seas bien venido, lindo Niño amigo; seas bien llegado, dulce Niño amado*; quod latinè translatum sic habet:

Fauste aduenisti,
Belle puer dilecte;
Fauste accessisti,
Dulcis Puer amate.

Cum autem amoris excessu erga Iesum natum idemtidem alij duo Patres idem canticum repetierunt: Post summam hanc solemnitatem, & lætitiam valdè diffusam seruorũ suorum disparuit Christus, ipsi verò tres missas prosequentes, vsque ad horam decimam perdurarunt à secunda post mediam noctem cælestibus delicijs perfusi, & absorpti.

CAPVT XL.

Conuentui Madritensi præficitur in Vicarium V.P.N. Dominicus, obedientiam in extasim rapti Rex ipse variè probat, aliquas sanitatum gratias obtinet, & occulta reuelat.

ANno 1599. Priore Conuentus Madritensis mortali vita defuncto, in demortui Vicariũ, vsque ad Capitulum proximè futurũ electus fuit Pater F. Dominicus, qui relicto Prioratu Toletano, Madritensem curam humiliter impositam accepit, & Fratrum in obseruantia Religiosa feruorem exemplo suo, ignitisque sermonibus mirum in modum fouit, promouitque. Rex Catholicus, ac Regina summa lætitia perfusi sunt ex aduentu noui Vicarij, cuius pia præsẽtia, colloquijsq; diuinis defatigatos curis animos refocerunt.

Erat Cœnobij situs multis incõmoditatibus obnoxius, ideoque cũ alia duo loca Fratribus offerrentur in noui Monasterij fabricam, voluit Rex cum Lermę Duce proprijs oculis vtrumque lustrare, quod cum fecisset, prætulit eum, qui *la Carbonara* dicebatur. Pater *Vicarius* sancta simplicitate Regem familiariter est amplexus, humiles referens gratias pro tali electione, & *singulari* Conuentus cura, *ac protectione*. Igitur regia liberalitate, ac *reliquorum* Curiæ Principum eleemosinis breui temporis spatio fabrica surrexit, & Fratrum habitationi deseruire cæpit; adeo vt Rex cum Reginæ honoris, ac congratulationis *ergo* Patrem *Dominicum* in noui Conuentus cella familiariter inuisere sint dignati.

Contigit in vigilia Epiphaniæ, dũ Rex intima cordis sui desideria seruo Dei communicaret, horam refectionis supervenire, & longiorem cupiens protrahere sermonem, iussit interim, dum pranderet, operiri. Igitur in vna ex Aulæ cameris se se abdens ad orationem, & feruenter instans pro Regni salute, raptus est in mentis excessum. Aduertit Palatinus aliquis, & confestim retulit ad Regem, qui Reginam, ac suorũ Principum coronam deduxit ad piũ spectaculum. At veritus ne multũ temporis in extasi perduraret, cum notabili corporis incommodo, nisi per obedientiam reuocaretur, nuncium misit ad Generalem; Hìc Regi gratificare volens, omnem suam authoritatem eidem remisit, vt obedientię virtutem pro suo beneplacito experiretur. Gauisus est Religiosissimus Monarcha, & oblatam occasionem non segniter arripiens, primum quidem expertus est, quantum in raptu animæ in corpus dominiũ existe-

Digitized by Google

vultem dimittam in illud diebus Anno 1600. Ego Ioannes Baptista Vrsinus Archiepiscopus Tarentinus, ac Regius Concionator, ex mandato Sanctissimi Domini nostri Clementis Papæ Octavi, ac Reverendissimi Domini Cardinalis Aldobrandini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, & Protectoris Regni Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Virginiæ, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ in eo Regno Legati, Visitator, & Reformator Generalis Congregationis Sancti Eliæ, & Sancti Ioannis Baptistæ Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, & Sanctæ Teresiæ Matris Fundatricis Ordinis Carmelitarum Discalceatarum Monialium, ac Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum Discalceatarum Monialium Congregationis Florentinæ, Declaro Patres Ioannem Baptistam Montis Corbonis, & Ioannem Baptistam Montis Regalis Definitores Generales Congregationis Sancti Eliæ, & Sancti Ioannis Baptistæ Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, & Matres Catherinam de Sancto Bernardo, & Mariam Magdalenam de Sancto Ioseph Definitrices Generales Monialium Ordinis Carmelitarum Discalceatarum, & Congregationis Florentinæ, ac Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum Discalceatarum Monialium

Anno Christi 1530.

CAPVT XLI.

Excidii anni 30 posteriores re-censentur. Ferdinandus I. P. A. Nouum Comitis ordo instituitur. Ordinationes ad annum 1564. vsque. Carnia Austriacis datur.

AT regnante Ferdinando I. Anno Christi 1530. Carnia, quæ ante annos 30. magna, ac florentissima fuerat, ad infimum deuenerat. Ferdinandus I. Pannoniæ, Bohemiæ, ac Germaniæ Rex, postquam, ut ab eo suo loco dictum est, Carolo V. Imperatori fratri suo, cum quo pacem, ac concordiam fecerat, Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, ac Carniolæ Ducatus, Goritiæ Comitatum, Istriæ, Portusnaonis, ac Fori Iulii Principatus, Tergesti, Fiumi, ac Metlingæ Ciuitates, Windorum Marchiam, Portum Naonis, Castrum Duinum, Castrum Pyrrhi, Castrum Pinguentum, Castrum Mutiliani, Castrum Pietræ Pilosæ, Castrum Montis Contouelli, Castrum Montis Fluminis, Castrum Pisinum, Castrum Parentium, Castrum Rouinium, Castrum Montis Nouæ, Castrum Montis Oliueti, Castrum Albonæ, Castrum Arsiæ, Castrum Fani Sancti Vitalis, Castrum Montis Maioris, Castrum Pedenatis, Castrum Montis Comi, Castrum Montis Iouis, Castrum Montis Lupi, Castrum Montis Cruciferi, Castrum Montis Rubei, Castrum Montis Albi, Castrum Montis Nigri, Castrum Montis Viridis, Castrum Montis Flauiani, Castrum Montis Cornei, Castrum Montis Pilosi, Castrum Montis Fagi, Castrum Montis Pini, Castrum Montis Rosarii, Castrum Montis Lauri, Castrum Montis Castanei, Castrum Montis Ficarii, Castrum Montis Nucis, Castrum Montis Amygdali, Castrum Montis Persici, Castrum Montis Pyri, Castrum Montis Malorum, Castrum Montis Cydonii, Castrum Montis Granati, Castrum Montis Citrei, Castrum Montis Aurei, Castrum Montis Argentei, Castrum Montis Æris, Castrum Montis Ferri, Castrum Montis Plumbei, Castrum Montis Stanni, Castrum Montis Vitrei, Castrum Montis Lapidei, Castrum Montis Marmorei, Castrum Montis Gypsei, Castrum Montis Cretacei, Castrum Montis Arenacei, Castrum Montis Salis, Castrum Montis Nitri, Castrum Montis Aluminis, Castrum Montis Sulphuris, Castrum Montis Bituminis, Castrum Montis Picis, Castrum Montis Olei, Castrum Montis Aceti, Castrum Montis Mellis, Castrum Montis Lactis, Castrum Montis Butyri, Castrum Montis Casei, Castrum Montis Panis, Castrum Montis Vini, Castrum Montis Cerei, Castrum Montis Lini, Castrum Montis Cannabis, Castrum Montis Bombycis, Castrum Montis Lanæ, Castrum Montis Pellium, Castrum Montis Coriorum, Castrum Montis Pecudum, Castrum Montis Armentorum, Castrum Montis Equorum, Castrum Montis Asinorum, Castrum Montis Mulorum, Castrum Montis Camelorum, Castrum Montis Elephantorum, Castrum Montis Leonum, Castrum Montis Vrsorum, Castrum Montis Luporum, Castrum Montis Vulpium, Castrum Montis Aprorum, Castrum Montis Cervorum, Castrum Montis Capreolorum, Castrum Montis Ouium, Castrum Montis Hircorum, Castrum Montis Bouum, Castrum Montis Vitulorum, Castrum Montis Aquarum, Castrum Montis Piscium, Castrum Montis Auium, Castrum Montis Apum, Castrum Montis Cancrorum, Castrum Montis Testudinum, Castrum Montis Serpentum, Castrum Montis Vermium, Castrum Montis Insectorum, Castrum Montis Arborum, Castrum Montis Herbarum, Castrum Montis Florum, Castrum Montis Fructuum, Castrum Montis Seminum, Castrum Montis Radicum, Castrum Montis Foliorum, Castrum Montis Corticum, Castrum Montis Lignorum, Castrum Montis Nucleorum, Castrum Montis Pomorum, Castrum Montis Vuarum, Castrum Montis Olearum, Castrum Montis Ficuum, Castrum Montis Granatorum, Castrum Montis Citreorum, Castrum Montis Aurantiorum, Castrum Montis Limonum, Castrum Montis Cydoniorum, Castrum Montis Persicorum, Castrum Montis Pyrorum, Castrum Montis Malorum, Castrum Montis Amygdalorum, Castrum Montis Castaneorum, Castrum Montis Ficariorum, Castrum Montis Nucum, Castrum Montis Lauri, Castrum Montis Rosarii, Castrum Montis Pini, Castrum Montis Fagi, Castrum Montis Pilosi, Castrum Montis Cornei, Castrum Montis Flauiani, Castrum Montis Viridis, Castrum Montis Albi, Castrum Montis Rubei, Castrum Montis Nigri, Castrum Montis Cruciferi, Castrum Montis Iouis, Castrum Montis Lupi, Castrum Montis Comi, Castrum Montis Pedenatis, Castrum Montis Maioris, Castrum Montis Fani Sancti Vitalis, Castrum Montis Arsiæ, Castrum Montis Albonæ, Castrum Montis Olueti, Castrum Montis Nouæ, Castrum Montis Rouinium, Castrum Montis Parentium, Castrum Montis Pisinum, Castrum Montis Fani Sancti Vitalis, Castrum Montis Arsiæ, Castrum Montis Albonæ, Castrum Montis Olueti, Castrum Montis Nouæ, Castrum Montis Rouinium, Castrum Montis Parentium, Castrum Montis Pisinum,

Conuentum populi concurrentis inquietudine. Non minus enim solerter, quam facetè dictitare solebat: *Sanctos adhuc mortali carne circumdatos, in solitudine purius adorare Deum, mortalitatis exuuijs absolutos ad celebriorem Domini gloriam in Ciuitatibus adorari.*

Admissus ad Eremiticæ vitæ sacra claustra, visus est sibi fugisse de medio Babylonis, & ad Paradisi portas pedem intulisse mortalem. Hic cum cæteris Eremi incolis Sãctorum Patrum rigorem æmulatus, plura superaddidit pœnitentiæ certamina, & humilitatis, ac punctualitatis spiritum, ac virtutum reliquarum exercitia, vetus atleta nouo feruore resumpsit: & in sacra solitudine tam perfectè se se à rebus omnibus elongauit animo, vt fermè sui ipsius, ac naturalis necessitatis oblitus, & à conditione, curaque carneæ molis exemptus, in solo Deo viuere videretur absorptus.

Annuo circuitu iuxta statutorum normam Eremiticę mansionis terminus clauditur, vt reliquis Fratribus ad renouationem spiritus aditus pateat. Pater Frater Dominicus longius studium emensurus erat præ deuotionis ardore, nisi quintodecimo mense Nuncius suæ Sanctitatis Vallisoletum vocasset amandandum in Italiam.

Secretum solitudiuis, & latendi desiderium gratias occuluit, quas toto illo tempore tantò puriùs delibauit, quantò ab hominum consortio remotior, illi, qui vnus est, vnicè magis inhæsit. Sedebat aliquando super saxum recreationis gratia in hortulo, & spiritualem librum lectitabat: Et ecce Perdix cum numeroso pullorum comitatu, magna familiaritate ad Seruum Dei aduolarunt sine timore, festiuis saltibus, in genua, in humeros blãdiri videbantur: fregit eis, comminuitque panis micas, sed gustare renuerunt, donec eo iubente protinus obedierunt. Sæpius deinde reuersa recreationem patris iucundiorem reddidit, & laudes Dei profusiores. Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Mentis oculum quies solitudinis ita defæcauerat, vt obscura fidi mysteria splendore cœlesti penetraret. Nam cum formicam hostię particulam ore gestantem aduertisset, ex corruscante lucis radio clarè percepit, sacerdotali ritu consecratam: prehendit reuerenter, collocauit in pyxidem, & ambustos animalculi cineres deposuit in sacrarij piscinã.

Memorabili, inter cætera, argumento Deus viuam eius fidem erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtum testatam facere dignatus est in deserto. Nam neruorum conuulsionibus impedito, ex enumeratis à Priore particulis vnã è sacra Pyxide deportari iussit Augelicis manibus, & seruo suo elargiri. Alia ex P. N. Philippo adiungimus.

Nobilis Matronæ filius dum ludit, incautè cadit, sibique crura frangit: Ad Eremum properat, Dominicum vocat, qui iussu P. Prioris veniens afflictæ succurrit Matri, dolentem curat filium signo Crucis, qui postea tanti memor beneficij fit noster Discalceatus.

Dum in Cella separata intra ambitum eiusdem Eremi maioris causa recessus degeret, accidit, vt quadam die campanulam pro celebrãda Missa, & Accolitho vocando nõ pulsauerit: Ad eum accedit P. Prior causam ignorans, cui de Missa scisciranti Dominicus respondit: *Verè celebraui, non autem Campanã pulsaui, nam ministro non egui: Inuiserunt me SS. Ambrosius, & Augustinus, & alij, Missam celebranti ministrarunt Angeli.*

Antequam Dominicum ex Hispania transferamus in Italiam, tres restant nobis casus referendi, qui quamuis in Hispania ei successerint,

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

locus tamen particularis, & tempus præciſum ignoratur. Primus eſt; quòd dum quadam die in aliquo Carmelitarum Mitigatorum Conuentu Miſſam celebraſſet, ab Ara recedens rapitur in eſtaſim; poſt horæ quadrantem clamat alta, & terribili voce: *Cane, domum tuam ingrediaris, niſi mutata prius intẽtione; Deus enim adeſt euaginato gladio, vt te conterat; conſule tibi, ne ſimul corpus, & animam perdas.* Audit qui tali egebat conſilio, & intentionem mutat; decreuerat enim leui quadam ſuſpicione ſuam Coniugem occidere, cuius tamen innocentiam audiens cœlitus defendi, cœpit ſincerè amare, ac venerari.

Secundus caſus eſt, quòd Dominicus ſimul cum alijs, & maximè Carmelitis Diſcalceatis ad liberandam Philippi II. Hiſpaniarum Regis animam ex igne Purgatorij cooperatus fuerit. Mortuus eſt Idibus Septembris anno Domini 1598. ætatis ſuæ 72. Regni 44. qui licet iuſtus, & bonus fuiſſet, ac plurimũ in vltima infirmitate paſſus, habuit tamen aliquid in igne Purgatorij ſoluendum. Multi pro ipſo deprecantur: Ex noſtro Diſcalceatorum Ordine, de quo tàm benè meritus fuerat Rex prudens, plures eius ſaluationi cooperati sũt, plures eiuſdẽ iam mortui ab igne Purgatorij libertati: Saluationi quidem S.M.N. Thereſia, & V. M. Iſabella à S. Dominico (vt in eius vita legitur, quãuis non expreſso ipſius, aut Regis nomine) refertur enim, qualiter Deus huic Virgini dixerit: *Volo filia, vt pro illa perſona ores, volo enim, vt ſaluetur*; hanc perſonam eſſe Regem Philippum II. poſtea declarauit. Quam Dei reuelationem cum hæc Virgo S. M. N. Thereſiæ retuliſſet, ei reſpondit Thereſia: *Hoc ipſum mihi accidit: commenda Deo perſonam illam, hæc enim eſt diuina voluntas; & quidem iam multos labores perpeſſa eſt Deo permittente, & multos perpeſſura eſt &c.* Libertati autem eius ab igne Purgatorij cooperatus eſt inter alios V. F. Franciſcus à Puero Ieſu, qui iuſſus orare pro ipſo Rege defuncto, iubenti ſic ait: *Solebam aſſiduis lachrymis illum Deo commendare, iam non poſſum; dixit enim mihi Puer Ieſus eſſe in Gloria, nec humanis precibus egere, & ab ea die ceſſaui, nec mihi perſuadere poſſum, eum meis egere precibus.* Tandem cooperatus eſt Dominicus, qui tam obedientia Superiorum, quàm inclinatione propria motus, cum pro defuncti Regis animam intentiùs oraret, vidit aliquando in oratione quietis horribiles cruciatus, quos in vltima paſſus eſt infirmitate cum maxima reſignatione, & patientia: Vidit obijſſe, & deductus ad Purgatorium plurium Sanctorũ Regularium orationibus, ac ſacrificijs adiuuari: Vidit tandem à Purgatorio liberari, & magno Angelorum, ac Sanctorum comitatu decoratum conſcendere Cœlum. Ex his Sanctis non omnes agnouit; tres ſpecialiter diſtinxit: videlicet Laurentium Martyrem, Ludouicum Galliæ Regem, & Tereſiam Fundatricem noſtram: Laurentius interfuit cœleſti triumpho Philippi, quia fuit illi deuotiſſimus Philippus, cum in eius honorem magnificẽtiſſimam Eccleſiam, & Conuentum Scurialẽ conſtruxerit: Interfuit Ludouicus, vt oſtenderet, quod inter Sanctos Reges viget amor, licet inter mortales plura ſint ratione ſtatus diffidia: Interfuit denique Noſtra Tereſia gratitudinis cauſa erga hunc Regem, qui noſtræ Reformationis protectionem ſuſcipiens, authoritate ſua contra impugnantes defendit, prudentia ſtabiliuit, & auxilio promouit, & ſic noſtrã Tereſiam ſtatim poſt mortem venerari cœpit, vt collecta eius manuſcripta inter Sanctorum Patrum Codices in Regia Biblio-

Bibliotheca collocauerit. Post hanc mysticam visionem non potuit amplius Dominicus pro anima defuncti Regis Deum exorare.

Tertius casus est, quod nocte præcedente Festum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, dum recitatis in Choro matutinis laudibus contemplationi vacat Dominicus, audit à longe Cœlestem musicam, quæ postmodum accedente, videt Angelorum, & Sanctorum Choros in Deo, ac Deipara laudandis occupatos; ac tandem ipsam Beatissimã Virginem Sole indutam, ac stellis ornatam, in Throno sublimem, quẽ suis gestabant humeris hi quatuor, P. Ludouicus Granatensis Ordinis Prædicatorum, P. Nicolaus à Iesu Maria primus inter nostros Generalis, P. Augustinus à Regibus, & P. Io: Baptista inter Nos Prouinciales; Quibus hoc priuilegium intelligit concessum, quia B. Virginis honorem omni via procurarunt, & nostrum Ordinem ipsi dedicatum specialiter protexerunt. Ab ipsa didicit Dominicus, vt primariò suos actus offerret Deo, & secundariò sibi, quia non possunt filio placere, si non matri simul saltem implicitè offerantur.

CAPVT XLII.

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

V. P. N. Dominicus iussu Summi Pontificis, cum tribus socijs in Italiam mittitur, & post exanthlatos itineris labores, fæliciter appellit anno 1604. & ibidem aliqua sanctitatis indicia promit.

PRidem desiderauerat natale solum relinquere, & ad Congregationem Italicam transire duabus de causis: Prima, vt apud externos peregrinus, & incognitus lateret: Secunda, vt in Persia, aut alijs infidelium Regnis, in quæ missiones meditabantur Italiæ Patres, ipse consors fieret fidei propagandæ, atque effundendi sanguinis.

Accepta commissione Gymnasius Dominicum è sacra Eremo Vallisoletum euocat, vbi Rex morabatur, voluntatem Pontificis exponit, quam ille, vt Diuinæ vocis Oraculum accipiens, quam primum Regi, ac Reginæ Margaritæ valedixit, rogans, obtestansque, ne iter suum impedire conarentur. Hæc enim ægrè admodum ferebat discessum Patris, cuius intercessione multas à Deo gratias se se obtinuisse recordabatur.

Cesserunt tamen, ea conditione, vt personarum suarum, totiusque familiæ, ac Regni viuam semper memoriam gereret in orationibus, suamque benedictionem eis impertiretur, ac Regijs prolibus, præsertim Dominæ Annæ Infanti, quæ tum afflictabatur morbo, & postea fæliciter regnauit, Galliarum Regina. Præterea, vt Summum Pastorem Ecclesiæ eorum nomine supplex ad oscula pedum veneraretur, rogaretque eas sibi concedi indulgentias, quas nuper Imperatrici fuerat elargitus.

Inde

Digitized by Google

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

Inde Pastranam profectus Generalis sui benedictionem accepit. Tota quidem Congregatio nō modicum doloris sensum ostendit: sed præcauerat Illustrissimus Nuncius interminatione censurarum, ne quis discessum retardaret: Ideoque magna amoris significatione, cum reliquis Patribus Barcinonam quantocyùs dimiserunt.

Hic non nihil subsistere necesse fuit dum triremis accingitur. Interim in populum fama penetrauit Patrem Dominicum aduenisse, moxque ad Conuentum innumera confluit multitudo benedictionem efflagitantium. Neque erat locus tam abditus, in quo latere posset: neque via patebat, qua securè ad nauem abiret. Inito consilio obscura nocte deduxerunt in Palatiū Viceregis (Erat is Dux Mōtis Leonis Patri à multo tempore deuotissimus) vt excubitorum satellitio tutus, triremem sequenti die conscenderet: sed huc etiam accurrente turba, ac palatium obsidente, per fenestram dimissus fuit in Viridarium, inde per secretam portam in Triremem.

Nec potuit multitudo coerceri, quin partim donis, partim importunitate à nautis admissi Patris benedictionem postularent, & particulam habitus ob deuotionem renitenti abscinderent, auferrentque, quem planè deformatum alio cōmutari fuit necesse priusquam portu solueret.

Vix Hispaniæ fines emensi fuerant, cum exorta tempestas graue periculum minabatur, quod vt effugerent proximam stationem petere consilium fuit. Dœmones Dominico nostro horribili figura apparentes, minacibus verbis inclamabant: *O proditor! nunc in casses incidisti: nec effugies manus nostras: nunc te naufragum absorbebit mare.*

Sed illo calidas ad Deum preces fundente, ne quicquam frementibus Dœmonibus, & procellis sonantibus deducti sunt in portum.

Hic cum per multos dies ventorū impetus non deferueret, tę deretque populum moræ, & pauperis commeatus angustia laborarent; Religiosi, qui simul transfretabant numero non pauci, nominatim Carthusiani, Canonici Regulares, Clerici Minores, ac Sæculares Præsbyteri concordibus animis, quadam die hoc statuerunt apud se placando Deo, ac sedandæ tempestati remedium opportunum: vt Pater Frater Dominicus *Missam Solemnem de Beatissima Virgine ipse decantaret*, cœteri verò vel *ministrarent*, vel cantu per Choros responderent. Pium cōsilium benignissimus Deus tam potenti fauoris sui aura prosequi dignatus est, vt vix dum *finito sacrificio fluctus siluerint, redierit serenum*, eodemque die *grauates hilaresque placidum æquor relaxare cœperint*.

In altum igitur progredientes, Pelagique non mediocre iam spatium emensi à vicina specula monentur indicio fumi non longè dissitos esse Peiratas, fidentes tamen Triremis velocitati, contemnunt periculum; sed infaustè successisset, nisi Deus iam in necessitate positis succurrisset. Incidunt in quatuor Naues Turcarum Africanas, quæ statim Christianorum Triremem insequuntur: Vtrimque ad certamen se præparant. Christiani tàm libertatem, quàm diuitias in Triremi delatas, quæ quinquaginta superabant aureorum millia, totis viribus vsque ad extremitatem defendere volebant non sine manifesto necis periculo. Deum precatur Dominicus, & misericorditer exauditur; nam mutato vento Triremis præterlabitur, periculumque euadit. Reliquum viæ fœliciter perficiunt; Ligusticum littus decurrunt: Genuæ Portum ingrediuntur anno Domini 1604. mense Iunio, & in-

nostro

ordine, & dolet super Ninive? Ideo quod ciuitas magnitudinis Gentium, & Ninive Ecclesiarum figuram habuit. Ecce ergo Ecclesiarum ordo, & ordo peccatorum.

Ecce ergo Ecclesiarum ordo. Ecclesiarum ordo est, quem Dominus per Apostolum ait: Primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores. Ordo peccatorum est, quem Dominus per Apostolum ait: Ne quando non dimittatur vobis peccatum vestrum, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ecce ergo Ecclesiarum ordo, & ordo peccatorum. Ideo quod ciuitas magnitudinis Gentium, & Ninive Ecclesiarum figuram habuit. Ecclesiarum figuram habuit, quia Ecclesiarum typum habuit. Ecclesiarum typum habuit, quia Ecclesiarum typum præcessit. Ecclesiarum typum præcessit, quia Ecclesiarum typum præcedendo significauit.

Ecce ergo Ecclesiarum ordo, & ordo peccatorum. Ideo quod ciuitas magnitudinis Gentium, & Ninive Ecclesiarum figuram habuit.

Per quadringentos quinquaginta annos. Quadringenti quinquaginta anni, ante Salem vsque ad Abraham, quia ante natum Isaac, quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Abraham vsque ad Moysen, quia ante Moysen quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Moysen vsque ad Dauid, quia ante Dauid quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Dauid vsque ad Ezechiam, quia ante Ezechiam quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Ezechiam vsque ad Ieremiam, quia ante Ieremiam quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Ieremiam vsque ad Ezechielem, quia ante Ezechielem quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Ezechielem vsque ad Danielem, quia ante Danielem quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Danielem vsque ad Esdram, quia ante Esdram quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Esdram vsque ad Machabæos, quia ante Machabæos quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Machabæos vsque ad Christum, quia ante Christum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Christum vsque ad Apostolos, quia ante Apostolos quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Apostolos vsque ad Constantinum, quia ante Constantinum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Constantinum vsque ad Theodosium, quia ante Theodosium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Theodosium vsque ad Arcadium, quia ante Arcadium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Arcadium vsque ad Theodosium, quia ante Theodosium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Theodosium vsque ad Martianum, quia ante Martianum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Martianum vsque ad Leonem, quia ante Leonem quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Leonem vsque ad Iustinum, quia ante Iustinum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Iustinum vsque ad Iustinianum, quia ante Iustinianum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Iustinianum vsque ad Mauritium, quia ante Mauritium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Mauritium vsque ad Heraclium, quia ante Heraclium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Heraclium vsque ad Constantinum, quia ante Constantinum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Constantinum vsque ad Leonem, quia ante Leonem quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Leonem vsque ad Basilium, quia ante Basilium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Basilium vsque ad Leonem, quia ante Leonem quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Leonem vsque ad Alexandrum, quia ante Alexandrum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Alexandrum vsque ad Constantinum, quia ante Constantinum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Constantinum vsque ad Basilium, quia ante Basilium quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Basilium vsque ad Leonem, quia ante Leonem quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Leonem vsque ad Constantinum, quia ante Constantinum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Constantinum vsque ad Romanum, quia ante Romanum quadringenti quinquaginta anni fuerunt, ante Romanum

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

plitudo enarrare virtutem ſpiritus, quam Tereſia libris ſuis indidit, & gratias, quas Deus varijs orbis partibus in lucem edidit, dum lectorũ animos velut ſtimulis in altum defixis mouet ad compunctionem, inſtigat ad morum emendationem, animat ad quærendum pretioſiſſimum illum orationis, & præſentiæ Dei theſaurum.

Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto dum adhuc in viuis ageret, & in Oppido Veas Conuentum Monialium fundaret, à D. Aluaro de Mendoza Placentię Præſule ſingulari reformationis fautore nuncium accipit: Sacrum Inquiſitionis Fidei Tribunal codices à ſe ſua de vita conſcriptos conquirere. Perculit Sanctæ Virginis animum grauitas Iudicum, quos non leues cauſæ mouere ſoleant, ſed vrgentiſſimæ; Quæ ſi ſubeſſent, ruere funditus omnia ſecuritatis ſuæ fundamenta: deludi ſe, aut deludere.

Iuſtiſſimis de cauſis ſanctum Tribunal inquirebat de Tereſię ſcriptis, ſed quæ confirmationem poſtularẽt, non condemnationem; pondus adderent, non auferrent, vt probatum Eccleſiæ pabulum ſeſe ſalubriùs inſinuaret in membra. Adeoque ſequenti luce, dùm velatum Sacramentalibus ſpeciebus ſponſum mæſta ſuſcepiſſet, audijt verba conſolationis plena: *Mea eſt hæc cauſa, ne anxieris filia.* Cuius enim potius intereſſet quam Sponſi, vt Sponſæ ſcripta eo inſpirante concepta ſacerrimi Hiſpaniarum Senatus iudicio ſubijcerentur, rigidiſſimè diſcuterentur, ac tandem candidis omnium calculis ſincerum ſpiritualis, ac myſticæ doctrinæ liquorem continere dijudicarentur?

Diuinæ promiſſionis certitudinem rei probauit euentus. Nam poſtquam per duodecim annorum curriculum doctiſſimorum hominum ſubijſſent examen, tot admiratores habuere, quot inſpectores; tot præcones, quot iudices: Et ſupremus ille Senatus in optatis habens ad cõmunem vtilitatem cœleſtem doctrinæ theſaurum pluribus communicari, approbatum à ſe librum Religioni tradidit, vt typis mandaretur, anno milleſimo quingẽteſimo octuageſimo ſexto, quadriennio à feliciſſimo Tereſiæ tranſitu, quem deinde Religioſiſſimus, ac ſapientiſſimus Ordinis Sancti Auguſtini Pater Magiſter Ludouicus de Leon, Scripturæ Sacræ in Vniuerſitate Salmanticenſi Cathedraticus, *ſimul* cum alijs operibus *eiuſdem Sanctæ Matris*, nimirum vitam, viam perfectionis, & manſiones reuidit, cum originalibus contulit, & abſque vllius voculę mutatione comprobauit, decima quinta Septemb. 1587. Et inſtante morte codices originarios Doctori Sobrino conſignauit, qui fundationum librum ſua cura roborauit.

Hos omnes in Hiſpania lucem aſpicere fecit Pater Frater Nicolaus à Ieſu Maria Genuenſis Reformationis, vt diximus, *Prouincialis* ſub auſpicijs Imperatricis Mariæ, Sororis Philippi II. cui tanquam Ordinis fautrici, ac promotrici omnium eorum, quæ ad Sanctam Tereſiam attinebant, tum ſuo, tum totius Reformationis nomine dedicauit, anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, decima Aprilis.

Statim hoc ipſo anno Sanctæ Tereſiæ libros in propriam linguam traductos vidit Gallia, & admirata eſt fœminæ ſpiritum ſcientias ſcholarum longo ſuperaſſe interuallo. Debetur iſta Tereſianorum ſcriptorum per Regnum Chriſtianiſſimum communicatio ſanctæ ſolitudini Carthuſianæ Borfontenij, in qua grauiſſimus quidam Prior traductionem hanc multa deuotione elucubrauit.

Et ne Belgis negaretur hocce pietatis emolumentum Reuerendi Patres

tem Sodalium Sitis Collegii Bru-
nen. ac reliquis locis nullus
de illis quidquam intermittatur.

Ac præterea Sodalitium Sitis Bru-
nen. præcipiatur ut nullus Sodalis
Sitis Brunen. ullo modo, aut ullis
verbis Sodalitium Sitis Brunen. ap-
pellet. Sed ita ubi opus fuerit
Sodalitium Sitis Collegii Brunen.
ut ejus quoque hac super re ex-
tet mandatum, ne fiat. Si id fa-
ctum fuerit, Sodalitium Sitis Bru-
nen. ejusque Sodalis, qui id fe-
cerit, pro vocatis Defunctum con-
tra Sodalitium Sitis Collegii Bru-
nen. Sodalesque Sodalitium Sitis Bru-
nen. Tractu ad Summum Apostoli-
cum Tribunal Romæ, ut Sodalitium
Sitis Brunen. Sodalesque ejusdem
& Petrus Franciscus Sodalitii ejus-
dem Sitis Brunen. Sodalis, qui
Sodalitium illud ad cum Sodalitium
Sitis Collegii Brunen. Tractu
Romæ vocavit, ad Sodalitium Sitis
Brunen. Sodalesque ejusdem Sodalitii
Sitis Brunen. Tractu ad Summum
Apostolicum Tribunal Romæ, ut
Sodalitium Sitis Brunen. Sodalesque
ejusdem & Petrus Franciscus Sodalitii
ejusd

15 Ann. Ab expressione Dilectæ adumbrata
Christ. 600. Christi mens; quam proinde Pater
Ant. 1680. Ignatius Dilectam Dei nuncupat.

Quæ mens ut Deo, ejusque Filio Jesu Christo, ejusque Matri Virgini Deiparæ, ejusque Angelis, & Sanctis, ac Sanctabus Dei, ejusque Ecclesiæ, ejusque Sacramentis, ejusque Ministris, ejusque Fidelibus, ejusque Justis, & Prædestinatis, ejusque Creaturis omnibus, & ejusque Operibus, ac Mandatis, ejusque Voluntati, & ejusque Gloriæ, & Honori, ejusque Spiritui, & ejusque Legi, ejusque Paradiso, & ejusque Inferno, & ejusque Judicio, & ejusque Justitiæ, & ejusque Misericordiæ, & ejusque Veritati, & ejusque Sapientiæ, & ejusque Bonitati, & ejusque Omnipotentiæ, & ejusque Providentiæ, & ejusque Prædestinationi, & ejusque Præscientiæ, & ejusque Omnipotentiæ, & ejusque Immensitati, & ejusque Æternitati, & ejusque Amori, & ejusque Charitati, & ejusque Pulchritudini, & ejusque Suavitati, & ejusque Dilectioni, & ejusque Dilectæ, & ejusque Desiderio, & ejusque Desiderabili, & ejusque Laudi, & ejusque Laudabili, & ejusque Gratiarum actioni, & ejusque Gratiarum actionibus, & ejusque Gratiæ, & ejusque Gratiosæ, & ejusque Gratificationi, & ejusque Gratificabili, & ejusque Gratificanti, & ejusque Gratificationibus

De Fratribus, quibus cum ſæpe verſatus ſum plura poſſem enarrare; ſed quantum ſtylo meo proſequi conarer, neceſſe foret in medio ſubſiſtere. Quiſquis exactam eorum vitæ normam probe perſpectam habet, profecto iam intelligit non indigere præcone, quæ ſua ſe luce ſignat.

Etenim aſperitas illa veſtium, perpetua carnium abſtinentia, ieiunia cõtinua, vitæ paupertas, commune mentalis orationis exercitium, diſciplinæ fermè quotidianæ, receſſus cellæ continuus, exactiſſimum ſilentium, totius hominis modeſtia, & vt vno verbo cõplectar quidquid ſe ſe extrinſecus prodit tam ſuaui boni odoris exemplo, & ædificatione fragrat, vt hominem admiratione captum, & deuotione ſuccenſum fateri neceſſe ſit dicendi facultatem omnem dicendis eſſe minorem.

Quidnam igitur dignum eloqui valeamus de ijs, quæ domeſticos inter parietes occultantur, quę dubio procul ampliora ſunt ys, quæ foris apparent? Ibi mille exercitijs ad inſtar eorum, quæ Sanctus Hieronymus, Climacus, & Caſſianus de antiquis Eremi Monachis referunt, inuicem ſeſe promouẽt ad vſum mortificationis, patientiæ, charitatis, continuæ præſentiæ Dei, aliarumque virtutum, quarum plures inter eos eminentiſſimum ſubiere gradum. Quę omnia licet ferè domeſticos inter lares peragantur; fieri tamen nequit, quin emicent ſubinde, nec omnino latere poſſunt, eos præſertim, qui ſanctę cõuerſationi ſunt familiariores.

Vtique ſic ad vtilitatem animarum noſtrarum ordinauit Altiſſimus, vt ſanctam Fratrum iſtorum vitam intuentes, noſtramque quanto diſtet interuallo diſpicientes, vel citatis paſſibus illam imitemur, vel ſi animus ad tam ardua aſpirare detrectat, ſaltem tum rubore propriam inculpemus ſocordiam, & in humilitate noſtra Deo placere ſtudeamus.

Poſſumus non leui rationum argumento gloriari in Domino, quod nos in hanc vitam educere dignãtus ſit ea tempeſtate, cuius ipſe tam ſingularem prouidentiæ ſuę curam impendit. Nam ſupremus ille Rector, cuius natura bonitas, miſeratus vicinorum temporum lachrymabilem ſtatum (ſublunarium enim rerum natura corruptioni ſubiecta ſtatuum etiam variationem inducit) & flammas diuinæ Charitatis, quas opera Sancti Dominici, ac Sancti Frãciſci ſuccenderat in mortalium cordibus intepniſſe videns, atque à gelido Aquilone regnare ſpiritum errorum, enitique totis viribus ad extinguendam veritatem, ſuo nomine ſanctum adunauit Patrum Eccleſiæ Concilium in Ciuitate Tridentina, cuius authoritati ſuauiſſima Spiritus Sancti aura tantũ eroganit virium, vt per Europæ fines reſplendente fidei luce, debilem reddiderit, & vanam violenti Aquilonis arrogantiam. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Volens itaque mortalium mores iuxta doctrinam, ac decreta in illo edita reformari; in exemplum, & ſollicitatorem operis Beatum Patrem Ignatium Loyolam, & Beatam Matrẽ Tereſiam à Ieſu miſit in mundum, vt ad inſtar Sanctorum Dominici, & Franciſci humeros Eccleſiæ ſupponerent, ac in priſtinum vigorem reuocarent, quod præclari ſucceſſus luce clarius oſtenderunt.

Adeo vt nemo tam denſa paſſionum caligine ſit obuolutus, qui non apertè cognoſcat quantum boni præſtiterint, ac præſtent Ieſuitarum, ac Carmelitarum Diſcalceatorum Ordines, alyque Reformati, & quomodo exemplo, ac doctrina noſtris temporibus efficiant, vt Sacramenta, ac Verbum Dei frequententur, decreta, ac conſilia Sacri Concilij executioni mandentur. Et ſi fortaſſe Carmelitarum, quem dixi, præclarum fructum quemadmodum aliorũ, nondum videt in Italia, percunctetur Hiſpanias, & Indias; aut ſi non libet ad extera teſtimonia excurrere, Romam interroget, & Gennam, vbi plures Conuentus poſſident, certò mihi perſuadeo futurum, quod tam præclaras inde ſecum adferet informationes,

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

vt sancta æmulatione, & viribus omnibus annitetur deuota eorum conuersatione frui.

Nec mirandum est Patres Iesuitas, & aliorum Ordinum Reformatos primo aduenisse, & vniuersalius in Orbe Christiano cognosci: Sic enim Diuini Numinis exigebat ordinatissima prouidentia.

Quemadmodum enim in particulari morum reformatione primum quidem necesse est hominem componere exteriorem, & actiuæ vitæ studijs insistere, deinde frequentatis virtutum interiorum actibus ad contemplationem aspirare. Sic ad Vniuersalem Ecclesiæ reformationem expediebat, vt priores illi (quorum potius studium in actiua pro salute proximorum vita consistit, quamuis circa semetipsos etiam in contemplatiua se se exerceant) principium darent operi, & in componendis quoad opera virtutum externa fidelium moribus præcipuè laborarēt. Deinde Carmelitis Discalceatis via sterneretur, qui actiuæ vitæ fructum non negligerent, attamen principaliter insudarēt, vt fidelibus contemplationis spiritum communicarent. Atque hoc ordine penitus admirabili vtrique iuxta subiectorum vim, ac dispositionem vel actiuæ, vel contemplatiuæ muneribus Christi Ecclesiam informare satagerent. Quibus è fontibus Diuina cooperante, gratia fructus ille promanaret, qui in plerisque populis cernitur; vt tum in exteriori, tum interiori disciplina Sancta Dei Ecclesia mirum in modum efflloreat. Huc vsque voluminum S. Teresiæ Romanus Interpres.

CAPVT XLIV.

Hoc Anno 1604. Suggillantur apud Summum Pontificem libri Sanctæ Matris Teresiæ, eiusdem iussu à Doctissimis Viris P. Didaco Aluarez ex Ordine Sancti Dominici, electo Archiepiscopo Tranensi; & P. Ioanne Rada ex Ordine Sancti Francisci, electo Episcopo Pacensi examinantur; Censorisque obiectiones, & examinatorum Responsiones referuntur.

TErebantur itaque multorum manibus cœlestia Sanctæ Matris documenta, & non infimæ, non mediæ sortis homines nouatæ contemplationis studia iuuenter obibant; sed purpuratos etiã Romanæ Sedis Patres, atque ipsum Christi Vicarium deuota scripta perculerant, orationis exercitio spiritus interni diuitias exquirendi, deliciasq; delibandi: Cum ecce Dæmonis inuidia calamum excitauit Theologi in Scholasticis exercitationibus acutissimi, qui, vt sibi quidem videbatur, bono zelo Catholicæ veritatis notauit in Teresiæ voluminibus quæcumque offendiculum præbere posse arbitratus est, & adhibita censura Pontifici obtulit.

Pontifex non immaturo consilio procedendum ratus, duos elegit Theologos omni exceptione maiores, Patrem Didacum Aluarez ex Ordine Sancti Dominici, & Patrem Rada ex Ordine Sancti Francisci, qui tunc Romę habebantur Scholæ Doctorum Angelici, & Subtilis facile principes, tum ob doctrinę eminentiam, tum ob vitæ, morumque grauitatem. His censuram mittit, iubet

iubet diſcutiant, & ſinguli ſcripto reſponſo referant ſententiam.

Non exiſtimo lucem hactenus aſpexiſſe, neque cenſoris examen acutiſſimum, neque præclara reſponſa virorum ſapientiſſimorum. Nefas tamẽ arbitror interire: Adeoque muneri meo ſatisfacturus è tenebris eruta lectoris in aſpectum pono. Non immoror in præfatione cenſoris, in qua poſt breuẽ laudem Matris Tereſiæ periculũ exaggerat, quod ſubeſt, in erronea doctrina perſonæ, quam non ſoli Religioſi reformationis ab ea inſtitutæ, ſed alij plures elegerunt in vitę Magiſtram.

CENSVRA I.

Aſerit Mater Tereſia in libro vitæ ſuę pag. 26. Deum ſibi præcepiſſe vt ea ſcriberet: præterea pag. 165. ſcire ſe per ſpiritũ iſta loqui, & dicere.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ Aſſertiones hæ nullam vidẽtur offenſionem habere.
„ Non prior. Primo, nam cum ex
„ præcepto ſui Confeſſarij relationem diſcurſus ſuæ vitæ conſcripſerit, vt in eadem pag. & præcedenti, & pag. 91. fatetur, potuit
„ vtique confidenter aſſerere Deum
„ ſibi præcepiſſe ſuam vitam deſcribere. Quæ enim Confeſſarius
„ Dei nomine Sacramentum adminiſtrans præcipit, niſi euidentem
„ errorem contineat, Deum præcipere exiſtimandum eſt, iuxta illud:
„ Qui vos audit me audit, & qui vos
„ ſpernit me ſpernit.
„ Secundò. Nam potuit in feruore orationis ſæpius impelli ad
„ hęc ſcribendum in vtilitatem proximorum, & Dei gloriam, ex quo
„ colligere potuit coniecturis probabilibus Deum id voluiſſe, vel
„ ſibi eſſe valdè gratum, vt ipſa fatetur pag. 93.
„ Nec obſtat, quod aſſerit ſe ſci- Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.
„ re Dominum id voluiſſe, quia non
„ accipit verbũ ſcire ſtrictè pro eui-
„ denti cognitione, aut omnino in-
„ fallibili, ſed pro cognitione coniecturali, & probabili, & certa mo-
„ raliter, cui tamen ſimpliciter po-
„ tuit ſubeſſe falſum. In quo ſenſu
„ frequenter ſumitur illud verbum
„ ſcire, tum in ſacris litteris, tum
„ etiam apud Sanctos Patres.
„ Tertiò. Quia credibile eſt ſpecialem reuelationem huius rei ha-
„ buiſſe, id quod inculpata eius vita, & opera, quæ omnia in Hiſpa-
„ nia præſertim ſunt notiſſima, perſuadent. Vnde fateri potuit Confeſſario præcipienti ſe id certò ſcire, per ſpecialem videlicet Dei re-
„ uelationem.
„ Nulla etiam nota digna mihi
„ videtur poſterior aſſertio, quin potius cenſeo eſſe valde conformem
„ ſacris litteris, & Patribus, in quibus habetur, abſque externo Ma-
„ giſtro Deum interius per dona
„ Spiritus Sancti docere multoties
„ aliquos ea, quæ ad ſpiritualem vitam, & ſalutem pertinent, iuxta il-
„ lud Ioannis 6. Omnis qui audiuit
„ Patrem, & didicit venit ad me. Et
„ Iſaiæ 28. quem docebit ſcientiam,
„ aut quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos
„ ab vberibus. Et Matth. 10. Non
„ enim vos eſtis qui loquimini, ſed
„ ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur
„ in vobis. Quæ verba non ſolum
„ Apoſtolis, ſed etiam viris Apoſtolicis, aut ſpiritualem vitam in ſe-
„ quentibus dicta ſunt, iuxta illud:
„ Quod vobis dico omnibus dico.
„ Secundò. Nam illa propoſitio
„ habet piũ, & catholicum ſenſum,
„ ac ſi diceret ex ipſo exercitio vitæ
„ ſpiritualis didiciſſe ſe ſcribere, &
„ dicere, quæ ſcripſit & dixit. Myſtica enim Theologia plus exerci-
„ tio, quam ſtudio, aut ſpeculatione
„ addiſcitur, iuxta illud quod dicit
„ Pſalmiſta: Deſiderabilia ſuper aurum,

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

„ rum, & lapidem pretioſum multũ,
„ & dulciora ſuper mel & fauum;
„ etenim ſeruus tuus cuſtodit ea.
„ Vbi illa cauſalis, etenim, rationem
„ reddit propter quam ſciebat præ-
„ cepta Dei eſſe deſiderabilia ſuper
„ aurum, & lapidem pretioſum; quia
„ videlicet ipſe cuſtodierat ea, & ex-
„ perientia quadam cognouerat iu-
„ gum Dei ſuaue eſſe, & onus eius
„ leue, cui conſonat illud Apoc. 2.
„ Vincenti dabo manna abſconditũ,
„ & dabo illi calculum candidum,
„ & in calculo nomen nouum ſcri-
„ ptum, quod nemo ſcit niſi qui
„ accipit.

Reſponſio Patris Radæ.

„ PRimo paragrapho falſum im-
„ ponit, cum id ſolùm affirmet
„ de ſuis Confeſſoribus, & quando
„ hęc dixiſſet, nihil periculi ibi eſſet,
„ nec aliquid reprehenſione dignũ,
„ nec tunc inde ſequeretur omnia
„ in libro illo contenta ex diuina
„ reuelatione dicta eſſe. Neque re-
„ prehenſione dignum eſt id, quod in
„ ſecunda parte Paragraphi dicit, ſi
„ verba eius formalia notentur; non
„ enim dicit, vt falsò ei imponit cen-
„ ſura, quod per ſpiritum ſcit dice-
„ re, & ſcribere id, quod in ſuo li-
„ bro dicit, ſed quod quando Domi-
„ nus ſuum ei ſpiritũ tribuerat, me-
„ lius & faciliùs rem ordinabat. Vn-
„ de ex eius ſententia ibidem colli-
„ gitur, quod aliqua Deo docente
„ ſcripſerit, ſed non omnia. At ver-
„ ba, quę ei cenſura imponit, ad om-
„ nia videntur extendi.

CENSVRA II.

ASſerit præterea pag. 140. & 185 Deum fuiſſe ſemper eius Magiſtrum, idemque inſinuat pag. 204. & 513. Quæ omnia creditu difficilia ſunt, tam ob ſubſtantiam doctrinæ, quã pluribus in locis tradit intellectu, credituque difficilem, quam propter intentũ quod habuiſſe videtur ſuis libris, & tractatibus perſuadendi certum orationis genus, quod appellat Vnionis. Cum tamen non adeo conſtet talem orationi eſſe poſſibilem, ac conformem claritati, & ſinceritati, quam Euangelium profitetur, & communi doctrinæ Theologorum.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ COnfidenter potuit hoc dice-
„ re, nec digna eſt propoſitio
„ aliqua nota, aut cenſura, quin
„ potius eſt ſacris litteris valdè cõ-
„ formis, in quibus habetur Deum
„ eſſe iuſtorum Magiſtrum, vt patet
„ ex locis in propoſitione ſecũda in-
„ ductis, & ex illo Ioãnis 14. Vnctio
„ docebit vos de omnibus, & Pſal-
„ mi 70. Deus docuiſti me à iu-
„ uentute mea vſque nunc. Quæ
„ verba licet de Apoſtolis, & Pro-
„ phetis reſpectiuè dicta ſint, poſſunt
„ tamen non inconuenienter ijs, qui
„ ſpiritualem vitam profitentur ap-
„ plicari.

„ Nec obſtat id eſſe creditu diffi-
„ cile. Non enim ex hoc ſequitur
„ non eſſe verum, aut non eſſe cre-
„ dendum. Vnde Auguſtinus ait.
„ Nunquid, inquit, propterea dicturi
„ ſumus, quod ita eſſe perſpicimus,
„ non ita eſſe, quoniam cur ita ſit nõ
„ poſſumus inuenire? nunquid ideo
„ negandum eſt, quod apertum eſt,
„ quia comprehendi nõ poteſt quod
„ occultum? Et in alio loco dicit: Da
„ amantem, da deſiderantem, & ad
„ æternam Patriam ſitientem, & in-
„ telliget quæ dico, ſi autem frigido
„ loquor, neſcit quid loquor.

„ Nec obſtat obiectio: nam oratio
„ vnionis, quam perſuadere cona-
„ tur, eſt difficilis, neque apparet
„ poſſibilis, & compoſſibilis cum cla-
„ ritate, & ſimplicitate cum qua
„ Euangelium procedit, vel cum
„ Theologiæ communi doctrina.

„ Ad hæc enim reſpondetur faci-
„ lè, orationem vnionis de qua lo-

quitur

quem vel Abbatissam eligendam Ab quem vel Abbatissam eligendam
Abbatissa vocet, & Abbatissa Abbatissa
vocet, & Abbatissa
ad Abbatissam ordinandam ad Abbatissam ordinandam
Episcopum Diœcesanum, vel Episcopum Diœcesanum, vel
quem ipse ad hoc deputaverit, quem ipse ad hoc deputaverit,
præsentetur, quam Electa, vel præsentetur, quam Electa, vel
Benedicenda Abbatissa, Benedicenda Abbatissa,
cum tribus de suis Monialibus cum tribus de suis Monialibus
ad Ecclesiam Cathedralem ad Ecclesiam Cathedralem
accedat, & ibi Missa de Spiritu accedat, & ibi Missa de Spiritu
Sancto solemniter celebretur. Sancto solemniter celebretur.
Quo finito, Electa, vel Benedi- Quo finito, Electa, vel Benedi-
cenda Abbatissa, ante Altare cenda Abbatissa, ante Altare
Sanctæ Crucis, vel Sancti Petri, Sanctæ Crucis, vel Sancti Petri,
si Ecclesia Cathedralis Sancti si Ecclesia Cathedralis Sancti
Petri fuerit, & Tabulæ Sacro- Petri fuerit, & Tabulæ Sacro-
sanctorum Evangeliorum, sanctorum Evangeliorum,
Pectorali Crucis, Annulo, Pectorali Crucis, Annulo,
Mitra, & Baculo Pastorali Mitra, & Baculo Pastorali
ornata, genuflectat, & ornata, genuflectat, &
Pontifex Consecrator, ac duo Pontifex Consecrator, ac duo
Assistentes Episcopi, manus Assistentes Episcopi, manus
suas dextras super caput suas dextras super caput
Electæ, vel Benedicendæ Abbatissæ Electæ, vel Benedicendæ Abbatissæ
extendant, & Consecrator extendant, & Consecrator
dicat: Accipe Spiritum Sanctum, dicat: Accipe Spiritum Sanctum,
&c. Quo dicto, Electa, vel &c. Quo dicto, Electa, vel
Benedicenda Abbatissa, Benedicenda Abbatissa,
Pontificem, qui Consecrator Pontificem, qui Consecrator
est, osculetur, & Pontifex est, osculetur, & Pontifex
Consecrator, ac duo Assistentes Consecrator, ac duo Assistentes
Episcopi, Electam, vel Benedi- Episcopi, Electam, vel Benedi-
cendam Abbatissam osculentur, cendam Abbatissam osculentur,
& Electa, vel Benedicenda & Electa, vel Benedicenda
Abbatissa, Pontificem Consecra- Abbatissa, Pontificem Consecra-
torem, & Assistentes Episcopos torem, & Assistentes Episcopos
osculetur, & Pontifex Consecra- osculetur, & Pontifex Consecra-
tor, ac duo Assistentes Episcopi, tor, ac duo Assistentes Episcopi,
Electam, vel Benedicendam Electam, vel Benedicendam
Abbatissam osculentur, & Abbatissam osculentur, &
Electa, vel Benedicenda

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

„ tione infiniti Catholici Doctores „ scripserunt. Vnde colligitur eam „ & sacris litteris, & sacris Docto- „ ribus, ac communi Theologiæ es- „ se consonam. Quocirca Censura „ non benè aduertit, & considera- „ uit orationem vnionis, quam tra- „ dit Mater Teresia, ob idque eam „ damnat. Propter rationes ergo „ Censoris non damnarem ego di- „ ctum Teresiæ, quo dicit Deum „ semper suum fuisse Magistrum.

CENSVRA III.

PAter Franciscus Ribera Societatis Iesu, qui vitam Teresiæ à Iesu compilauit, affirmat lib. 4. cap. 5. donum habuisse Prophetiæ.

Quod non caret difficultate iuxta Sanctum Thomã 2.2. quæst. 171. ar. 5. docentem, quod Propheta tantam habeat certitudinem de rebus sibi à Deo reuelatis, vt non remaneat de illis dubium. Mater Teresia non pollebat ordinariè tali certitudine, sed quemadmodum ex discursu librorum eius manifestũ euadit, dubitabat frequenter, & consulebat viros doctos de ijs, quæ sentiebat interius. Quod si in quibusdam habuerit instinctum propheticum à dono prophetiæ distinctum: docet idem Sanctus Thomas 2.2. quæst. 172. art. 6. ad primum, nonnunquam compati secum illusiones Dæmonum, vt constat ex oraculo Balaam, & Sybillarum.

Imò nonnullis viris doctis visum est, errores his in libris sparsos ex illusiona Dæmonis processisse, quæ etiam sine pacto explicito, vel implicito contingere potest. Etenim siue prophetiæ donum, siue spiritus bonus nunquam inclinat ad falsitates, quales in his voluminibus continentur.

Responsio Patris Aluarez.

„ CVm hæc propositio non sit „ asserta à prædicta Matre „ Teresia; sed à Patre Francisco de „ Ribera Societatis Iesu, etiam si „ aliqua censura digna esset, nullum „ potest eidem præiudicium in- „ ferre.

„ Sed à quocumq; fuerit prolata, „ nullam videtur offensionem præ „ se ferre. Non est enim creditu „ difficile mulierem tot virtutibus „ ornatam, ac feruenti oratione de- „ ditam, quæ propriam Religionem „ reformauit, & ad Obseruantiam „ admirabilem reduxit, prophetico „ spiritu claruisse.

„ Nec obstat quod ex S. Thoma „ obijcitur, nempe Prophetam esse „ certum earum rerum, quæ sibi à „ Deo reuelantur. At Mater Tere- „ sia regulariter *non habebat* hanc „ certitudinem, sed multoties du- „ bitabat de ijs, quæ proponebat, & „ conferebat cum personis doctis „ circa ea, quæ interiùs versabantur „ in eius anima.

„ Respondetur, quod in ijs, quæ „ prophetico spiritu cognoscebat, „ nullatenus dubitabat, & si aliqui- „ do ex humilitate ad modum du- „ bitantis cum viris doctissimis de „ ijs loqueretur, vt etiam ab eis bo- „ num testimonium haberet. Sicut „ etiam Paulus Apostolus per Divi- „ nam reuelationẽ accepit à Chri- „ sto Domino Euangelium, quod „ prædicauit, vt ipsemet testatur, & „ per consequens nullatenus dubi- „ tabat de ijs, quæ sibi erant reue- „ lata; & tamen omnia cum excel- „ lentioribus Apostolis cõtulit, sci- „ licet cum Petro, Iacobo, & Ioan- „ ne, & alijs primoribus Ecclesiæ, „ vt ipse ad Galat. 2. testatur dicens: „ Deinde post annos quatuordecim „ iterum ascendi Hierosolymam, cũ „ Barnaba assumpto & Tito. Ascen- „ di autem secundum reuelationẽ, „ & contuli cum illis Euangelium, „ quod prædico in gentibus, seor- „ sum autem ijs, qui videbãtur ali- „ quid esse, ne fortè in vacuum cur- „ rerem, aut cucurrissem.

„ Ad id autem, quod obijcitur: „ nam quibusdam personis doctis

visum

„ viſum fuit deceptionem in doctri-
„ na tradita in libris Matris Tereſiæ
„ ex illuſione Dœmonis proceſſiſſe.
„ Reſpondetur perſonas illas po-
„ tuiſse quidem eſſe doctas, ſed in
„ hoc iudicio piæ abſque dubio nõ
„ fuerunt, & forſitan in exercitio
„ ſpirituali parùm verſatæ. Præte-
„ rea etiam mihi conſtat ex grauiũ
„ virorum teſtimonio perſonas illas
„ doctas, quæ à principio dictis, &
„ factis Matris Tereſiæ non conſen-
„ tiebant, poſtea vitam eius, & con-
„ uerſationem inculpabilem, refor-
„ mationem mirabilem ſui Ordinis,
„ & magnam perfectionem earum-
„ dem Monialium experimento co-
„ gnoſcentes, vitam eius, & opera
„ heroica magnificabant, & nõn ex
„ illuſione Dœmonis, ſed ex Dei
„ inſpiratione ad hæc impelli iu-
„ dicarunt. Quæ enim ex illuſione
„ Dœmonis procedunt non huiuſ-
„ modi fructus bonos, ſed aduerſos
„ generant. Scriptum eſt enim: ne-
„ que colligunt ex ſpinis vuas, ne-
„ que ex tribulis ficus: & iterum: ex
„ fructibus eorum cognoſcetis eos.
„ Vnde ſi illuſio Dœmonis hęc bo-
„ na produceret, ipſe contra ſe pu-
„ gnaret, vt arguit Dominus Lu-
„ cæ 11. cum ait: Omne regnum
„ in ſe ipſum diuiſum deſolabitur,
„ & domus ſupra domum cadet. Si
„ autem & Satanas in ſe ipſum di-
„ uiſus eſt, quomodo ſtabit regnum
„ eius? quia dicitis in Belzebub me
„ eijcere Dœmonia.

Reſponſio Patris Radæ.

„ AD ea, quæ §. 3. dicit cenſu-
„ ra, bifariam reſponderi po-
„ teſt. Primum, quod nihil ad Ma-
„ trem Tereſiam, & eius doctrinam
„ facit, quod Pater Ribera dixerit
„ eam donum prophetiæ habuiſſe,
„ neque ex hoc eius doctrina poteſt
„ aliquam pati calumniam. Secun-
„ do dicitur, quod etſi hoc ipſa de
„ ſe dixiſſet, nihil inde contra eius
„ doctrinam ſequeretur. Non enim
„ habens prophetiæ donum ſemper
„ certus eſt de ijs quæ dicit; poteſt
„ enim Propheta tripliciter loqui.
„ Primò per expreſſam reuelationẽ.
„ Secundò per inſtinctum Diuinum.
„ Tertio per proprium ſpiritum.
„ Quando primo modo loquitur
„ propheta certiſſimus eſt de ijs, quę
„ dicit, non verò quando per inſtin-
„ ctum Diuinum, quia ignorat an
„ ex eo loquatur, nec quando lo-
„ quitur per proprium ſpiritum. Ar-
„ bitratus eſt cenſor, quod Propheta
„ ſemper propheticè loqueretur, nõ
„ animaduertens prophetiæ donum
„ non per modum habitus ineſſe
„ prophetæ, ſed per modum lumi-
„ nis tranſeuntis; ſicque non ſemper
„ eiuſmodi donum habet, ſed cum
„ à Deo ſpiritaliter illuminatur, &
„ ad prophetandum mouetur. Ita
„ S. Thomas, quem cenſor citat, &
„ Caietanus 2. 2. quæſt. 170. art. 5.
„ Quamuis igitur Tereſia habuiſ-
„ ſet donum prophetiæ, non inde
„ ſequitur, quod debębat eſſe certa
„ de ijs omnibus, quæ dicebat, vel
„ per inſtinctum diuinum, vel per
„ proprium ſpiritum, ſed ſolùm de
„ ijs, quæ per expreſſam reuelationẽ
„ diceret.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

CENSVRA IV.

IN relatione quam attexuit Frater Luyſius de Leon p. 549. §. 6. narrat: cum timeret an eſſet in gratia, nec ne: dictum ei à Domino: filia multum diſtat lux à tenebris: nullus peribit niſi intelligat: decipietur qui ſecuritatem ſuã ponet in ſpiritualibus delicijs: vera ſecuritas eſt teſtimonium conſcientiæ bonæ.

Hæc propoſitio: nullus peribit abſque eo quod intelligat, continet errorem in fide, contra manifeſta teſtimonia Scripturæ. Prouerb. 14. Eſt via, quæ videtur homini recta, nouiſſima autem eius deducunt ad mortem. Eccleſiaſtæ 9. Neſcit homo vtrum amore, vel odio di-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

gnus ſit. Pſal. 18. ab occultis meis munda me Domine. Et Sanctus Paulus: nihil mihi conſcius ſum, ſed neque in hoc iuſtificatus ſum.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ ILla propoſitio: nullus peribit „ abſque eo quod intelligat, in „ ſenſu à Matre Tereſia intento, vt „ ex antecedentibus, & ſubſequen- „ tibus colligitur, nullam cenſuram „ meretur; non enim loquitur de „ perditione, quæ includit reproba- „ tionem prædeſtinationi oppoſitã, „ de qua dicitur Eccleſiaſt. nemo „ ſcit an odio, vel amore dignus ha- „ beatur, ſed de perditione ſecundũ „ præſentem iniuſtitiam, ſcilicet ſe- „ cundum peccatum mortale. Lo- „ quitur etiam iuxta ſubiectam ma- „ teriam de quibuſdã perſonis ſpi- „ ritualibus perfectam vitam profi- „ tentibus, vel ad eam tendentibus, „ quæ per longum tempus à pecca- „ tis mortalibus abſtinent, & de *ijs* „ aſſerit non perdituros gratiam „ quin intelligant, ſcilicet per ſigna, „ & per coniecturas valde probabi- „ les: Nam in huiuſmmodi ſubie- „ ctis quodcumque peccatum mor- „ tale ſtatim ſe prodit, & ſigna qui- „ bus prædicto modo cognoſcatur „ relinquit, ſcilicet remorſum con- „ ſcientiæ, priuationem ſpiritualis „ dulcedinis; tædium ad Diuina „ promptitudinem ad temporalia „ & alia huiuſmodi, iuxta quod A- „ poſtolus ait: Cum enim Gentes, „ quæ legem non habent natura- „ liter ea, quæ legis ſunt faciunt, „ eiuſmodi legem non habentes ipſi „ ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus „ legis ſcriptum in cordibus ſuis, „ teſtimonium reddente illis con- „ ſcientia ipſorum, & inter ſe inui- „ cem accuſantibus, aut etiam de- „ fendentibus. Et de viris ſpiritua- „ libus ſcriptum eſt: Hæc eſt gloria „ noſtra teſtimoniũ conſcientiæ no- „ ſtræ: & iterum: ipſe ſpiritus te- „ ſtimonium reddit ſpiritui noſtro, „ quod filij Dei ſumus.

„ Nec tamen propterea ſuſpican- „ dum eſt Matrem Tereſiã docuiſ- „ ſe, aut inſinuare voluiſſe, ſecluſa „ diuina reuelatione poſſe quem- „ piam habere certitudinem infalli- „ bilem ſuæ gratiæ, cum in alijs „ quamplurimis locis propoſitione „ decima adducendis expreſſiſsimè „ doceat contrarium.

„ Accedit quod de ratione pec- „ cati eſt quod ſit voluntarium, ſal- „ tim indirectè; nihil eſt autem vo- „ luntarium niſi cognoſcatur, quia „ voluntas non fertur *in obiectum* „ niſi fuerit per *intellectum* propoſi- „ tum, vt pluribus in locis ſuæ ſum- „ mæ docet S. Thomas, & ideo etiã „ ſecundum hoc verificari poteſt il- „ la propoſitio: Nullus ſe perdet „ ſine eo quod intelligat. *Et per* „ hæc facilis eſt reſponſio *ad Sacræ* „ *Scripturæ loca, quæ in contra-* „ *rium* adducuntur.

Reſponſio Patris Radæ.

„ CIrca ea, quæ dicit cenſura „ §. 4. dico quod *ſi iuxta ma-* „ teriam ſubiectam illa propoſitio, „ ſcilicet: Nullus perdetur abſque „ eo quod cognoſcat, accipiamus, „ ſicut revera accipienda eſt, bonum „ habet ſenſum: loquitur enim de „ ijs, qui diuitias ſpiritus maximè „ guſtarunt, rebuſque Diuinis, ac „ Contemplationi dediti ſunt, quos „ ait non incidiſſe in perditionem „ quin id vtcumque per aliqua *ſaltẽ* „ indicia intelligant, quod verum „ eſt; paulatim enim ſentiunt, ſe ab „ illo fęlici contemplationis ſtatu, „ eiuſque delicijs cadere cũ in per- „ ditionem incidunt. Sicque intel- „ lecta propoſitio nihil habet peri- „ culi, & falſitatis.

CEN-

CENSVRA V.

IN eodem libro pag. 552. asſerit Deũ ſibi quadam die dixiſſe, quod poſt Aſcenſionem in cælos Chriſtus nunquam deſcenderit in terram, vt ſe ſe alicui communicaret, niſi in Sanctiſſimo Sacramento.

Quæ propoſitio doctrinam continet falſam, & temerariam contra multorum Sanctorum, & hiſtoricorum ſententiam, qui varias aſſerunt apparitiones Ieſu Chriſti. primæ Cor. 15. Nouiſſimè tanquam abortiuo viſus eſt, & mihi. Act. 9. dicit Ananias: Dominus Ieſus, qui apparuit tibi in via. Ibidẽ: quod in via vidiſſet Dominum. Ad quæ teſtimonia iuxta communem ſententiam, & præſertim Sancti Thomę, & aliorum tenent interpretes Sanctum Paulum oculis corporalibus vidiſſe Dominum Ieſum. Eſtque plurium Sanctorum ſententia Dominum noſtrum Sanctæ Matri ſuæ nonnunquam apparuiſſe. Sic tenet Sanctus Hieronymus in ſermone de Aſſumptione, Sanctus Ioannes Damaſcenus in ſermone de dormitione Deiparæ, Anſelmus lib. de excellentia Virginis, & alij multi quos refert Suarez tom. 2. Commentariorum in 3. p. Sancti Thomæ. Refertur etiã communiter apparitio Chriſti Domini facta Sancto Petro Romæ, & recipitur vt veriſſima.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ HAec propoſitio irrationabiliter notatur falſitatis, aut „ temeritatis, nam ſententia, quæ „ aſſerit Chriſtum poſtquam in cœ„ lum conſcenderit, nunquam de„ ſcendiſſe corporaliter ad nos ſub „ propria ſpecie eſt probabilis, & „ aſſerta à multis Sãctis Patribus, & „ cõformis multis locis Sacræ Scri„ pturæ, vt eſt videre apud Franci„ ſcum Suares 3. p. quæſt. 58. art. 4. „ diſp. 51. ſect. 4. Quamuis contra„ ria ſit valdè probabilis, quam ſe„ quitur S. Thomas 3. p. quæſt. 57. „ art. 6. ad 3. & ibi Caietanus. Po„ teſt autem contingere, quod ex „ duabus opinionibus probabilibus „ ea quæ minus probabilis eſt vera „ ſit, & alicui perſonæ ſpirituali re„ uelata: nam vt dicit Ariſtoteles „ multa falſa ſunt probabiliora „ veris.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

„ Ad ea verò, quæ in contrarium „ adducuntur ſufficienter reſpondet „ Suares loco ſuperiùs allegato.

Reſponſio Patris Radæ.

„ INter apparitiones Chriſti Do„ mini, quas §. 5. cenſura con„ numerat factas poſt Aſcenſionem, „ duæ ſunt, quæ contra dictum Te„ reſiæ videntur vim aliquam habe„ re. Primò illa facta Paulo in eius „ conuerſione. Secundò illa facta „ Petro Roma diſcedenti, cum „ Chriſto ſibi apparenti dixit: Do„ mine quo vadis? Quæ videntur „ factæ in reali præſentia Chriſti „ Domini. Cæterum cum proba„ bilitate defendi poteſt, quod factæ „ ſint abſque reali, & corporali di„ ſceſſu Chriſti è cœlo in terram. De „ prima tenet Sanctus Thomas ſu„ per epiſtolam primam ad Corin„ thios cap. 9. non fuiſſe corporalẽ, „ ſed ſpiritualem. Itaque ſecundũ „ ipſum Chriſtus Dominus non „ apparuit Paulo reali præſentia & „ corporali, ſed intellectuali; licet „ realiter lux de cœlo eum circum„ dederit. Idem tenet Chriſoſto„ mus tom. 3. de ferendis reprehen„ ſionibus, & laudibus Pauli: De„ eo enim loquens ait: immobilis „ quidem eris, & neque videre per„ ſequentem poteris. Et in eodem „ ſermone loquens de Iudęis ait: „ Nam vt dixit Dominus: Ego ſum: „ voce ea perculſi retrorſum abie„ runt omnes, & ceciderunt. Itaque „ vt Paulum vox proſtrauit, & ſupi„ num iacere fecit; ita & illos om„ nes vox proſternebat; & ſicut Pau-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

„ lus non vidit eum, quem perſe-
„ quebatur, ſcilicet Chriſtum; ita
„ & illi non videbant quem quære-
„ rent. Ecce quomodo de Paulo
„ affirmat, quod voce Chriſti pro-
„ ſtratus, eum, quem perſequebatur,
„ ſcilicet Chriſtum non vidit. San-
„ ctus Bernardus ſerm. 1. de Con-
„ uerſione Pauli ſic ait: Audiebat
„ Paulus vocem Domini, ſed faciẽ
„ eius non videbat, quia erudieba-
„ tur ad fidẽ. Hi duo Sancti Docto-
„ res tenent Paulũ nõ vidiſſe Domi-
„ num cũ voce eius proſtratus fuit.
„ Sanctus Gregorius lib. 19. in
„ Iob affirmat Paulum in terra exi-
„ ſtentem vidiſſe Dominum in cœ-
„ lo ijs verbis: Ei ſuperna pietate
„ cœlos aperuit, ſe ſeque illi Chri-
„ ſtus de ſublimioribus oſtẽdit. Idẽ
„ Sanctus Ambroſius 1. Corint. 15.
„ ſic inquiens: Apparuit quidem
„ illi in cœlo. Idem dicit Beda
„ ibidem, & Anſelmus. Vnde col-
„ ligitur ex ſacris Doctoribus alios
„ aſſerere Paulum non vidiſſe Do-
„ minum oculis corporeis, alios ve-
„ rò eum vidiſſe, ſed non in terra,
„ ſed in cœlo, ad modum quo Ste-
„ phanus vidit Chriſtum ſtantem à
„ dextris Dei, quod Deo eleuante,
„ & fortificante potentiam viſiuam
„ Pauli fieri potuit. De apparitio-
„ ne facta Petro teneri probabiliter
„ poteſt, quod non fuerit facta in
„ propria, & reali præſentia, ſed in
„ figura. Quo circa abſque teme-
„ ritate, & errore ſuſtineri poteſt di-
„ ctum Tereſiæ; licet ego probabi-
„ liùs exiſtimem multò has duas
„ ſaltem apparitiones in reali, &
„ corporali præſentia Chriſti factas
„ eſſe, ipſo cœlorum ſublimia non
„ deſerente: Diuina enim potentia
„ fieri potuit, vt ſimul vtrobique eſ-
„ ſet etiam circumſcriptiuè, vt mul-
„ ti, & grauiſſimi viri cum Scoto te-
„ nent, quod Diuina potentia ab-
„ ſoluta fieri valeat, vt idem cor-
„ pus ſit ſimul circumſcriptiuè in
„ pluribus locis.

CENSVRA VI.

IN eadem pag. 552. dicit Chriſtum in ſua Reſurrectione viſitaſſe Beatiſſimam Virginem, quia in magna reperiebatur neceſſitate, eo quod dolor ita eam tranſfixerat, vt nondum in ſe reuerſa eſſet: multum temporis cum ea fuiſſe, quia opus habebat.

Prima pars huius propoſitionis non parum temeritatis continet aduerſus communem Theologorum Scholaſticorũ ſententiam, qui ſpaſmum, & deliquiũ in Deipara nolunt admittere: vt videre licet in Caietano tertio tomo opuſculorum, & in commentarijs ad 3. p. Sancti Thomæ.

Secunda pars, quæ videtur in Deo ponere neceſſitatem temporis ad operãdum, dura eſt, & indiget explicatione: neque enim à tempore dependet, ſed in momento mirabilia agere valet, & conſolari quem voluerit: quia facile eſt in oculis Domini ſubitò honeſtare ſuperem.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ HAec propoſitio nullã prorſus cenſuram meretur, quia
„ Mater Tereſia nullum admittit
„ ſpaſmum in Beata Virgine cum
„ animi deliquio, vt illi imponitur
„ à cenſore; ſed ſolùm dicit id quod
„ Simeon de Beata Virgine prophe-
„ tauerat: Et tuam ipſius animam
„ pertranſibit gladius, doloris ſcili-
„ cet, vt explicant communiter San-
„ cti Patres.

„ Nec obſtant illa verba: nondũ
„ in ſe reuertebatur: ſolùm enim
„ ſignificare intendit, dolorem il-
„ lius fuiſſe ita magnũ, vt cor eius,
„ & ſenſus præoccupatos haberet,
„ vt non facilè poſſet ad gaudia Re-
„ ſurrectionis Dominicæ conuerti,
„ niſi Dominus ſua præſentia con-
„ ſolatus fuiſſet.

„ Ad id autem quod obijcitur:
„ Deus non indiget tempore, vt
opere-

Digitized by Google

„ operetur : Reſpondetur quod de
„ potentia abſoluta poteſt Deus in
„ vnico inſtanti operari, ſed regu-
„ lariter ſucceſſu temporis diſponit
„ ſubiectum, vt ad finem intentum
„ illud perducat; nec ſunt conſti-
„ tuenda miracula ſine neceſſitate.
„ De quo videndus eſt S. Thomas p.
„ 2. quæſt. 113. art. 7.

Reſponſio Patris Radæ.

„ AD ea, quæ cenſura §. 6. ait,
„ dicendum Matrem Tereſiã
„ ſpaſmum in Virgine non conceſ-
„ ſiſſe, ſed maximam triſtitiam, &
„ cordis transfixionem per vehemẽ-
„ tiſſimum dolorem, qui vires cor-
„ poris ſatis eneruat, citra tamen
„ dictam neruorum contractionem,
„ & infirmitatem corporis, quam
„ ſpaſmus propriè ſumptus impor-
„ tat. Et hoc quantum ad primam
„ paragraphi partem. Quoad ſe-
„ cundam dico, nulla cenſura eſſe
„ dignam, quia loquitur Mater Te-
„ reſia via ordinaria, quæ diuinam
„ potentiam ſecundum ſe nec ligat,
„ nec limitat.

CENSVRA VII.

NOn exiguæ difficultatis eſt, quod dicit pag. 160. nimirum: ſibi fuiſſe reuelatum vt Conuentus paruo conſtarent numero fratrum.

Nam experientia conſtat in ijs Conuentibus, in quibus eſt magnus fratrũ numerus, magis vigere cultum Diuinũ, meliora eſſe ſtudia, maiorem conſolationem, & ſpiritualem Religioſorum profectum.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ HOc nullam prorſus difficul-
„ tatem habet, nam ſecundũ
„ diuerſa inſtituta, & exercitia Reli-
„ gionum expedit, quod in aliqui-
„ bus Conuentibus plures, in ali-
„ quibus pauciores ſint Fratres, ſed
„ præſertim in illis, qui arctiorem
„ vitam, & maiorem clauſuram
„ profitentur, eſt valde conueniens,
„ vt numerus Fratrum ſit modera-
„ tus. Primo, ne cogantur diuaga-
„ ri ad quærendum victum. Secun-
„ do ne ſint fidelibus oneroſi. Tertio
„ nam facilius ſuſtentari poſſunt.
„ Vnde Concilium Tridentinum
„ ſeſſ. 25. cap. 3. diſponit, vt nullus
„ Conuentus plures Religioſos ha-
„ beat, quam ſuſtẽtare poſſit. Quar-
„ to, nam pauciores Fratres faci-
„ lius gubernantur, & in diſciplina
„ regulari continentur.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Reſponſio Patris Radę.

„ AD ea, quæ dicit in §. 7.
„ dico, quod ſecundum di-
„ uerſas regulas, & viuendi modos
„ expedit magnum, vel paruum eſse
„ in Conuentibus numerum Fratrũ.
„ Vnde ijs, qui in maxima volunt
„ viuere paupertate, expedit, vt nu-
„ merus Religioſorum paruus ſit, vt
„ commodius ſuſtentari, & oratio-
„ ni, ac contemplationi vacare poſ-
„ ſint, non diſtracti in eleemoſyn is
„ quærendis, itaque in Ordine, quem
„ fundabat, expediens eſſe didicit.

CENSVRA VIII.

PRaterea multum indiget explicatione, quod eodem libro pag. 527. & 528. dicit in perſona Chriſti: pauci me amant in veritate, quod ſi me amarent, non abſconderem eis ſecreta mea. Difficilis eſt ſententia. Nam etiamſi verum ſit, quod ſignificat Sanctus Ioannes Apoſtolus: amicis ſuis Deum ſecreta communicare: Attamen eorum ſingulis, etiam ſi ſint in gratia, non amplius manifeſtat, quam ordinatum fuerit, tam ad gloriam ſuam, quam ob profectum illius, qui diuina gratia, ac fauore pollet. Verum hac de re ſenſibilem, & ordinariam Regulam facere plenum eſt periculi propter deceptiones, quæ contingere poſſunt in ſenſi-

Digitized by Google

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

sensibus interioribus haud faciles ad discernendum. Id quod in hoc negocio importat, est humilitas in omnibus, & interiores affectus ad Ecclesia regulas ordinarias expendere.

Responsio Patris Aluarez.

» HAec propositio quoad vtrã-
» que partem verissima est, &
» Scripturis sacris valde conformis,
» nec eget alia explicatione ab ea,
» quam communiter Sancti Patres
» adhibent Verbis Christi Domini
» Ioannis 15. Iam non dicam vos
» seruos, sed amicos, quia omnia,
» quæ audiui à Patre meo nota feci
» vobis. Quæ verba exponens Sã-
» ctus Thomas 2. 2. quæst. 172. ar.
» 4. ad secundum docet ex Sancto
» Gregorio, quod dum audita su-
» perna cœlestia amamus, amata
» iam nouimus, quia amor ipse no-
» titia est.

» Nec obstat, quod obijcitur: Nã
» Deus non omnibus *iustis* reuelat
» secreta sua, sed ea dumtaxat, quæ
» pertinent ad eorum statum. Re-
» spondetur enim Matrem Teresiam
» non loqui generaliter de omnibus
» iustis, sed de illis specialiter, qui
» vitam spiritualem profitentur, &
» ad perfectionem tendunt. Id quod
» eius verba insinuant: pauci me
» amant cum veritate; id est cum
» quadam speciali perfectione. Ijs
» autem, qui perfectionis vitam in-
» sequuntur, non solum Deus reue-
» lat ea, quæ pertinent ad eorum
» statum, sed etiam alia quampluri-
» ma iuxta illud Isaiæ 28. Quem
» docebit scientiam, aut quem in-
» telligere faciet auditum? ablacta-
» tos à lacte, auulsos ab vberibus.
» Quibus verbis significatur Deum
» sua secreta ijs, qui à Mundi cupi-
» ditate, ac delicijs separantur, com-
» municare. Cui consonat illud
» Matthei 11. Abscondisti hæc à sa-
» pientibus, & prudentibus, & reue-
» lasti ea paruulis.

Responsio Patris Radæ.

» QVæ dicit censura §. octauo
» nulla sunt censura digna, sed
» Sacris Scripturis sunt conformia,
» neque Mater Teresia Regulam cõ-
» stituit generalem, vt scilicet *ijs, qui*
» Deum diligunt verè omnia sua se-
» creta reuelet, sed aliqua iuxta di-
» lectionis modum, & mensuram,
» vt rectè notauit Sanctus Bonauen-
» tura tom. 6. lib. de septem donis
» Spiritus Sancti, super illa verba
» Salomonis in *Canticis*: Comedi-
» te amici mei, bibite, & *inebriami-*
» ni charissimi: *Sic inquiens: Hi*
» sunt cari, qui inuitantur ad come-
» dendum, cariores autem ad biben-
» dum, carissimi autem, qui inui-
» tantur ad inebriandum. Ratio hu-
» ius Ordinis est, quia *secundum*
» *mensuram dilectionis* etiam dispé-
» satur, & *modus manifestationis &*
» sapidæ degustationis. Ex quo se-
» quitur, quod *secundum ordinariã*
» modum Deus ijs, qui eum diligũt,
» secreta sua reuelat non ex necessi-
» tate, & natura dilectionis, sed ex
» voluntaria, & libera sua dispensa-
» tione; sicut enim in humanis ami-
» citia ratio est manifestandi amico,
» voluntariè tamen, ea, quæ alias
» non manifestarentur: ita & in
» spiritualibus accidit, vt scilicet
» Deus amicis suis secreta sua reue-
» let, & quanto sunt cariores filij,
» tanto plus se ipsis manifestet ex li-
» bera sua voluntate. Quocirca cen-
» sor in hoc §. male contra Matrem
» Teresiam obijcit.

CENSVRA IX.

IN Libro Vitæ suæ pag. 170. & pag. 171. loquens de certo statu, ad quem pertingere solent personæ spirituales: Rogo, inquit, animas, quibus Diuina Maiestas magnam hanc gratiam concesserit ad hunc statum pertingendi, vt semetipsas agnoscant, &

in

in pretio habeant, cum humilitate, & ſanctâ præſumptione, ne reuertantur ad ollas Aegypti.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ IN his verbis non docet, nec „ inſinuat ſecluſa diuina reuela- „ tione poſſe quempiam habere cer- „ titudinem infallibilem, quod ſit „ in gratia, vt illi attribuitur; quin „ potius in alijs locis expreſsè do- „ cet contrarium, præſertim manſio- „ ne 7. cap. 3. & cap. 4. verſu: neqi „ etiam exiſtimes &c. Illa ergo dul- „ cedo ſpiritualis eſt coniectura mo- „ ralis, cui tamen poteſt ſubeſſe „ falſum, quod anima ſit in gratia, „ & hoc ſolum, vt plurimum poteſt „ colligi ex verbis inductis Matris „ Teresiæ. Inde irrationabiliter „ cenſor prædictam propoſitionem „ notauit.

Reſponſio Patris Radæ.

„ EA quæ §. Nono dicit cenſor „ nulla egent cenſura, neque „ bene inde infert, quod præfatæ „ animæ cognoſcant ſe eſſe in gra- „ tia, vel certa, & indubitata fide, vel „ euidenti ratione; licet per aliqua „ indicia, & coniecturas id aſſequã- „ tur, cum quibus ſtare poteſt de- „ ceptio, quia illæ ſpirituales deli- „ ciæ, quæ etiam ad corpus vtcum- „ que extenduntur, non ſunt ſigna „ certa, & infallibilia, vel euidentia „ gratiæ gratum facientis, vt com- „ muniter Sancti docent.

CENSVRA X.

EIuſdem libri pag. 109. conſulit Mater Tereſia ne afficiatur anima ad hoc, vt Deus nos exaudiat, dum ab eo aliquid petimus.

Quod liquido ſatis apparet quantũ aduerſetur communi ſtylo Sanctorum tam veteris, quam noui Teſtamenti. Nam Moyſes, Elias, Iſaias, Hieremias clamabant ad Dominum cum affectu, & deſiderio, vt exaudirentur inſtabantque apud eundem. Dauid dicebat: vſquequo Domine obliuiſceris me in finem, auertis faciem tuam à me: & Sanctus Paulus inquit: orationi inſtantes. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Conſequenter explicandum venit, quod pag. 173. & ſequenti tradit: nõ bene cum Deo negocia peragi viribus brachiorum. Etenim Euangelio contraire videtur ſub parabola Iudicis iniqui nos docenti, quod præcipuum eſt, nimirum: Inſtare orationi apud Deũ, & à ſua prætenſione non deficere.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ HAec propoſito nullam ha- „ bet cenſuram; ſolum enim „ reprobat eorum puſillanimitatem, „ qui ab incepto propoſito deſiſtũt, „ eo quod in oratione dulcedinem „ ſpiritualem, quam deſiderabant, „ non ſentiunt. Illa autem verba: „ Non benè cum Deo peraguntur „ negocia viribus brachiorum, ſo- „ lum ſignificant dulcedinem illam „ ſpiritualem, & quietem orationis, „ de qua loquebatur nõ acquiri hu- „ mana diligentia, ſeu varietate di- „ ſcurſus noſtri intellectus, ſed ex „ mera, & ſimplici Dei voluntate: „ Nam ſpiritus vbi vult ſpirat, quod „ & Chriſtus Dominus inſinuauit dũ „ dixit: Dum oratis, nolite multũ „ loqui. Non multum loquebatur „ Magdalena dum Maieſtatem con- „ templabatur Diuinam, ſed ſedens „ ſecus pedes Domini audiebat ver- „ bum illius.

Reſponſio Patris Radæ.

„ IN §. decimo imponit cenſura „ Matri Teresiæ, quod conſulat „ animas orantes, vt non habeant „ affectum, vel ſentimentum deſide- „ randi, quod Deus eas exaudiat, „ alterum enim nunquam dixit. Eſt „ enim error Typographi; nam loco illius

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

„ illius negationis, non, ponitur di-
„ ctio Hiſpana affirmatiua, ſino, niſi,
„ vt videre eſt in alijs impreſſionibus,
„ & ita habetur in libris impreſſis
„ Salamanticæ anno 1589. Quocir-
„ ca ex errore librariorum procedit
„ obiectio.

„ Cum verò dicit: quod non de-
„ bemus negociari cum Deo viri-
„ bus brachiorum, non vult negare,
„ quod nos operari, & agere debea-
„ mus, ſed ſolum quod cum ora-
„ mus, ne arbitremur, quod noſtris
„ viribus Deum ad nos trahamus,
„ & eiſdem ſpiritualem conſolatio-
„ nem in nobis cauſare poſſimus, ſed
„ quod patienter expectemus eum,
„ & ſui Spiritus dulcedinem: contra
„ multos, qui normam orandi ne-
„ ſcientes, ſummo ſtudio laborant,
„ vt dulcedinem ſpiritualem ſentiãt,
„ & habeant; quo adeo potentiæ
„ animæ fatigantur, vt deinde diffi-
„ cile ad orationem redeant, quod
„ multoties accidit ijs, qui in via
„ orationis incipiunt ſe exercere.

CENSVRA XI.

PAg. 525. *ſuæ vitæ: Deum aſſerit quadam vice ſibi manifeſtè præbuiſſe cognoſcendum modum, quo Trinus eſt, & vnus. Similia tradit in libro manſionum 7. pag. 234. quod hic credimus per fidem, ibi (in oratione vnionis) anima intelligit.*

Totum hoc cenſura dignum eſt, indigetque interpretatione. Nam quantumuis per donum intellectus, & ſapientiæ, quæ ſimul cum gratia communicantur, penetrentur ſupernaturalia, & diuina myſteria: omnis tamen illa cognitio non excedit obſcuram notitiã fidei, neque infert claritatem ad euidenter cognoſcendum modum, quo Deus Trinus eſt, & vnus. Et aſſerere quod in oratione clara huiuſmodi notitia obtineatur multis inconuenientibus eſt obnoxium, vt grauiori cenſuræ parcamus.

Reſponſio Patris Aluarez.

„ HAec propoſitio nullam prorſus habet cenſuram in eo
„ ſenſu intellecta, quo à Matre Te-
„ reſia fuit aſſerta; verba enim il-
„ lius ſunt: Ita vt quod hic fide te-
„ nemus ibi anima intelligat, *vt ita*
„ dicamus quaſi per uiſum. Cenſor
„ autem omiſit vltima verba, vide-
„ licet; vt ita dicamus quaſi per vi-
„ ſum. Ac ſi diceret, quæ ad fidem
„ pertinent cognoſcuntur in oratio-
„ ne, & contemplatione diuina per
„ quandam ſpecialem cognitionem,
„ ſcilicet per *donum intellectus*, quę
„ cognitio appellatur à Sancto Tho-
„ ma quaſi quædam viſio, vt patet
„ 1. 2. quæſt. 69. art. 2. ad 3. vbi
„ ait. In hac etiam vita purgato ocu-
„ lo per donum intellectus *Deus*
„ quodammodo *videri* poteſt: *quæ*
„ verba *ſimillima ſunt verbis* Ma-
„ tris Tereſiæ. Et cum ait: datur
„ eſt ei clarè intelligere *quomodo*
„ Deus eſt Trinus, & Vnus: per &
„ illud aduerbium, clarè, non in-
„ telligit cognitionem euidentem rei
„ in ſe ipſa, vt Cenſor illi imponit,
„ ſed cognitionem magis explici-
„ tam, qualis cum fide eſt compa-
„ tibilis.

„ Accedit, quod in ſacris litteris
„ eminens cognitio prophetica, vt
„ notauit Sanctus Baſilius, viſio ap-
„ pellatur propter maximã eius cer-
„ titudinem. Iſaiæ 1. Scio, quod Re-
„ demptor meus viuit: & 1. Regum
„ cap. 9. Prophetæ videntes appel-
„ lantur: & Eccleſiaſt. 48. dicitur
„ de eodem Iſaia: ſpiritu magno vi-
„ dit vltima. Quibus in locis, quæ
„ fide, aut per donum prophetiæ co-
„ gnoſcuntur, ſciri, aut videri dicun-
„ tur, non viſione, aut ſcientia ex-
„ cludente fidem, ſed certiſſima co-
„ gnitione.

„ Aduertimus etiam eſſe proba-
„ bilem ſententiam illam, quæ aſſe-
„ rit euidentiam myſteriorum fidei

in

» in atteſtante eſſe compatibilem
» cum ipſa fide. Quam ſententiam
» tenet Caietanus 2. 2. quæſt. 5. ar. 1.
» quæſt. 1. art. 4. quæſt. 171. art. 5.
» & Magiſter Bannes eodem art. 1.
» quæſt. 9. concluſ. vltima, ait illam
» poſſe veriſimiliter ſuſtentari, &
» multos viros doctiſſimos illam te-
» nuiſſe, & defendiſſe; quamuis Ma-
» giſter Bannes ſequatur oppoſitam.
» Et hanc cognitionem dicit Caieta-
» nus fuiſſe communicatam Ange-
» lis, Apoſtolis, Adæ, & Prophetis,
» nec repugnat Deum eandem eui-
» dentem cognitionem communi-
» caſſe alicui Sancto, quod ſi forſi-
» tan communicata fuit Matri Te-
» reſiæ, potuit vtique aſſerere, quod
» datum eſt ei clarè intelligere mo-
» dum, quo Deus eſt Trinus, &
» Vnus, ſcilicet claritate, ſeu eui-
» dentia in atteſtante, non autem
» euidentia rei in ſeipſa.

Reſponſio Patris Radæ.

» CIrca ea, quæ dicuntur §. 11.
» notandum eſt primo errorē
» eſſe in fide aſſerere, quod ratione
» naturali neceſſaria, & euidēti pro-
» bari poſſit exiſtentia Trinitatis:
» Non tamen quod diuina ope, &
» gratia quis eam cognoſcat; quis
» enim negare poterit, niſi mentis
» inops Deum poſſe ita intellectum
» hominis illuſtrare, vt vel per ſpe-
» ciem diuinæ Eſſentiæ impreſſam,
» vel per euidentiam in atteſtante,
» in eo cauſatam, vel per viſionem,
» per modum tranſeuntis diuinæ
» Eſſentiæ, Trinitatis exiſtentiam,
» cognoſcat? Si Mater Tereſia di-
» xiſſet, quod ratione naturali viri-
» bus proprijs Deum eſſe Trinum,
» & Vnum agnouiſſet, erroneam ſa-
» nè docuiſſet doctrinam. Cœterum
» ſe id aſſecutam eſſe fatetur non vi-
» ribus ſuis, ſed Dei gratia, & auxi-
» lio adiutam, per internam ſcilicet
» intellectus illuſtrationem à Deo
» factam, in quo nihil eſt erroris.
» Itaque aſſerere, quod quis in hac
» vita mortali ex ſpeciali Dei gra-
» tia clarè ſaltem per modum tran-
» ſeuntis intuitiua cognitione Tri-
» nitatem Perſonarum agnoſcat, vt
» Paulus in raptu, vel abſtractiua,
» euidenti per ſpeciem impreſſam,
» vel euidentia in atteſtante, nullus
» eſt error, ſed ſana doctrina. Ex
» quo colligitur cenſuram defeciſſe,
» & nihil habere contra Matrem
» Tereſiam.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CENSVRA XII.

MAter Tereſia à Ieſu magna parte ſuorum tractatuum vitur doctrina Bloſij, & Henrici Harphij: vt patet ex fine, quem præſefert ſuorum librorum diſcurſu perſuadendi: dari certum orationis genus tam elevatum, vt mirabilem vnionem efficiat inter Deum, & animam; Ideoque orationem vnionis appellat; In qua modo valde particulari ceſſat omnis operatio potentiarum: Sic vt in ſola paſſione, qua anima eſt Deo vnita, conſiſtat eius amor & fruitio abſque phantaſmatum interuentu, quemadmodum loquitur Tereſia: vel ſine imaginationis auxilio, vt loquitur Bloſius. Loca diuerſa citari poſſunt in manſione 5. Tunc, inquit, Deus animam attonitam reddidit, vt eo tempore neque videat, neque intelligat. Similia habet in ſeptima, & in libro ſuæ vitæ.

Doctrina hæc ſcatet difficultatibus. Prima: quia res eſt intellectu difficillima, qualiter abripiatur anima, Deoque vniatur abſque interuentu operationis intellectus eleuati lumine ſupernaturali. Neque enim credibile eſt Matrem Tereſiam velle vnionem ponere perfectiorem ea, quam habent Sancti in gloria. In qua perfectiſſimam intellectus actionem agnoſcimus, claram Dei viſionem.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Secunda difficultas, aut, vt melius dicamus, impossibilitas est: quod voluntas amet, & intellectus non intelligat. Est enim illa ex proprijs potentia cæca, & sine luce, atque oculis intellectus ad nihil se se potest extendere.

Tertia: Quomodo cum hac doctrina coheret alia, quam tradit in libro mansionum dicens: In isto orationis genere se se propè sibi astantem sentire Christum, & quidem ad latus dextrũ, vt adiungit pag. sequenti. Nam si spirituale sentimentum interuenit, si distinguit inter latus dextrum, & sinistrum, quomodo sine intellectus opera, sine phantasiæ ministerio, cuius officiũ, est repræsentare differentiã dextri, & sinistri.

Quarta: Asserere vniri Deum cum animæ essentia sine operatione potentiarum, sapit hæresim Massilianorum, qui dicebant orationem in passione consistere, vel illapsu Dei in animam. Vide Prateolum verbo Massiliani.

Quinta: Asserere, non posse animã eum orationem vnionis attigerit, neque retrorsum reuerti, neque procedere vlterius, errori Begardorum, & Beguinarum est consentaneum. Animam enim ad talem statum in hac vita peruenire posse dogmatizabant, vt nõ posset vlterius progredi merendo.

Denique nonnullæ personæ deuotæ gloriantes se se discernendorum spirituum notitia pollere, sustinere voluerunt, non oportere reuelationes, aliaque sublimia spiritus sentimenta iudicari iuxta communes, & ordinarias regulas, aut argumenta ex Theologia deprompta: nec à viris, qui non pollent experientia orationis, feruorisque spiritus: sed per rationes excellentiores, & à viris valde spiritualibus, qui in perfecta contemplatione gustauerunt, quam suauis est Dominus.

Verum in rei veritate deficit excusatio. Quamuis enim sublissima fuerit oratio, subijcere se debet Ecclesiæ iudicio, & Doctorum eius: neque vias, aut diuerticula inusitata requirere, in quibus plurima occurrunt inconuenientia: quemadmodum experientia teste sumus edocti, nõ solum in hæreticis, quos vocant illuminatos: sed etiam in alijs, qui se tanquam Prophetas venditare voluerunt, asserentes spiritum, quo gubernabantur, nec Inquisitionis Tribunali, nec Prælatis, aut Ecclesiæ Superioribus esse subiectum.

Responsio Patris Aluarez.

„ VT patet ex prima propositione Mater Teresia fatetur à „ Deo in oratione hæc, quæ scripsit, „ accepisse: Quod si Blosius, vel „ aliquis alius similia conscripsit, nõ „ propterea reijcienda sunt.

„ In hac vero propositione multa imponit Censor Matri Teresiæ, „ quæ nec in libris eius habentur, „ nec ex eis colliguntur, sed potius „ contrarium.

„ Primo ei imponitur, quod vnio vnionis, de qua loquitur, consistat in sola passione, qua anima „ est vnita Deo, quod tamen Mater „ Teresia non dicit, sed potius contrarium, vt patet cap. 18. Vitæ „ suæ pag. 153. vbi ait: cognoscit „ se frui bono, quod omnia simul „ includi bona, sed hoc bonum non „ comprehenditur. Et idem repetit „ eodem cap. præsertim versu: Hę„ rebam cogitando, & vidi me in„ telligere non intelligendo, scilicet „ qualiter operentur potentiæ: nam „ intellectus immersus Diuinis non „ reflectitur supra se, vel non intel„ ligendo, scilicet perfectè: cap. 17. „ præcedenti ait: Videtur mihi ma„ nifestum, quod hic modus ora„ tionis sit vnionis totius animæ cũ „ Deo: nisi quod videatur Diuina „ Maiestas licentiam dare potentijs, „ vt intelligant, fruanturque ma„ gnalijs, quę ibidem operatur.

„ Nec verba Matris Teresiæ adducta

„ ducta à Cenſore probant contra-
„ rium, ſed iuxta doctrinam ab ea-
„ dem in iſdem locis, & alijs quā-
„ plurimis traditam intelligenda
„ ſunt, & piè interpretanda. Cum
„ enim ait: Tunc omnino Deus
„ animam attonitam reddidit, vt
„ neque videat, neque intelligat
„ quamdiù ſic permanet; ſenſus
„ enim eſt, quod ita eſt abſorptus
„ intellectus, & eleuatus in Deum
„ vt ad alia non attendat, neque in-
„ telligat ſe intelligere, vt ex præ-
„ miſſis patet. Et cum inquit ani-
„ mam in hac oratione nihil intelli-
„ gere, & quod omnes potentiæ de-
„ perduntur, intelligit, quod nihil
„ intelligit præter Deum, cui intelle-
„ ctus, & volũtas, vt in alijs locis ex-
„ plicauerat, adhæret. Denique ſi ali-
„ cubi dicit: quod intellectus ni-
„ hil operatur: ſentit quod nihil
„ operatur diſcurrendo, vt patet ex
„ cap. 17. vitæ pag. 195. vbi ait:
„ Rapit Deus ad ſe voluntatem,
„ imò & intellectum, vt mihi qui-
„ dem videtur, quia non diſcurrit,
„ ſed occupatur fruitione Dei,
„ quemadmodum qui fixis oculis
„ aſpicit, & tot res videt, vt neſciat
„ cui ſpecialiter applicet oculorum
„ aciem, adeo vt vna alterius fure-
„ tur obtutum.

„ Ad primam, & ſecundam obie-
„ ctionem ergo, qua doctrina Ma-
„ tris Tereſiæ difficilis videtur Cen-
„ ſori: Reſpondetur quod Mater
„ Tereſia non concedit amorem vo-
„ luntatis erga Deum ſine cogni-
„ tione intellectus, vt ex præmiſſis
„ patet.

„ Ad tertiam obiectionem: Re-
„ ſpondetur, quod quando aſſe-
„ rit, prope in oratione aſtantem
„ ſentire Chriſtum, non loquitur
„ de præſentia corporali, ſed ſpiri-
„ tuali per ſpecialem quandam aſ-
„ ſiſtentiam, & influxum gratiæ,
„ quæ orantibus communicatur.
„ Neque hoc contingit abſque ali-
„ qua operatione intellectus, vt Cẽ-
„ ſor Matri Tereſiæ imponit, ſicut
„ ex ſupradictis conſtat. Et per
„ hæc patet ad quartam obiectio-
„ nem.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

„ Ad quintam obiectionem di-
„ cendum, quod cum Mater Tere-
„ ſia inquit, quod in iſto orationis
„ genere, neque regredi, neque
„ progredi valet anima, non lo-
„ quitur de progreſſu per meritum,
„ vt Cenſor illi imponit, ſed de
„ diſcurſu per intellectum, vt ip-
„ ſamet in alijs locis ſupra dictis
„ explicat, ac ſi diceret: Ita eſt in
„ oratione vnionis intellectus ab-
„ ſorptus in Deum, vt non poſſit
„ diſcurrendo vlterius progredi.

„ Ad id, quod vltimo loco oppo-
„ nit Cenſor, Reſpondetur, quod
„ oratio vnionis, de qua loquitur
„ Mater Tereſia, non eſt contra
„ communes regulas Theologiæ,
„ ſed ſupra illas; ſicut miracula
„ non ſunt contra naturam, ſed ſu-
„ pra. Nec deſunt Sancti, qui præ-
„ fatum modum orationis vnionis
„ re ipſa docuerint, quorum teſti-
„ monia facile eſſet in vnum colli-
„ gere, ſed breuitatis cauſa omit-
„ tuntur.

„ Ex his colligo doctrinam Ma-
„ tris Tereſiæ in propoſitionibus
„ prædictis nihil continere Do-
„ ctrinæ Catholicæ, aut bonis mo-
„ ribus aduerſum, ſed valde vti-
„ lem ijs, qui perfectam vitam
„ ſpiritualem profitentur, vel ad
„ eam tendunt. Nec poſſe propter
„ illam eius canonizationem impe-
„ diri, aut retardari.

„ Ita ſentio ſubmittens meum
„ iudicium correctioni Sanctæ Se-
„ dis Apoſtolicæ. Frater Dida-
„ cus electus Archiepiſcopus Tra-
„ nenſis.

Ab Anno Chriſt 1604 ad 1605.

Reſponſio Patris Radæ.

» IAm ſupra diximus orationem vnionis, quam Mater Tereſia docet Sanctorum doctrinæ, ac ſacris litteris conſonam, neque id repetere oportet. Solum videndum eſt an huiuſmodi oratio operationem intellectus, & voluntatis excludat ſecundum doctrinam Matris Tereſiæ. Nam ſi eas excluderet, abſque dubio doctrina eſſet peregrina in Eccleſia. Nam ſi mens tunc temporis nihil intelligeret, quid tunc inſigne eſſet? Ariſtoteles 12. Metaph. cap. 6. loquens de intelligere diuino, inquit: Quid vtique erit ei inſigne, & venerabile, ſi ſe habeat quemadmodum vt ſit dormiens? Cæterum Mater Tereſia longè eſt ab hac ſententia, imò expreſsè ponit in illa oratione vnionis operationem intellectus, & voluntatis circa Deum, vt obiectum, quas tanta auiditate in eum ferri affirmat, vt nihil aliud intelligant, ſintque abſtractæ ab omni ſenſu, & à connaturali modo intelligẽdi per eos. Cum enim mens eſt in extaſi ſpirituali, operationes ſenſuum ſuſpenſæ manent. Quod vero id ſentiat Mater Tereſia probatur: cap. enim 16. ſuæ vitæ ſic ait: Sæpius fueram veluti mentis impos, & hoc amore inebriata, & nunquam intelligere potueram qualiter id fieret. Probè intelligebam Dei opus eſſe; verum intelligere non valebam quomodo hic operaretur, quia in facti veritate fermè in totum vnitæ ſunt potentiæ, ſed non ita immerſæ, vt non operentur. Et cap. 17. docet ſic: Rapit Deus ad ſe voluntatem, imò & intellectum, vt mihi quidem videtur, quia non diſcurrit, ſed occupatur fruitione Dei quemadmodum qui fixis oculis aſpicit, & tot res videt, vt neſciat, cui ſpecialiter applicet oculorum aciem; adeo vt vna alterius furetur obtutum. Et cap. 18. dicit: Non eſt hic ſentiendi locus, ſed fruendi, abſque eo, quod ſentiatur id, quo quis fruitur. Cognoſcit ſe frui bono, quod omnia ſimul includit bona, ſed hoc bonum non comprehenditur.

Ex his facilè colligitur Matrem Tereſiam non excluſiſſe operationem intellectus, & voluntatis ab illa vnione, quæ per orationem hanc vnitiuam obtinetur. Cenſeo ergo nihil eſſe cenſura dignum in ijs, quæ Cenſor obijcit contra Matrem Tereſiam, ſed omnia ſaltem probabiliter defendi poſſe.

Frater Ioannes Rada electus Epiſcopus Pacenſis.

CAPVT XLV.

Dilutis obtrectatoris calumnijs ab integerrimis ſcrutatoribus, tota librorum Sanctæ Matris Tereſiæ doctrina approbatur, effertur laudibus; & fidelibus, vt ſana, & vtiliſſima, à Summis Pontificibus commendatur.

RElatas ſuperiori capite cenſuras, & Reſponſionum originalia Cardinalis Pinellus P. N. Petro à Matre Dei Pontificis mandato detulit ad Sanctæ Mariæ de Scala, vt ibidem conſeruarentur,

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1603 ad 1605.

tius & Suæ Sanctitati demonſtrari poſſent opportuno tempore. Neque mirum cœleſtem Sanctæ Tereſiæ doctrinam tam acriter his temporibus impugnatam fuiſſe. Nam ex una parte Dæmonum inuidia, largè manantem orationis fontem obturare moliebatur: ex alia Deus per filij ſui Vicarium amplius aperire, & ſanctiùs, ſecuriuſque fidelium cordibus inſtillare.

Sic enim Sanctorum Eccleſiæ Doctorum ſcripta ab æmulis impugnata clarius effulſerunt, & auidius acceptata fuerunt. Quemadmodum ſacræ paginæ verſionem à Sancto Hieronymo elaboratam, Ruffini, & Palladij Galatæ cenſuræ: Sancti Auguſtini doctrinam de Gratia, Pelagianorum obiectiones: Sancti Gregorij moralia intentata, combuſtio, luculentius emicare fecerunt.

Et librorum Sanctæ Tereſiæ ſapientia ad tam ſublime faſtigium aſcendit, vt à ſapientiſſimo Romanæ Rotæ Senatu, poſt maturam, exactamque diſcuſſionem, in ſecunda relatione ad Vicarium Chriſti pro grauiſſimo negocio Canonizationis meruerit elogium, ſiue votum, quod attexo.

Quartum argumentum ſanctitatis Beatæ Tereſiæ elicitur ex libris ſpiritualibus, & planè diuinis, quos & Confeſſariorum ſuorum iuſſu, & ex illis aliquos particulari Chriſti renelatione conſcriptos reliquit, qui præ manibus habentur, quibus perlectis clariſſimi omnium ordinũ Theologi B. Tereſiæ ſapientiã admirantur, & facilem myſticarum paſſionum explanationem adeo obſtupeſcunt, vt rarum genus ſapientiæ eis videatur, quod de myſtica Theologia Patres obſcurè, ac ſparſim tradiderunt, à Virgine vna in methodum tam perſpicuè, atque concinne fuiſſe redactum: meritoque illam quaſi ſpiritualis doctrinæ Magiſtram Eccleſiæ à Deo datam prædicant, conuicti ſcilicet experientia diuinæ lucis, & piarum affectuum, quos ex illius libris hauriunt, teſtanturque communiter, doctrinam horum librorum non eſſe hominis, nec minus mulieris litterarum ignaræ, ſed Dei, & vt aliqui ſubdunt non acquiſitam, ſed infuſam, & à Spiritu Sancto dictatam, maximæque vtilitatis fuiſſe, & eſſe, miroſque effectus ex eorum lectione in Eccleſia Dei conſecutos eſſe, & in dies conſequi. Et paucis interpoſitis. *Cum igitur Deus Miſericors Beatam Tereſiam Eccleſiæ illuminandæ, & pietati augendæ deſtinauerit, omnino ſentiendum videtur Deum ipſum, qua ſolet, ſui communicatione, & illam prius excellenter illuminaſſe: & ſanctitate inſigni condecoraſſe.* Huc vſque prędicta relatio art. 2. §. 1. pag. 78.

Et Gregorius XV. in Bulla Canonizationis num. 20. *Adimpleuit Tereſiam ſpiritu intelligentiæ, vt non ſolum bonorum operum in Eccleſia Dei exempla relinqueret, ſed illam Cęleſtis Sapientię imbribus irrigaret, editis de myſtica Theologia, aliiſque etiam multa pietate refertis libellis, ex quibus fidelium mentes vberrimos fructus percipiunt, & ad Supernæ Patriæ deſiderium maximè excitantur.*

Quin imo & in publicis Eccleſiæ precibus, ceu cœleſtis doctrinæ Magiſtram inuocaremus, idem Gregorius XV. ad inſtantiam Patris noſtri Dominici à Ieſu Maria die 20. Iunij 1622. voluit Orationem de Communi Virginum ad incomparabilem Tereſiæ Gloriam hunc in modum recitari. *Exaudi Nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de Beatæ Tereſiæ Virginis tuæ feſtiuitate gaudemus; ita piæ deuotionis, & Cœleſtis eius doctrinæ erudiamur affectu.* Iterumque poſt reuocationem viuæ vocis oraculorum confirmauit prima Ianuarij 1623. Et Vrbanus Octauus primum à ſui Ordinis Fratribus ad annum 1628. ac deinde ad annum 1636.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

1636. ab omnibus Christi-Fidelibus, si liberet, recitandum concessit officium; & collectam de Virginibus ad mysticæ sapientiæ Magistram adaptauit, hunc in modum: *Vt Cœlestis eius doctrinæ pabulo nutriamur, & piæ deuotionis erudiamur affectu.* Quam denique orationem ex præcepto Innocentij Decimi ad diem 29. Octobris 1644. celebrat nunc, personatque Ecclesia Vniuersa, Cœlesti pabulo Teresianæ doctrinæ à tot æmulis olim impugnatæ postulans enutriri.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.

Comprehendens prima naſcentis Congregationis ſemina ad Orientales Perſidis Miſſiones, Propagationem Tereſianarum Sancti-Monialium in Gallia; Res ab Hiſpanis illis Fundatricibus ad hanc vſque tranſmigrationem geſtas; cœteraque ad nouam noſtram Congregationem ſpectantia vſque ad primum eius Capitulum Generale, anno 1605. Romæ indictum.

CAPVT I.

Clemens VIII. Congregationem noſtram eligit ad Miſsionem Perſicam: Quàm autem conformis ſit ſpiritus Miſsionum ſpiritui Religionis noſtræ inſinuatur, vt ora Contradicentium obturentur.

VASTVS animus Clementis VIII. Pōtificis, re, & nomine verè Maximi, verè Apoſtolici, curā, amoremque comendatarum ouium ad eas etiam extendens, quæ vagabantur extra caulam Paſtoris æterni, in latiſſima Perſarū Regna viros Apoſtolicos deſtinare decreuit, qui denſas infidelitatis tenebras, fidei luce, morumque candore diſpellerent.

Hanc ob rem elegerat Patres Societatis Ieſu in Emporio Goano cōmorantes, Indiarum Proregi commendans executionem. Verùm obortis difficultatibus ob commeatū, & miniſtrorum ſuſtentationem, quā ex ærario publico depromi vetabat illorum temporum inopia; Prorex Archiepiſcopo Goano rei ſeriem expoſuit. Erat is D. Frater Alexius de Meneſes, ex Ordine S. Auguſtini aſſumptus, qui confeſtim Ordinis ſui fratres ad opus Euangelicum obtulit, pollicitus ituros abſque eo, quod per id tempus expenſas à publico poſcerent: ſe libenter ex ſuo ſuppleturum in finem tam heroicum. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Interim Pontifex certior factus electionem ſuam effectu caruiſſe, ſe ſe inconſultò præcones alios verbi Dei miſſos fuiſſe in Perſiam, tulit ægerrimè: decreuitque ex Vrbe Roma,

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Roma, ſuo nomine viros Apoſtolicos eas in partes ad Regem Perſarum amandare.

Matura igitur adhibita deliberatione, præ cæteris inclinabat in Fratres Congregationis à ſe nouiter erectæ, quorum inſtitutum, moreſque probè perſpectos habebat. Iam pluribus argumentis innotuerat Pontifici, quanto conuerſionis animarum zelo deflagraret nouæ Congregationis Commiſſarius Apoſtolicus, ideoque ad ſe venire iuſſo, ſuam intentionem aperit: Confeſtim P. Petrus ſemetipſum in primis ad tantum opus Sedis Apoſtolicæ beneplacito offert, deuouetque, ac inſimul totam ſuam Congregationem: promptos eſſe Fratrum ſuorum animos, nihilque in votis habere magis, quam cum Sancta ſua Fundatrice, primæuiſque Patribus labores exanthlare, ſanguinem fundere, pro Infidelium conuerſione.

Gauiſus eſt Chriſti Vicarius Patris reſponſo, cernenſque præteritis ſignis facta reſpondere præſentia, penitiùs deinceps admouit ijs conſilijs, quibus de propaganda fide tractabat. Imo verbis grauiſſimis iniunxit: vt quæcumque ad Infidelium conuerſionem conducibilia eſſe cognoſceret, ſincerè ſignificaret. Acceptauit impoſitum onus, & ob ſingularem charitatem, qua ſalutem ouium errantium ardentiſſimè ſitiebat, alacriter, ac diligenter obiuit. Verùm rei grauitatem conſiderans, expauebat ad diſtrictionem rationis, quam exacturus erat Deus: ideoque dicere ſolebat, *quod ab accepti muneris momento, videbatur humeris ſuis impoſitum geſtare mundum*.

Hanc ob cauſam exacta diligentia cognoſcere ſtudebat errores diuerſorum Infidelium, Hæreticorum, Schiſmaticorum: vt conuenientibus remedijs prouideri poſſent. Compaſſionem miſerabilis ſtatus, in quo degunt animæ ab Eccleſiæ gremio ſeparatæ, ſentiebat intimis viſceribus: tum publicis, tum priuatis ſermonibus fidelium cordibus imprimebat: principes, præſertim Eccleſiaſticos, vt auxiliarem operam præberent, exorabat, animabat. Exteris hominibus, qui Romam aduceniebant, miram oſtendebat beneuolentiam, grata affabilitate deuinciebat, iuxta ſuas, ac deuotorum vires liberaliter ſuccurrebat. Hinc factum eſt: vt omnium ferè Europæ nationum iuuenes, indole, & nobilitate præclaros attraxerit *ad ſuaue iugum Chriſti in tyrocinium Sanctæ Mariæ de Scala, de quibus egimus ſupra* ſuperioris lib. cap. 6. atque in ſtrenuiſſimos Miſſionum athletas paulatim efformauerit. Certè nullum omiſit diligentiæ genus, nullum medium reliquit ad animarum ſalutem conducibile; nullam paſſus eſt elabi occaſionem, *quin iuxtà* miſſas officij partes, apud Pontifi. inſtaret, vrgeretque ad propagationem Sanctæ Fidei Catholicæ totis viribus obeundam.

Nemini dubium eſſe poteſt, Inſtitutum noſtrum miſſionibus per omnia mirè conſentaneum eſſe; ſiue enim ad fontalem Eliæ Patriarchæ aſcendamus originem, videbimus illum cuneum inſtituiſſe temporis illius Monachorum in regno decem tribuum, ad debellandam deteſtabilem Idololatriam, tum Baal, tum vitulorum illorum, quibus Ieroboam terminos Regni, ſed magis Iſraelitarum corda contaminauerat. Quid de Eliſeo, Prophetiſque ſuccedentibus dicemus aliud, quàm miſſionarios fuiſſe Dei, quemadmodum in ſacra pagina non vno loco vocantur? Siue lucem Euangelij contemplari malueris: Illam quoque noſtros per Orbē Miſſionarios ſparſiſſe reperies ſupra lib. 1. cap. 6. & ſequentibus. Nec ſub primitiua Regula defuerunt Sancti Religioſi, qui Cella extracti, & ad Infidelium con-

conuerſionem miſſi, Eccleſiam noua prole fœcundarunt, & ipſi glorioſa Martyrij corona triumpharunt. Ad quod munus, cùm in Mendicantiũ Ordinem ex Aſia in Europam Pontificum decreto recepti ſumus, diſtrictiori vinculo Patres noſtri ſe ſe, ſuoſque ſucceſſores obligarunt.

At dum Tereſia conceptis deſiderijs conuerſionis Infidelium adiuuandi, Reformationem præſertim virorum enixa dignoſcatur; nihil mirum germanam eius prolem expreſſam in ſe imaginem gerere tantę Matris, ad Miſſiones Apoſtolicas totis niſibus aſpirare, hunc in finem ardentia collimare deſideria; rerum penuriam, aduerſorum patientiam, totam denique vitam efformare.

Vix dum è perſecutionum voragine, debile caput erexerat Diſcalceatorum prouincia, cum obligationis ſuæ memores magno feruore ſtrenuos emiſerunt operarios in Regna Congi, & Angolæ: Ad annum quidem 1582. viuente adhuc Sancta Tereſia, & impenſa lætitia iubilante, P. Fratrem Antonium à Matre Dei, & P. Fr. Franciſcum à Cruce, P. Fr. Ioannem ab Angelis, & FF. Laicos Fr. Franciſcum ab Aſcenſione, Fr. Didacum à S. Brunone. Deinde anno inſequenti 1583. P. Fr. Petrum ab Apoſtolis, P. Fr. Sebaſtianum à S. Andrea, Fr. Bartholomæũ à S. Michaele, Fratrem Ludouicum à S. Paulo cum alio Fratre conuerſo. Rurſus anno 1584. P. Fr. Didacum à SS. Sacramento, P. Fr. Didacum ab Incarnatione, & Fr. Franciſcum à Ieſu, vocatum Indignum. Quantum, & quam admirabilem fructum ibidem protulerint ſpiritu Tereſiano imbuti Miſſionarij, ac præſertim Fr. Franciſcus Indignus, qui ibidem ob magnas viri virtutes, & admirabilem diuini fauoris gratiam, ac vitæ Sanctitatẽ Sacerdotio renitens ordinatus eſt, nõ eſt meum recenſere. Id Hiſpanicæ Congregationis Hiſtoriographo relinquo.

Calebant eodem feruore noſtræ Congregationis initia; ad eundem in Nouitiatu efformabantur, accendebantur profeſſi; in eodem educabantur, confirmabantur. At intellecta Pontificis intentione, clarior exiluit flãma charitatis: ſemetipſos ſinguli certatim offerre, deuouere, ad quælibet ardua, & aduerſa pro amore Dei, ac ſalute proximorum in Miſſionibus Apoſtolicis exanthlãda, ſufferendaque. Nonnulli tamen ex alia Cõgregatione Patres ob nuperum Miſſionariorum naufragium, Diuini diſſenſus indicium ſuſpicati, ſolitudinis quoque zelo plus æquo tribuentes, ſcrupulum mouebant: an cellæ receſſum, quem Regula præſcribit, non expugnarent miſſiones Euangelicæ, ac forſitan idcirco deplorando caſu diſplicere ſibi monſtrauerat Deus. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ne igitur hac, vel alia leuiſſima rationis vmbra, vel ſuum, vel Fratrum animos à feruore deflecteret, V. P. N. Petrus à Matre Dei, Congregationis noſtræ Commiſſarius, P. Fr. Ioanni à Ieſu Maria, cui ob ſanctitatis, & doctrinæ prærogatiuam deferebat plurimum, iuſſit ſincerè ſenſum ſuum breui ſcripto conſignare, vt omne offendiculũ ſpecioſis Euangelizantiũ pedibus amoliretur. Præſtitit officium ſuum eximius Pater, & votum ſuum aureum, aureo ſtylo, breuique ſententia digeſſit, quod penes me calamo originario correctũ, deuotionis ergo conſeruo, & excerptum cap. ſequenti ſubijciam, ac de verbo ad verbum tranſcribam.

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

CAPVT II.

Controuersiam circa Spiritum Missionum V. P. N. Ioannes à Iesu Maria eleganti scripto dirimit; Nouaque Congregatio acceptat, & amplectitur Missionem Persicam iuxta Pontificis beneplacitum.

CVm Ven. Pater non solum ingenij, iudicij, scientiarum, & variæ eruditionis laude præstaret; sed ætatem quoque rerum diuinarum contemplationi mancipasset: quamuis in angulo Conuentus cum Nouitijs suis delitesceret; in schola tamen Iesu Christi habebatur à maximis Viris illuminatissimus. Vnde ob difficultates in via spirituali occurrentes, passim ad eum tanquam ad Oraculum confugiebãt non solum Religiosi nostri, sed etiã exteri. Ipsi purpurati Ecclesiæ Principes, inter quos Ptolomeus Gallius Cardinalis Comensis, & Cardinalis Sanctæ Cæciliæ Sfondratus orationis studio, valefactis cæteris, eius suasu constanter incubuerunt, atque eiusdem directione fœliciter promouerunt. Hinc natum est, vt probata multarum rerum experientia, libellum deinde composuerit planè aureum, quem Scholam Iesu Christi indigitauit: In quo circa Religiosorum finem, circa orationis, ac præsentiæ Dei exercitium, circa tentationum, passionumque pugnam; circa virtutum acquisitionem; circa duplex genus vitę spiritualis, actiuũ, & contemplatiuum, & triplicem statum, aut gradum purgatiuum, illuminatiuum, & vnitiuum; Circa dona, fructusque Spiritus Sancti, ac Beatitudines; circa gratias gratis datas, raptus, visiones, ac reuelationes; circa Theologiam mysticam, & spirituum discretionem, propositis sibi dubia, cum adiuncta resolutione, in communem vtilitatem euulgauit, tam succinta methodo, eleganti perspicuitate, solida veritate, vt facile dignoscere sit, altissimam rerum diuinarum sapientiam, & experientiam; ideoque à particularibus recensendis supersedeo.

Et V. P. Petrus à Matre Dei Nostræ Congregationis Commissarius Apostolicus, ac Summorum Pontificum Concionator, magna reuerẽtia, ac fide ad arcam illam sapientiæ deponebat dubia *grauissima*, quæ Pontifex, *quæ Prælati Ecclesiæ* proponebant, & responsum *prudentia* plenum referebat. At verò proprię salutis suæ negotium sic effundebat in sinum P. N. Ioannis, vt sub vesperam totius diei acta ad examen eius sincerè deponeret, vt *admissas* culpas emendaret, castigaret, totum se eius *directioni committens*. Atque in materiam spiritus *dicta* iaciant; superuacaneum enim existimo specialia exempla proferre.

At in materia Theologiæ Scholasticæ vnum subiungo. Cum feruentibus studijs, animisque Romæ disceptaretur, circa quæstiones gratiæ, ac præscientiæ Diuinæ, eiusque concordia cum libero arbitrio: & Clemens VIII. intentus esset, ne fidei veritas ab opinionibus hominum detrimentum pateretur, Congregationem quidem doctissimorum virorum hunc in finem instituit: At vero P. Fratrem Ioannem ipse specialiter cõuenire voluit, & *quid* sentiendum, quid statuendum iudicaret, intelligere. Quamobrem breui scripto responsum dedit, quod Summo Pontifici fuit non ingratum. Sed ad propositum nostrum de Missionibus redeamus.

Nascente igitur (vt superiori capite præmonuimus) Congregatione nostra, simul nascebatur quęstio grauissima: an Religiosis numero paucis, & plerisque adhuc à sæculo recen-

recentibus, consentaneum foret, Missiones ad Infidelium conuersiones adoriri? Et quamuis à primis instituti nostri Patriarchis, à Primitiuæ Ecclesiæ, ac Primitiuæ Regulę prædecessoribus, à Restauratrice Teresia, à primis Patribus nostræ Reformationis multa suppeterent exempla: euidentia etiam argumenta ab ipsis Regulæ nostræ verbis, ac scopo, Ordinum Mendicantium fine, Pontificum decretis, ac constitutionibus Ordinis deducta, consentaneum esse conuincerent: Nonnulli tamen è nostris solitudinis amore ducti, scrupulum mouebant, ex Instituti nostri potiore parte, quæ est contemplationis studium, ex Fratrum in Italia paucitate, atque insufficientia.

Vrgebat Christi Vicarius Religiosos nostros curam missionum amplecti: nam, vt inquiebat, propria experientia cognouerat, quantum vtilitatis in Ecclesia Dei pijs eorum exercitijs, tum orationibus, mortificationibus, asperitate vitæ, tum prędicationibus, confessionibus, & Sacramentorum administratione ad Dei laudem, & Christi fidelium animarum salutem quotidie afferrent. Ideo N. P. Fratrem Petrum à Matre Dei in Vicarium elegerat Missionum, ad Infidelium conuersionem procurandam.

Ad Oraculum ergo P. Fratris Ioānis à Iesu Maria, difficultas delata est, quem sciebant non benevolentiæ gratia, non peculiaris inclinationis affectu, sed secundum Deum, & veritatem iudicaturum. Ideoque studio, ac feruenti oratione præmissis insigni scripto respondit, quod quia hactenus non est editum hic attexo.

Breue V. P. N. Ioannis à Iesu Maria opusculum circa Missiones.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

TOtum fere Orbem Religionis ignoratione caligantem Diabolus prædatur; Europa, præter Italiam, & Hispaniam, vix vna, & altera Vrbe sparsim excepta, certatim interire festinat.

Sic Anglia, Gallia, Flandria, Germania, Polonia, Vngaria, Moscouia, & alia omnia Septentrionis Regna, Græcia fere omnis, vel hæresibus, vel schismate, vel Ethnicismo collabuntur.

Asia simul, & Africa, qua in Oriētem, & Austrum porriguntur, quam latissimè à Mari Mediterraneo vsque ad Sinas patent, præter littorales aliquot Vrbes apud Orientales Indos à Lusitanis partas, innumeris millibus sub Diaboli ditione laborant. Namque in Iaponia, & recentiùs apud Sinas Christi semina iacta sunt, exigua valde sors est, vastissimis Regionibus comparata.

Occidentis pars in America, nescio an auri fame potiùs, quam ardore fidei à Christianis frequentatur. At non ad eos tantum latissimos terræ, marisque tractus, qui modò ibidem in dies singulos aperiuntur, sed nec ad exploratas iam pridem oras Christianis sacris excolendas, nisi exiliter vnus è millibus contendit.

Qua propter Orbem fere totum interire funestissimum est, & agrè paucos aliquot inueniri, qui Christi Vexillum in Regna peregrina conentur inferre.

Digitized by Google

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Tria obtenduntur missionibus aduersa.

Primum Argumentum.

Institutum, cuius potior pars recessus, & studium contemplationis est. Sed

PRimo Non oppugnauit Institutum S. Bernardus, nec ante illum S. Benedictus, quos ad Claustra instituta cogebat, cũ tot loca peragrarũt cœnobia conditurí: ac proinde nec S. Angelus Martyr Clarissimus, cum in Occidentem Carmelum inuexit, ac tot Regna peruasit.

Præterea cæteros, quos in solitudine, vel claustro non adeo strictè propria instituta recondebant: puta SS. Dominicum, & Franciscum, alios q; recentes.

Secundo, Perspectum est per litteras Apostolicas, vbique terrarum, excepta Hispania, nos posse Congregationis nostræ Cœnobia construere. Cur ergo non in Gallia, Germania, Polonia? cur non in Perside, Armenia, & vniuersè in Oriente?

Tertio, Si labor, & itinera, pro condendis in Italia cœnobijs, cum Instituto non pugnant, cum recessum, & contemplationis studium interpellent; cur pugnet nauigatio, & iter, exempli gratia, in Persidem, cum eo ad gentem nostram propagandam ire pergamus? nisi quia huic labori annectitur, & animarum plurima salus, & Euangelij prædicatio?

At hæc non est nobis interdicta in Europa, cur ergo in Asia?

Quarto, Recessus, & orandi studium præcipiuntur, nisi iustę subsint occasiones. An ergo non sit occasio iusta Carmelitæ Discalceato, vt exeat è claustro, quæ fuit Iesu Christo, vt exiret è Patris sinu? exiuit quippe, vt acquireret sibi populum.

Secundum Argumentum.

Fratrum paucitas, quæ vix Italię satis est. Sed

PRimo, Quod ad numerum spectat, Si Religionum origines repetamus, tunc omnes propagatæ, cum Fratres pauciores exstitere. Sic Apostoli, Sic SS. Benedictus, Bernardus, Angelus, Dominicus, Ignatius. Ita vt superstites ipsi, binos saltem Apostolico more destinatos, in remotiores Prouincias, Regnaue legarent, tametsi nõ omnes recensiti, in æquè dissita regna penetrauerint, licet orbem totum corde omnes ambierint.

Si ergo sic primi omnes conditores, Deo aspirante, fecerunt, non erit absq; rè seriem hanc tot locupletissimorum testium amittari.

Secundo, Si paucitas obsit, & multitudinem præstolemur, laxitatem, & vporem irrepentes simul expectabimus. Mora quippe, ac multitudine animi deferuescunt, & legum custodia languet.

Tunc autem quorsum Congregatio propagetur? Satius enim erit degenerem iam gentem extingui.

Tertio, Experimẽtis multis compertũ est, Religiones, quæ vno dumtaxat loco radices altas defigere, & coalescere nituntur, quousque (vt aiunt) è numero populo Colonias decudere possint, ignauia torpere, ac intestinis quasi bellis proscindi. Cuiusmodi exempla nobis nimium nota, non est cur subijciam.

Quorsum ergo expectata multitudine parum strenua retardemur.

Quarto, Deo glorioſius, & proximo salubrius videtur, missis, exempli gratia, binis in multis simul Regnis, Religionem velut recenter natam numero, ac meritis augeri, quam in vna tantum Italia consenescere, propagatione post obitum nostrum prolata, & prope-modum desperata.

Ter-

Tertium Argumentum.

Indignitas, quos oportet virtutibus eſſe conſpicuos.

HAec ratio videtur inexpugnabilis nam neque Inſtitutum, neq; paucitas ſecusobſtarēt. Sed Primo Si Pater Ignatius, & Xauerius (vt cęteros antiquos in Sanctorū numerum relatos ſileam) rationē hanc formidaſſent, quod ſcilicet SS. Dominico, & Franciſco non eſſent comparandi, ac ob id gentem condere detrectaſſent, quam grauiter & ſibi, & Congregationi, & Eccleſię toti nocuiſſent? profecto illorum ſanctitas hoc auſu creuit inſigniter.

Secundo, ex nouiſſimis etiam hiſtoriis conſtat, Deum hominibus minimè ſanctis, quod operam ipſi gratiſſimam in Ethnicorum conuerſione nauarent, affulſiſſe, eoſque inſignem vitę ſanctitatem, quam ſecus neutiquam ſperaſſent, hoc certamine comparaſſe. Cur ergo non ſperet Carmelita Diſcalceatus, licet non vſquequaque perfectus, quod ſacularis paulo ante ambitioſus, vel auarus aſſequitur?

Tertio, Permulti Catalogo Sanctorū adſcripti occaſione vel oblata, vel quæſita è Chriſti perſecutoribus, vel tyrannis, afflante Deo, ac regente Martyres euaſerunt.

Aequum ergo erit ſperare non è perſecutoribus, ſed è Chriſti famulis, Chriſti cauſam agentibus, nonnullos compendio quodam, vel Confeſſores claros, vel Chriſti Martyres euaſuros.

Quo certè in genere, vel vnus pro Chriſto interemptus illuſtrius, quam ſexcenti parum ſtrenui Canobita, Congregationem honeſtabit.

Quarto. Tantum abeſt, vt ex miſſionibus vitę perfectio decreſcat, vt vel ipſa cogitatio, & conatus miſſionum, vehementer incitet curſum perfectionis, ac propterea miniſtros præſtet idoneos. Quod ratione naturali conuincitur.

Quiſquis enim grandia molitur, ijs vtitur medijs, quibus ſi non grandia, proxima tamen illis bona conquirat; qui ſi mediocria cogitaſſet, vix parua peperiſſet. Sic ſanè, qui inter nos, de ſe dumtaxat perficiendo cogitat per cōmunes Congregationis actus, vix, vt nimis patet, mediocriter proficit: ac ſi ſtatuat ludibria, & mortem pro inſtituto noſtro vbique tuendo, & propagādo perferre, quanto felicius ager? Quomodo enim non erit inſtituti ſtudioſiſſimus, qui pro quouis illius ritu paratus occumbere? Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Quinto. Nec obeſt, non adeo inſignis litteratura; ſi enim cum Hęreticis congrediendum ſit (vt experti aiunt) non iam linguarum, vel argumentationum acies inſtruenda, ſed pietate, ac inculpatę vitę exemplo, moralique doctrina pugnandum, & vincendum eſt.

Si vero cum Ethnicis agendum, minus & laboris, & doctrinæ requiritur: animos quippe non tam obſtinatos, quā ignaros, moralis ratio, quam fides illuſtrat, facilè proſternit. Hæc V. P. Ioannes.

Quantum valuerit ad omnem ſcrupulum ex animis totius Congregationis euellendum, atque vt in offenſo pede ad brauium à Sanctiſſima Fundatrice conceptum, exoptatumque decurrerent, euentus demonſtrauit. Nam non ſolùm Religioſi in Perſiam quam primum miſſi ſunt, ſed in Capitulo Generali ſequenti concordibus animis, renunciatis officijs, ſemetipſos deuouerūt ad Miſſiones, præeunte Præpoſito Generali, & alia plurima ſanxerunt ad eundem ſpiritum fouendum, ac promouendum vtiliſſima.

CA-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CAPVT III.

Patribus ad Miſſionem Perſicam electis imponit Clemens VIII. nomina SS. Apoſtolorum Simonis, & Iudæ; eoſque in Perſidem mittit litteris ad Regem Perſarum communitos.

ELegit Commiſſarius Generalis ex Fratribus ſuis, Religioſos ſolidos in virtutibus, prudentia eximios, & zelo conuerſionis animarum inſignes. Quorum primus, ac cæterorum dux, & caput fuit P. Paulus à Ieſu Maria Genuẽſis, tunc temporis Vicarius Conuẽtus Matris Dei Neapoli. Cuius viri gratæ memoriæ breue poſuimus elogium ſupra lib. 1. cap. 25. Secundus P. Fr. Ioannes à Sancto Eliſeo Calaguritanus, de quo multa nobis in ſequentibus dicenda veniunt.

His duobus Clemens Octauus Apoſtolicum nomen impoſuit, atq; in honorem Sanctorum Simonis, & Thadei, qui Perſidis latiſſima Regna, in Apoſtolatus ſui ſortem accepta, ſub Chriſti iugum olim ſubdiderunt: Illum quidem Paulum Simonem à Ieſu Maria appellari iuſſit, hunc verò Ioannem Thadeũ à Sancto Eliſeo; quemadmodum deinceps ab omnibus fuerunt agnominati.

Tertius P. Fr. Vincentius à Sancto Franciſco, ex Valentia Hiſpaniæ oriundus, Romæ profeſſus ad annum 1599.

Quartus Fr. Ioannes ab Aſſumptione Eugubinus Donatus, vir magnæ patientiæ, magnæ in ſemetipſum auſteritatis, magnæ erga alios charitatis.

Eliana hæc quadriga, flammis ſupernæ charitatis accenſa, motum expectabat ſupremi mobilis, vt in vaſtiſſima Infidelium Regna legatione excurreret Apoſtolica. Perſarum Regis animum Chriſtianorũ Principum, ac maximè Romanorum Pontificum pietas deuincire nitebatur, ac Euangelicæ luci viam ſternere ſecuram, ac patentem: Apoſtolicas Clemens Octauus litteras dedit in forma Breuis 30. Iun. 1604. tenore ſequenti.

CLEMENS PAPA VIII.

REGI PERSARVM.

POtentiſſime Rex, atque Illuſtris ſalutem ac lumen Diuinæ gratiæ. Tuę celſitudinis bellica virtus, vno omnium ore publicè, priuatimque ita celebratur, vt quamquam tibi non minus, quam nobis hoſtis infenſus Turca, omnes aditus intercluſerit; ea tamen ipſa in omnium Chriſtianorum Principum verſetur ſermone, omnium prædicatione circumferatur. Dei dona ſunt hæc, tuæ celſitudini ab Authore bonorum omnium, occulta ratione tributa. Exiſtimamuſque te, & publicè, & magni alicuius commodi cauſa, orbi terrarum eſſe datum, tua virtute vt reſtituatur in priſtinum tui potentiſſimi Regni dignitas, atque amplitudo.

Nos certè, licet à Te maximo ſimus locorum interuallo diſiuncti, pro eo tamen, qui Tuę inclitæ virtuti debetur honos, ſumus in Te animo amico, ac beneuolo, optamuſque Tibi eos belli euentus, qui tuam gloriam cognitam iam, teſtatamque apud omnes, hominum memoriæ commendent. Sempiternę noſtræ huius in Te voluntatis propenſę cum maximè vellemus teſtes eſſe apud Te probatos viros, & fide dignos, ſelegimus ex Ordine Carmelitano pios, doctoſque Sacerdotes tres, quos ad Te mittimus, vna cum eorum ſocijs, nempe

pe Paulum Simonem, Ioannem Thadeum, & Vincentium. Noſtras haſce litteras hi Tuæ reddent Celſitudini, Tibique noſtra nomine gratulabuntur de Regia Tua Ciuitate recuperata, de tot, ac tantis victorys, de fama illuſtri, quę Te totum per Orbem vehit, omniū applauſu, atque admiratione. Noſtræ huius beneuolæ in Tuam celſitudinem voluntatis ſignificatio, ſi Tibi, vt ſperamus erit grata; ex iiſdem noſtris hominibus cognoſces alia quoque, quæ Tibi in dies erunt gratiora, vt Tu fidem habeas in omnibus, quæ mandato noſtro Tibi exponent, à Te petimus maiorem in modum, & tuæ celſitudini precamur ea, quæ Tibi, & tuis populis vtilia ſint, & ſalutaria.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 30. Iunij 1604. Pontificatus noſtri anno XIII.

Apoſtolico muneri ſuccinti, documentis, atq; inſtructionibus muniti, percepta ad beatiſſimorum pedum oſcula benedictione Pontificia, Miſſionarij noſtri confeſſu Capitulari Fratrum in Sanctæ Mariæ de Scala ſollemnem Religionis profeſſionem renouarunt, ac voto Miſſionum ſe ſe obſtrinxerunt, adiuratoque Dei nomine ſanctè promiſerunt, ſe ſe iuxta normam Doctoris gentium, nihil pretioſi muneris accepturos ab Infidelibus.

Iter aggreſſi 7. Auguſti 1604. Roma diſceſſerunt Poloniam verſus, inde Moſcouiam tranſituri.

Ea namque tempeſtate Demetrius adoleſcens, Moſcouitarum Dux, quem adminiſter patruus exuerat Imperio, vitaque priuari iuſſerat adhuc puerum: ſed aſtu educatoris, ſuppoſito in Regio cubili collactaneo vultu ſimillimo, tyrannicis manibus ereptus fugerat in Poloniam, & Romanæ Sedis vnionem amplexus, ad eadem ampliſſima paternæ hæreditatis Regna reducere promittebat. Et auerſa à Tyranno populorum corda taliter propendebāt in Iuuenem, vt Polonorum armis facile reſtitui poſſe videretur in Regnum. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Huius rei gratia Clemens VIII. illac Patres amandauit in Perſidē: deditque in mandatis, vt ſuo nomine Demetrio benè apprecarentur, animarent, conſilijs adiuuarent, auxilia promouerent, & quidquid vnioni exoptatæ conducibile iudicarent, Romam reſcriberent.

Cum verò intellexiſſet Sanctiſſimi Patriarchæ Eliæ memoriam apud Perſas præcipua veneratione coli, Diuinæ Prouidentiæ nutu tam commodam à ſe factam electionem Eliæ ſucceſſorum eſt gauiſus: Et ſecundis litteris apud Regem teſtatum eſſe voluit, à ſe miſſos Prædicatores, olim inſtituti ſui authores habuiſſe Eliam, & Eliſeum, omnibus nationibus, & gentibus notos, ac deinde à Beato Alberto propriam Regulam accepiſſe, quibus illis in primis præcipitur: vt ſummam obedientiam, perpetuam paupertatem, & caſtitatem ſeruent: deinde vt in Lege Domini meditantes, orationi, & contemplationi vacent: tum prædicationi Verbi Dei, ac Animarum ſaluti incumbant, atque ideo in longinquas mitti Regiones.

Hæ ſecundæ litteræ Summi Chriſtianorum Præſulis in hunc modum exaratæ fuerunt.

†

CLE-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CLEMENS PAPA VIII.

REGI PERSARVM.

ILluſtris, ac Potentiſſime Sciahabas Perſarum Rex, adſit tibi Deus, & perfectam in omnibus veritatem, & vitam oſtendat. Miſimus iam ad Te Paulum Simonem, Ioannem Thadeum, & Vincentium Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, eiſque mãdauimus, vt nonnulla negotia noſtro nomine Tibi exponerent. Cumque facile futurum ſit, vt ea de cauſa aliquandiu apud te moram trahant, eis iniunximus, vt interea Chriſti fideles, qui ſub tua poteſtate ſunt, noſtro nomine inuiſant, vt memores ſint ſalutis æternæ, eos ſalutaribus præceptis inſtruant, & iuxta Chriſtianorum ritũ, & facultates eis conceſſas, ſpiritualibus remedijs, & Sacroſanctis Sacramentis reficiant. Vt Tu autem aliqua de eorum Inſtituto intelligas, pauca quædam Tibi ſignificanda duximus, ex quibus cætera facile conijcias.

Habuerunt olim Religionis huius profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt, ſui Inſtituti authores Sãctos Prophetas Eliam, & Eliſeum, omnibus nationibus, & gentibus notos: & à Beato Alberto Patriarcha Ieroſolymitano, magni nominis viro, propriæ Regulæ conſtitutiones acceperunt, quibus illis in primis præcipitur: vt ſummam obedientiam, perpetuam paupertatem, & caſtitatem ſeruent: Deinde vt in Lege Domini meditantes, contemplationi, & orationi vacent: tum prædicationi Verbi Dei, atque Animarum ſaluti incumbant, atque ideo ad Regiones longinquas mittuntur.

Et iam Hiſpaniarum Regna, & Indiam Occidentalem, nõnullaſq; Italiæ Ciuitates peragrarunt: Bonorum temporalium (vt illorum quoque viuendi rationes accipias) nec communi quidẽ nomine proprietatem, aut vſum retinent, & quotidianum victum, aliaque ad Eccleſiarum cultum, & vſum vitæ neceſſaria, ex pia eleemoſynarum oblatione capiunt. Nudis pedibus, Apoſtolorum more, ſoleis vtẽtes incedunt, vnde Diſcalceati nuncupantur. Perpetuo à carnibus abſtinent, corpus vigilijs, & ieiunio macerant, horrido cilicio domant, & crebris verberibus in ſeruitutem rediguntˌ vt legi mentis non repugnet, & in omnibus Diuinæ ſubiaceat voluntati. Dumque ſe à carnis petulantia, & terrenarum rerum ambitu, atque à viſibilium voluptate cuſtodiunt, ab his etiam alios admonendo compeſcunt.

A Te igitur petimus, vt illos, & libenter audias, & Chriſtianas functiones cum fidelibus ſubditis tuis exercere permittas. Nec vero inculturn, & rudem illorum veſtitum deſpicias: nam ſi vitam, & mores inſpexeris, experiris, vt in Domino confidimus, ſub illo vili, aſperoque indumento, latere quaſdam præclaras animi dotes, atque virtutes, quibus ſe Deo, & hominibus gratos præbere ſtudent. Et licet pedibus longinqua loca peragrantes puluere conſpergi, & inquinari luto videantur; ex eorum tamen colloquijs, & vſu frequenti comperies, vt ſperamus, quam omni labe immunes, quam à rerum humanarum colluuie liberi, quam denique ſpecioſi ſint pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum die ſecunda Octobris anno 1604. Pontificatus noſtri XIII.

CA-

CAPVT IV.

A Clemente VIII. ampla conceduntur Priuilegia Miſſionarijs noſtris, qui ob bellicos Moſcouitarum apparatus ſiſtuntur in Polonia, vbi prima Religionis noſtræ ſemina ſpargunt.

SVpremus ille Redemptor Animarum, ac Paſtor, cũ ad Vniuerſum Orbem Terrarum Apoſtolos ablegaret, *Data eſt*, inquit, *mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra: Euntes ergo in Vniuerſum Mundum, prædicate Euangelium omni creaturę*. Et iterum: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos*.

Conceſſit ipſe primis illis Prædicatoribus, & Eccleſiarum Fundatoribus ſummam facultatem, libertatemque diſſeminandi fidem per totum Orbem Terrarum: hoc enim proprium eſt munus Apoſtolorum, ſed immediata Miſſio ſingulare Priuilegium eorum extitit, qui à Domino conſtituti fuere Principes ſuper omnem terram: quibus omnibus hac in dignitate ſolus Romanæ Pontifex Eccleſiæ Diuino Iure ſucceſſit: In qua verus hæſit Apoſtolatus: & vt Sanctus Auguſtinus ait epiſt. 162. *Semper Apoſtolicæ Cathedrę viguit Principatus*. Vnde Sanctus Bernardus Eugenio Papæ ſcribebat: *Tu Principibus illis ſucceſſiſti in hæreditatem: ita tu hęres, & Orbis hæreditas*: Nulla igitur in Eccleſia Dei reperitur hoc tempore legitima miſſio, nulla in Animas Chriſti ſanguine redemptas authoritas, aut facultas, quæ fundata non ſit ſuper Capitolij immobile ſaxum, ab Aeterno Paſtore electum in Eccleſię ſuæ fundamentum, & fabricam indiſſolubilem, quod eſt Romanus Pontifex, ſucceſſor Petri, Vicarius Chriſti, Cœleſtis Patris tuba, Oraculum Spiritus Sancti, à quo reliqua Eccleſiæ organa fidelem accipiunt ſpiritum, & motum rectum, iuxta menſuram fidei, & miniſterij exigentiam, ſiue communicatione poteſtatis ordinariæ, ſiue delegatæ. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Attamen quia in remotiſſimis ab Apoſtolica Sede regionibus verſantur plerumque Miſſionarij, nec niſi magnis itineribus, periculis, expenſis ad Eccleſiæ Romanæ fontem in occurrentibus caſibus accedi poteſt, Viris Infidelium conuerſioni allaborantibus, priuilegia conceſſerunt ampliſſima, vt remotis obſtaculis fides, quam latiſſimè propagaretur, & fœlicioribus augmentis proficerent Neophitorum tenella germina in ęternam ſalutem, & Dei gloriam.

Hac etiam in re liberaliſſimum ſe ſe exhibuit, exemplo Domini ſui, Vicarius Chriſti noſtros erga Miſſionarios, quos in Perſidem mittebat, alioſque futuris temporibus à Superioribus ad Infidelium, Hæreticorum, Schiſmaticorum conuerſionem ablegandos.

Quæ ſtudioſus Lector videre poterit in Breue, quod ſubiungo.

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Breue CLEMENTIS VIII. Quo Miſſionarijs noſtris, ampla concedit Priuilegia 14. Iulij 1604.

Dilectis filijs Commiſſario, & Fratribus Beatæ Mariæ de Monte Carmelo nuncupatis Congregationis Italiæ.

CLEMENS PAPA VIII.

DILECTI *filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dominici gregis cura nobis Diuina diſpenſatione commiſſa exigit, vt non ſolum Chriſti Fidelium Animarum ſaluti, quantum cum Domino poſſumus, proſpiciamus, ſed Infidelium quoque conuerſioni ſollicitis ſtudijs intendamus. Cumque ad præmiſſa exequenda Religioſi Viri pietate Chriſtiana, & Catholicæ Fidei Zelo, & ſacrarum litterarum doctrina præſtantes, ac vitæ in primis, & morum ſanctitate conſpicui requirantur; & in veſtra Religione, ac Congregatione nunc Spiritu feruẽti (benedicente Domino) Religioſi plures reperiantur, eò quod diuina affluẽte gratia, ſanctæ orationi, ac contemplationi vacantes, ſacrarum litterarum ſtudio, prædicationi Verbi Dei, atque animarum ſaluti diligenter incumbitis, & humilitate, paupertate, nuditate, abſtinentia, ieiunijs, & vitæ auſteritate prælucentes Patris veſtri, & Prophetæ Sanctiſſimi Eliæ, veſtri Inſtituti Auctoris Alumnos, & Imitatores vos oſtenditis, ex veſtra Religione, & Congregatione primitiuę obſeruantię Diſcalceatorum nuncupatorum, ad Illuſtriſſimum, & Potentiſſimum Abbas Perſarum Regem, illiuſque Regna, Dominia, & Loca, & ad aliorum quorumcumque Infidelium, Schiſmaticorum, & Hereticorum partes, vt in illis Euangelium Chriſti prædicare, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & tam fidelium in illis partibus forſan degentium ſaluti conſulere, quàm Infidelium, & aliorum prædictorum conuerſioni operam præſtare curent, nunc, & in futurum aliquos per vos ad hoc deputandos, quàm primum deligendos, & tranſmittendos eſſe duximus. Vt autem ij, quos ipſi ad hoc munus deputaueritis, miniſterium hoc facilius, & commodius ad Dei Gloriam, & Catholicæ Eccleſiæ exaltationem adimplere poſſint, eiſdem Religioſis, qui pro tempore ad partes prædictas, per te fili Cõmiſſari, ac per Præpoſitum Generalem pro tempore exiſtentem mittentur, vt in eiſdem partibus tàm cum Infidelibus, quàm cum Hæreticis, & Schiſmaticis, & excommunicatis quibuſque tuta conſcientia conuerſari, ac verbo, officio, & cibo communicare, eorum libros, & alios quacunque ex cauſa prohibitos ad effectum illos confutandi, & vtrigendi, legere, illiſque Verbum Dei proponere, & prædicare, & Euangelicam doctrinam ad Chriſtianam Fidem venire cupientes edocere, eoſque catechizare, ac recipere, & baptizare in forma Eccleſiæ conſueta. Eccleſias, Oratoria, Cæmeteria, Conuentus, & Monaſteria, Confraternitates tam veſtri, quàm aliorum quorumcumque Ordinũ, & alias quaſcumque, necnon cætera loca pia extruere, fundare, erigere, ac ſi quæ adſint in illis partibus profanatæ, eas benedicere, & ſi erunt conſecratæ aqua priùs ab aliquo Epiſcopo, vel ſi Epiſcopus vltra duas dietas diſtauerit, à vobis benedictas reconciliare. Quoſcumque illarum partium habitum veſtri Ordinis recipere volentes etiam non ſeruata forma ſel. recordat. Sixti Papę V. Prędeceſſoris noſtri, & Decretorum noſtrorum ad huiuſmodi habitum, & deinde ſuo tempore ad profeſſionem Regularem admittere. Altaria portatilia cum debitis honore, & reuerentia habere, & ſuper illa in quibuslibet locis decentibus tamen, & honeſtis, & ab omnibus actibus humanis ſeiun-*

ſeiunctis, & remotis Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, etiam ante lucem regulariter per mediam horam ante, dũmodo illuceſcat dies; vel ſi neceſſitas id poſtulauerit, etiam per horam ante, & per mediam horam poſt meridiem. Indumenta, Paramenta, Corporalia, & Vaſa Eccleſiaſtica, non tamen ea, in quibus Sacra Vnctio adhibetur, pro eorum, & aliorum Sacerdotum in illis partibus exiſtentium in vſu quęcumq; benedicere. Oleis Infirmorum, & Catechumenorum Sanctis antiquis in ſupradictis, & infraſcriptis muneribus vti, ſi facta diligentia eiuſdem anni habere non potuerint. Quoſcumque præterea in illis partibus degentes Hæreticos, Schiſmaticos, & à Fide Chriſtiana apoſtatas, etiam hæreſiarchas, non tamen relapſos, ſi ad pœnitentiam redierint; Facta per eos publicè, vel priuatim, prout perſonarum, & locorum ratio poſtulauerit, ſuorum errorũ deteſtatione, & abiuratione, & iniunctis eis pœnitentijs ſalutaribus, & alijs iniungendis, ab hęreſis, Schiſmatis, & apoſtaſiæ à fide reatibus, necnon excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis per eos incurſis, in vtroque foro abſoluere, illoſque reconciliare, ac S. Matris Eccleſię gremio, & vnitati fidelium reſtituere. Eorum etiam, & cæterorum quorumcumque Chriſtifidelium vtriuſque ſexus in illis partibus degentium confeſſiones audire, ac iniuncta illis pro modo culpæ eorum arbitrio pœnitentia ſalutari, eoſdem à quibuſcumque peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quãtumcumque grauibus, & enormibus, etiam in caſibus nobis, & eidem Apoſtolicæ Sedi, & locorum Ordinarijs reſeruatis, etiam contentis in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis, etiam de quibus dicta Apoſtolica Sedes meritò conſulenda eſſet quoad huiuſmodi caſus contentos in litteris Cœnæ Domini, videlicet ſemel in vita, & in articulo mortis, niſi aliquis caſus vrgens pluries occurrat, cui propter periculum animarum ſit prouidendum, quoad reliquos verò totiet quoties eis videbitur, & fuerit opportunum. Necnon quorumcumque votorum etiam iuratorum, & Eccleſiæ præceptorum trangreſſionibus, ieiuniorum, & pœnitentiarũ iniunctarum omiſſionibus, cæteriſque delictis in foro conſcientiæ abſoluere, ac in illis partibus, vbi Parochi non fuerint, Baptiſmatis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Matrimonij, & Extremę Vnctionis Sacramenta, quæ alioquin Parochi ſuis Parochianis miniſtrare ſolent, & poſſunt vice Parochiorum miniſtrare. Præterea verò quæcumq; etiam ſolemniter iurata (caſtitatis, & Religionis dumtaxat exceptis) ex aliqua rationabili cauſa in alia pietatis opera commutare. Apoſtatas quoque à Regularibus Ordinibus quibuſcumque in dictis partibus degentes, ſi verè pœnituerint, & veniam petierint, impoſita illis ſalutari pœnitentia, ab apoſtaſię nota, & excommunicationis, alijſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis per eos incurſis abſoluere, illiſque, vt reaſſumpto habitu ſui Ordinis extra Monaſterium per certum decentem terminum, donec ad ſua Monaſteria redire potuerint, remanere poſſint, concedere, & cum eis, ſi Sacerdotes fuerint ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione, & etiam quia cenſuris Eccleſiaſticis ſic ligati Miſſas, & alia diuina officia etiam forſan in contemptum clauium celebrarunt, contracta diſpenſare; itaut Miſſas, & alia diuina officia celebrare, et Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeant, dummodo ſcandalum non adſit, et vtilitas, aut neceſſitas conuerſionis, et ſalutis Animarum illarum partium ſuaſerit ab illis eſſe concedendum. Super votis etiam ſimplicibus Religionis, et caſtitatis ſimili ex aliqua cauſa rationabili diſpenſare. Vtque pro expenſarum oneribus leniùs ſupportandis eleemoſynas, et oblationes eis largiendas recipere; illiſque pro Religioſis eorum neceſſitatibus vti; necnon quęcumque mala ablata incerta illarum partium, ſi ij, quibus ſolutio earum, et reſtitutio fieri deberet, ignoren-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

rentur, vel inuenire non poſſint, in pios uſus, et pauperum ſuſtentationem earumdem partium eorum arbitrio erogare. Inſuper vt ij ex dictis Religiaſis ad partes prædictas profecturis, quive in dictis partibus ad habitum, et profeſſionem eiuſdem Ordinis recipientur Sacris Ordinibus non initiati, à quibuſcumque Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, et Epiſcopis gratiam, et communionem Apoſtolicæ Sedis habentibus ad omnes etiam ſacros, et Præſbyteratus Ordines etiam extra tempora à iure ſtatuta, et non ſeruatis interſtitijs, et abſque litteris dimiſſorijs, quatenus ibi locorum Ordinarij, ſeu Epiſcopi non ſint, cum teſtimonio tamen de vita, moribus, et idoneitate illius, qui in illis partibus eorum Superior pro tempore fuerit, promoueri, et promoti in illis, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare libere, et licitè valeant. Ad hęc omnes prædictos Religioſos eiuſdem Congregationis veſtræ, ac Domos, Conuentus, Monaſteria, et loca quæcumque, quæ in illis partibus pro tempore habueritis, ab omnium, et ſingulorum quorumcumque Prælatorũ, et Perſonarum Eccleſiaſticarum iuriſdictione, poteſtate, ſuperioritate, et authoritate ſicut in cæteris locis iſtis prorſus eximimus, et liberamus; Decernentes, illos omnes, et ſingulos tibi fili Commiſſarie Generalis, et Definitorio Congregationis Italiæ tantummodo, tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus ſubiacere, illoſque ſuper præmiſſis à quoquam quauis authoritate fungente, moleſtari, perturbari, inquietari, vel impediri nullatenus poſſe; nec etiam cuique dictæ Congregationis Italicæ Religioſo licere ad præfata loca ſine tua fili Commiſſarie, aut Præpoſiti Generalis pro tempore futuri ſpeciali licentia accedere; & ſecus facientes apoſtaſiæ notam eo ipſo incurrere, præſentes quoque litteras ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, aut alys contrarijs diſpoſitionibus, etiam per litteras die Cœnæ Domini legi ſolitas faciendas minimè comprehendi, niſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio fiat. Sicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & deffiniri debere. Irritum quoque, et inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autẽ, et in virtute Sanctæ Obedientię, ac ſub excommunicationis maioris latæ ſententię pœna eo ipſo per contrariũ facientes incurrenda, à quà nonniſi à Nobis, et Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris, præterquam in articulo mortis conſtitutus quiſquam abſolui poſſit, diſtrictè præcipiendo mandamus, vt præmiſſa omnia dicti Religioſi gratis, et abſque vlla prorſus impenſa omninò impendant, et impartiantur, neq; ab illis aliquid hac de cauſa petere, vel exigere, vel ſponte oblatum accipere præſumant ſub eiſdem præcepto, & excõmunicationis pœna ipſo facto incurrẽda, Nobiſque pariter reſeruata, nè quis non Superior illorum prædictos Religioſos retardare, moleſtare, inquietare, aut quoquomodo directè, vel indirectè quominus præfata miniſteria exequãtur, impedire audeant, diſtrictè inhibemus. Et quia difficile foret, præſentes noſtras litteras ad ſingula loca, vbi opus fuerit, deferri, volumus, et dicta authoritate decernimus, vt earum trãſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, et ſigillo veſtræ Congregationis, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, et extra habeatur, quæ eiſdem præſentibus originalibus litteris haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Iulij 1604. Pontificatus Noſtri anno 13.

M. Veſtirius Barbianus.

Appu-

APpulerunt per Germaniam in Poloniæ Regnum quatuor noſtri Miſſionarij; ſuſcepit hoſpitio Illuſtriſſimus D. Iulius Ragona Nũcius Apoſtolicus, & tum ob Pontificis, tum ob proprium affectum honoris, ac beneuolentiæ ſignis eſt proſecutus. Hic cum intellexiſſent Moſcouię Ducatum inteſtinis ardere bellis, neque vllam ſine manifeſto periculo patere viam, in Regia Ciuitate Cracouiæ ſubſiſtere ſunt coacti, donec commodam nanciſcerentur occaſionem inceptum iter proſequendi.

Perculit Regem, Palatinos Regni, reliquoſque Curiæ proceres hactenus apud eos inuſitata vitæ norma, nuditas pedum, perpetua à carnibus abſtinentia, ieiunia fermè cõtinua, ſtudium receſſus, Orationis feruor, flagellationum frequentia: Alliciebat animos tum zelus, quo flagrabant gloriæ Dei, ac ſalutis Animarum, tum grata modeſtia, totiuſque corporis deuota compoſitio, & in tanta auſteritate hilaritas vultus, qua mentis intimum gaudium ſpirare, & ad deuotionem tacita quadam vi ſe ſe ſollicitari ſentiebant: Suſcepto præſertim Sacro B. Virginis de Monte Carmeli Scapulare, quod P. Fr. Paulus Regi, Regnique proceribus humiliter petentibus impoſuit, ceu ſuaue iugum obſeruandæ caſtitatis in eiuſdem Virginis honorem, eamque vt ſingularem Dominam, ac Patronam præcipua deuotione mentis, ac corporis excolendi, nec non in pignus perpetuæ protectionis Reginæ Cœlorum, erga confratres ſuos tum ex huius vitæ periculis, tum è Purgatorij pœnis eruendi.

Quamobrem ægrè à ſe diuelli ſinebant tam præſtantes æternæ ſalutis operarios: atque in eorum vicẽ, alios ex eodem Ordine Cracouiam mitti à Summo Pontifice, atque Ordinis Superioribus ſummis precibus poſtularunt, liberales ſumptus offerentes pro fundatione, quemadmodum anno ſequenti 2605. factum eſt ad diem 28. Nouembris. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Reuerendiſſimus etiam Vicarius Metropolitæ Vilnenſis Ruthenorũ, ijſdem de cauſis enixè precatus eſt, vt Inſtituti noſtri Patres Vilnæ poſſet obtinere: quorum exemplo, ac doctrina ſperabat commiſſum ſibi gregem ad vnitatem Eccleſiæ Romanæ reduci poſſe, & hac de re litteras ad Capitulum Generale dedit, & fauorabile reſponſum tulit, quod P. Fr. Petrus à Matre Dei Miſſionarijs Cracouię adhuc hęrentibus remiſit.

Sanè Miſſionariorum noſtrorum in Poloniæ Regno mora paruus fõs fuit, qui creuit in fluuium recurrentium cum Præſulibus ſuis populorum ad magnum veritatis, & gratiarum Oceanum Sanctam Matrẽ Eccleſiam Romanam. Plures enim ſubſequentibus annis in noſtris Cõuentibus, ac noſtrorum opera, eiurato fœdo ſchiſmate, redintegratæ, & ſolemniter celebratę ſunt vniones Ruthenorum, Armenorum, Græcorum, & aliorum illius tractus Schiſmaticorum, de quibus ſuo loco dicemus.

Interim Clementis VIII. glorioſus ad Deum tranſitus citatis Nuntijs, Cracouiam peruenit: vnde neceſſe fuit Fratres noſtros noui Pontificis operiri litteras, ne vanæ legationis arguerẽtur. Illos igitur hic expectantes pro nunc relinquimus, ad ipſos ſuo tempore redituri; & cum Sanctimonialibus noſtris in Gallias properamus.

CA-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CAPVT V.

Tereſianæ Moniales deſiderantur in Gallia, venturæ prædicuntur, & à Superioribus Hiſpanis pluries expoſtulantur.

NOn decebat Chriſtianiſſimũ Eccleſiæ Regnum pulcherrimo Religionis fructu carere. Etenim adhuc mortalitatis anguſtijs circumdatus Tereſiæ ſpiritus Gallicanis Eccleſijs illatam ab hæreticis ſtragem perpetuis deflebat lacrymis, & qua valebat apud ſponſum fiducia concipiebat fore, vt tantis malis remedium aliquod adferre poſſet noua Carmeli ſoboles.

Verùm cũ cæleſtis aura ver aperuit immenſitatis gloriæ, dudum conceptos Reformationis ſuæ flores inſeri obtinuit in campo Gallico; qui ſpurcitias nouatorũ, & hæreticorum caliginem fragrantia virtutum extruderent, & morum candore diſſiparent.

Circa initium anni 1588. S. Tereſiæ libros in propriam linguam à grauiſſimo quodam Borſonteniacæ Carthuſiæ Priore traductos vidit Gallia: & vt iam ſupra libro præcedenti, cap. 42. monuimus, admirata eſt fœminæ ſpiritum, ſcientias ſcholarum longo ſuperaſſe interuallo.

Igitur dum Gallorum manibus Tereſiæ libri teruntur, voce virtutis & exemplis religioſæ vitæ atteruntur corda, ſtatimque quamplurimi vitæ inſtitutum, quod legebant, elegerunt: adeoque ſtatuerunt omnes vires, atque induſtriam conferre, vt Gallia fœcunda mater Matri Tereſiæ ſobolem daret non infœcundam: & quæ Cluniacum, Carthuſiam, Ciſtercium, toti communicauerat Eccleſiæ; ipſa non dedignaretur ex Hiſpanijs accipere reſtauratum Carmelum.

Nec infimæ ſortis homines coloniam hanc ſacram deducere ſunt aggreſſi, ſed primores Regni, & quidem primam gloriam facinoris huius ſibi vindicat Domina Mareſcalla de Ioyoſa tum iure munificentiæ, tum ob ſplendorem ſanguinis, ac pietatis, noſtris neutiquam tacenda cartis. Hæc (vt de filiorum bellica fortitudine ſileam) duos Eccleſiæ Dei dedit athletas, vnum in purpura Cardinalem, alterum in ſacco Capucinum, ſed deuotiſſimę principis vaſta mẽs pluries pietatis vtero filios Eccleſię parturire geſtiebat, adeoque ſub finem eiuſdem anni in Hiſpanias miſit D. Ioannẽ de Quintanadueñas, vt Tereſiani ſpiritus Moniales à Superioribus impetraret.

Erat Dominus Ioannes Burgis in Hiſpania oriundus ex *Illuſtriſſimi* adnodum ſui nominis familia, quãuis Rothomagi in Gallia natus, filius D. Ferdinandi de Quintanadueñas, & D. Catharinæ Cauelier. Hic in Hiſpaniam ad Domeſtica negotia profectus, S. Tereſiæ, Monialumque præclaras virtutes, ac viuendi normam præſens aſpexerat; Quæ, vt fieri aſſolet, catholicum & deuotum nobilis animum deuinxerant nodis quibuſdam affectus ſingulariſſimi. Rebus ſuis ſic exigentibus, translato domicilio Pariſios Galliæ Metropolim incolebat, & à Dominio Caſtelli, ſeu pagi quem poſſidebat, Toparcha de Britigni, vſitato Gallorum more ſolebat appellari, & nos eum deinceps hoc inſigniemus nomine. Nõnullis enim huius hiſtoriæ locis mentionem honorificam exigent eius merita. Nullus igitur aptior, cui talis demandaretur prouincia. Et maximo certè Ioannes negotium affectu ſuſtepit, Madritumque profectus, vrſit qua potuit authoritate, proſecutus eſt diligentia. Non perfecit tamen

men: nondum enim aderat tempus à Dei prouidentia præſtitutum, quo reformatus Carmelus in Gallias extenderetur.

Ea tempeſtate Conuentui Monialium Tereſianarum Madriti præerat Venerabilis Mater Anna à Ieſu, quæ poſtmodum dux fuit earum, quæ in Galliam, & Belgium ſunt translatæ, quemadmodum adhuc viuente Tereſia per Sanctimonialem Laicam diuinitùs edoctam, ei fuerat menſe Iulio 1581. prædictum. Nam cum expleto in Oppido Veas officij Prioralis triennio, ſufficeretur in Venerabilis Annæ locum, eadem ſatagente, Mater Catharina à Ieſu recens ab emiſſa profeſſione, ſed cuius ſolida virtus præconiũ meruit à Serafica Tereſiæ lingua, Laica quędam Monialis Sanctitatis non exiguæ, cui nomen Catharina à S. Alberto, non adeò facilè ferebat præſente Matre Anna, iuniorem eligi, quæ ſub Annæ diſciplina militauerat in Nouitiatu. Cumque turbatum animum pia Virgo coram cœleſti Sponſo in oratione effunderet, adfuit humilium conſolator, & aſſeruit ad maiora reſeruari in prouincias, & regna diuerſa magnam Matris Annæ mentem.

Erat Catharina à S. Alberto ſeruitijs addicta domeſticis: ſed chorum ſibi fecerat nobiliſſimarum virtutum, cuius perfectam obedientiã ſub imperio Matris Annæ voluit aliquando Deus illuſtriorem reddere miraculoſa paraliticæ ſanatione.

Nam ſororem Luiſam à Saluatore, ob diuerſas infirmitates, atque apoſtemata in vẽtriculo enata, quindecim menſibus defixam lectulo, adeòque deſperatæ ſalutis, vt Medici ne ſtratum quidem moueri permitterent, nè tantilla agitatione animam exhalaret: Cùm nocte feſtiuiſſima natalis Domini matutinas preces reliquæ decantarent, precibus infirmæ, & Matris Annæ iuſſu, tulit ad cratem, qua Eccleſiæ Matricis ſolemnia Moniales poterant exaudire; & ardentibus ad Deũ pro eius ſalute fuſis orationibus, inde perſolutis iam officijs, provt Veneranda Mater Anna iuſſerat, ſanam deduxit ad chorum, præ gaudij magnitudine tanta agilitate, ac neruorum firmitate ſaltantem, ac ſi vnquam moleſtiæ quidpiam paſſa fuiſſet. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Reuelationem ergo tam eximiæ virtutis laicæ factam, tacita perpendebat, ac venerabatur Mater Anna, atque ad eam humiliter ſe præparabat temporum, rerumque ſucceſſu implendam ab eo, qui reuelauerat. Hanc prædictionem in quodam ſcripto eadem Mater proprijs manibus exaratã reliquit in hunc modum. *Anno integro prius quam obiret noſtra S. Mater Tereſia à Ieſu: meus in iſtas Flandriæ prouincias aduentus innotuit in oppido Veas, cùm in Conuentu celebraretur electio. Faxit Deus, vt in eius cedat obſequium.*

Igitur Ven: Matrem Annam, quã reuelatione ſua præuenerat Deus Madriti ad idem negotium conuenit Toparcha de Britigni. Verùm non ſine diuino nutu reſpondit non dum aduenisſe tempus, quo Deus decreuerat adimplere quod petebat; indubitatè quidem aliquando futurum, vt in Gallias, aliaſque prouincias Religio propagaretur, & tunc ſe quantum habuerit virium impẽſuram.

Elapſis inde annis aliquot Fratrum noſtrorum reformationem in patriam magno labore deducere tentauerat nobilis vir D. de la Guichonniere Conſiliarius Regis Chriſtianiſſimi, & eiuſdem in territorio de Noiers computiſta. Verùm victus difficultatibus, pro Religione Carmeli, quam ſperabat, Carthuſiæ ſanctiſſimum Inſtitutnm cum iam annorum foret 64. amplexus eſt, & reliquo vitæ tempore nobiliorem ſe morum ſanctitate præſtitit, quam prius fuerat officijs, & ſanguine.

Ean-

igitized by Google

Ab anno Christi. 1604 ad 1605.

Eandem ob causam circa finem sæculi præcedētis in Hispanias peruenerat Reuerēdus D. Iacobus Gallemand Parochus in Aumalę oppido, sed effectu nullo; nisi quod certus, vt sibi videbatur, futurum aliquando, quod desiderabat, non paucas virgines moribus, & genere illustres conformibus instituto Teresiano exercitijs prąparabat, hortans vt enixis precibus à Deo flagitarent Carmelum primitiuum proferret in Gallias, in quo diuinæ eius maiestati purum possent exhibere famulatum.

Tot, tantisque præparationibus præuenire voluit Deus propagationem reformati Carmeli in Gallias, atque exinde in Belgium, & alias prouincias Monialiū quidem ab initio, ac deinde eisdem annitentibus, etiam virorum quemadmodum in historiæ decursu dicturi sumus.

Nam in Italiam quidem, & Romam ipsam, ac deindè in Poloniam ac Germaniam, primitiuum institutum prius intulerunt viri, & ijs annitentibus Virginum Clausura fundata sunt, quemadmodum in Hispanos, sic in Gallos, Belgasque primum pedem intulerunt Moniales, & Matrem suam emulatæ suæ Reformationis Patribus ad fundationes faciendas non modico fuerunt auxilio.

CAPVT VI.

Dominæ Acariæ apparens S. Teresia, ad Moniales ex Hispanijs deducendas animat; D. de Longauilla Conuentum dotare se se offert, & parat: Aliæ demum ad hunc finem in Hispanias fiunt expeditiones.

PArisijs vitam *in terris* Angelicam ducebat *Domina* Aurillot Matrona nobilis, quam parentes paris nobilitatis viro desponderant, cuius nomine Domina Acaria solebat appellari, quæ licet vinculis alligata Matrimonij &prolium, familiæque cura teneretur, liberis tamen alis interni spiritus ferebatur in Deum, & tam heroicos virtutum actus exercebat, vt multos Monasteriorum spirituales ascetas longis interuallis præcurrere videretur.

Nec parua, nec vsitata referebat diuini fauoris dona, quæ pereleganti stilo prosequitur Andreas du-Val Sorbonæ doctor, integro volumine vitæ eius acta percensens. Nobis hìc pauca proposito nostro seruientia sufficiat annotasse.

Atque in primis adeo feruenti, assiduoque orationis exercitio, ac familiaritate cum Deo fuisse coniunctam, vt dignatus fuerit Christus Dominus, quadam die sponsæ suæ dilectissimæ omnes suę passionis imprimere plagas, inuisibiles quidē alijs, sed adeo sibi sensibiles, vt intensissimos, præsertim singulis feriis sextis, totaque quadragesima in latere, capite, manibus & pedibus pateretur dolores.

Vt ab exterioribus, quibus legę matrimonij mancipabatur, ad interiora rediret orationis mētalis exercitia, lectione librorum S. Teresiæ, ceu

Digitized by Google

ceu vero introuerſionis pharmaco diſponebat animum,& quamuis ſub initium aridus, & inſipidus palato videretur cibus, aut fortaſſis procurante Dœmone, aut quod eminentiam ſtili nondum aſſequeretur; perſeuerauit tamen, quæ guſtum non quærebat, ſed fructũ,& vtrumque multiplici fœnore fuit conſecuta. Nam ſummis votis inquirere cœpit, qua in re proficuam magis, magiſque glorioſam poſſet diuino numini exhibere ſeruitutem.

Neque dedignabatur benigniſſimus Deus famulæ ſuæ ſuſpiria, ſed rependebat ſolatia, refundebat delicias, fauores multiplicabat, atque vt fulgentiorem in cœlis præpararet coronam, ſimulque deſideriorũ eius æſtibus faceret ſatis,voluit Tereſianum inſtitutum tanquam obſequium vnicè ſibi beneplacitum in Gallias deduceret, & tandem marito vita defuncto humiliter profiteretur.

Nam poſt magiſterium virtutum, quibus in ſæculo fulgebat, diſcipula facta obſeruantiæ religioſæ ſub Laicali habitu mundanam gloriam ſepeliuit, ac denique celebri Sanctitatis fama in cœlos demigrauit. Huic Dei ſeruæ, dum ſub initium currentis ſæculi nocte quadam orationi feruentiùs inſtaret, apparuit Monialis viſu Venerabilis, ætate grandęua, pauper amictu, ſed veſtita ſplendoribus Sanctorum. Agnouit Tereſiam tum interni ſpiritus magiſterio, tum ex notis imaginum quas viderat. Tum Sancta: *Placet*, inquit, *Diuinę Maieſtati allaborare te,ut Ordo meus in Gallias proferatur, & quotquot potueris Monaſteria Reformationis meę conſtrui procures.*

Noluit obedientiſſima, atque humillima mulier quidquam inconſultum aggredi, ſed iuxta normam veræ pietatis, pondus ſtateramque ſanctuarij conſuluit, Confeſſori ſincerè, quæ viderat, & audiuerat retulit, eius ſe iudicio ſubmiſit.

Erat ei à Sacris Confeſsionibus Ordinis Carthuſienſis Sacerdos doctus, piuſque Pariſienſis Carthuſiæ Vicarius, nomine Beaucouſin. Hic nihil temerè definire, plures ſapientiæ, ac pietatis laude pręſtantes cõſulere, Dominum de Britigni, & D.Iacobum Gallemandum, quos in eumdem finẽ plures in Hiſpanijs, & Gallijs tractatus iniuiſſe nouerat,in partem deliberationis vocare, quibus alios duos viros præclariſſimos adiungit Petrum de Berulle,qui Regi Chriſtianiſſimo erat à conſilijs, & eleemoſynis, ac tandem in Sacrum Cardinalium Collegium à Paulo V. coaptatus fuit, & D.Andream Dual Sorbonæ Cathedraticum. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Communicatis conſilijs, viſionẽ examinant, ſingulas eius circumſtantias exactè perpendunt, rei difficultatem librant, conatus prætenſos in exemplũ ſtatuunt; deniq; poſt plures conſultationes adeo magnis obſtaculis omnis aditus pręſtructus apparuit,vt nulla planè ſpes affulgere videretur.Iubetur ergo nihil attẽtare,& eo vſq; ſaltẽ opperiri, donec Deus amotis obicibus viam aliquã ſterneret. Nihil reluctata eſt obedientiſſima mulier, adeoque totis ſeptem, aut octo menſibus,ne hiſcere quidem auſa, quieuit.

Cum ecce non patitur moras Tereſia,monet acrius, iubet efficaciùs, ſe ſe ducem operis fore,manus ſpõdere adiutrices, omnium difficultatũ ſtruem in ſe recipere,facilè ſponſi viribus amoliturum. Illuſtribus admodum,iteratiſque mandatis obtemperare nolle, fauores à Deo oblatos ſpernere, ingrati foret animi ſignum. Eorum ergo,qui priùs renuerant, nutu deſperatum humanis conſilijs opus aggreditur.Gallię primoribus viris, fœminiſque principibus, ponit ab oculos inſtituti Tereſiani præſtantiam, Virginum exactiſſimum ſilentium, inuiolabile cellæ receſſum, abſtinentiam perpetuã, meditationis, & orationis ſtudium ſuauiſ-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

suauissimum. Hoc institutum odoris sui fragrãtia totas iam permeasse Hispanias, atque in Italiam etiam num pertigisse. In omnibus Regni Christianissimi prouincijs ex non infima nobilitate cerni virgines innumeras, quæ Sanctitatis maiorum suorum æmulæ regulam perfectionis inquirunt, cui se consacrent. At vetustate temporũ, bellorum iniuria, hæreticorum sacrilegijs defloruisse primęuam cœnobiorum pietatem, nec facilem adhuc reformationis spem illucescere. Adeoque tam præclaras animas frustra iam diu suspirare voti compotes in Gallia fieri non posse. Fœdum esse temporalia dispendia tot remedijs, studijsque curari, nullo loco, neglectimque iacere quę sunt æterna, mederi corpora, spiritum extingui. Opportunum sibi tanto malo suggeri remedium, & Carmeli primitiui floribus, quædam in campis Gallicis deducantur areolæ, quibus virgines hæ nostræ inserantur. Adeoque nonnullæ Moniales Teresianę virtutis discipulæ tanto magisterio non indignæ, huc ex Hispanijs transferantur, tanquam viua specula magistræ viuentis in cælis, quæ virgines nostras instruant, deducantque per æternitatis semitas, quibus olim viuentem Teresiam sunt secutę. Placebat pientioribus, prudens, piusq; discursus. Aspernabantur plerique sæculo sapientes, sed præualuit, operante Teresia, cæleste consilium.

Nam viris illis supra recensitis adiunctus est Episcopus extraneus, qui magna Sanctitatis opinione Parisijs verbum Dei prædicabat; Dominus videlicet Franciscus de Sales tunc Episcopatus Gebennensis coadiutor, quem ab Alexandro VII. Sũmo Pontifice Sanctorũ numero adscriptũ tota nunc veneratur Ecclesia.

Initis ergo deliberationibus, ac precibus ad Deum feruenter effusis vnanimiter statuerunt omnes vias tentare, vt diuinis mandatis obtemperarent. Adeoque primò Romam mitterent, accepturi primę Sedis licentiam, benedictionem, directionem. 2. Ex Hispanijs Religiosas aliquas veras S. Teresiæ discipulas, eiusque spiritus hæredes, ceu viuas leges, atque animatas constitutiones, omninò necessariò sibi postulandas, & in Galliam esse deducendas. 3. Primum monasterium Parisijs esse fundandum, vnde tanquam ex capite vitalis primitiui spiritus humor se se in totius Regni membra diffunderet.

Vides, ò lector, *hoc in consilio* præsediſſe *Teresiam, vbi more magnæ illius mentis sine fundatore, sine* domo, sine pecunijs, sine licentia de totius Regni fundationibus ita securè disponitur, ac si affatim cuncta suppeterent orbis totius auxilia. Nihil tamen suis tempo*ribus* defuit.

Atque *in primis cum* Domina Acaria, quam primates Curiæ tam *ob sanguinis*, quam *ob sanctitatis* claritatem apprimè venerabãtur, & ad quam velut ad misericordiæ, ac charitatis apothecam miserabiles personæ confugiebant, quadam die pauperes subleuandi gratia, Dominam de Longauilla, Principem authoritate, ac diuitijs potentem accederet, in ipso itineris medio, vox ad eam facta est de Cœlo: *Caue ne Dominæ Principi de causa pauperis verba facias, sed de construendo Monasterio. Nam hanc ego Fundatricem elegi.* Veritatem, ac virtutem verborum effectus ostẽdit. Recepit enim præstantissima Matrona, se licentiam obtensuram à Rege, atque adeo cum Regni Senatus, quem parlamentum vocant, induci non potuisset, vt sine redditibus fũdaretur, Ipsa fundis, ac possessionibus stabilibus censum annum mille quadrigentarum librarum fundando Parisiensi Conuentui consignauit in perpetuum.

Statimque manus operi admouens

uens in ſuburbio Sancti Iacobi Eccleſiam, & domum, quam noſtram Dominam de Campis indigenè vocant, obtinuit à Cardinali Ioyoſa, ad quem ſpectabat ratione Abbatiæ quam habebat in commendam. Reliqua vero Prioratus bona translata ſunt in Collegium, quod in Sorbona Monachi poſſident.

Iamque ferebat opus, & in Monialium cellas redigebatur Prioratus, cum Romam amandatur Dominus Santueil, & in Hiſpanias remittitur Toparcha de Britigni, ſimulque cum eo tres ex præcipua nobilitate mulieres: Domina de Pucheur, Iordana, & Roſa de Leguge, vt Moniales ex Hiſpania comitarẽtur honoris, pudoriſque gratia; nec ſine pietatis fructu, ac lucro: quandoquidem duæ poſteriores ſe ipſas deinde Carmelo dederunt, prima filiam eidem conſecrauit.

Interim Dominam Acariã præcipuã huius machinæ rotam, pietatis ergo Verudunum Lotaringiæ profectam, dum in æde D. Nicolao ſacra matutinis horis intereſſet, Iam tertio Sancta Tereſia Cœleſti apparitione dignata eſt; non ſolum negotij, quod ſe monente ſuſceperat, felicem promiſit exitum, ſed eam ipſam aliquando tandem vinculis abſolutam coniugij, ſub eadem reformatione Deo ſeruituram, & inter eas, quæ velum album geſtant, Laicis miniſterijs deputatam iri.

Verum ſolenne Deo eſt, ſingulares gratias difficultatibus anteire, ideoque & à Romanis proceribus moræ nectebantur, quibus indecens videbatur moniales arctiſſimã clauſuram profeſſas, tanta terrarũ ſpacia per ignotas gentes, & linguas peragrare. Sed quæ Romæ difficilia, in Hiſpanijs inſuperabilia videbantur. Nam in primis firma ſtabat ſententia menti, Religionis imperium vltra Hiſpaniarum limites non protendere. Verebantur enim diuinę vocis oraculum, quo Tereſia de primo Conuentu dixerat: Expedire vt Moniales Sancti Ioſeph h obedientiam ordini darent, adeo q; id procuraret, alioquin quantoc iùs domus illius obſeruantiam fore relaxandam. Tot alia, tamque grauia rationum allegabant momenta, proponebãt inconuenientia, vt bonus nobilis animo fractus, abiecta prorſus omni ſpe, renunciauerit Dominæ Acariæ, ac Gallorum votis, nullo pacto poſſe ſatisfieri. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Sed hæc ipſa repulſa animum, & vires addidit Seruæ Dei. Iam enim à bona Magiſtra Tereſia didicerat contra ſpem in ſpem credere, & è medijs conclamatis, deſperatiſque certum finem augurari. Igitur quaſi indubitatæ victoriæ ſigno ſublimiùs erigitur, & non iam aliquem ſeligit è media nobilitate, ſed ipſum Patrem Berullæ Virum ſanctitatis laude præcellentem, & Dominum Gualtier Aduocatum Generalem Magni Conſilij Pariſiẽſis permouit, vt ipſi ſe ad tantum iter, & opus accingerent. Spondet Sanctam Tereſiam non defuturam promiſſis, adfuturam itineri, & Patrum Hiſpaniæ timores tantę Matri Magnanimitati ceſſuros, moleſtias omnes, nec Dei gloriæ, nec ipſorum præmio fore pares. Igitur anno tertio ſupra milleſimum ſexcenteſimum, menſe Ianuario medijs brumæ frigoribus duo illi viri virtute, & nobilitate primores, mirantibus pleriſque, nonnullis etiam acriter diſſuadentibus, laborem hũc ſunt aggreſſi.

Sed dum illi pro zelo Religionis terræ, mariſque pericula currũt, nos eos in Hiſpanijs præuolemus, & remetiamur tempus illud annorum fere duorum, quod Dominæ Acariæ dedimus, vt inſpirationem Tereſiæ in Gallijs amicæ ſuæ factam ſub vnum daremus intuitum.

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

CAPVT VII.

V. Mater Anna à Sancto Bartholomeo, indiuidua Sanctæ Teresiæ, dum viueret, Socia diuinitùs præparatur ad Fundationes Gallicas, & Belgicas.

IIsdem illis annis in Hispania filias, discipulasque suas ad scopum destinatum præparabat sedula Religionis propagatrix. Iam enim pridem illa, vt sub initium diximus, prima sui rigoris fundamenta ruinis Ecclesiæ Gallicanæ reparandis fæliciter posuerat, & si, quæ Motor Aeternus temporibus suis momenta librat, humili deuotione metiri libeat, inueniemus, eo præsertim anno cum Caluinistarum, seu Hugonottorum hydra in Regno Galliarum caput erexit, Deum aduersus eandem Teresianæ Reformationis ardentes faces in Ecclesiæ firmamento collocasse.

Anno quippe sexagesimo secundo post millesimum quingentesimũ Generalibus Ordinum, atque octo, vt vocant Parlamentorum Regni comitijs, Parisijs Ciuitate Regia Congregatis, Regina Regni totius administra consentiente, vel potius annitente, indulta est hæreticis exercitiorum suorum publica libertas, & super eadem re sancitum, ac tandem in tabulas relatum, ac denique promulgatum decretũ. Adeoque quæ incertis hactenus sedibus, nullo legum præsidio, capitis periculo vagabatur; cœpit caput attollere, se tueri legibus, fixas stabilire sedes, secura grassari, & se se huius anni decreto sequentibus temporibus, quasi machina stabilimenti sui firmissima, non defendere solum, sed etiam offendere. Interim ergo remedium malis his parabatur à Virgine, & quidem die Sancto Bartholomeo Sacro, qui diuersis expeditionibus Catholicæ Religionis fautoribus fauorabilis fuit, maximè cum post decem annorum curriculum iam à prima fundatione completum spiritus Teresiani discipulam, atque hæredem excitauit Ven. Matrem Annam à Sancto Bartholomeo, quæ futuris retro temporibus Teresiam Gallis exprimeret, adeòq; fœliciſſimo augurio vota primitiui Carmeli nuncupauit, eodem anno, & mense, nec fortuito cognomine Sancti Bartholomei, *vt quasi legis anniuersario numeris suis absoluto*, celeberrima decem millium Caluinistarum præcipuorum strage Parisijs anno 1572. patrata, & 40. millium per reliquas Regni Prouincias, voluerit Deus eundem *Sancti Bartholomei* diem exemplar *quoddam* constituere diei nouissimi, quo vetæ fidei perduelles, non præmisso vecialis discussionis scrutinio, supplicijs obruet sempiternis. *Qui enim non credit, iam iudicatus est.*

Simul etiam præmonstrare veracissimum illud hæreticæ prauitatis incendium Gallias latè depascens, tandem orationibus Teresiæ, suæque Religionis suspirijs, laboribus, ac præsentia Matris Annæ à Sancto Bartholomeo, & vtriusque sexus assectarum Teresianæ Reformationis adiutorio tandem extinguendum.

Notatum certè est à studiosis, pijsque historicis ab eo tempore, quo prima in Gallijs Teresianę Reformationis fundata est Ecclesia, nullam deinceps ab Iconoclastis fuisse deuastatam, & paulatim Hugonottorum numerum minui, vires flaccescere, & in interitum ruere.

Ea tempestate Soror Anna à Sancto Bartholomeo corporalibus exercitijs functa, vt vberius spiritum pasceret, & amplexibus sponsi liberius, suauiusque vacaret, in Viridarium

dictum Ecclesiæ, ut ex Ecclesia Hierosolymitana Scriptura docet, Sanctis Patribus, qui ante Christum fuerunt, non prohibuit, quin eorum Memoriam celebrarent. Non ita tamen, ut pro illis Sacrificium offerrent, vel Missas pro illorum requie celebrarent, sed ut illos Deo memoriales haberent, & ut pro illis Orationem Dominicam recitarent, & Eleemosynas pro illorum requie erogarent. Quæ tamen omnia ordinata reperiuntur apud Sanctum Joan. Crysost. Homil. 69. in Matth. & Homil. 3. ad Philipp. & apud Sanctum Cyrillum Hierosol. Catech. Mystag. 5. & apud Sanctum Dionys. Areopag. cap. 7. Eccles. Hierarch. part. 3.

Ingressi fuerunt per Rhenanum Sanctus Elias, & Sanctus Joannes Baptista, & Sanctus Joannes Evangelista, & Sanctus Joannes Apostolus, & Sanctus Joannes Damascenus, & Sanctus Joannes Climacus, & Sanctus Joannes Cassianus, & Sanctus Joannes Eremita

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

monet, omnia ad obtinendum neceſſaria donat.

Prætuli duo fulgentiſſima ſcholæ lumina, hiſtoricum vt deinceps tramitem in offenſo pede decurramus. Venerabilis enim Soror Anna charitatis zelo, ceu ſpirituali quodam cœſtro, percita vix ſe continet, & adhuc ignara modi, quo ſaluti proximorum ſuccurrere iuberetur, videbatur ſibi quodlibet hactenus inauſum per Dei gratiam tentatura. Pium dolorem exacuebat amor, & amorem viciſſim incendebat dolor, & vterque ſui oblitam mentem in procuranda, aut aſſerenda ſalute, quas in Gallijs perire viderat, animarum, ita ſibi rapiebat; vt neque ſomnus quieti, neque cibus ſeruiret voluptati, vtque numen iratum vindice placaret pœnitentia, præter conſuetum aſperrimę reformationis rigorem, catenis vinciebat, diſcerpebat flagris, ieiunijs extenuabat, & duris damnabat operibus innocuum corpus, vt obnoxijs æterno ſupplicio capitibus Dei gratiam conciliaret. Tanto denique feruore hęc in expiationem infidelitatis proſequebatur mortificationis opera, vt nullus reliquus in toto corpore foret locus, qui vulnus non eſſet, aut vibex, atque ipſa adeò brachia ſtudiosè celaret, ne impreſſa pœnitentiæ ſigna publicitus apparerent.

Erat Sororis Annæ, ac totius Monaſterij Confeſſarius vir admodum prudens, & ſpirituum diſcernendorum gratia prędtans, qui ſingulas eius actiones exactè perpendens, currenti ſtimulos addebat, ac ſubinde cum grauibus experimentis zelum illum ſalutis animarũ tentaſſet, ſemper legitimum, ac planè diuinum eſſe pronunciauit.

Nec iniucũdum fuerit quoddam hac in re luculentum proferre fidei, atque obedientiæ teſtimonium, illuſtribus Sanctorum Patrum exemplis non immeritò comparandum. Per eos dies Abulæ viri duo ſceleribus infames patibulo fuerãt adiudicati, atque hora ſtatuta carceribus extracti, per plateam Monaſterio adiacentem ad locum ſupplicij ducebantur. Tumultu curiæ, ſatellitum, ac concurrentis populi ſtrepitu commotæ Moniales in tenerrimam ſoluebantur compaſſionem; ſed inter cæteras Soror Anna non tam corporum, quam animarum ſalutẽ plorans, zelo ſuo ſolito mirum in modum angebatur, verita ne minus quam par eſſet, ad momentum, vnde pendet æternitas diſpoſiti, à pœnis temporalibus ad æternas facerent gradum. *Hinc ſupra* quam credi poteſt torquebatur ſpiritu, & deuotionis feruore ſuccenſa mille mortes, patibula, rotas, exoptabat ſibi, & quæcumque Mundi tormẽta, ſi quibus poſſet æternam reorum ſalutem procurare. Hinc *ſummi* fauoris loco ſe ducturam exiſtimabat, ſi condematorum vices ipſa ſuſtinens, laqueo finiret hãc vitam, quo miſeris illis ad æternam vt dignos pœnitentiæ fructus ſpatium compararet, & gratiam. Verum quia nouerat ſub maioribus feruoris æſtibus periculum latere, ſi celẽtur, obedientiæ filia mox confeſſario, tunc forte præſenti, ſalutis animarum, quos patiebatur, impetus aperit. At ille riſu accipere viſus eſt fœminei ſexus teneriora quidem, ſed non ſatis ſolida deſideria: *Atqui adeò ſi illorum loco fores*, inquit, *inſtante tortore aliter ſentias.* Tum illa humiliter ſimul & generoſe: *Experire*, inquit, *ô Pater, obedientiæ filiam, & fac vt ei, quod opto, detur locus.* Verum Confeſſarius cuncta parui pendens, & in re ſeria ludum continuans, per iocum: *vade*, inquit, *& inter vinas, ardenteſque foci prunas digitum impone, et ſpatium, quo Symbolum Apoſtolicum recites, immotum contine, et tunc mihi renuncia quid ſenſeris, et an adhuc animo ſedeat, pro reis his ſupplicium pati.* Perrexit Soror Anna recto tramite culinã verſus

ſus, & in eam partem, vbi ardentius vrebat ignis, iniecit digitum, quamdiu Apoſtolicum Symbolum deuota recitatione compleret. Sed ecce rem admirandam! vim fidei reueritus eſt ignis, & virgineam carnem lædere non eſt auſus, nec vllũ inferre aut dolorem, aut vſtionem. Adeò quæ zelo ardebat animarum, ab alio non potuit igne comburi, influxum ſuum ſupra leges naturæ in actiuiſſimum elementorum omnium ſuſpendente Deo, quo ſignificaret feruorem Sororis Annæ non naturæ opus eſſe, ſed gratiæ ſingularis. Admiratus audito caſu Confeſſarius rarum virtutis prodigium, deinceps ſanctitatem coluit, probauit ſpiritum: ſed ne ſuperbia, aut vanagloria tanto facinori ſtrueret inſidias, verbis auſteris corripuit, & à ſe reiecit: *Apage*, inquit, *hinc, inſenſata: quidquid enim agis, aut dicis inſcitiæ plenum, atque imprudentiæ.*

Quod ſanctiſſimorum ordinum Patriarchæ Benedictus, & Franciſcus ad domandam rebellionẽ carnis immundas delectationes ſuggerentis magno ſpiritu feciſſe leguntur, nimirum vt nudum corpus vepribus, ac ſpinis inuoluerent; Hoc animarum ſalutis zelo ſæpius Soror Anna factitare ſolebat: vrticarum enim, & ſpinarum manipulis in cellam comportatis, ibi ad conuerſionem peccatorum, & hæreticorum mortificatæ carnis hoſtiam Deo, nõ ſine ſanguine, immolabat. In hunc quoque finem altiſſimum collimabat, quando quadam feria ſexta dũ in meditatione matutina feruentiſſimo mentis affectu contemplata fuiſſet, quot verbera, & quanta à peccatoribus ſuſtinuerit Dominus Ieſus, vt animas, quas creauerat, ſuis redimeret doloribus; ipſamque ſuæ puderet, quod hactenus nihil tale, vel minimum paſſa foret; volens diuino animarum ſponſo cõformari (vt eſt ingenioſus amor) apud ſe commenta eſt ſpiritualis ſtratagematis modum. Aggreditur Sacriſtanum Eccleſiæ, verbiſque ſincera humilitate prolatis, fatetur ſe maximam totius mundi peccatricem, diuinis beneficijs ingratiſſimam, indignam, quæ tot inter Sanctas Moniales deſidem vitam trahat. Cumque iam perſuaſiſſet: *Igitur*, inquit, *te rogo ſi fortè narrationibus aliorum de me nimium benignis fidem aliquando prabueris, nunc ueritate perſpecta mutes ſententiam, & non aliam me eſſe credas, quam ut dixi peccatorum omnium maximam. Quod ſi uerum eſt, ut planè eſt quam ueriſſimum, indigna profecto res eſt, me ab hominibus in pretio haberi, ſed omnino decet omnes quot quot ſunt homines, tanquam uile propudium probris, ac uerberibus affice re: ſed quia tanta commoditas non ſuppetit, hoc ſaltem enitaris uelim, ut dum operary ad fabricam Conuentus aduenerint* (aliquod enim operis per eos dies in conuentu ab extraneis conſtruebatur) *uni eorum perſuadeas, ut me, cùm portam aperuero, ſupra uelum uerberibus inſignitet mulcet.* Dixit magno ſpiritu Anna, & perſuaſit: Exiſtimabat enim Sacriſtanus minorem illam perpeſſuram dolorem, ſi darentur, quam ſi negarentur verbera, quæ tam anxiè poſtulabat. Vnum ergo ex latomis, hominem agreſtè ferum, facilè trahit in ſententiam, vt monialem, quæ ianuam aperuerit, pugnis egregiè cõtundat: Illam probè mereri, ſic enim fieri debere: & ille non ignauiter mandatum aggreſſus, in ipſo ſtatim ingreſſu neruoſis brachijs, atque immiti animo pugnos ingeminat, ac frequentibus ictibus obtuſam relinquens, pergit ad opus. Hæc verò zelo ſalutis animarum non ſolùm ſuſtinebat patienter, ſed quaſi lautiſſimis menſæ dominicæ ferculis ſplendidè reficiebatur.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Longum foret recenſere pœnitẽtias, ac mortificationes extraordinarias, quas Soror Anna deſtinabat in nobiliſſimum ſcopum ſalutis animarum,

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

marum, quas in Gallijs, aut pereũtes, aut periclitantes diuinitùs viderat. Quamuis enim nihil ſine obedientiæ nutu perageret; nouerat tamen patiendi deſiderio ſic efflagitare licentiam, vt ſæpe Superiores, & Confeſſarij, quaſi quodam impetu genij Superioris id concederent, quod ad trutinam rationis humano libratum ingenio, medium virtutis excedere videbatur.

Hinc aliquando nimio timore correptus Iulianus Auila, cuius viri Sanctitatem, & prudentiam Teresia mirè deprędicat, extremas auſteritates Sororis Annæ perpendens, earumque radicem probè cognitam habens, ſic eam allocutus eſt: *Caue ſis filia, ne tua illa charitas principium trahat ab humani generis hoſte, qui te titulo ſalutis animarum procurandæ conetur decipere.* Quibus verbis, ceu fulgore quodam, præſtricta, mox ſe in viuentis adhuc Teresiæ cellam tanquam ad aſilum tremula corripuit, totam ex ordine diuinorum inſtinctuum, & ſuarum actionum ſeriem pandit, iudiciumque Confeſſarij ſubiungit: ſed Teresia, quæ ſimilem ſub imo pectore gerebat infixam zeli animarum ſagittam, proprio experimento conditionem vulneris agnouit in ſubdita, & ſagittarij diuinam manũ ex effectibus humilitatis, atque obedientiæ fructibus probè dignouit. Adeòque & ipſe tandem P. Iulianus euidentia conuictus ſignorum, ſecurè pergere iuſſit, & author fuit, vt omni prorſus timore ſublato totam ſe, quantum ſexus permittit, vaſto charitatis animarum pelago ſubmergeret.

Atque hinc ortum habuit, vt duæ illæ animæ eadem flamma ſuccenſæ ægrius diuellerentur inpoſterum, & Deus eiuſdem in vtraque charitatis author, & incentor iuberet Teresiæ, ne deinceps fundationibus, alijſque, quas animarum zelo obibat, functionibus aliam aſſumeret ſociam, quam Ven. Sororem Annã à S. Bartholomeo. Sic ab Architectonica reformationis manu lapidẽ illum noui ædificij decebat efformari, vt vices eius non in medijs ſolum Gallijs, ſed ad extremos vſque Belgarum populos egregiè ſuſtineret.

Nolo hic contexere multorum annorum, ſed plurium in omni virtutum genere decurſus, quibus Soror Anna magiſterio Gallicæ reformationis, tum terris, tum cælis viuente Teresia diuinitùs informabatur. Hæc omnia infra fuſiùs, opportuiùsve proſequi *locus erit*.

Accedente *iam tempore, quo* diuinæ Maieſtatis *conſilio diſpoſitum* erat, vt tandem in Gallias ex Teresianis Monialibus colonia deduceretur, Omnipotens Deus electam ſuã ad tantum opus proximiùs diſponere ſatagebat.

Igitur dum Ocañæ moraretur, Natalis Domini lucidiſſima nox, poſt completa diuinorum officiorũ ſolemnia, Venerabili Sorori Annæ per viſum iter ſuum in Gallias, nõ nihil tamen obſcurè demonſtrauit. Videbatur vaſto ſimul, ac tenebricoſo pelago, quod non leuem intulerat timorem, ab ignotis hominibus abduci; ſocias quibuscum tam arduum ſulcaret iter attentiùs intuita, ſolam vnam dignoſcebat Ven. Annam à Ieſu, cum qua ſub initium ſuæ conuerſionis nonnullum tempus in primo Abulæ Monaſterio tranſegerat.

Hoc in Galliam tranſmigrationis præludio (non enim ſolent diuinarũ viſionum Chariſmata vacua eſſe boni operis fructu) diuinum robur in animo ſenſit ad omnia pro ſalute proximorum toleranda, & viuas ad martyrium deſiderij flammas. Adeoque per obſcurum illud mare clariſſimè tum intellexit Galliarum deſignari regnum, & ad illud ſe deſtinari. Imo cum Matri Suppriorisſæ rationem ſpiritus, huiuſque viſionis redderet, perſuaſit mulieri feruentiſſimæ,

Digitized by Google

tissimæ, vt se ad iter pro communis sponsi zelo libenter offerret, quæ tamen paulò post in Prioriſſam Conuentus Madritensis electa, alijsque occupata in Hispanijs remansit.

Denique Madritum opera dictæ Matris vocata, tertiam ibidem propheticam super hac re visionē perspexit; nam visa est videre sibi Sanctam Teresiam duabus Monialibus, Maria à Cruce, & Maria à S. Ioseph comitatam, quas dum in cœlos floridum per campum deduceret, succlamabat Anna, *O Mater abduc me tecum*. Respondit: *Intempestiuum adhuc est, sed te mundo permanere decet, vt ea compleas, quæ si vitam mortalem adhuc degerem, ipsa complere deberem*. Quo responso Carmeliticæ renouationis Mater, Annam nostrā, tum ordini dilatando, tum alijs quibusdam difficultatibus præficiebat, ac reseruabat.

CAPVT VIII.

Impetratur licentia à Patre Generali, sexq; Moniales virtutibus insignes mittuntur in Gallias.

SEd iam tempus est, vt ad duos illos præstantissimos viros nostra se conuertat historia.

Cum Vallisoletum, quæ tum Regia erat Philippi Tertij, peruenisset, litteras præsertim à Principissa de Longauilla commendationis pleniſſimas ad Nuncium Apostolicū, & ad Ordinis Generalem protulerunt. Sed obfirmatus in hoc proposito animus Præpositi Generalis, ne tantillum quidem inflecti potuit. Erat hic Pater Fr. Franciscus à Matre Dei, tantæ integritatis vir, vt ob totius mundi gratiam, aut odium, nihil dimoueretur ab eo, quod ad diuini nominis gloriam, aut Carmeli sui rigorem sibi faciendum existimaret: tantę authoritatis apud Deum, & homines, vt eo renitente, nec mouere precibus superos, nec apud Reges gratia prævalere posse sperarēt. Fermè pœnituerat itineris, & reditū conuasatis sarcinis meditantes, scripserunt Dominæ Acariæ nihil ex Hispanijs spei supereſſe. Aliorsum se conuertat, si velit intentum. Denique, vt verbo absoluā, aditus omnes sibi præclusos. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Grauiter afflixit Dominam Acariam tam infestum nuncium, & rem vrgere tantis viris desperatam præsumptuosum videbatur. Ideoque ad orationis asylū confugiens Domino commendabat. In qua post diuturnam extasim, maiori spe concepta, Virgines nobiles, quas ad Sanctę Genouefuæ tanquam primos lapides ædificij Teresiani præpoliebat, sacro Christi corpori, eo fine communicare monet, simulque à Deo supplicibus votis postulare Moniales ex Hispania concedat. O quam subita vis orationis? Eodem tempore, quo Virgines illæ Parisijs sponsi cor pulsabant, Deus Vallisoleti tetigit eorum corda, quorum intererat, & Apostolici quidē nuncij, vt auctoritate sua Generalem efficaciùs vrgeret, & ipsius Generalis, vt non reniteretur.

Erat ille Dominicus Gymnasius Archiepiscopus Sipontinus, deinde S. Cardinalium Collegij decanus, de quo nobis aliquoties sermo recurret, ob egregiam viri pietatem, & ampla in Religionem nostram merita. Institit apud Generalem multisque argumentis ab honoris diuini propagatione, ac Pontificis inclinatione nonnihil emollijt, vt petenti concederet, quod præcipienti negare non posset.

Quin & difficultates, quæ prius visæ fuerant insuperabiles, S. Teresia filio-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

filiorum ſuorum corda mouente, nõ amplius tanti momenti videbantur: adeoque poſt nonnullas vtrimque conſultationes, Deo dante complanatæ ſunt, & decreto Superiorum ſtabilita fuit miſſio Monialium in Gallias. Quo tempore Dæmonum terribiles vlulatus Cõpluti ſunt auditi dolentium, & frementium, Tereſianæ reformationis in Gallia patentes aperiri ianuas.

Qui ex Gallijs aderant nobiles viri, & fœminæ tum ſuo, tum mittentium nomine deſiderabant vnicè Sororem Annam à S. Bartholomeo S. Tereſiæ comitem indiuiduam, eiuſque ſpiritus hæredem ſecum deducere. Non reluctabatur Soror Anna, quin imo genio ſpiritus ſui, & diuinarum quas diximus viſionũ, ſi Superiorum accederet authoritas, iam olim propendebat.

Verùm, vt difficile eſt, res etiam præclariſsimas omnium approbari calculo; non defuit, qui Religionis prętextu contrarium perſuaderet. *Nam*, inquiebat ille, *Si tu, quæ zelo duceris animarum, eius gratia proficiſci paras in Gallias, procul aberras à ſcopo. Regnum enim illud fraudulentis Caluini hæreſibus obnoxium, prędicatoribus indiget, & perſonis in Theologia profundè verſatis. Tu verò profiteris quidem pietatem, & virtutem; ſed Clauſtralibus obſeruantijs addicta, quod ad hareſes conuellendas adiumẽti conferre poteris? Et eſto vel tu, vel comites tuæ, tanta vel exercitatione doctrinæ prędelluxeritis, vel Diuinæ Sapientiæ luce perfuſæ, veluti tot Spiridiones, hæreſum tenebras primo congreſſu diſſipare volueritis, nunquam tamen miniſterium Apoſtolicum mulieribus Paulo prohibente permittet Eccleſia, quam ſolam opem poteſtis orationum, ac bonorum operum in animarum ſalutem offerre, Cœnobia Hiſpanica non negãt, Gallica non dant. In angulo cellę magnus non deeſt cœli oculus, & inter vnius Clauſtri ſepta plurium animarũ ſalutem facilius impetrare poteritis, quam multis in fragili ſexu diſcurſibus.*

Mox in eandem ſententiam deduci ſe ſinit mens Sororis Annæ humillima, quæ ſuo regi non ſolebat arbitrio, ſed alieno; Et quia non in alium, quam ſalutis animarum ſcopum hactenus collimarat, conabatur animum tanquam ab inutili propoſito, vt pater ille probare viſus fuerat, auertere.

Verum ecce, dum iſtis cogitationibus implicitum gerens animum, cœleſtem menſam accedit, ſumpto Sacratiſſimo Chriſti Corporis epulo, Sponſam ſuam *conſolari voluit* Chriſtus, & Patris illus argumentis, quæ mentem eius tenebant perplexam, reſpondens ait: *Ne te rationes iſtę turbauerint: nam quemadmodum fauo mellis capiuntur apes, ſic animas ad te allicies*: Viſionem hanc cum Confeſſarij comprobaſſent, euulſa eſt pectori ſpina, quam nonnulli timidiores infixerant.

Cum Soror Anna à Trinitate, Sororis Annæ à Sancto Bartholomeo, & reliquarũ Monialium diſceſſum in Gallias cogitaret, eiſque compateretur ob multiplices ærumnas, ac moleſtias, quas inter extraneos exãtlandas meditabatur, apparuit ei Chriſtus, & in hunc modum præcepit: *Dic ei proficiſcatur in Gallias, neque timeat. Quod enim diſcipulis meis, hoc ei dico: Plorabitis, & flebitis vos, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.*

Sub idem tempus ipſimet Sororì Annę à S. Bartholomeo Michael Archangelus in figura iuuenili quidem, ſed vt Princeps Cœleſtis exercitus armatus apparuit. Dixitque: *Ne deſpondeas animo: nam procul dubio proficiſcendum eſt tibi.* Sed & Dominus Angelorum Chriſtus: *Vade*, inquit, *quemadmodum viſco capiuntur paſſeres, ſic tibi conglutinabuntur animæ, & mecę permanebunt in aternũ.* Præterea reuelationes alias, & diuerſa prodigia, quibus Deus Monialium

Digitized by Google

nialium timidos animos voluit ad tam arduum opus gloriæ ſuæ erigere, & aduerſus exorientes difficultates præmunire.

Nec ſolummodo Ven. hanc columnam ædificio ſuo elaborabat Deus: ſed aliam quoque præparauit eiuſdem nominis, ac paris Sanctitatis Annam à Ieſu, quæ præclaram hanc coloniam ſua prudentia gubernaret, ſapientia diuinitùs infuſa erudiret, exemplo formaret, authoritate fundaret, magnanimitate firmaret. Nam cum eam ſecũda vice in Prioratus officium Madriti reaſſumere vellent, tum Moniales, tum Superiores; ſecreto Dei nutu cecidit electionis ſors in Beatricem à Sacramento: & Annam officijs vacuam Cœleſtis Sponſus frequentiùs, ſuauiùſque viſitãdo delicijs implebat cœleſtibus, & ad expeditionem gloriæ ſuæ cumulatiùs roborabat.

Sed quis amoris diuini blanditias, aut mente concipiat, aut exprimat ſtilo? Hoc ſolum referre ſufficiat, quod meo proficiat inſtituto. Cum quadam die teneroribus amoris affectibus incumberet ad præſentiam Imaginis Chriſti, quam ſolam habebat ſuæ cellæ ſupellectilem, magnis feruoris æſtibus paſſionem Sponſi meditata, totam ſe in eum transformare geſtiebat, & ipſum ſibi totum imprimere, vt ardentiſſimo ſpiritus affectu clamaret: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Interim cum ad plagam lateris Chriſti conuerteret oculos; ecce ſe ipſam in vulnere, ceu in ſpeculo quodam pellucido, clarè perſpicit, atque iterum, iterumque perfectè contemplata, creſcente ſupra modum tenerrimæ charitatis ardore, tota liquefiebat, & defluebat in Sponſum. Sed amor Dei, vbi eſt, magna operatur: Ideoque ad grandia ſe ſe vrgeri ſentiens, nec aliud maius obſequium Deo ſe præſtare poſſe, quam ſi ſe ipſam procul à patria, ſuiſque, totam Chriſto ſacrificaret; ad Reuerendum Patrem Generalem epiſtolam ſcripſit rogans: vt ſi tandem in Gallias mittendæ forent Moniales, ipſam inter eas vnam deſtinaret. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Eodem igitur anno 1602. die Sanctæ Lucæ Sacra, Deus viſione quadam admirabili Venerabilem hanc Matrem eſt dignatus. Nam videre ſibi videbatur, in Eccleſiam Dei lucem quandam intrare clariſſimam, cuius ipſa pars magna foret. Qua quidem reuelatione adeò clarè intellexit, ſe cum Monialibus alijs mittendam in Gallias, vt non obſtante, quod vniuerſus ordo confirmatis animis auerſaretur, ipſa nihilominus conſtanti ſecuritate affirmare ſoleret in hæc verba: *Moniales in Galliam procul dubio ituras, non obſtantibus grauiſſimis contradictionibus*. Imo cum iam, vt poſtea dicemus, conſentiſſet Generalis eas mitti, & inter eas Matrem Annam à Ieſu nominare nollet, ſed Mariam à Ieſu, quaſi diuinæ veritatis in prędicta viſione legiſſet oracula, conſtanter ait: *Nequaquam Maria à Ieſu, quam mittere deſiderant, in Gallias eſt itura: ſed Ego*. Poſtquam igitur Toparcha de Britigni fermè iam annos duos integros, huic negotio inſumpſiſſet, (hac enim ſecũda vice à menſe Nouembri 1602. ſimul cum comitatu nobilium fœminarum in Regiam Philippi III. peruenerat) & Domini de Berulle, atque Gualtier pluſquam annum, ac dimidium ſtrenuè ſemper huic operi in Hiſpanijs allaboraſſent; tandem ſex Moniales à Generali ad nouam vineam fuere deputatæ, videlicet Venerabilis Mater Anna à Ieſu Cæterarum Dux, ac Superior. Secunda fuit Conuentus Salmanticenſis Prioriſſa, Iſabella ab Angelis. Tertia Beatrix à Conceptione: quæ tres ex Conuentu Salmanti-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

censi cum comitatu iam dicto ipso die Sancti Bernardi profectæ 1604. Abulam perrexerunt, vt ibidem Venerabilem Matrem Annam à Sancto Bartholomeo secum deducerent, atque Leonoram à Sancto Bernardo, quæ ex Conuentu de Lueques expectabatur. Ibidem Reurend: Pater Præpositus Generalis cum Matrem Annam à Iesu in Priorissam, Isabellam ab Angelis in Supprioriſſam noui Conuentus Parisiensis designasset, paternam benedictionem magna animi teneritudine peramanter impertijt. Denique Burgos profectæ, senarium numerum assumpta secum Isabella à Sancto Paulo compleuerunt.

Nequaquam vero prætereundum sentio, quod eo tempore, quo se Moniales Abulæ accingunt ad iter, & necessaria præparatur, aliquotue dies intercurrunt, visas fuisse super Conuentu stellas splendidissimas, claritate tamen inæquales, quarum fulgorem nec ipsum solis lumen offuscabat, quin die, noctuque cernerentur: *Emicabant*, inquit Anna à Sancto Bartholomeo, *Stellæ, sed magnitudine, dispari. Tales enim eramus, quæ proficiscebamur, & inter omnes Ego minima.*

CAPVT IX.

Parisios vehuntur Tereſianæ Virgines, & ibidem fundant Monaſterium ſub Titulo Beatæ Mariæ de Campis. 18. Octobris anno 1604.

COmitabatur itineris, totiusq; negotij Commissarius deputatus Pater Ioseph à Iesu Maria Castellæ Prouincialis. Sic enim & fundationis dignitas exigebat, & Religionis sollicitudo, erga filias & earumdem respectus erga Religiosos, adeo vt nescio qua exorta difficultate constanter admodum responderit Anna à Iesu: *Ego nunquam in Galliam proficiscar nisi mei me Patres deduxerint.*

Nec sua defuerunt Dæmoni machinamenta, quibus quod hactenus impedire, nunc retardare niterentur, aut pessumdare: Nam Deo permittente Matrem Leonoram à Sancto Bernardo statim ab ipso Conuentus egressu continua febris afflixit, aliâ quartana, Matrem Annam à Iesu morbus articularis, paralysia, alique, quas pati solebat, infirmitates recruduerunt.

Denique non inuoluam silentio, quod ad pontem Bayonæ vicinum, illustre fuit, tum Dæmonum inuidiæ, tum Diuinæ protectionis argumentum. Nam cum currus, quo Moniales vehebantur pontem periculosissimum, & altissimũ pertransiret in latus decliuius inclinauit: adeo vt pontem egressæ lateris vnius Rotæ ferrentur per aerem. Prodigium admirabile, & non nisi à Diuinæ Potentiæ manu! Asserit Prouincialis, qui ponè sequebatur, se vidisse toto eo tempore, quo transitus ille periculosus ruinam minabatur, rotas per vacuum aerem veluti

veluti per terram, decurrentes. Verũ dum in ſecuro iam à præcipitio põtis forent; vt manifeſtius foret miraculum, inuerſus eſt currus. Quo tempore ducem itineris dum rhedã ruentem nititur ſubleuare pondere, interceptum rotæ ſupergreſſæ ſunt: dumque ab omnibus oppreſſus reputatur, magna circumſtantium admiratione, nihil vſpiam læſus, lætus, hilariſque ad ſolita ſeruitia reſurgit.

Sedebat Anna à Sancto Bartholomeo ad introitum in latere rhedæ, quo corruit, & in ſcrobem vepribus, ruderibuſque plenum prona facie collapſa, totius currus, ſarcinarum, & vectorum corruentium impetum, onuſque ſuſtinuit; adeo vt colliſam, attritamque nemo dubitaret: Sed inuocato Sanctiſſimæ Trinitatis nomine, amotis oneribus, alacris, & læta prodiuit, ſtupentibus omnibus pro rei nouitate, faſſa ſe ad Sanctiſſimæ Trinitatis inuocationem fuiſſe ſeruatam, imo & manum quandam ſenſiſſe, quę faciem à ſpinarum compunctione defenderet.

His, aliiſque diuinæ beneuolentiæ ſignis conſecrato Galliarum introitu, tandem appulerunt Pariſios, & die Sancto Lucæ Sacra 1604. Monaſterium Beatæ Mariæ de Campis, de quo ſupra diximus, & in quo loco Sanctum Dionyſium Areopagitam habitaſſe celebris eſt traditio, cantantes Pſalmum: *Laudate Dominum omnes gentes*, ſunt ingreſſæ, & eam Conuentus partem, quæ Priorũ habitationi deſeruire ſolebat, ad exercitia nouæ Reformationis per Principis Longauillæ ſumptus, & dictæ Acariæ diligentiam accomodatam cœperunt inhabitare. Monialibus in proprio Conuentu ſtabilitis, Patres Carmelitæ Diſcalceati, qui eas deduxerant, nomine Præpoſiti Generalis, & vi Breuis Clementis Octaui eas tradiderunt in manus trium Superiorum, quorum regimini commendatæ ſunt, vſque dum Fratrum fundatio protenderetur in Gallias. Quia vero nonnulla quæ tum hoc capite, tum alijs hiſtoriæ noſtræ locis traduntur, ex conceptis verbis ipſius Breuis lucẽ accipient ampliorem; ideo mihi viſum fuit operæ pretium, abbreuiatum ſaltem eius tenorem, vt ab Authoribus vitæ V. M. Annæ à Ieſu, & V. M. Annæ à Sancto Bartholomeo refertur, hic inferre, totum aliquando, vbi de eo ſermo recurret, de verbo ad verbum apponendum. Illud à Clemente VIII. iam obtinuerat D. de Santueil Pariſijs, vt illud procuraret, Romam miſſus, & emanauerat ex Apoſtolico Palatio Sancti Petri ſub die 13. Nouembris anni 1603. Præcipuæ illius clauſulæ ſequentibus articulis ſummatim continentur.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Snmmarium Breuis

CLEMENTIS VIII.

EO primum ſanciebatur ſuppreſſio Ordinis Sancti Benedicti in prędicto Prioratu Dominæ noſtrę de Campis, & eius in Collegium Sorbonicum translatio.

Deinde erigebatur ibidem nouum Tereſianarum Monialium Monaſterium, tanquam cęterorum omnium, quæ poſterum per Gallias propagarentur, ac multiplicarentur, caput, & origo primaria; non exprimendo tamẽ quicquam ei huiuſmodi prœeminentiæ titulo, vel authoritatis ipſius in alia, vel aliorum ſubiectionis ad ipſum concedi.

Tertiò eximebatur à Iuriſdictione tum Epiſcoporum, tum Patrum Carmelitarum mitigatorum, ſeu Calceatorum nuncupatorum, & expreſſiſſima clauſula ſubijciebatur Præpoſito Generali Carmelitarum Diſcalceatorum, &

vſque

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

vsque dum in Gallijs Conuentus instituerent Reuerendo, ac Venerabili Magnæ Carthusiæ Priori, tanquam Visitatori, ac Superiori, ob maximam duorum horum Religiosorum Ordinum conformitatem, ac similitudinem (vt habent verba Breuis) Nec non tribus Doctoribus Iacobo Gallemand, Andreæ du Val, & Petro de Berules (qui hoc semper ordine à Pontifice nominantur) tanquam ordinarijs, & immediatis administratoribus; etsi cum aliqua in certis casibus dependentia à Sede Apostolica, & à Vicario, seu Præposito Generali Carmelitarum Excalceatorũ. Præcipiebatur præterea, vt ad stabiliẽdam in dicto Monasterio Religiosæ vitę normam, assumerentur, & adducerentur Moniales aliquæ eiusdem instituti, quæ sub eo professæ illud iam obseruassent, & ad tantum opus censerentur idoneæ. Quibus etiam facultas concedebatur, expletis earum officijs ad propria remeandi, si vellent, Monasteria, aliasue earum loco ad eadem munia resumendi; aut ex illis, quas ipsæ educassent, si aptę viderentur, promouendi, etiamsi initio non eos, seu Religionis, seu ætatis annos, qui alias requiruntur, haberent.

Denique D. Principissæ de Longauilla, vt quandiù matrimonij vinculis non foret obstricta, vna cum altera Comite, seu Pedissequa ad libitum eius eligenda, Monasterium ingredi, & in eo pernoctare, ac dormire posset, indulgebatur.

Alia quædam his adijciebantur, quæ quia ad rem non faciunt, hic prætermittimus, opportuniùs alibi referenda.

Igitur iuxta præfati Breuis Apostolici tenorem; statim omnes facultatis suæ neruos intendit Anna à Iesu, ac cæteræ comites, vt quam primum fierent fundationes Patrum eiusdem instituti, quorum gubernationi subderentur. Hoc apud Deum enixis precibus postulabant, interim nullam apud homines omittentes diligentiam. Supremus Galliarum Senatus resistebat acriter, neque deerant, vt sibi videbatur, politica status momenta, quæ pietati opponerent.

Acerrimè repugnabat inter cæteros Senatores D. Viuianus, quem Mater Anna à Iesu ad se vocatum, multis modis placare studuit, & nũc rogando, nunc blandiendo, nunc pietatem, ac Dei gloriam exaggerãdo demulcere. Verum vbi aduersus induratum rationibus politicis pectus, nihil promouere se sensit, tum fiducia Sponsi, & zelo spiritus excandescens in hæc verba prorupit: *Armetur quantum voluerit aduersus nos Damon, cuius hę sunt machinę, moliatur quod libuerit; equidẽ tempus aduenit, & aduenit breui, quando illi, qui nobis nunc aduersantur, summis viribus ingressum Patrum promouebunt. Et in primis Tu, vir nobilissime, qui rationibus pietatis refragaris, prior cæteris, ac diligentior incipies sollicitare, & Patribus nostris Conuentum fundabis.* Subrisit grauissimus Senator, & Matris Annæ verba tanquam à calore muliebri, non à feruore prophetico effusa floccipendens, remeauit ad propria. Sed decursu paucorum annorum proprio didicit experimento, non esse consilium contra Dominũ, qui solet etiam rebelles ad se compellere voluntates.

Nam cum anno 1610. Paulus V. Pontifex Maximus Regi Gallorum sub forma Breuis in fauorem Patrum Discalceatorum dedisset litteras, D. Viuianus, & mediator *fuit* beneplaciti Regiæ Curiæ consequẽdi, & Conuentum Parisiensem in propria domo fundauit, iuxta Venerabilis Matris Annæ à Iesu prophetiam, cuius ipsemet declarationem propria manu confecit, & ad Matres Bruxelleñ. Conuentus transmisit.

Quantum ad Monialium gubernationem attinet, hucusque quidem executioni nondum mandata est condi-

conditio, quam Apoſtolicum Breue poſtulat. Verum de hac quoque re luculenta reperitur eiuſdem Venerabilis Matris prædictio: futurum aliquando, vt à proprijs Ordinis Superioribus gubernentur. Nam in quadam epiſtola ſcripta menſe Nouembri 1609. ſic loquitur: *In Conuentibus, qui in his partibus ſunt hucuſque fundati, magna cum perfectione proceditur, quorum aliqui gubernantur à tribus Doctoribus Pariſienſibus, alij ab Epiſcopis, ſed cum conditione, vt quotquot fuerint, ordini reddantur, & futuris temporibus ſic fiet.*

Ex primis Monialibus, quas diximus ex Hiſpanijs adueniſſe, ſola Iſabella ab Angelis remãſit in Gallijs, & ad vltimum vſque vitæ diem Conuentum Lemouicenſem gubernauit, non ab alijs, quam à Patribus noſtris confeſſionis Sacramenta ſuſcipiens.

Venerabilis Mater Anna à Ieſu ex Gallijs diſcedens in Belgium, anno 1606. fundatis aliquot in Belgio Conuentibus, & vocatis Patribus à quibus gubernarentur, Bruxellis tandem obijt quarto Martij 1621. quam Deus ipſo ſolemnium obſequiarum die illuſtri paraliticæ ſanatione voluit honorare.

Matrem Beatricem à Conceptione, ac Leonoram à Sancto Bernardo ſecum deduxerat Mater Anna à Ieſu, quarum Prior multis annis à morte V. Matris Annæ Conuentum rexit Bruxellenſem, ac deinde in Hiſpanias remeauit.

Mater Leonora à Sancto Bernardo fundato Gandauenſi Conuentu, in eodem anno 1639. ad Cœleſtem Sponſum migrauit. Quas ſecutæ ſunt Iſabella à Sancto Paulo, ac denique Venerabilis Mater Anna à Sancto Bartholomeo, quæ in Ciuitate Antuerpienſi Conuentum Monialium ſtabiliuit, & multis miraculis in vita, & in morte patratis, adeò celebratur, vt iam authoritate Vicarij Chriſti, ſuper vita Sanctiſſimè traducta, ac creberrimis miraculis, perfectus ſit proceſſus; ſed hæc ſuis temporibus, ac locis, ſi Deus dederit, fuſiùs explicanda remaneant. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Nunc verò adſtupenda præſtantiſſimarum iſtarum Sanctimonialiũ geſta, ad earum in Gallias aduentum, ſigillatim enarranda procedamus.

CAPVT X.

Secularis V. M. Annę à Ieſu, primæ Tereſianarum in Gallia Monialium Fundatricis, primæque Monaſterij Incarnationis Pariſienſis Prioriſſæ vita deſcribitur; vſque dum à Deo ad Religionem vocaretur.

INter Hiſpanas illas Tereſiani Inſtituti per Gallias, Belgiumq; Propagatrices prima fuit, atque præcipua, vt iam ſupra retulimus, à Congregationis Hiſpanicę Superioribus electa V. M. Anna à Ieſu, vt alijs præeſſet, ac in futuro Conuentu Pariſienſi Prioriſſæ munere fungeretur. Eius itaque vitæ, rebusve geſtis primùm non immeritò locum in hoc Hiſtoriæ noſtræ contextu cõcedimus: atque inter alia ſtupenda planè, ac omni admiratione digniſſima, quæ nobis percenſenda incumbunt, ab ijs, quæ dum adhuc in ſæculo degeret, nec dum ad Religionis militiã eſſet vocata, illi ſucceſſere, noſtram non incongruè narrationem auſpicamur.

Metymna, ſeu Medina de Campo celebre admodùm, & opulentum Caſtellæ veteris oppidum eſt, Abulà non longè diſſitum, in quod B. Virgo Tereſia Reformati Carmeli Dux, ac Reſtauratrix Sanctiſſima, poſt

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

poſt fundatum Abulæ Sancti Ioſephi Monaſterium, primam inde Reformationis ſuæ coloniam inuexit. In eo, non ſine arcano diuinæ Prouidentiæ conſilio, nata eſt Anna noſtra; vt quemadmodum Sancta illa Reformationis noſtræ Fundatrix Tereſia in ipſiſſima Abulenſi Ciuitate naſci debuit, in qua primi illius Monaſterij fundamenta locatura erat: ſic ſecunda iſta eiuſdem Reformationis poſt Tereſiam Propagatrix, quæ eam ex Hiſpanijs in Galliarum Regna erat elatura, in eo certè oppido lucis vſura primùm frui debuit, in quo ſecundum præfati Inſtituti Cœnobium foret conſtruendum.

Non minùs eluxit in vtriuſque natiuitatis tempore, quam in loco diuini numinis conſiliũ. Sicut enim illa biennio antequam ſceleſtiſſimus Lutherus, armatis perfidia militibus in Eccleſiam rebellaret edita fuit, quæ lectiora, quàm hoſtis ille, agmina pro Chriſtianæ Reipublicæ tutamento poſſet inſtituere: Ita hæc paulò antequam infenſiſſimus ille Hæreſiarcha infæliciſſimam animã Dæmonibus in æternum torquendã traderet, perpetuiſque infernalis Barathri obuoluendam tenebris euomeret, prodijt in lucem, quæ eadem ſacratiſſima agmina in Chriſtianiſſimi Regni Campis, iuxta Seraphicæ Parentis vota, produceret, explicaret, ac hæreſi funeſto iam in eis furore debacchanti, extremumque exitiũ interminanti opponeret: Hoc eſt anno 1545. die 25. Nouembris D. Catharinæ Virgini, ac Martyri, alteri, inquam, præſtantiſſimæ illi Fidei Propugnatrici, ſacra. Quo circa aduertendum eſt, quàm verum ſit celebre illud Apoſtoli effatum 2. ad Corinthios cap. 6. 14. & 15. *Quæ participatio Iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem Conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum Idolis?* &c. Fauſtiſſimo ſiquidem vtriuſque Virginis, ac Dei filiæ, Tereſiæ, inquam, à Ieſu, & Annæ itidem à Ieſu natali, imminenti, ac intentato ab iniquo illo filio Belial Eccleſiæ malo prouiſum eſt; dum vtraque excęcato denſiſſimis tot hæreſum tenebris ſæculo ortu feliciſsimo *orbi* terrarum affulſit; vt eas ſupernę lucis radijs procul diſpelleret, inſtructiſque Filiorum lucis copijs, execrandum tot errorum præconem, tot rebellium transfugarum anteſignanum in tenebras exteriores amandaret.

Virginis *Pater Didacus de Lobera* vocabatur, Mater verò *D. Frãciſca de Torres*. Ille Placentiæ natus, ex nobiliſsima ſtirpe de Lobera, inter Caſtellæ præcipuas facilè clariſſima, ortum ducebat. Hæc ex Cantabria oriunda, ab *illuſtriſſima*, ac longè, latèque per totam Hiſpaniam diffuſa propagine de Torres lucis, generisve claritatem accęperat. Matrimonio autem ambo coniuncti Medinæ de Campo commorabantur, & in ea domicilium ſuum locauerant, cùm benedictione cœleſti, diuinique numinis dono optatum coniugij fructum percipientes, filium primò, cui nomen Chriſtophori inditum eſt, poſtmodùm verò Annam noſtram procrearunt. Quæ quidem non caſu, fortuitoque, ſed diuino nutu, ordinationeque contigiſſe credendum eſt. Cum enim nouiſſimis his temporibus clementiſſimus Deus duobus ad Eccleſiæ ſuæ bonum, ac tutamencum Religioſis ordinibus, primùm quidem Societatis Ieſu, poſtea verò Tereſiani inſtituti Deiparę Virgini ſacri, prouidiſſet; voluit profectò binam ex eo pio coniugio prolem naſci, quarum prima in primo illo, ſecunda verò in ſecundo iſto ordine militaret: & vtramque in Medina de campo, celeberrimo tunc temporis Hiſpaniæ totius emporio, in quod ex varijs orbis nationibus homines com-

Digitized by Google

commercij gratia confluebant, vtpotè quæ in diuerſas orbis Prouincias Fidei, Religioniſque vexillum, lumenve allatura erat.

Ab ipſis ſtatim incunabulis Anna noſtra præmatura morte Patre orbata eſt, vt iuxta Chriſti (qui Magiſter noſter vnus eſt) conſilium dicentis Matth. 23. 9. *Et Patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater noſter, qui in Cælis eſt*: non alium vocare noſſet Patrem in terris, quàm eum, qui in cælis regnans, ipſam ex tunc in chariſſimam filiam adoptabat. Remanſit igitur ſub deſolatæ viduæ, pijſſimæque Matris cura dilecta puellula, vix benè adhuc vberibus auulſa; ſed ad ſeptimum vſq; ætatis annum ſurda, mutaque, ac proinde iam concuſſa, diuctaue mariti funere materna viſcera, nouo ac duplicato dolore quatiens, ac diriſſimè diſcerpens. Et quidem in hoc mœſtæ genitricis nubilo, ac tam legitima dolendi cauſa prognoſticũ quoddam ſupernarum diuitiarum, quibus gnatæ animã ditaturus erat, ſecreta, paternaq; prouidentia Deus occuluit; nec tam alti ſilentij, tamque diuturnæ ſurditatis affectiones myſterio vacaſſe cẽſeri debent. Noluit ſiquidem beniguiſſimus Dominus in tenella virgine, quam ſuam ſibi fecerat, & ad magna deſtinabat, ſenſuum vſu vſum rationis præueniri; aut illos in actum vllum prorumpere, quem iſta, iuxta præſcriptas ſibi ab eo regulas, dirigere, & ad meritum, prẹmiumque euchere non valeret. Verùm afflicta Parens, arcani prorſus ignara conſilij, miſerandum amati pignoris ſtatum ægrè ferre, vberrimiſque lachrymis deflere non ceſſabat: & à ſupremo tantùm Medico remedium ſperans, illud ab eo enixis precibus, votis, ſuſpirijs, planctibus, nouenis miſſarum oblationibus, crebris ſacrarum ædium viſitationibus, continuis piorum virorum, Sanctorumve omnium interceſſionibus poſtulabat, expetebat, efflagitabat. Donec tandem expleto ſeptennio ſummamentis lætitia, gratique in Deum animi ſignificatione filiam ſimul, & audientem probauit, & audiuit loquentem: Et hoc ita perfectè, verbiſque adeo caſtigatis, ac ſapientia refertis præſtitit impoſterùm, vt res planè mira, ac ſupra communem naturæ captum viſa fuerit, nec aliud ipſam, toto eo tempore, quo obmutuerat, egiſſe arbitrari liceat, quam quæ poſtmodum effunderet, multa commentatione, ac meditatione ſecretò præparaſſe. Non vulgari tunc mentis perſpicacitate, atque ſolertia, & vocales orationes recitare, & pios legere libros didicit; adeo vt moram temporis, quo ea ignorauerat, ſtupenda perdiſcendi facilitate, ac promptitudine abũdè compenſaſſe fatendum ſit. Delectata Mater, ac ſuprà quam dici poteſt, tam præcoci, maturaque ſimul gnatæ inſtructione exhilarata, vt pietatem apprimè ſectabatur, voluit eam, etſi ſeptennem tantùm, & in tenella adhuc ætate conſtitutam, Sacramento Confirmationis initiari. Nec immeritò ſanè, nam quæ aduerſus Diabolicas poteſtates ex tunc pugnatura erat, fortiſſimis, & ad id certamen aptatis huius Sacramenti armis communiri debuerat. Et certè non modo infantili, non fœmineo more; ſed tam virili marte, tam generoſo genio ijs ſe ſe accinxit; vt iam veteranis Chriſtianorum Caſtrorum Ducibus ęmulationi foret, Dœmonibus, ac perduellibus eorum aſſeclis terrori.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Optabat ingenua Puella impoſitum ſibi in Baptiſmate Annæ nomen in maternum Franciſcæ, dum hoc Confirmationis Sacramentum ſuſciperet, commutari; ſeu ad id adigeretur pio deuotionis ſenſu, quo Sanctum Franciſcum iam tùm proſequebatur, in cuius feſto die præcipuis, maximiſque poſtmodùm à Deo fauoribus locupletanda erat;

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ſiue fortè filiali erga dilectam ſibi parentem affectu, quam naturali quodam inſtinctu quantocyùs ſibi præcipiti fato eripiendam præſagiebat, & ſi non re, nomine ſaltem tenus aliquale illius ſimulachrũ præ ſe ferre, ac ſeruare volebat. Gratanter accepit pia Mater carę prolis propoſitum, ac ſingulare filialis beneuolentiæ argumentum, ſuperiori tamen intus ſpiritu acta huic mutationi noluit conſentire; quaſi reputaret incongruum, vt quæ tot iam à Deo gratijs præuenta fuerat, majoribuſque in dies præuidebatur cumulanda, præclarum Annæ nomen amitteret, quod iuxta interpretationem Epiphanij in oratione de Laud. Virg. & Ioann. Damaſc. lib. 4. de fide orthod. cap. 15. gratiam ſignificat.

Cœterum nõ tulit amabiliſſimus, ac zelantiſſimus Dominus electam diù ſobolem maternis blãditijs frui, vel vt veriùs dixerim, frangi, & emolliri. Totum tenellæ Virginis amorem ambiebat, integrum eius cor ſibi ſoli reſeruandum decreuerat. Quapropter ne alijs, quantumuis legitimis, at carnalibus tamen abriperetur affectibus, nono ætatis ſuæ anno, ipſammet illi inexpectata, ac immatura morte genitricem præripuit; qua ex miſera iſta ad meliorem vitam euocata, meliorem quoque orphanæ procuraret parentem, propriam videlicet ſuam. Poſt elationem ſiquidem matris, perſolutis, non ſine lachrymis, intimoque doloris ſenſu, quæ à natura exigi videbantur, ſolitæ pietatis officijs; ad Auiæ maternæ domum, vna cum Fratre Chriſtophoro aliquantum ipſa grandæuiori, ibidem ſub eius cura educanda, deducta eſt; Ibique ſupra naturę morem vrgente gratia, & conſuetum apud homines ordinẽ peruertente, Sanctiſſimam Deiparã Virginem in futuram ſibi matrem fidenter adoptauit.

Illam impoſterùm vt talem, reciproca quadam inter vtramque filialis, maternique affectus ſignificatione, & proſecuta eſt, & experta. Cœpit ex tunc quotidianum ei primò Roſarij, deinde parui quoque, vt dicitur, officij penſum fideliter perſoluere: Ac tandem creſcente, ſupra quam ferret ætas, deuotionis feruore, ingenioſo quodam commento propoſuit: quoties noctu expergiſceretur à ſomno, toties genibus in terram defixis, Angelica ipsã ſalutatione reuereri. In quo certè veram ſe ſe Dei Genitricis filiam oſtendit, & in hoc etiam alijs lactẽtibus adhuc pueris ſimilem, qui vbi à ſomno excitantur, infantilibus ſtatim clamoribus matres compellare ſolent, donec mammis admoti, eiſque ſtrictiſsimè adhærentes, ore auido lac exugant.

Augebatur in dies filialis erga Beatiſſimam Virginem Annæ noſtræ deuotio, creſcebant itidem in mea nili pectore exæſtuantia tam ſuauiſſimam matrem imitandi deſiderium. Igitur vt ea, quantùm ſibi tunc licere videbatur, expleret; poſt annum ab obitu parentis elapſum, hoc eſt anno tantùm ætatis ſuæ decimo, votum Caſtitatis emittens, virginitatem ſuam pro ſemper Domino conſecrauit. Grande profectò cæptum, & ſupra quam ferret ætas planè egregium! Equidem offerebat Deo, quod nondùm ſatis æſtimare poterat, nullum adhuc iniuerat certamen, & de hoſte victorias reportabat; palmas, coronas, triumphum ambiebat, nec nouerat pugnare. Niſi fortè credere mauis, ipſam ſuperiori luce perfusã ad futurum bellum ſe ſe præmunijſſe, & in excelſa illius anima pari greſſu rationem cum appetitu, ac cum ſenſibus inceſiſſe; ita vt quemadmodum, vt ſupra notauimus, primis illis ſeptem vitæ annis ſenſus, veluti ſuſpenſi rationi ceſſerant, nec functionibus ſuis eius vſum præcedere auſi fuerant: ſic modo ratio præmaturè

turè appetitum præuenerit, & antequam in vllum, etſi licitum, ac coniugali propoſito permiſſum exilire motum valeret, ipſummet cohibere ac perpetuo, indiſſolubilique ſublimis voti vinculo aligare geſtierit.

Infenſiſsimus interim humanę ſalutis hoſtis, totiuſque boni deprædator acerrimus ab infirma puellula præpropera ad pugnam indictione prouocatum ſe videns, omnem mouit lapidem, nec quicquam intentatum reliquit, vt eam à ſancto propoſito dimoueret: duabus illam vijs aggreſsus eſt, duabus machinis impetere, euertere, proſtrare cogitauit. Altera nimirũ ſingularis Auiæ maternæ fuit affectus; altera, ingens procorum nuptias eius ambientium amor, ac numerus. Auia quippe maxima ipſam ſplendidè maritandi cupiditate flagrans, hinc non ſpernendam pecuniæ, cæterarumque facultarum temporalium vim in dotem ſedulò congerebat, accumulabat aſsiduè; inde ipſi, quem inter amatores mallet, quem in ſponſum eligeret, ingerebat quotidiè, importunè proponebat. At ipſa poſtquam Auiæ intentum pia diſſimulatione aliquandiù eluſit, iteratis tandem fatigata vetulæ hortamentis, altum ac ſeriò in ſeipſa deliberans, vt ſeſe momẽto vno, vnove verbo ab his laqueis, ab his compedibus expediret, nuncupatum pridem, & irreuocabile votum opponere, ſponſum obijcere cæleſtem, ac immortalem, à ſe vnicè dilectum, ac præ cæteris omnibus terrenis, atque mortalibus electum, ac nunquam dimittendum. Quod vbi audiuit anxia Anus, ac ſe propoſito ſuo defraudatam aduertit, ad tam inſperatam puellæ reſolutionem primùm obſtupuit, doluit, ingemuit; mox huic rei, quam pro maximo gnatæ detrimento ſibi fingebat, remedium, ſi quod inueniretur, prouidere deſiderans, doctos aliquot viros conſuluit, qui vnanimi ſenſu reſponderunt, ipſam, vt potè filiæ altricem, atque Tutricem, emiſſum ab immatura Iuuencula votum irritare poſſe. Gauiſa Anus reſponſum alumnæ retulit, quæ oblatam diuino ſponſo virginitatem magnificis Regum vniuerſorum nuptijs præferens, conſtanter in hanc ſententiam replicauit: *Apage*, inquit, *Mater, adeò indignam à generoſa mente mutationem. Et pro certo habeas, me votum meum diebus ſingulis fore renouaturam, donec ad eam ætatẽ peruenerim, qua nequeat irritari.* Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Perculſa ad tam grande, tamque inſolitum Virginis effatum Auia ſolertiſſima, non tamen indè ab incepto eam deſponſandi propoſito deſtitit; quin potius priores deſiderij vires exacuente renitentia, in dies magis, ac magis ad extorquendum à renitente conſenſum accenſa eſt. Fruſtrà nihilominus, & incaſsùm artificioſa ſollicitudine cuncta tentauit; & tenella Virgo diuina virtute roborata, inconcuſſa ſemper, & immutabilis in ſuo virginei pudoris conſeruandi propoſito perſeuerauit. Quin etiam creſcente mirum in modum cum ætate, tum incredibili illius pulchritudine, tum innumera concurrentium, & ad eius connubium anhelantium procorum multitudine, vbi annum decimum quartum attigit, inuento planè ſtupendo, ac ſupra quàm ab adoleſcentula formoſiſſima expectari poſſet mirabili, non contenta Deo ſuo illibatã corporis, animique ſui puritatem conſecraſſe, egregium illum, floridumque vultus decorem, quo vniuerſorum corda rapiebantur, & illaqueabantur, illi ſacrificare decreuit. Ad hunc finem nitidam, nec vulgari candore refulgentem aqua non rarò lauabat faciem, ſolisve radijs dilutam, humentemque ex compoſito exponebat; vt ſyderis aduſta calore, natiuum, ac ſplendentem amitteret colorem, fuſco, ac peregrino imbueretur, & hoc pacto fædata importunis amatoribus diſ-

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

pliceret, eosque à se, cui amatori tantum æterno placere in votis erat, procul amoueret. Res ei pro libito non succesſit, quò magis naturalem deturpare gratiâ satagebat, eo magis, diuina procul dubio operante gratia, augebatur, emicabat, ac numerosiorem nouorum amantium turbam inuincibili quadam vi pertrahebat, deuinciebat. Laudabile igitur, sed inutile experta artificium, ad nouam artem animum conuertit. Prudenti, generosaue fuga declinare meditatur insidias, quas sua sibi quotidiè amabilis nimium, nimium amata struit præsentia; Totque inter hostes, seu domesticos, seu extraneos, vel vinci timens, vel vincere ignobiliùs simul, ac difficiliùs sperans, ijs omnibus se se honestè præripere, & in ignotam terram se se recipere cogitat, in qua latere valeat, eiusve constantia nec omnino frangi, nec minimum etiam labfeactari possit.

Placentiæ, natali patris solo, Auia paterna, ibidem oriunda, degebat; & à morte parentis multis institerat epistolis, vt Anna nostra, eiusque germanus frater Christophorus apud se transmigrarent. Arrepta tam opportuna discedendi Medina, & Placentiam pergendi occasione, egit cũ fratre natu maiore, sibique impensè affecto, vt inscia materna Auia in hanc rem Paternæ rescriberent. Quo facto summa huius gratulatione, illiusve, etsi annuentis, mœstitia, sub specioso paternos cõsanguineos inuisendi, iuraque sua, ac successionẽ in genitoris bona recognoscẽdi prętextu, à Patruo quodam ad id amãdato Placentiam deducuntur. Iam quintum decimum præclara Virgo ætatis suæ annum agebat, & ad perfectissimum pulchritudo sua gradũ concreuerat, cùm istuc transmeauit. Placuit illicò Placentinis omnibus vbi Placentiam appulit, & quæ diù illic latere cogitauerat, nec momento quidem relucere non potuit. Ingentis speciei fama per totam statim Ciuitatem percrebuit, & vniuersorũ ciuium oculos, animosque ad illam simul, ac semel tum spectandam, tum demirandam, tum amore summo prosequendam conuertit. Ita vt dici possit, eam ibi veluti sydus quoddam nouum, & huc vsque inuisum apparuisse, radiosve suos, eo sanè potentiùs, quò suauiùs, eò periculosiùs, quò benigniùs, vndequaque sparsisse. Inde sæuissimus ille nostræ salutis hostis, omnisve bonī osor inuidentissimus, primis illis virium suarum experimentis Medinæ factis, non *fractus, non deiectus*, sed audacior, & *in vlteriorem rabiem* actus, non consimilibus tantum, sed & nouis, & longè maioribus, acrioribusve, seu fraudibus, seu tentamentis eam aggreditur.

Multò plures Placentinæ, *quàm* Medinæ, primariæ nobilitatis *iuuenes* eius coniugium appetebant ardentiùs, importuniùs expetebant. Ex inter alios egregius præsertim adolescens, iam ei affinitate, ac sanguine coniunctus, cui proindè liber erat Auiæ domus aditus, ipsam impensiùs deperibat, ac præ cæteris procis in eius sponsum consanguineis omnibus maximè arridebat. Eam ille continuis profundæ demissionis, ac reuerentiæ officijs, singularisque ac intensissimi amoris præueniebat, afficiebat argumentis: Eamque isti precibus, blanditijs, rationibus ad præbẽdum assensum adhortari, persuadere, vrgere non cessabant. Tot inter tentationum turbines, seu ab inferni specubus, seu à mundanorũ, terrenorumue affectuũ penetralibus, seu à carnalis concupiscentiæ latebris erumpentes, pereclitabatur profectò vix benè enatus, ac tener adhuc Virginei pudoris flos, quanquã firmo iam proposito, ac voto fulcitus; nisi nouis quibusdam, ac fortioribus seu externæ, seu internæ gratiæ propugnaculis communitus, & circumuallatus fuisset. Præstitit

ergo

ergò Deus ſacræ Virgini vtrumque iſtud protectionis ſuę adminiculum. Eo conſilio præpropera quidem, ſed opportuna morte ſibi, ac viuis erepta eſt formoſa quædam, ac nobilis puella, cum qua familiariter aliquandiu verſata, arctiſsimis omnimodæ neceſſitudinis, & amicitiæ vinculis ſe ſe obligauerat. Perculit tenerrimum ſuperſtitis pectus intimo doloris ſenſu tam inſolens, & inexpectatum Amicæ fatum: Et afflictæ animum ad maiora, altioraue tum cogitanda, tum optanda adegit.

Itaque diuina ſimul interiùs prælucente gratia memoriam ſuper anteactæ vitæ opera reflectere cæpit; quàm pauca, quàm exilia, quàm ingrata, quàm meritis vacua, quàm imperfectionibus, ac defectibus obnoxia fuerint altè perpendere: Deinde verò defæcato mentis oculo perſpicere, quàm vana, quàm lubrica, quam illuſoria ordinariè ſint ſæculi nequam promiſſa; imò & quàm fluxa, quàm fragilia, quam velociter euaneſcentia, quæ interdum amatoribus ſuis bona concedit: Et è contra quam ſolida æternorum ſpes, quàm ſecura, glorioſaue adeptio, quàm denique ſuauis, & inuariabilis poſſeſsio, fruitioque exiſtant. Eiuſmodi conuicta veritatibus, corque illius, iam Deo deuotũ, fortiùs mouente, ac ſtimulante gratia, perpetuum mundialibus illis, ac caducis nuncium remittere, cæleſtibus iſtis, atq; immutabilibus impoſterum ſtatuit toto niſu, totis viribus adhærere.

Decimum ſextum tunc temporis ætatis annum attigerat, iamque ad obeundas nuptias, tum formæ præſtantia, tum valetudine corporis, tum ingenij acie, ac animi firmitudine, non idonea tantùm, ſed & matura videbatur; cùm auſu pluſquam fœmineo, nec vllis vnquam verbis ſatis laudando inſpiratum ſibi diuinitùs facinus egregium planè, ac demirandum executioni mandauit. Illuceſcerat dies Sãcto Nicolao ſacra faſtis profectò hoc ſolo Virginis actu aureis characteribus inſcribenda; Et in ea quidam eius affinis Sacerdotio pridem initiatus primam ſolemniter Miſſam decantauerat. In tantæ celebritatis gratiam magnificum in ædibus Auiæ parabatur cõuiuium, ad quod non omnes tantummodò conſanguinei, ſed etiam prȩcipui totius ciuitatis nobiles fuerant inuitati. Adſunt vniuerſi conuiuæ, Menſæ aſſident, omnia ad hilaritatem, feſtique diei lætitiam compoſita videntur; ſolą deſideratur Anna noſtra, quæ ingentis ſpeciei intuitu accumbentium oculos longè melius ſatiet, quàm appoſiti cibi ventres. Operiuntur illam aliquantùm; ſemel, bisve accitur; nec creditur tardare, niſi vt muliebri, externoque ornatu naturalem decorem incomparabilem planè, nullique omnino ſecundum augeat, & eorum cõſpectibus appareat gratioſior. Iam aliqui huius rei cauſa ioculatorijs, vt aſſolet, ſermonibus indulgebant, iam omnes aduentantem illam facetis, ac dicacibus verbis excipiendam dicebant; ſed Auia, vtpotè vętula, anniſque grauata, minus huiuſmodi ſalibus attendebat, iamque morę impatiens in eam excandeſcere, acriùsve ferri incipiebat: Cùm ecce circumtonſis comis, circumducto capiti lineo velo, totoque corpore rudi pœnitentiæ veſtitu amicta Triclinium modeſta Virgo ingreditur, in adeò celebri diſcumbentium cœtu ſolemne ſui propoſiti argumentum exhibitura. Obſtupuere vniuerſi ad tam inſolitum, & inſperatum ſpectaculum, quod eis ſanè pro monſtro fuit; oculis, ac mentibus in eam primùm intenti alto ſilentio ora premebant: Mox arrectis auribus ſermonem Virginis pia libertate, ac generoſa audacia conceptum vni Deo ſe conſecrandi votũ explicantis, ac præſenti ſolemnis ſacri-

Ab Anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Ab anno Chriſti 1604 ad 1609.

crificij feſtiuitate, tanquam exemplo ad rem aprimè accomodato, acutè confirmantis, qua debebant reuerentia percipientes, animos tandem in approbationem, ora in applauſum laxarunt. Vnde factum eſt, multis id quidem ægrè, ſed tamen patienter ferentibus, vt impoſterum deuotæ Adoleſcentulæ, quæ tam grandi auſu, tamque inaſſueto modo mundo valè dixerat, & ſui iuris eſſe, & ſoli Deo liberrimè vacare permiſſum fuerit.

CAPVT XI.

Eiuſdem V. M. Annæ à Ieſu vitæ ſæcularis exercitia, & in virtutibus, diuiniſque gratijs incrementa, à prima eius ad Religionē vocatione ad ipſammet apud Tereſianas ſanctimoniales, reſeruntur.

SExageſimus ſupra milleſimum ſexcenteſimum ab Incarnato Verbo agebatur annus, cum Heroides noſtra ſexdecim annos nata præclarum illud, ac mirabile facinus auſa eſt, quo perpetuum cū ſæculo celebrauit diuortium, nouūque Cœleſti Sponſo pactæ pridem, & intemeratæ poſtmodum fidei præbuit argumentum. Quod ſanè non ſine peculiari Diuini Numinis inſtinctu, atque conſilio patratum eſſe cenſemus. Eodem quippe fermè ætatis anno, quo teſte Abulenſi in cap. 1. Matth. q. 91. & Suare. To: 2. in 3. Part. diſp. 7. Beatiſſima Virgo Mundo peperit Saluatorem, Matriſque nomen, ac munus obire cœpit, Anna noſtra voluit denuo, tanquam vera filia, in virginea puritate, ipſi aſſimilari; eiuſue maternæ curæ, ac ſollicitudini ipſiſſima ea ætate, qua primum eas exercere didicerat, ſe ſe totaliter committere. Id etiam eodem prorſus arcano Dei nutu effectum eſt hoc ipſo ſæculi anno, quo Chriſtus Dominus Beatam Virginem Tereſiā clauo peramanter ſibi creditur deſponſaſſe; ne vllus ambigendi locus exiſteret, vtramque eodem ferè tempore præparare voluiſſe, hanc quidem vt in ſecundam illius Parentem ſpiritualem, illam verò vt in huius filiam tandem aliquando euaderet.

Et certè ad hunc finem Anna noſtra iam olim *emiſſum virginalis continentiæ votum renouauit conſtanter, ac denuò ratum habuit; Vt*que illud gratius Deo redderet, cōfidenter inſuper promiſit, ſe illud quamprimum ſibi liceret in Religione omnium arctiori, ac perfectiori ſolemniter fore nuncupaturam. Verum quia nulla omnino adeo *rigida, auſteraque reperitur*, in qua non aliquando fas ſit nonnihil de ſolito rigore remittere, *aliquidue* honeſtæ recreationis proprio genio indulgere; inauditum ipſa, & vltrà omnes naturæ vires arduum adiecit propoſitum, efficiendi ſemper quidquid aduerſus reluctantem *eius inclinationē* pugnare videretur; adeò vt nullum vnquam in re quapiam quantumuis minimū, ac leue oblectamētum ſibi capere foret permiſſum. Perpendat hic quæſo, ſi poſſit, ingenioſus lector, quantum in hoc euentu horruerit natura, in fœmina, in iuuene, in adoleſcentula ebullientis adhuc ſanguinis vigore, æſtuque feruida, quæ ſanè in viro morbis, & ætate confecto, atque ad vltimum penè vitæ flatum perducto, eiuſmodi propoſito non poſſet non horrere. Partes velim Iudicis integerrimi, & æquiſſimi rerum æſtimatoris agat: Et ſi nouerit quam durum ſit nobili, ac generoſo animo, vel in vno caſu, amici beneplacito conferre non poſſe; dicat precor, & ingenuè fateatur, quam diffici-

ficile, quam terribile fuerit, ſibi ipſi ſuper amicos omnes naturaliter cariori, quidquid allubuerit, per totum prolixę vitæ decurſum negare ſtatuiſſe. Hoc tamen Amazon noſtra in hoc ætatis flore decreuit, Hoc fideliter, & indefectibiliter in ſequentibus annis ad extremum vſque diem operibus compleuit.

Recenter, hoc eſt, viginti circiter ab hinc annis, illuſtris admodum Societas Ieſu in bonum vniuerſalis Eccleſiæ erecta fuerat, iamque ſupremo fouente numine, tenella planta vbique terrarum propaginis ſuæ ramos expandens, ad antiquiorum Religionum æmulationem mirum in modum excreuerat. Tunc ergo temporis eius inſtituti Collegium fundabatur Placentiæ, & ibidem celeberrimus ille Petrus Rodriguez, vir planè in omni, ſeu ſcientiarum, ſeu virtutum exercitio peritiſſimus, à ſuperioribus miſſus degebat. Illum Virgo non modo ſalutis, ſed & perfectionis ſuæ cupidiſſima, tanquam ad id munus maximè idoneũ, in Confeſſarium, ac Directorem, ſeu Magiſtrum ſpiritualem aſſumpſit; ipſique ſi non vouit, firmiter ſaltem propoſuit in omnibus quantumuis arduis, ſenſibuſue contrarijs, humiliter ſubiacere, ac cæco obtemperare obſequio. Ipſomet itaque die, quo ſe illius diſciplinæ ſubmiſit, poſtquam illi reconditos, ac ſecretiores conſcientiæ ſuæ ſinus aperuit, omnemque totius vitæ ſuę modum, exercitia, vota, propoſita, deſideria, cœteraque tam ad interiorem, quam ad exteriorem hominem attinentia luculenter expoſuit; mox cũ his verbis non minori generoſitate, quam reſignatione plenis confidenter affata eſt: *Age igitur*; inquit, *ô Pater, quod meum erat præſtiti; iam quod tuum eſt exequere, amabo. Ex inculto animæ meæ ſolo, non noxia tantum, ac prana vitiorum germina, ſed & ſuccreſcentes herbas, & inutiles imperfectionum ſurculos amputa, euelle, eradica; & eorum loco fructiferas virtutum ſtirpes, ac plantas inſere, foue, & ad debitam perfectionem euehe. Cumque nullam omnino voluntatis meæ renitentiam reperturus ſis, certò ſcias, omnem tibi defectum imputandum fore, teque de eo exactiſſimam Supremo Iudici rationem redditurum.* Hac non indelectatus Virginis ingenuitate, ac feruore pius ille, ac prudentiſſimus Sacerdos, votis illius annuit, ſeque omnem curam in eius ſpirituali profectu adhibiturum promiſit. Contingit hoc ad annum ſalutis 1562. quo Sancta Mater Tereſia primum rigidiſſimi ſui Inſtituti Monaſterium Abulæ fũdabat, quaſi Clentiſſimus Deus vtrique Virgini benigniſſimè prouidens, eodem propè momento, illi optatum ordinem, huic firmiſſimam Reformationis ſuæ columnam procurare dignaretur. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Erat Venerabilis P. Petrus Rodriguez tum horrenda vitæ auſteritate, carniſque mortificatione, tum ſuaui, aſſiduoque diuinarum rerum experimento conſpicuus. Talem, ac tantum, tali, tantęque Diſcipulæ voluerat Deus prouidere magiſtrũ; quamuis ipſemet de ea dicere ſoleret, nullum alium habuiſſe præter Deum, à quo ſolo cuncta, quæ ſciebat, didicerat; ſeque nil aliud ad magis in eius inſtitutione egiſſe, quã eas, quæ à primo illo, ac Supremo Præceptore lectiones acceperat, repetendas exegiſſe. Vt ergo muneri, ad quod electus fuerat, ſatisfaceret, eam ſtatim ab initio ad altiſſimum Chriſtianæ perfectionis gradum, cõſilijs, adhortationibus, præſcriptis, ac multimodis probationibus ſubleuauit, conſtituit, ſtabiliuit. Adeò vt eo ſuadente, ac ſedulo promouente acerbum hoc, aſperumque vitæ genus ſuſceperit, & indefeſsè exanthlauerit.

Vilí admodum, ac pauperrima exteriùs veſte amicta erat, induſio verò ex rudi ſtupa confecto ad carnẽ vteba-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

vtebatur; cui etiam hirsutum subijciebat cilicium, vel ex hispidis, seu equorum, seu hircorum crinibus compactum, vel è pungente sparto, seu marino iunco contextum, ac ferreis quoque calcarium aculeis sparsim intermixtis horridum. Eo nunquam se exuebat, nisi quod cum multa varij generis alia alijs asperiora prę manibus haberet, ea nonnũquam pro diuersitate temporum, ac festiuitatum celebritate commutabat, non ad subleuamentum, sed ad maiorem corporis macerationẽ. Ferreis etiam frequenter catenulis acuminatis hinc inde spiculis armatis (idonea sanè Crucifixi Sponsæ monilia) brachia, fœmora, mediumue corpus præcingebat; tamque dirè aliquando stringebat, vt perforata pelle infigerentur, per multa vulnera non modicum cruoris eruerent, ac per reliquum vitæ tempus oculis obuia relinquerent impressa sui stigmata.

Nunquam visa est commodè sedere, ne corpori suo, quantumuis pœnitentijs, alijsque, seu mortificationis, seu pietatis operibus attrito, leue hoc videretur solatium indulgere. Stratum eius diù, quidem ex humilitate culcitrà lanea, lodicibusque aliquot adornatum cernebatur; noctu verò superimposito assere ad rigorem compositum, non tam fatigatis artubus quietem cõciliabat, quam nouam duritie subministrabat lassitudinem. Adeò vt cum in eo distentis in modum Crucis brachijs recubaret, diceres profectò dilectam Christi Sponsam, non lecto, sed Cruci cum eo affixam, tanquam nuptiali Thoro iacere. Prægrandi etiam postmodum Cruce; ex ferro fabrefacta, aculeis hinc inde instructa, & ad mensuram corporis aptata, illud dirè torquebat; & non per diem tantum, sed & noctu, dum cubitum iret, ad carnem constringebat.

Victus parcimonia, atque austeritas ruditatem vestis, cubilisue duritiem æmulabantur. Frequentibus, ac rigidissimis delicatum corpus extenuabat ieiunijs; Dumque necessitate coacta ad vitæ sustentationem cibũ sumere teneretur, viliori semper vescebatur, & aut proprio gustui contrarium eligebat, aut superinfusa condimentis aqua, nimiã eorum seu spissitudinem, seu salsedinem prętexens, insipidum, ac palato ingratum reddere conabatur. Inuiolabilis illi mos erat, adeò austerum à Feria quinta maioris hebdomadæ ad diem Paschatis ieiuniũ protrahere, *vt nec micam panis, nec aquæ guttulam toto eo tempore* sorbere consueseret: Et quamuis tam longa abstinentia non modicũ debilitaretur, vt tamen patientis Christi mysteria, non sterili tantum compassione, sed & *propijs passionibus* celebraret, nudis pedibus *incedere*, varijsque mortificationum generibus virgineum, corpus affligere solebat. Aliàs etiam quantumcumque siti premeretur, eam nunquam omnino extinguebat, sed vbi aliquantulum poti ad præcisam naturæ necessitatem hauserat, scyphũ statim ab ore dimouebat. *Mirum* sanè, ac singulare mortificationis commentum!

Statas ad orationem, ac silentium non paucas diei horas sibi præfixerat; & vt exactiùs, fideliusue istud obseruaret, quæque in ea conceperat sensa altiùs mente perpenderet, ac voluti reflexa consideratione ruminaret, mordibulis quibusdam, seu ligneis instrumentis, tanquam frænis ora sibi aut obturabat, aut premebat.

Quanquam autem diu semper animum in Dei præsentiam intentũ, & ne vno quidem momento ab ea distractum gereret: his tamen adhuc non contenta, maiorem etiam noctium partem in diuinarum rerũ contemplatione insomnem insumebat; ab hora siquidem nona vespertina

Ad finem
Cap. præced.

cultui verborum, & expressionis, exercitia ad ingenium pendere nolo. Quæ enim ad ingenium pertinent, ea ad naturam referenda esse, quæ ad cultum pertinent, ea ad artem, & exercitationem existimo. Ita ferendus est, & laudandus Ciceronis ille locus, quem Quintilianus attulit, ut ingenium, & naturam ponamus, quæ ad artem, & exercitationem referuntur. Quæ duo non sunt tam opposita, ut non possint aliquo modo inter se conjungi, & temperari.

Duo illæ res quasi vasa sunt ingenio dandæ, quod quidem naturale est, & exercitationi, quæ ad artem pertinet: quorum alterum, quod capax sit, alterum, quod tenax, desiderari solet. Capacem ingenium dico, quod multa, & magna complectatur, & sine confusione contineat: tenax, quod fideliter custodiat, quæ audierit, quæ dicenda sint, quæ scribenda, quæ cogitanda, quæ agenda, quæ denique ad usum, & ad fructum sint accommodata.

Ad hæc omnia Elias noluit exercitia adhibere. Quod si hoc quoque fuisset propositum, quasi ad ingenium, & naturam, quæ ipsa per se fecunda, & ferax esset, non egeret, Quintilianus ait, hoc, quod ipse dicit, ingenium, & naturam, quæ ipsa per se fecunda, & ferax esset, non egere exercitatione, & cultura, &

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

uerentia, cultu, affectuque proſequebatur: quod quidem à prima infantia ad vltimum vſque vitæ halitum virgineo pectori ſuiſſe altè infixum non vulgaribus argumentis demonſtrauit. Si quem fortè mendicum vel in via publica, vel ad portam domus eleemoſynam expoſtulantem audiſſet; Auiam ſtatim, ac Patruum enixè exorabat, vt miſerò erogarent; Ipſa verò ad opus ſuum reuerſa conſobrinas interim, ac famulas his verbis compellabat: *Nos verò*, inquiebat, *quæ nihil ad manum erogandum habemus, bis amabo Angelicam recitemus Salutationem, Aue Maria; vt Deus Optimus Maximus pios aliquos fideles, qui elargiantur, inſpiret.*

Et ſi cum conſobrinis ſuis familiariter ageret, erga vtramque tamē modo vniquique debito modeſtè, ſe gerebat. Mariam de Lobera, vt potè natu maiorem, præcipua honoris, ac deferentiæ præueniebat ſignificatione, ita quod quoties ab ea ad menſam vocabatur, toties eius prouoluta pedibus eos ipſi humiliter exoſcularetur. At verò Mariam de Cabreras, quæ & iunior, & viuaciori, ac minus caſtigata indole prædita erat, interdùm ab alijs ſeiunctam ſecretò alloquebatur; & efficacibus verbis exhortabatur, tum vt in actionibus ſuis cautiùs procederet, tùm vt à iocis, ac riſu ſibi temperaret, tùm vt ebullientis, ac feruidæ naturæ impetus, æſtuſque domaret, tùm vt geſtus, totumque corporis habitum ad modeſtiam, ac grauitatem ſeriò, ac decenter componeret; tùm vt frugalitatem, ac mortificationem in eſu, potuque obſeruaret, prudenter inter alia adijciens: *Corpus non ſaginandum, aut ad ſacietatem ingurgitandum, ſed ad neceſſitatem tantum, ac ſuſtentationem eſſe nutriendum*: Alia denique multa huius generis ſubiungebat documenta, quibus illam ad omnigenarum virtutum ſtudium aut alliceret, aut compelleret. Inde factum eſt, Deo vlteriùs, ac copioſiùs eius ſeu hortamenta, ſeu exempla ſupernè benedicente, vt & illam ad Religioſum ſtatum ſub Inſtituto D. Franciſci militantem amplectendum induxerit; & aliam conſobrinam ætate prouectiorem ad arctiorem vitam ſub directione proprij ſui Cōfeſſarij ducendam promouerit; & Fratrem ſuum Chryſtophorum ad Chriſtianam perfectionem in Religioſiſſima Societatis Ieſu Congregatione exquirendam excitarit; & omnem omnino familiam ab Auia ad viliores vſque ſeruulos, ſeu ad emendationem anteactæ vitæ, ſeu ad maiorem in pietate progreſſum ſuauiter, fortiterque adegerit. Tanta eſt diuinæ gratiæ in vnam animā infuſæ, ac per eam ſeu verbis, ſeu exemplis operantis virtus, atq; fœcunditas!

Cæterum pia Virgo Sacroſanctæ Pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ Sacramenta ſingulis diebus Dominicis, feſtiſque intra Hebdomadam occurrentibus frequentabat: Mirum autem erat quo pacto in ipſo Confeſſionis actu, tùm pœnitens ipſa, tùm eius Confeſſarius ſe ſe gererēt. Quamuis enim P. Petrus Rodriguez, qui ei per ſeptennium integrum, hoc eſt à decimo octauo ad vigeſimum quintum ætatis annum (quo quidē ſpatio natura vegetior, & ad peccādum pronior, magiſque lubrica exiſtit) à ſacris fuit confeſſionibus, nō rarò teſtatus ſit, ſe nunquam in ea toto eo tempore notabilem aliquā, etſi venialem tantum culpam dephehendiſſe: ipſa tamen ijs, quæ confitebatur, quantumuis paucis, ac leuibus, tanto doloris, ac contritionis ſenſu afficiebatur, vt vberrimis eas ſuſpirijs, gemitibus, ac lachrymis, ceu enormia crimina, deteſtaretur, & abhorreret. Et ille feruori eius, ac pœnitudini ſe ſe accomodans, eamque ad altiora virtutum incrementa promouere ſtudens,

Digitized by Google

dens, commiſſas ingenita naturæ fragilitate imperfectiones exagerabat, grauitatem earum ingerebat, ingeminabat; acerbiſſimiſque tum increpationibus, tum iniunctis mortificationibus excipiebat.

Quin etiam ſtrenuus, ac prudens Director animaduertens ad ea, quæ honoris, ac nitoris erant, maximè propendere, & è contra quæcumq; aut confuſionem pariebant, aut aliquid fœditatis præſe ferebant vehementer auerſari, vt innatas illas ab anima Diſcipulæ, etſi non prauas, perfectioni tamen non conferentes inclinationes radicitùs extirparet, prohibebat illa, hæc multoties iniũgebat. Hinc ei aliquando præcepit, vt more viliſſimi amicta mancipij ad macellum carnem emptura procederet; aliàs vt dum ad inuiſendam Auiam, alioſue conſanguineos exteri multi nobiles in eius ædibus conueniſſent, equos ipſa in conſpectu omnium duceret propria manu adaquandos; nunc illam, apud Religioſos quidem familiari, ſed apud ſæculares inuſitato, ac inuiſo modo in terra proſtratam coram inclytis diſcumbentibus ad Conuiuium domi ſuæ vocatis, ſub prætextu doloris ſtomachi, quo torquebatur, prandere iuſſit, mirantibus quibuſdam, quibuſdam irridentibus, cũctis tamen, ad ingenuam ſeruæ argutiam comperta ſimulatione, rei nouitate non parũ ædificatis: nunc ipſam ad ſordida, tritaque famulę lacinia, quibus aduerterat eam fuiſſe ſtomachatam, per biennium deferenda damnauit, quamuis poſtquam eius ad obediendum promptitudinem, ac fidelitatem reſciuiſſet, ſententiam retractauerit. Illam demùm ad infantilis ætatis ſimplicitatem reducere volens, modo eam ad imprimenda manibus, pedibuſque auiarum humiliter oſcula, à cõſobrinis verò veniam enixè exorandam poſt ſingulas confeſſiones adigebat: mox, dum ad explicanda, edocendaue puerulis prima Cathechiſmi rudimenta incumbebat, vna cum illis ſibi aſſiſtere volebat, illamque interdum veluti interrogaturus ſignis, nutibuſque exagitare videbatur; quod ſanè non modicum verecundiæ, atque humiliationis nobili, adultæ, iamque ætate proiectæ, & ab omnibus probatæ, ac in æſtimatione habitæ Virgini ingenerare debuit. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Hæc autem omnia non ſubmiſſo tantùm, tranquilloue animo exequebatur, ſed & flagranti exoptabat, & iteratis precibus efflagitabat: Imo etiam laudabili hoc æſtu ſæpiſſimè abrepta longè plura, maioraue quotidiè comminiſcebatur, & peragẽda confeſſario proponebat. Voluiſſet Virgo prudentiſſima, & ſingulari ſapientia prædita tanquam ſtulta, atque inſaniens ab omnibus haberi, ab omnibus vilipendi. Quapropter nimio feruore extra ſe acta, vt intentum aſſequeretur, libenter ſi licuiſſet & honeſtatis propoſitum nõ obſtitiſſet, cunctis, citrà pudorem tamen, denudata veſtibus per totius Ciuitatis compita, plateaſque velut ſenſibus aliena cucurriſſet: vel inſolita alia præſtitiſſet. Huic tamẽ tali, ac tanto exæſtuantis Virginis ardori oberat tùm puritatis amor, tùm vanitatis timor, tùm, & maximè voluntas directoris, à quo tota pendebat, quique & proprios Diſcipulæ nouerat refrænare impetus, & alienis eam calcaribus vrgere.

Itaque vt inſatiabili, qua premebatur, patiendi, ſe ſeque humiliandi pro Chriſto ſiti faceret ſatis, ſecluſo nihilominus quocumq; ſeu appetitus, ſeu amoris proprij pijs interdùm ſe ſe operibus ſubtiliter ingerentis contagio: Conſobrinæ illius Mariæ de Lobera ſignanter imperauit, vt inter alias, quas ei quotidiè irrogaret, iniurias; Dum in ædibus ſacris, vbi maior reperiretur populi frequentia, ſimul ambæ conſiſterent, ingeminatis illam impro-

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

improuisò alapis cęderet, contumelijſque afficeret, velut immodeſtiæ, ac diuagationis ream; ipſa verò culpam humiliter faſſa, correctionemque lubenter acceptans ad pedes eius ſe ſe prouolueret, eoſue publicè exoſcularetur. Quod cum aliquando in ſolemniſſimo feſtiuitatis die, coram numeroſiſſimo, ac nobiliſſimo cætu vtraque effeciſſet, ipſaque Anna confuſa quidem, ſed de confuſione quoque ſua hilaris, alacerque ad conſanguineę pedes iacens adhuc baſia imprimeret; Ecce tibi, (O ſtupendum diuinæ bonitatis argumentum!) Chriſtus Dominus, qui & ſplendor Patris, figuraque ſubſtantiæ eius, & ſpecioſus forma præ filijs hominum meritò in ſacris paginis nuncupatur, Sacroſanctis manibus percuſſas genas, oſque pedibus conſobrinæ adhuc infixum, ſuauiſſimè, ac blandientis inſtar contrectans, illam ſubleuauit à terra, ſe ſeque illi primò conſpiciendum conceſſit, eam viciſſim ſumma cum amoris ſignificatione reſpexit, ipſi gratioſè benedictionem impertijt, ac tandem à corporeis eius obtutibus ſe ſe propripiens, caram ipſius animam tanta luce perfudit, tanta gloria, tantis delicijs inundauit, cumulauitque, vt ipſamet poſtmodùm ingenuè fateretur nullis id verbis explicari poſſe, ſeque ad tormenta omnia, milleue mortes paratam, vt conſimili gratia momento frueretur.

Ab eo tempore cæpit Sponſus Diuinus dilectam Sponſam cœleſtibus abundantiùs, frequentiùſque locupletare diuitijs, chariſmatibus exornare, fauoribus afficere, raptibus ſublimare. Quod equidem præſertim contingebat, poſt Euchariſtici, ac viuifici pabuli ſumptionem, qua ſaginata, ac veluti ebria extra ſe ferebatur. Et Dœmon vlteriores in dies progreſſus animaduertens, ſuaque damna præſagiens, infernalibus agitatus furijs fluenta gratiarum, quibus affatim ipſius irrigabatur anima, vel ſiſtere, vel interturbare tentans, non rarò, ſed præcipuè in communionum vigilijs teterrima ei Phantaſmata, horribileſque monſtrorum figuras *obijciebat*, vt illam, aut à prępparationibus, quas ad ſacram hanc menſam acceſſura adhibere cõſueuerat, auelleret, aut ab ea prorſus arceret, aut ſaltem ad eam non niſi perturbata, ac perterrita mente accedere permitteret. At fruſtrà & in vanum Princeps ille Tenebrarum allaborauit contra filiam *lucis iam ſupremo illi Principi, qui lucẽ habitat inacceſſibilem*, deſponſatam; *incaſſum* in eam inania laruarum ſtruxit machinamenta, omnia hæc illapſo deſuper lumine diſpulſa protinus *in* fumum abiere; & intrepida Virgo Cœleſtibus chariſſimi *Sponſi concinuò illuſtrata* ſplendoribus, diuiniſque ditata, & communita muneribus *in* perfectionis *ſtadio* indefeſſo pede currebat, & ad eius metam, atque faſtigium inhianti pectore anhelabat, generoſoue animo, ac pernici properabat volatu.

Verùm enim verò pari *greſſu* procedebant Annæ noſtræ virtus, *eiuſue* fama, & opinio ſanctitatis, & quo illa magis creſcebat, & efferebatur altiùs, eò iſta magis percrebeſcebat, ac latiùs diffundebatur. Inde breui actum eſt, vt ſeu domi, ſeu foris abſolutum ei, non modo ſui, ſed & rerum omnium tribueretur dominium: Et quia ardentiſſimus, quo intus vrebatur, charitatis ignis, anguſtis pectoris clauſtris contineri nequibat, idcircò ad vniuerſorum, quos nouerat, miſerorum ſe ſe expandebat aut remedium, aut ſolatium. Reſciuit aliquando quinque honeſtæ ſortis, ac conditionis perſonas eò miſeriæ deueniſſe, *vt nihil aliud ad cubandum*, medio etiam hyemis tempore, illis reliquũ foret, præter quàm palearum modica quantitas: Succurrit ſtatim, nõ abſque

abſque intimo doloris, & compaſſionis ſenſu, prouida Virgo, ſecretò mittens culcitras duas, cæteraq; omnia ad frigus arcendum neceſſaria. Conſimili propè modo ſubueniebat quotidiè alijs indigentium neceſſitatibus, latentibus præſertim atque occultis, clam eis opem ferendo, ac more Sancti Nicolai pijſſimi Miræ Antiſtitis, aut eleemoſynam ad ędium Ianuam reponendo, aut ſub reſtitutionis prætextu tribuendo, ne verecundia ſuffunderentur, eamque aut omnino recuſare, aut cum rubore acceptare cogerentur. Hac via non corporibus modò, ſed animabus quoque opportunum conferebat auxilium; plures etenim hoc pacto adoleſcentulas, pauperes quidem, ſed egregijs naturæ dotibus præditas, ne tentationibus, quibus & à Dœmonibus intus, & ab hominibus exteriùs impetebantur, ſuccumberent, adiuuit; pluribus verò mulieribus, vt ab infami reſurgerent carnalium voluptatum cœno, quo egeſtate adactæ iacebant, ac prouoluebantur, auxiliarem prębuit manum.

Reùm etiam ad patibuli ſupplicium damnatum (ad quem in hoc agone tum Sacramentali Confeſſione, tũ pijs exhortationibus iuuãdum, vocatus fuerat P. Petrus Rodriguez, dum cum eo Virgo verſaretur) miſericordia, ac pietate mota, precibus, & authoritate, qua valebat apud omnes à morte liberauit; latamque ſententiam ad pœnam Triremium per decennium ſubeundam mitigari curauit. Imo verò inſidente poſtmodùm conſcientiæ ſcrupulo agitata, ne ſcelerati ſalus, quæ certa, ac præuiſa morte videbatur ſecura, facinoroſorum remigum conuictu periclitaretur, petijt, & obtinuit (vt pote cui nihil denegari poterat) vt inter eos, qui è carceribus in gratiam natalis Sereniſſimæ Infantis Iſabellæ Claræ Eugeniæ, quam tunc fortè Regina Hiſpaniarum Eliſabetha fœlici partu mundo ediderat, dimittebantur, iſte quoque numeraretur. Vnde cum deinde procurrentibus annis ab eadem Clariſſima Principe ad inuehẽdum in Belgium Tereſianarum Virginum inſtitutum è Gallijs euocata fuiſſet, lepidè dictitare ſolebat: *Non videri ortam Infantem Sereniſſimam, quam vt ſibi beneficia impenderet, quę ſuccedentibus poſtea temporibus iugiter continuabat.* Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Eodem profectò charitatis igne illuſtrata ſimul, atque accenſa viſa eſt, dum Clandeſtinum Auunculi Duellum, ad quod ab infenſiſſimo quodam eius hoſte fuerat prouocatus, authoritate Præfecti ciuitatis auertit; dumque Religioſi cuiuſdam Ordinis falsò ab Aduerſarijs, adornatiſque teſtibus calumniati, & ab Epiſcopo ſubdolè de fictis criminibus inſtructo, malè habiti, acriterque exagitati, cauſam egit apud ipſum, animum eius impoſturis præuentum, nec leuiter auerſum rationibus conuicit, verbis ſuauibus placauit, ac tandem virorum Deo ſacrorum innocentiam, quæ poſtmodum ſucceſſu temporis clariùs emicuit, propalauit, læſam fraudulenter eorum famam priſtino reſtituit decori, & ipſummet Epiſcopum illis impoſterum benè affectum præſtitit.

Mira planè ſunt hæc, & omni prorſus laude digna in iuuene præſertim adoleſcentula vix annos tunc viginti vnum nata; Aſt longè mirabilius, maioribuſque encomijs celebrandum eſt, quod in fauorem, publicumve totius Placentiæ bonũ diuino procul dubio afflata numine geſſit. Parabantur in præcipua Ciuitatis platea ludicra, ſeu Taurorũ, ſeu equitum æmulatione reciproca diſcurrentium, fictoque præliorum ſimulachro inter ſe lanceis decertantium ſpectacula populo exhibenda. Condicta dies iam illuxerat, iam exterorum, incolarumque infinita

prope

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

propè multitudo concurrerat; iam circumuicinarum ædium feneſtræ omnes, ſolaria, tecta, pinnacula, Theatraque ijs adiuncta, recipiendis primariæ nobilitatis viris, ac fęminis, immenſis vulgi turbis, omnis denique generis, ſexus, ætatis, conditionis ſpectatoribus haud ſufficiebant; omnia demum ad optatam celebritatem videbantur compoſita: Cum ecce ad Annæ noſtræ inſtantiã, quæ per litteras Placentinum Antiſtitem de imminenti, cælitùſque præuiſo diſcrimine commonebat, ni eiuſmodi aut impedirentur, aut ad alium ſaltem diem differrentur ludi, ſub pœna excommunicationis *latæ ſententiæ* ab ipſo, mirantibus nonnullis, obmurmurantibus alijs, cunctiſque ægrè ferentibus ſunt interdicti. Sed quam fauſto, fælicique ſucceſſu ſub veſperam, & antequam ſubſequens nox appeteret compertum eſt; omnes ſiquidem domus ad præfatam plateam circumquaque locatæ occultis cuniculis Maurorũ perfidia ſuffoſis, ac tormentario puluere inſtructis, in media feſtiuitate tolli debere, ac infallibili ruinæ patere inuentæ ſunt. Quo ſanè euentu vniuerſis ſtupore perculſis, & in laudem tum diuinæ bonitatis, tum Sanctitatis Annæ noſtræ effuſis, eam omnes impoſterum vt præcipuam, ac venerandam ciuitatis Protectricem ſpectare, ac deprædicare cæperunt.

CAPVT XII.

Ad Tereſianum Inſtitutum interna inſpiratione, pijs operibus, ſubitaneo morbo, miraculoſa ſanatione, arcanis denique alijs, miriſque modis præparatur V. M. Anna à Ieſu.

EST hoc ab antiquis temporibus *in more poſitum* apud *omnes ferè gentes*, ac populos, vt ſi qui in Reipublicæ vtilitatẽ inſigniter benefici fuerint, ijs in præſtitorum beneficiorum memoriam ſtatua, obeliſcus, aut ſimile *aliud* decernatur monumentum. *Ijs profecto* apud Placentinos *honoribus*, ac ciuicæ gratitudinis argumentis digna erat Anna noſtra, atque vt talis ab omnibus habebatur. At eiuſmodi vanitatis ſchemata, ſi fortè ijs donãda fuiſſet, refugiſſet haud dubiè Virginis modeſtia, atque humilitas; non potuit tamen meritò ſibi delata, quibus vno omnium ore celebrabatur, encomia effugere, nec efficere vnquam, quin communiter, *Fœminarum Regina* vocaretur. Verùm vt tentationes, quibus intùs ab antiquo ſerpente impeti poterat, omnemque inanis glorię fumum inde exurgentem procul diſpelleret, annuente Confeſſario famulabus præcepit, vt minùs reuerenter ſecum agerent; illas priuatim loco *ſui* mẽſæ ſedere iubebat, dum interim ipſa ſtans illis humiliter inſeruiret; ac dum illæ lautiſſimis in conſpectu eius epulabantur cibis, ipſa de reliquijs ſibi ab ijſdem porrectis alebatur.

Non ſufficiebant tamen humillimæ Virgini domeſtica hęc propriæ abiectionis commenta, vbi publicis colebatur venerationis ſignificationibus. Vt ergo popularem hanc auram

ram à ſe longiùs abigeret, noua, altiorque iuxta priorem vocationem, à ſęculo recedendi, ac ſe ſe in Religioſo Clauſtro abdendi mentẽ eius ſubijt cogitatio, nouum, acriusve pectus eius inſedit, vrſitque deſiderium. Sed ad id nec Ciuitas Placentiæ, in qua nimiùm innotuerat, nimiaque ſeu conſanguineorum, ſeu affinium, ſeu amicorum frequẽtia latere non poterat, nec eiuſdem ciuitatis Monaſteria haud ſatis ad intentum arcta, rigidiorive Clauſuſura ſæcularium conuerſationibus imperuia, placebant. Vnde fuſis Deo precibus, quotidianis ſacrificij miſſæ oblationibus, ingeminatis pęnitentijs, ędium ſacrarum viſitationibus, ac iterata præſertim ad Sanctæ Mariæ (quam vulgò *Dominam noſtram del Puerto* vocitant, ab antenatis ſuis ædificatam, & à ciuitate Leucæ vnius ſpatio diſtantem) peregrinatione, ad quam nudis pedibus per prærupta, & aſpera itinera, non abſque copioſa ſanguinis effuſione pergebat, efflagitabat continuò deſuper lucem ad electionem Ordinis, ac Monaſterij neceſſariam, propoſitique ſui executionem enixè commendabat.

Annuit ardentiſſimis dilectæ ſpõſæ votis Sponſus cœleſtis, ſeptimo circiter à primi Tereſianarum Monialium Monaſterij fundatione anno; nimirum vt quemadmodum illam ſeptenni olim loquelæ ſuſpenſione à mundi conuerſatione viſus fuerat remouiſſe, & ad ſuam cum rationis vſu futuram præparaſſe: ita nunc eam iuſta, vt ita dicam, compenſatione voluerit per ſeptennium, mundo concedere, ipſamet in Religioſo receſſu, ad quem interim diſponebatur, per reliquum vitæ tempus amicabiliter fruiturus. Cæterum priuſquam omnimodam huius gratiæ copiam illi faceret; eamque in primis illis Reformationis noſtræ ædibus, tanquam vnum è præcipuis, atque inſignioribus ſacri ædificij lapidibus collocaret, placuit ſupremo Architecto, ingentibus illam inopinati morbi tunſionibus expolire. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Præſtitit in hoc benigniſſimus Dominus, quod feruentiſſima Virgo ſummis deſiderijs exoptabat. Flamma Charitatis, qua in Noſochomia ad inſeruiendum ægris pauperibus ferebatur, ardentiſſimum in eius pectore patiendi pro Chriſto excitauerat ignem. Quæcumque in hunc finem mortificationis obibat exercitia, hauriebattormenta, inexplebilem ſitim non valebant extinguere. Ad noua, ad inaſſueta anhelabat quotidie, neſcia quæ exquireret, ignara quo reperiret. Cuncta quæ hucuſque, vel ex Confeſſarij mandato geſſerat, vel à ſe excogitata impetrauerat, aut leuia videbantur, aut velut propriæ voluntatis cęno infecta faſtidiebat. Voluiſſet ad inſtar alterius Iob, totque in Xenodochijs miſerè decumbentium, quos perſæpè inuiſebat, ſolaturque, manum Domini ſuper ſe aggrauari, ſed id petere præſumptuoſum, id deſiderare temerarium arbitrabatur. In his conſtituta incertitudinis anguſtijs, die quadam cum ad audiendum ſacrum in Eccleſiam perrectura ſe ſe accingeret; & tunc fortè ante ſpeculum pertranſiens oculos in illud iniecisſet, vidiſſetque faciem viuidam, ſplendentique colore, ac mira pulchritudine decoratam, priorum cogitationum æſtu abrepta: *O*, inquit, *faciem ægra dignam, aut inſtantem morbum belle præſagientem*! Quo non tam ioculatorio, quam prophetico afflata ſpiritu prolato, ad Eccleſiam ſe contulit, Miſſæ ſacrificio adfuit, & ecce in eius medio ad præſentiã Domini, in cuius manibus ſortes noſtræ ſunt, cuiusve imperio, & ipſi morbi, & cætera omnia parent ad libitum, ſubito, ſed adeo veheméti Paroxiſmo correpta eſt, vt eam domum ſemimortuam deportari neceſsè fuerit; ab

ipſo

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ipſo ſtatim ęgritudinis principio deſperantibus de vita Medicis; vniuerſis ſeu conſanguineis, ſeu domeſticis, ſeu etiam extraneis plangentibus, & de futura, atque imminenti morte largè collachrymantibus; Ipſaque demùm ſtupente, nec leuibus, Deo ſic permittente, ſcrupulis agitata, an ipſo ſibi propitio, pijſque deſiderijs fauente, an verò irato, & indiſcretos æſtus, aut dilationem vocationis ad Religioſum ſtatum, vel indignitatem eum ſibi votis ſolemnibus deſponſandi, puniente, tam ingens, inopinatumque ſymptoma contigerit?

Per tres integros menſes hac infirmitate preſſa decubit, in medio vitæ, mortiſque confinio ſemper ſuſpenſa, varijſque inter medicorum manus non tam ſalutiferis curata remedijs, quam acerbis exagitata torturis. Illam ſiquidem quater purgantibus medicamentis, illam bis ſupra vigeſies Phlebotomia, ſeu ſanguinis detractione fatigarunt: Cumque omnia non inutilia tantùm, ſed nociua quoque fuiſſe, comperiſſent, ac non illam modo periclitari, ſed & de ſalute ipſius conclamatum eſſe cenſerent, ad vltimum tandem Pharmacum, quod vitæ, aut mortis vocitabant, confugere animus fuit, vt experirentur an eo, vt moris erat, aut ſanaretur, aut viuis eriperetur. Salutaribus præmunita Sacramentis hauſit animosè medicatum poculum Virgo generoſa, memor myrrhati vini, quo in cruce pendens potatus fuerat Sponſus dilectiſſimus, eoque diuina gratia virtutem infundente à præſentaneo vitæ diſcrimine erepta eſt, vt nouam, ac perfectiorem vitam in Religioſo Clauſtro inchoare valeret; quamuis ad ampliorem ſponſæ probationem, vberiuſque meritum, periculoſa infirmitas ipſo ordinante in quartanam deſierit febrim, quæ per totum hyemem, velut aurum igni probandum, exuſta fuit.

Sub id tempus R. P. Petrus Rodrig uez eius Confeſſarius Placentiâ reuocatus, Toletum remiſſus eſt, non abſque intimo Annæ noſtræ doloris ſenſu, quæ omnem in illius directione ſpem repoſuerat, eoque amiſſo vniuerſa quoque ſibi videbatur amiſiſſe. Verùm (ò quanta diuinarum, humanarumque cogitationum diuerſitas!) eadem prorſus via, qua ſuum de eligenda, amplectendaque Religione propoſitum, aut ruiturum, aut dilaturum verebatur, acceleratum vidit, & adimpletum. Veniens etenim Toletum P. Petrus Rodriguez, ibidem reperit tum R.P. Paulum Hernandez virum eiuſdem Societatis Ieſu conſpicuum, ac S. Virgini Tereſię, cui erat à Sacris Confeſſionibus addictum, tum ipſam etiam S. Matrem Tereſiam, tunc fortè Toleti ad fundationem degentem. Reſcivit Reformationis nouæ primodia, Conuentuum numerum, Inſtituti rationem, vitæ regularis normam, ac de omnibus Annam noſtram per epiſtolam certiorem fecit: Monens inſuper ſe perſuaſum, eam tandem ad hunc Ordinem à Deo reſeruatâ: ac proinde poſtulata deſuper luce, ſi arrideret, quantocyùs reſcriberet, vt de futura illius receptione ageret cum Matre Fundatrice tunc temporis Toleto exiſtente.

Vix dici poteſt quanta animi lætitia gratum hoc acceperit nuntium Virgo tandiù, tamque auidè ad Religionem anhelans. Summoperè placuit tum prudentiſſimi, cariſſimique Confeſſarij propoſitum, tum recens Seraphicæ Tereſiæ Inſtitutum. Reſcripſit confeſtim cum illa negotiũ cõcluderet, interceſſoris munus apud eam obiret, ſciret ab ipſa an, quo modo, quo loco, quo tempore eam dignaretur admittere, ac pro certo haberet ſe illicò in omnibus parituram. Partes ſuas egit pius Confeſſarius, tamque pij propoſiti author, atque promotor. Et Thereſia ipſa de poſtulan-

Digitized by Google

poſtulantis ſpiritu apprimè informata, eumdemque ſpirituum diſcretione, qua cælitùs dotata fuerat, non vulgari, quo ſolet, more approbans, ſed ſingulari æſtimatione proſequens; reſpondit ſe illam libenter acceptaturam, imò & ad illam in hanc ſententiam ſcripſit: Nimirùm ſe illam gratanter in Religioſarum ſuarum cætu, ac numero, nec tam vt Tyronem, aut ſubditam, quam vt ſociam, ac futurarum fundationũ coadiutricem ſuſcepturam (mira ſanè Annæ noſtræ laus, ac Sanctiſſimæ Fundatricis ingenij ſuperna luce perfuſi perſpicacitas!) Cæterum è ſex Conuentibus iam huc vſque erectis, Abulenſi, videlicet, Medinenſi, Valliſoletano, Malagonenſi, Paſtranenſi, ac Toletano, quem mallet, eligeret; ſi tamen in hoc ſe ſe ad eius mentem luberet addicere, ſciret Abulenſem, in quo tunc ipſa præerat, præ cæteris fore aſſignandum. Nil ſibi dotis deferendũ incumbere, ſed facultates ſuas cõſobrinis ſuis nondum prouiſis, nec multùm opulentis diſtribuẽdas concederet: ſatis dotis eſſe, cui animus eſt Religionem ingredi Deo tantum inſeruiendi gratia. Vt autem pij voti compos quãprimum efficeretur, maiori qua poſſet diligentia priſtinam recuperare ſanitatem, vireſque reſumere curaret, Abulamque peteret.

Tanto gaudio non ad deſideratũ modo conſenſum, ſed ad tam ſuauem etiam inuitationem, extimulationemque perfuſa eſt, vt illud intra ſemetipſam cõtinere vix poſſet; Ita ſeu illius effuſio ad corporalis ſalutis reſtitutionem conferret, ſeu Sanctæ Matris verborum efficacia, præmaturæque obedientiæ meritum id ipſum operarentur, ſtatim ab accepta, lectaue epiſtola perfectè conualuerit, ac febre ſoluta ſit. Debitas igitur pro præſtito beneficio gratias, primùm Deo, deinde Sanctæ Fundatrici ſcripta ad ipſam littera rependit: ſe ſeque eo benè vſuram pollicita eſt. Ab executione tamen ijſdem verbis, quibus incitata fuerat, aliquantiſper remorata fuit. Mouit ſcrupulum, quod Beata Reformationis parens intulerat, ſe nimirum illam non velut nouiciã, aut inferiorem, ſed velut comitem, ac in fundandis Conuentibus cooperatricem admiſſuram. Mentem enim eius inſedit timor, num ad eiuſmodi Religionem recentem adhuc, ſuaque ad propagationem ſuã ope indigentem vocaretur, cui Deus tam ardens receſſus, ignotæque vitę deſiderium inſpirauerat, cuique ſua ad præfatum munus tantum, ac tam ſublime incapacitas nota erat? Vrſit Dæmon quantum potuit hunc humilitatis prætextum, & illam inter deliberandum aliquandiù vacillare fecit, donec conſulente R. P. Petro Rodriguez, eiusve in conſcientiæ directione ſucceſſore, imo & ipſa Sancta Matre Tereſia, amolito omni ſcrupulo, ad exequendum vocationis propoſitum, iterque Abulam ducens arripiendum ſe ſe accinxit.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Silentio prætereundum non eſt, quod ipſi nocte quadam antequam Placentia diſcederet contigiſſe fertur. Optauit ſpiritualia quædam monita ſibi à P. Rodriguez relicta, & ad animæ conſolationem, profectumque conducentia ſecum deferre. Rogauit Conſobrinam ea ſibi dictanti tranſcriberet. Primas noctis horas, vt potè tempus opportunius, atque quietius huic operi inſumere ſtatuunt. Secedunt in ædiũ conclaue ſolitarium, & ab omni ſtrepitu remotiſſimum. Parant chartæ folia quatuor, cæteraque ad intentum neceſſaria. Candelæ fruſtũ aſſumunt, quod ad mediam noctem ſufficiat. Obſerant fores, illa linguam, hæc manum operi admouet. Verùm (ò magna in rebus minimis Dei prouidentia!) ad diluculum vſque labori incumbunt; & illucęſcente Sole duplicato prodigio piũ cer-

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

cernunt laborem à Deo benedictũ. Nam & quinque folia ſcriptis exaratis referta, & quot parauerant ſuperuacua, & candelæ fruſtum nequaquã diminutũ aduertunt. Quod de atramento quoque ſuſpicari libet, ac credibile eſt, quanquam id, vt potè ſenſui minus conſpicuum, cum minori certitudine aſſeri queat.

Appulit tandem fæliciſſimus ille diſcedendi dies, vel vt veriùs loquar, nox optatiſſima, omnique clarior luce. Noctu ſiquidem incedendum erat ob nimium æſtiui ſolis ardorem, quo adurebantur omnia, atque feruebant. Iam omnibus pridiè tam conſanguineis, quàm amicis diſceſſum hunc ægrè ferentibus, ac vberrimis deflentibus lachrymis valedixerat. Iam eorum quamplurimi Auiæ domum vltimam ei ſalutem apprecaturi repleuerant. Iam Patruus, qui eam Metymna deduxerat, eamque cũ alijs multis Abulam comitaturus erat, equis inſidebant, cæteraque omnia ad carpendã viam erant diſpoſita; dum Anna noſtra, quam operiebantur, quæque in interiori ædium cubiculo receſſerat, vt iter, ac propoſitum ſuum Domino commendaret, & ab eo benedictionem, ac ducatum fuſis precibus poſtularet, minimè comparebat. Mandauit tandem Patruus vocaretur. Et conſobrini omnes quatuor, aut quinque numero, qui fortè aderant, totidemque conſobrinæ ad exequendum mandatum perrexere. Cum ecce ad Thalami ianuam accedentes ſplendidiſſimos luminis radios, ex eo fulguris ad inſtar, emanantes, diutiùs attamen durantes conſpiciunt, quibus omnium oculi adeò inſolito fulgore perſtricti fuere, vt ſubita quadam reuerentia, pioque horrore perculſi ſubſtiterint & in admirationis voces proruperint. Illis excitata Virgo, nec minus conſolationis, ac lætitiæ perfuſa lachrymis, quam cæteri omnes mœſtitiæ, ac deſolationis, obuiam extemplo proceſſit. Vniuerſos illos cum maximo teneritudinis ſenſu amplexa eſt, & ad Mariam de Lobera conuerſa: *Ecquid*, inquit, *ploras, ò ſoror? temperare velim à fletu, & in diuinæ bonitatis laudes potiùs effundere: Quamprimum enim te mecum habebo*. Et certè ſeu promiſſio, ſeu prophetia, ſeu vtrumque fuerint verba hæc, veritatem dicti rei poſtmodum probauit euentus. Mox in iuniorum gratiam ſermonem inferens: *Has etiam*, ſubiunxit, *puerulas ſolamini, eas omnes breui Deum optimum maximum paterna cura prouiſurum indubium eſt*. Cariorem demũ ſibi conſobrinam à cæteris, ne perciperetur, abſtractam alloquens in hunc modum effata eſt: *Quorſum*, inſit, *hæ lachrymæ ſoror dilectiſſima, dum me Deus tot, tantiſque gratijs vbertim locupletat? Scito precor, me modo illum enixè exoraſſe, vt ſuper profectio mea iuxta voluntatis ſuæ beneplacitum futura, & in gloriam ſuam atque ſalutem ceſſura eſſet, & ſuam mihi benedictionem concedere, & dux itineris eſſe dignaretur: & vtrumque mihi Maieſtatem ſuã miſericorditer impertitam eſſe ne dubita*. Quod equidem ipſamet poſtmodum Conſobrinæ pluribus confidenter retulit, ac teſtata eſt. Quibus omnibus luculenter patet, tum eam in hoc nocturno receſſu ſuperna luce fuiſſe illuſtratam, tum cæleſti quadam rerecreatam apparitione.

Nocte igitur concubia Placentia diſceſſit nobili tum Patrui, tum aliquorum ſiue conſanguineorum, ſiue amicorum ſtipata comitatu, ſed nobiliori etiam ſupremi ducis fulcita præſidio, vt ex dicendis clariùs eluceſcet. Vix vrbe relicta tantillum itineris peragrauerant, cùm in iuuenem quemdam egenum incidunt, triginta circiter, vt videbatur, annorum ætatis, ſtaturæ proceræ, ac liberalis, vultus grauitate, ac decore mirabilem, oculorũ acie, ac ſuauitate nemini ſecundum, toto denique

Digitized by Google

que corporis habitu ad Maieſtatem ſimul, ac modeſtiam compoſito incomparabilem, ſed proh! dolor, ſeminudum, laceriſque, quibus aliquantum tegebatur, lacinijs amictum. Diſcoopertum pręſertim humerum integrum, lacertumque gerebat, inflictis affatim plagis cruentatum, & à quo carnis fruſtum cubito tenus miſerabiliter depẽdebat. Illum ſerui, ſeu ſolita viatorum licentia, ſeu innata huiuſce hominum generis inurbanitate, ſeu ſuſpicionũ æſtu, ſeu dæmonum œſtro incitati contumelijs primùm, deinde verberibus affecerunt. Nec tamen ipſe vel factis, vel verbis ſe defendere, vllumve aut impatientiæ, aut doloris ſignũ edere viſus eſt. Aegrè tulit ſeruorum inſolentiam, & immanem audaciam Virgo tenerrima, & ad tam miſerandum ſpectaculum intimo compaſſionis ſenſu commota, illos à crudeli facinore abſterruit. Gratanter accepit pium opportunè ſibi ſuccurrentis officium conſtantiſſimus Iuuenis tam dirè, licet immeritò, à viliſſimis exceptus mancipijs; & in eã gratioſum figens aſpectum, illi non voce quidem, ſed eloquẽtioribus oculorum nutibus certum gratitudinis ſuæ præbuit argumentum.

Poſthac cum paululum in via proceſſiſſent, occurrit illis Venerabilis ſenex ſub forma, habituque Paſtoris, qui inhumanos famulos de perpetrato ſcelere acriter reprehendens: *Siccine*, inquit, *in Iuuenem illum auſu temerario, violentas manus iniecere preſumpſiſtis? Quem illum arbitramini num vappam? num nebulonem?* His dictis ab eorum prẽſentia confeſtim ſe ſe proripuit. Et quidem illi ad has voces confuſi, compunctique nunquam in hominẽ voluiſſent peccaſſe: Et Anna noſtra maiori quàm antea mœrore transfixa, præcepit requirerent, vt veſte donaretur, veniamq; rogarent. Sed nec ipſe amplius, nec Venerandus Senex inueniri potuerunt. Virgo ſolùm per reliquum viæ tractum amabili ipſius aſpectu, cæteris non videntibus, interdùm fruebatur: quouſque tandem quinto poſt diſceſſum die Abulam appellentibus in quodam vici angulo obuium illis, ac conſpiciendum iterum ſe ſe præbuit, necnon ad Monaſterium Sancti Ioſeph, quod ab ipſis ignorabatur, idoneum itineris vltrò, ac benigniſſimè ſe ſe obtulit ducem. Tunc autem fauentibus Virginem, ac ſuprà quam dici poteſt ſuauibus, atque efficacibus oculorum obtutibus intuitus, ſupernaturale aliquid ineſſe illi manifeſtauit; cœleſtique luce interiùs infuſa, inter alia multa, quæcumque pro ipſa dilectus Sponſus fuerat paſſus, quæcumque pro ipſo paſſura erat clariſſimè aperuit; & ad illa gratanter acceptanda, ad hæc verò feruenter exanthlãda fortiter animauit.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Nouo igitur feruore accenſa ſacras ædes ingreditur, & ne vllus ampliùs de præcedenti gratia ambigendi locus ei relinqueretur, dum ad inuiſenda Monaſterij loca à Monialibus duceretur, non tam curioſitate, quàm diuino mota inſtinctu ad Heremitica præſertim ſaccella intra clauſuræ ſepta ad receſſum conſtructa deduci peroptauit, & vbi ad illorum vnum ingreſſa eſt, in quo Sancta Mater Tereſia Chriſtum columnæ alligatum depingi curauerat, eò prorſus modo, quo illi alias apparuerat, vt eam plus adhuc quã par erat humanis, etſi non prauis, conuerſationibus indulgentem ad ſuam potenter alliceret, & omnimodè deuinciret; vix ad illum oculos ſuſtulit, cum (ò imperſcrutabilis diuinæ bonitatis abyſſus!) nuperis illius iuuenis ab indignis mancipijs grauiter cæſi, ſeque à Placentiæ Ciuitate ad hanc vſque domum aut comitantis, aut præeuntis, faciem, ſtaturam, ætatem, formam, totamque corporis habitudinem recognouit,

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

gnouit, & ad viuum amuſſim effigiatam comperit. Ad inſperatum viſum ſtuporē inter, & exultationē, hinc ſuſpenſa, inde exæſtuans, non dubitauit ampliùs quin pauper ille iuuenis Chriſtus ipſemet fuerit, officioſus autem ſenex, qui cauſam eius egit, Sanctus ipſemet Ioſeph Tutor, atque nutritius, Religioſæ huius domus Patronus. Quapropter in vtriuſque laudes effuſa, in vtriuſque ſeruitium ſe ſe de nouo ſtatuit mancipare.

CAPVT XIII.

Religioſo habitu induitur V. M. Anna à Ieſu, fauores inter, tentationeſque Tyrocinij tempus exigit, Profeſſionem emittit, Nouitiarum educationi præficitur, alijſque in Salmanticenſi Monaſterio muneribus laudabiliter incumbit.

NOn procraſtinauit Anna noſtra, non diſtulit conceptū Religionis propoſitum executioni mandare. Statim ac in Abulenſem Sancti Ioſeph Conuentum pedem admouit, non per vicos, plateaſque perantiquæ illius, ac celeberrimæ Ciuitatis curioſitatem, vt moris eſt, ſatiatura curſitare, nō vano conſuetudinis, deuotionis, aut pietatis prætextu reliqua Monaſteria adire, Sacras Aedes viſitare, ſed quamprimùm potuit humili, rudiue Diſcalceatarum habitu indui procurauit. Anno igitur ab Incarnatione Dominica 1570. die 1. Auguſti Sancti Petri Vinculis Sacra illū aſſumpſit; Fortunato ſanè præſagio eorum, quibus ab hac die in Chriſti ſeruitutem ſe ſe deuinciebat: cūquo in die feſto Sanctæ Annæ Placentia diſceſſiſſet, relicto ſæculo, & Religioni nomen dando, voluiſſet in vtriuſque Sancti gratiam, ac Feſtiuitatis ſolemnitatem, & memoriā, retento priori Annæ nomine, relictoque ſæculari cognomine *de Lobera*, Anna à Sancto Petro impoſterū nuncupari; ſed dux itineris, Authorque Religioſi propoſiti Chriſtus Ieſus, non permiſit altero, quam ſui ipſius, vt potè, qui eius ex tunc legitimam, propriamque ſibi poſſeſſionem vendicabat, inſigniri; ordinauitque vt Sancta Mater Tereſia à Ieſu, cui *quam ſimillima futura* orat, Toleto *ſcriberet, ne alio quam* Annæ *à Ieſu* vocaretur.

Menſium octo, dierumque ſex ſuprà viginti quatuor annos nata erat Anna noſtra cum habitu Religioſo donata eſt. Omnia ſtatim à principio Religioſæ vitæ *exercitia* adeò exactè, perfectèque adimpleuit, vt illam non Nouitiam, non Tyronem, aut diſcipulam recens indutam, ſed veteranam cæterarum Sacrarum Virginum ducem, anteſignanam, atque Magiſtram crederes, non à ſæculo venientem, ſed ab altero Conuentu remigrantem. Ad vilia quæque humilitatis, ac laboris officia promptè accurrebat, intēdebat aſſiduè, nec à ſublimiſſimo tamen orationis, & contemplationis ſtudio, vel minimum inde diſtrahebatur, aut tantillū retardabatur. Medio illo multis à Deo diuinis illuſtrationibus, cæleſtibus multis, ignitiſq; motionibus perfundebatur in intellectu, in voluntate accendebatur. Liqueſcebant ad ſolis æterni præſentiam feruentis Virginis viſcera, & ad tantæ lucis, tantique ardoris affluxum nunc in conſolationis lachrymas, nunc in gratitudinis, ac reciproci amoris ſignificationē ſoluebantur omnes animæ vires. Petebat continuò *Sponſa* dilecta à dilecto Sponſo, à quo ipſamet etiam non petente perenniter ditabatur, modo nouis fauoribus

præce-

præcedentium menſuram augeri, modo ſuccedentibus, ac ſupra quã ferri poſſet priores augẽtibus modũ imponi; & viciſſim quę ab illo miſericorditer, ac benignè acceperat, gratanter, ac fideliter rependebat.

Verum in medio illo tot gratiarum, quem totis remis, veliſque ſulcebat, oceano in vadum, ac ſcopulum, eo permittente, vt glorioſiùs emergeret, impegit. Ad inſtar alterius Pauli, cui datus eſt ſtimulus carni ſuę, qui eum colaphizaret, ne in medio raptuum, ac reuelationum tractu in ſuperbiam eleuaretur, acri cæpit Anna noſtra laborare fame, quæ licet in ea non adeò ſæuæ, ac periculoſæ, ac in Beato illo Apoſtolo præfatus ſtimulus, tentationis occaſio fuerit, illam tamen etſi ſexui, ac virginali ſtatui magis accõmodatam, velut ætati, ac mortificationis propoſito indignam, atque propudioſam ægerrimè tulit. Vnde non paruam illi humiliationis anſam præbuit. Ea igitur tam moleſtè angebatur, tam dirè afflictabatur, vt eam V. Sorori Annæ à S. Bartholomeo, quàm poſtmodùm in Gallias proficiſcens comitem habuit, cuique tunc Refectorij cura demandata erat, celare non valuerit. Illam Virgo compatiens, & charitate flagrans non verbis tantum, ſed & factis ſolata eſt. Solitæ Monialium portioni fruſtula quædam panis eſurienti clanculum ſubuentura adijciebat; Et quam aliquando in laboribus publicis ad Gallicas, Belgicaſque fundationes exanthlandis ſociam, & coadiutricem fideliſſimam obtentura erat, fidiſſimam ex tunc ſecretorum laborum conſciam, & in eis perferendis, ac peruincendis adiutricem cæpit experiri.

Sub id tempus Sancta Mater Teresia Toleto Abulam venit, inde Salmanticam ad fundationẽ obeundam perrectura. Tunc primum ibi noſtram vidit Nouitiam Parẽs prudentiſſima, diuinaque luce illuſtrata, & in ea longè maiora, quam quæ fama ſparſerat, ſeu naturę, ſeu gratiæ dona ſummo mentis iubilo recognouit. Salmanticam deindè, vna tantum comite Maria à Sanctiſſimo Sacramento profecta, ſtatim ac prima huius Monaſterij fundamenta locauit, Tres Metymna auxiliatrices Virgines virtute conſpicuas aduocauit, totidemque ex Abulenſi Conuentu præter morem Nouitias, inter quas Anna noſtra cæterarum dux, ac veluti Magiſtra à Sancta Fundatrice nominata fuit. Manzeram pertranſeuntes primam ibidem virorum Reformati Carmeli domunculam viderunt, & duos illos primos Reformationis Patres, Venerabilem, inquam Authonium à Ieſu, & Ioannem à Cruce, tanquã alteros Eliam, & Eliſeum in Sacra illa ſolitudine, velut in altero Carmelo, demiratæ ſunt. Ab ipſis ſalutaria primæuæ obſeruantiæ monita à Fundatrice Sanctiſſima inſtillata accepere, nouaſque concepere primitiui feruoris flammas ab antiquis illis Patriarchis per illam deriuatas. Et inde Sancta illa Annæ noſtræ, ac V. P. N. Ioannis à Cruce animorũ vnio, atque indiſſolubilis charitatis nexus ſumpſit exordium.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Salmanticam tandem fæliciter peruenit, vbi Sancta B. Matris Teresiæ conuerſatione, familiarique conuictu totum Religioſæ perfectionis ſpiritum videtur exhauſiſſe. Inde Fundatrix indefeſſa Albam petijt, nouum ibidem Conuentum initura, vel vt exactiùs verba mea ſuccedentibus rerum euentibus reſpondeant, futurum ſibi aliquando ſepulchrum extructura. Illinc reuerſa ſtupendam prorſus nocte quadam vna cum Anna noſtra, cum qua familiariter verſabatur, habuit viſionem. Colloquebantur ad inuicem feneſtræ incumbentes de ſæculari quadam muliere, cui ob meritum virtutis plurimùm erant addictæ,

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

dictæ, quamque tum ob lubricam ætatem, tum ob varias, quibus inuoluebatur, labendi occaſiones, verebantur non perſeueraturam, & ambæ ſimul ipſi perſeuerantiæ gratiam à Deo expetebant: Cum ecce in media illa ſeu confabulatione, ſeu oratione, vident prægrandem ſtellam, miro primùm ſplendore refulgentem, mox horribili aduſtãm igne, de ſummo cœlo ruere, ac in profundam abyſſum protinus abſorberi. Et diuino perfuſæ lumine clariſſimè ſtatim intelligunt eam ipſam mulierem grauiter caſurã præſignari. Ad miſerandum deplorãdumque ſpectaculũ penitiſſimo doloris ſenſu perculſæ ſunt Sacræ Virgines, & infœlicis Amicæ lapſum obortis vbertim lachrymis celebrarunt. Verum Anna noſtra, ſiue tenerior foret, ſiue debilior, minuſue huiuſmodi aſſueta viſis, adeò intimo, diroque compaſſionis, charitatiſque ſpiculo icta eſt, vt in ima etiam viſcera penetrauerit, & in medio pectore venam diſſecuerit, qua impoſterum copioſus ſanguis erupit, quaſi eo animæ ſaluti pretioſo Chriſti Sanguine redemptæ conſultura eſſet, ac fœcunditatem, efficaciamque impetratura.

Noluit tamen miſericors Dominus ancillas ſuas præcedenti viſu deſolatas dimittere, nec vlteriùs, qui ad huius animæ bonum mærorem immiſerat, conſolationẽ differre. Fauens ſiquidem pijs earum votis, ac deſiderijs, nouo prioris mœſtitiam abſtergente lapſæ reſipiſcentiam præmonſtrauit. Eandem nimirum paulò poſt conſpexere ſtellam è teterriua illa foſſa emergentem ſenſim in Cœlum ferri, ac inter lucidiſſima ſydera collocari. Rei poſtmodum euentus myſticæ viſionis veritatem confirmauit. Miſerrima namque illa mulier in grauiſſima peccata decidit, ijs aliquandiù miſerandum in modum implexa eſt, ac tandem Tereſiæ, Annæq; noſtræ precibus, ſuſpirijs, lachrymis, ieiunijs, cæteriſque ſuffragantibus operibus adiuta, ab infami illo, nefandoque ſceleru̇m cœno ſurrexit, & in Religione Sanctæ Claræ ea rigoroſiſſimis pœnitentijs expiauit, eorum enormitatem defæcatis mentis oculis perpendens vberrimo fletu, quo pænè corporeis fuit excæcata, diluit; ac demum in aſperrimis mortificatæ carnis exercitijs reliquũ vitæ tempus exigens, deperdita præteritæ tempora laudabiliter compenſauit.

Poſt hæc Sãcta Mater Tereſia, cui tota Reformationis ſuę cura incũbebat, aliò vrgentibus negotijs auocata, Salmantica diſcedere coacta eſt: Et quia Annæ noſtrę, quantũuis Nouitiæ, prudentiam, cęteraq; talenta apprimè callebat, reliquis illam connouitijs præfecit; Matrique Annæ ab Incarnatione, quam in Conuentus Prioriſſam relinquebat, conceptiſſimis verbis mandauit, ne quicquam ea inconſulta ageret. Præſtitit iniunctum ſibi munus ſumma cum laude Anna noſtra, Tyrones efformauit in Religioſa perfectione mirabiles, inter quas eluxit præcipuè V. M. Eliſabetha ab Angelis, quam Merymna ſub eius diſciplina inſtruendam miſerat Sancta Mater Tereſia, quamq; ad primitiui rigoris normam exactiſſimè efformauit. Illam poſtmodum pridie quam ipſamet profiteretur, tanquam primum ſpiritus ſui partum, fæliceſque magiſterij primitias, ſolemni profeſſioni præmiſit. Quanquam enim iam à duobus menſibus, ac viginti & vno die integrum Nouitiatus ſui annum, cum vnanimi Religioſarum Virginum applauſu exegiſſet; ob continuos tamen, quibus à ſupradicta venæ diffractione afflictabatur, & interdũ quoq; periclitabatur, ſanguinis vomitus, ſolemnis eius votorum nuncupatio ad diem 22. Octobris dilata eſt. Voluiſſet humilis Virgo inter

ter Laicas tantum admitti, vt vilioribus Monaſterij manciparetur officijs, idque à Sancta Matre euixis, & iteratis precibus expetijt; ſed ab ea non ſine lachrymis, ac gemitibus, ſinceris humilitatis ſuæ teſtibus, repulſam paſſa, ad condictam diem emittendæ ſe ſe profeſſioni tandem accinxit.

Mos erat tunc temporis ad chori crates coram Superiore, totaque adſtantium ſæcularium corona illã emittere, illiuſque verba ter alta voce repetere. Ijs igitur ſemel, biſque prolatis, vbi ad tertiam repetitionem ventum eſt, ſiluit extemplò ſubſtititque immobilis Sacra Virgo; cunctiſque mirantibus, & in eius ora defixis ſubito ſpiritus feruore, ac extatico impetu extra ſe rapta eſt. Immo & ne quis altum eiuſmodi ſilentium, repentinamq; ſenſuum ſuſpenſionem, non tam deſuper infuſo gratiæ dono, quam debilitatæ naturæ ſpaſmo tribueret, Moyſi s more ex conſortio ſermonis Dei reuertentis, legiſue tabulas reportantis, tantus ex eius primitiuam Carmeli Regulam profitentis vultu ſplendor emicuit, vt circunſtantium omnium perſtringeret oculos, nec magis in eum valerent intendere, quam filij Iſrael in faciem celeberrimi illius Legislatoris. Inde contra cæterarum Religionum ritum, ſingulari, & inuiolabili lege apud Teresianas moniales ſancitum eſt, ne impoſterum publicè vota nuncuparentur, quæ quidem tunc Anna noſtra ad ſe reuerſa tertia vice replicauit.

Oblato itaque Deo totali ſui ipſius per profeſſionem ſacrificio, in eodem Magiſtræ Nouitiarum munere Sanctæ Fundatricis mandato continuata, eas ad illud idem mira, qua pollebat prudentia, ac ſagacitate præparabat. Adeò vt poſtmodum *ipſas omnes, præter ſe, ſanctas euaſiſſe fateretur*. Vnde grauiſſimo cuidam huius Academiæ Cathedratico illam aliquando interpellanti, qua via procederet, qua vteretur arte ad harum regimen animarum, quæ tam celeri greſſu ad tam ſublimem perfectionis gradum proueh ebantur, reſpondit, *Se ad ductũ tantummodo Dei in vniuſcuiuſque directione reſpicere, illum ſequi, nec aliud curare, quam ſingularem ſuperni numinis vocationem aut non impedire, aut non interturbare, ac peruertere*. Dignum ſanè tanta Magiſtra reſpõſum, cuius ſenſum à ſupremo ipſo animarum Rectore in ſuprà recenſita extaſi hauſiſſe credendum eſt; cuique ſe ſe adeò exactè, adeò rectè, ac fideliter conformabat, vt in pauperrima, omniumque ſeu redditũ, ſeu cæterarum temporalium commoditatum experte domo, cunctis ſe in mortificationis, charitatis, officioſæ præuentionis, laboris, orationis, cæteriſque Religioſæ vitæ exercitijs ducem præberet, & exemplum.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Acceptas olim ab ipſa in oratione gratias conſiderans Sancta Mater Tereſia lepidè dicere ſolebat: *Eam non videri orare, ſed exorari potius*: Quid dixiſſet Parens Sanctiſſima, ſi quæ hac tempeſtate affatim recipiebat, fuiſſet contẽplata? Tot nimirum, tantiſque continuò efferebatur raptibus, vt vix horam ab ijs liberam, alijſue occupationibus impendendam ſibi promittere valeret. Illam aliquando per id tempus, dum *Salue Regina* concineretur, M. Prioriſſa ad Monaſterij Rotam aliquid nuntiatura dimiſerat; cum ecce ſignum ad examen conſcientiæ dari aduertens, flexis in terram genibus illud exorſa eſt. Fruſtrà aliquandiũ reſponſum operiens Prioriſſa, ipſamet ad deſignatum locum perrexit; & illam ibidẽ genuflexam reperit, immobilem, ſenſibus orbam, & in extaſim raptam, in qua ad inſequentem vſque lucem perſeuerauit, quaue tandem ſoluta, non minori verecundia, ac pudore ſuffu-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ſuffuſa eſt, quam ſi grauem aliquã culpam commiſiſſet. Idem illi aliàs in medio Chori coram tota cõmunitate contigit, dum Hebdomadariæ munere fungeretur, & in Officij Diuini principio: *Deus in adiutorium*: incipere deberet; tunc enim ſubitò extra ſe acta, nec prædicta verba proferre, nec loco ſe mouere valuit, & quouſque ab alijs Diuinum Officium perſolutum fuerit, in eadem extaſi perdurauit; quod equidem non ſemel tantum, ſed & pluries illi euenisſe memoratur. Simili propè modo dum ad prandium aliquam è mortificationibus, quas extraordinarias vocitant, exerceret, per aliquot horas abreptam ſenſibus dicitur permanſiſſe: quin etiam cum ad quotidianam refectionem reſtaurandis corporis viribus neceſſariam cogeretur, meliori cæleſtium communicationum pabulo interiùs refecta, intentaque, an, & quid exterius mãducaſſet omnino ignorabat. Deniq; vice quadam in feria quinta maioris Hebdomadę, vbi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Monumento, ſeu Arcæ, ad doloroſa horũ dierum celebranda myſteria, fuiſſet occluſum, in Patientis Chriſti contemplatione defixa, extaſim illicò paſſa eſt, quæ ad ſequentem diem eſt protracta, quaue libera non fuit vſque dum Sacratiſſimum Saluatoris Corpus recluſa Arca extractum fuerit.

Aegrè ferebat Anna noſtra vberes iſtos diuinorum Chariſmatũ affluxus, qui in exteriora prorumperẽt, & ab alijs cernerentur, vt pote quæ ſingularitates, & applauſus maximè oderat. Quapropter inceſſanter inſtabat apud Deum, vt vel ceſſarent, vel externè ſaltem non apparerent: Et apud Sanctam Matrem Tereſiã, quam horum omnium conſciam fecerat, vt ſibi ab ipſo vnum, aut alterum obtineret, vel idoneum prouideret remedium. Et hæc quidem Abula ſcripſit Rotę miniſterio addiceretur, vt varijs huius officij occupationibus ab interna animi applicatione remoueretur: quamquam & ipſa proprio experimento didiciſſet, neminem efficaciſſimæ omnipotentis Dei voluntati poſſe reſiſtere, aut ſpiritui, ſi à Deo ſit, contraniti. Vnde non minus, rariùſue in Rota, quam in Choro, alibique patebat diuinis raptibus, ac paſſionibus. Aſt verò Deus ipſe, poſtquam vanam omnem, ac ſuperuacaneam eiuſmodi renitentiam aliquandiù oſtendiſſet, ſeu Virginis deſiderio fauere vellet, ſeu illam probare, & ad ampliores præparare fauores, ipſam tãdem per tres integros menſes omni prorſus deſtitutam cõſolatione, dẽſiſſima caligine obuctam, diriſſima exhauſtam, exuſtamque ariditate reliquit. Donec à Confeſſario opportunè monita verſiculum *illum* Pſalmi meditaretur: *Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum: & exquiram eam ſemper*, Preſtino ſtatui reddita eſt.

Tunc temporis Sobrina eius Maria de Lobera, iuxta prædictionem ſibi pridem ab ea factam, veſtigijs ipſius inhærens, Placentia *Salmanticam* aduenit, vt Religioſo habitu donaretur. Eo induta eſt menſe Septembri anni 1572. commutatoque ſæculari nomine in nomen Mariæ à Sancto Angelo, ſub eius magiſterio, ac diſciplina in Religione adoleuit, quam Confeſſarij mandato ſeu diſcipulam, ſeu ſubditam habuerat in ſęculo. Exacto autem ſub eius directione Tyrocinij anno, emiſſaque Profeſſione, adeò in omnigenarum virtutum ſtadio progreſſa eſt, vt poſtquam in Religioſis Caſtris per quadraginta, & vnius annorum ſpatium laudabiliter militauerit, ad Supernæ Beatitudinis brauium, ac præmium, non ſine ſanctitatis opinione, fæliciter pertigerit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Miro, ac ſupernaturali modo ad fundandum in Oppido veas Monaſterium Fundatricem præmouet, primaque illius, vna cum Sancta Matre Tereſia Fundamenta locat; Multa demùm in hac fundatione mirabilia ei ſuccedunt.

IAm à tribus annis cæpta fuerat Salmantina fundatio Sancti Ioſeph titulo inſignis, iam Anna noſtra, aliæue quædam præclariſſimæ Virgines ſub eius Magiſterio Nouitiatus curſum expleuerant, ſolemniaq; vota nuncupauerant; Iam varijs, vberrimiſque à Diuino Spõſo tam ipſa, quam cæteræ conſortes perfundebantur muneribus; & tamen vberioribus adhuc lachrymis diutinam amabilis illius, optatæque præſentiæ ſub ſacris Euchariſtiq; velaminibus reconditæ orbitatem deflere cogebantur. Domum enim adeò ineptam, & ex vicinia fluminis adeò noxiam, parumue ſecuram incolebant, vt idoneus in ea, quo Sanctiſſimum Sacramentum decenter reponerent, locus haud quaquã reperiretur. Altera tandem commodior, opportuniorque benigno prouidente Numine, ac Matre Anna de Incarnatione, quæ tunc reliquis præerat, procurante inuenta eſt, ac de pretio illius Conuentum. Verùm nec ad emptionem ſuppetebant pecuniæ, nec difficultates deerant peruincendæ. Monialibus igitur viſum eſt vlterius non procedere, priuſquã Sanctam Fundatricem Tereſiam de omnibus redderent certiorem. Vt cenſuerant effectum eſt, & Anna noſtra à Ieſu Medio R. P. Magiſtro Dominico Bañez ſibi non vulgariter affecto, à R. P. Petro Fernandez Commiſſario, ac Viſitatori Apoſtolico, qui tunc fortè Salmanticæ degebat, obtinuit, vt Sancta Mater Tereſia, quam Abulenſi Incarnationis Monaſterio laxioris vtique obſeruantiæ præfecerat, Salmanticam veniret. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Accurrit confeſtim generoſiſſima Virgo incommoditatem filiarum, quam velut præſentem malè habebat, ſubleuatura. Corraſa pecunia, cæteriſque ad hunc finem cõparatis contra multorum ſententiã, moleſtiſſimis Auguſti ardoribus ardentiore charitate neglectis, iter aſperum plurimiſque periculis obnoxium exorſa eſt; ac tandem haud paucis ineluctabili animo ſuperatis laboribus eò peruenit; rebuſque difficillimis mira, qua elucebat, prudentia ſupra opinionem omnem, facilè, breuique compoſitis, pridiè Feſti Sancti Michaelis Archangeli anno 1573. dilectas filias ſumma cum exultatione in nouam domum tranſtulit. Denuò ibidem Sancta Mater, & Anna noſtra initam pridem renouarunt amicitiam. Hæc illi penitiores animę ſinus ſinceriſſimè aperuit: Et illa in ſpirituum diſcretione peritiſſima eum, quo hæc agebatur, approbauit, laudauit, & percunctantibus monialibus reliquis in mandatis dedit, ne dum eo abriperetur, obſiſterent, aut ipſam à raptibus, ſeu obedientiæ virtute, ſeu modis alijs reuocarent, proprio experimento quantum id noceret edocta. Quin etiam & tunc communibus interdum cum ea gratijs à Deo locupletata eſt, paribuſque viſis, ac ſupernis illuſtrationibus potitę, fidelium quorundam pietate præſtantium, ac ex hac vita decedentium animas in Cœlum euolare inſimul conſpexerunt.

Interim dum B. Virgo Tereſia ibidem verſaretur D. Catharina Godinez, eiuſue natu minor germana Soror D. Maria de Sandoual ex oppido Veas, quod ad Bęticę con-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

finia ſitum eſt, enixe poſtularunt, eò contenderet vt Monaſterium inſtitueret. Mira ſanè fuere huius fundationis Principia, miri ſucceſſus. Mei tamen muneris non eſt in ijs enarrandis immorari, videri poterunt apud Hiſpanicæ Congregationis Hiſtoriographum, dum quod meum eſt, quodque ad Hiſtoriæ meæ contextum pertinet, paucis exequar. Impreſſerat Dominus mētibus orphanarum, ac piarum Sororum ardentiſſimum ſtatus Monaſtici deſiderium, ordinemque arctioris obſeruantiæ, cui Conuentum in patrio ſolo extruerent, anxiè requirebant; Cum nocte quadam diù antequam earum votum effectum ſuũ ſortiretur, imò & antequam Tereſiana oriretur Reformatio, apparuit in ſomnis D. Catharinæ Religioſus quidam Diſcalceatus, rudi admodum Griſei coloris pãno ſubtus amictus, alboue pallio ſuperindutus, qui per inuiam, præruptamque ſemitam, vtrimque præcipitijs formidabilem, in quam fortè offenderat, ſe ſe illi vltro offerens ducẽ: *Veni*, inquit, *mecum, ò Soror*: Eamque ad ędes quaſdam Conuentus formam præ ſe ferentes gratioſè deduxit. Religioſam ibidem ignotarum ſibi Monialium coronam, in eodem propè, ſibique tunc etiam inuiſo Fratris habitu, inuenit, & ad lucem cereorum quorundam, quos præ manibus geſtabant, conſpexit. Inter illas vnam præſertim eleganti vultus forma, ac ſerenitate, totiuſq; corporis compoſitione, ac maieſtate venerabilem notauit, quam ſuperioris ritu alijs præeſſe, ex vniuerſarum ad nutum eius obedientia, ac reuerentia, collegit. Interpellauit illas cuius ordinis, ac inſtituti eſsẽt nihil ipſę ad eius interrogationem reſpondere, ſed ſubleuatis velis vultus hilares, ac lætabundos oſtendere, & Prælata ipſa blandientis more manum eius prehendens: *Volo te*, inſit, *Filia ad hanc Religionem*. Mox librum, quem gerebat, aperiens, aliqua illi ex eo, tum Regulę, tum Conſtitutionum capita, deſiderio ſuo maximè conſentanea cœpit perlegere. Tum viſio, ſomniumue diſparuit.

Somno experrecta, quæ audierat, ſcripto conſignauit, multis poſt annis cuidam Societatis Ieſu Præsbytero communicauit, reſciuit ab eo optatam, ac prænuntiatam Religionem Tereſiæ virtute mundo editam vbique propagari, Sanctamque Fũdatricem tunc Salmanticæ agentem litteris poſſe conueniri; ſpe erecta, & inſperato F. Ioannis à Miſeria Carmelitæ Diſcalceati (quem ſibi in viſu apparuiſſe recognouit) occurſu in propoſito ſuo confirmata, egit, tum cum ipſamet Sancta Fundatrice, tum apud Miniſtros Regios, vt voti compos efficeretur. Exactis igitur in hoc annis quatuor, ac per alios octo varijs, diriſuerebis, Hectica febre, Phthiſica, Hydrope, Hepatis aduſtione, Ardentide, & Iſchiade taliter affecta, ſeu potiùs probata, vt lecto decumbẽs, ne vertere ſe, quò vellet, potuiſſet, poſtquam ad preces, quas pro recuperanda ſanitate fundebat in die Sancti Sebaſtiani ſubito tremore, quo animam efflare videbatur, correpta, temporis ferè momento perfectiſſimè conualuiſſet, quod optauerat, quod expetierat adimpletum eſt. Peruenit ſiquidem in Oppidum Veas Sancta Mater Tereſia, vna cũ Anna noſtra à Ieſu, quam Salmantica eduxerat, & huic Monaſterio præficere volebat, cæteriſque comitibus aliò euocatis; & D. Catharina lætas inter gratulationes, & gaudia, quæ deſiderato aduentu cõcreuerant, eam Religionem auidiſſimè ſpectauit, quam ante annos multos per viſum cognitam ardenter amauerat; & in Annæ noſtræ perſona eandemmet Prælatam, quæ ſibi in eodem viſu apparuerat, & ſuauiter collocuta fuerat. Itaque in

in die feſto Sancti Matthiæ Apoſtoli anno 1574. Monaſterium Sancti Ioſeph de Saluatore erectum eſt; Duæ ſorores maxima cordis iubilatione veſte ſacra indutæ, Anna noſtra à B. Virgine Tereſia Monaſterio recenter inſtituto præfecta, opus denique mirum omnibus numeris abſolutum.

Alta profectò conſideratione dignum eſt, quanta fuerit Annæ noſtræ, Sanctæque Parentis Tereſiæ in obtinendis, recipiendiſue à Deo gratijs conformitas, & animorum vnio, toto eo tempore, quo ſimul tùm in Salmantino, tum in Veacenſi Cœnobio conuixere. In illo dum à veteri ad nouam domum pridie feſti Sancti Michaelis facta fuiſſet Monialium tranſmigratio, & ad proximum diem celebritas, ad ſacrum, & concionem indicta, immenſa pluuia de Cælo ingruens, facellumque perfluens ſpem omnem fruſtraſſe videbatur, Spe tamen in deſperatiſſimis etiam rebus non deſtituta Anna noſtra, Matrem adit, &: *Eia Mater*, inquit, *pete à Domino ceſſet pluuia, & redeat ſerenum, vt & neceſſaria ad futuram ſolemnitatem parare poſſimus, & populus ad illam valeat congregari.* Ad hæc Tereſia: *Vade*, retulit, *ò Filia, tuque idipſum poſtula, ſi tibi tam facilè videtur impetrandum.* His dictis, exoratoque hinc inde Domino mira confeſtim ſerenitas affuit, quæ frequentiſſimum populi affluxum conciuit.

In hoc autem Veacenſi Monaſterio degens Sancta Fundatrix Nuntium à D. Aluare de Mendoza Placentiæ Præſide, ſingulariſſimo illius fautore, ac Patrono digniſſimo accepit, librum, quem de vita ſua exarauerat, à Sacro Inquiſitionis Tribunali diſcutiendum inquiri. Quanquam non ob fidem tantum ſed & ob minimos Eccleſiæ ritus, vt ipſamet aiebat, millies emori, ſanguinemque profundere illi animus eſſet; atque adeo res omnes ſuas tanta integritate, ac ſinceritate præſtitas apud criticos quoſcumq; vt de ipſis periculum facerent, exponere minimè dubitaſſet: (quod etiam & aliquando feciſſe compertum eſt) verita tamen eſt ne Patres fidei cenſores aliquid in hoc libro offenderent, quod vel minus rectè, vel minus cautè ſcriptum arbitrarentur: Et inde ſcandali alicuius oriretur occaſio. Anxietatem ſuam in ſinum Annæ noſtræ, quam ſecretorum omnium conſciam fecerat, confidenter effudit: Et illa fiducia pleniſſima: *Nolì quaſo*, inquit, *ò Mater, hac de cauſa torqueri: deprecare Dominum, vt hoc graniſſimi Senatus examen, in noſtrum, & animarum bonum cedere faciat; certa ſum Maieſtatem ſuam id infallibiliter præſtituram.* Sicut prædixerat ſucceſſit, & ſequenti die Sacratiſſimo Chriſti Corpore refecta Virgo ab illo audire meruit: *Mea eſt hæc cauſa, ne anxieris Filia.* Cuius cum Annam noſtram participem effeciſſet, ambæ in laudes Dei vnaniniter prorupere. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Dum ad hanc Veacenſis Monaſterij fundationem ſimul, cum quibuſdam alijs comitibus, properarent, multa ipſis planè mira, ne miraculoſa dicam, contigerant. Venerabilis Sacerdos P. Magiſter Iulianus Auila, & P. F. Gregorius Nazianzenus habitu noſtro poſtmodũ ibidem indutus, qui eas comitabantur, quotidie ſacrum faciebant; & ne à concurrentibus populis moleſtarentur, Heremitica, & ab vrbium frequentia remota exquirebant ſacella. Die quadam ad vnum illorum aduentantes, neceſſaria deerãt, vt P. Gregorius celebrare poſſet. Tum Tereſia ad Annam conuerſa: *Rega*, inquit, *Deum, filia, huic neceſſitati opportunè prouideat, ne Eccleſia huius ſacrificij valore priuetur.* Præſtitit quod iuſſerat Mater obſequentiſſima

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

tiſſima filia, & extemplò quæcumque opus erant benigniſſimè prouidit Deus.

Vltimo itineris die antequam Veacum appellerent ab imminenti mortis periculo diuina protegente gratia, Sanctoque Ioſeph opem ferente ereptæ fuerant. Currus, quo vehebantur, in præcipitium proximè prouoluendus ferebatur, cum Sacræ Virgines ad mandatum Matris pijſſimæ orationi inſtantes, audiunt illicò vocem cuiuſdam veluti ſenis de profunda valle monentis ſiſterent, & aliò viâ capeſſerent. Obediuit Auriga, cumque per cliuum montis, ſenſim, ſuauiterque ſe ſe è faſtigio demittentem ad imum vallis applicuiſſent, proceſſerunt ſerui officioſum ſenem perueſtigaturi. Aſt verò Tereſia; *Vt quid*, ait, *illos abire permiſimus? Fruſtrà quærent beneficum monitorem: Sanctiſſimus enim Pater meus eſt Ioſeph*. Non inuento itaque illo ad ſua munia reuertentes, cœptum iter proſequuntur, & muli, quibus trahebatur Rheda, nõ iam incedere, ſed propè volare videbantur.

Vix è tanto diſcrimine exceſſerant, cum in aliud haud leuius reciderunt, à quo tamen non minori prodigio erutæ ſunt. Guadalimar fluuius traijciendus erat, cuius altitudo ſummitatem rotarum currus, aut exſuperans, aut ſaltem adæquãs eo pertranſiri vetabat. Equos igitur ex viciniori pago conduxerant, tum ad tentandum fluminis vadum, tum ad præteruehendas per leniorẽ eius tractum Moniales. Sed ecce cum circumſtantium omnium tum viæ comitum, tum oppidi Veas incolarum, qui eis obviam venerant, ſtupore, longè meliore, ac inuiſibili vehiculo ad alteram amnis ripam improuisò delatæ ſunt. Quæ ſanè mira poſtmodum ab oculatis teſtibus euulgata Veacenſium omnium venerationem ipſis, & gratiam conciliarunt ſingularem.

Contigit etiam dum ſimul ad Conuentum iſtum cõdendum commigrarent, & Toletum pertigiſſent, vt Anna noſtra Sanctam Fundatricẽ confidenter interrogauerit, num, & quomodo Eliſabethæ ab Angelis, quam ſupra diximus ipſammet Annam profeſſioni præmiſiſſe, quæque nuper Salmanticæ Sancte deceſſerat, in vltimo vitę agone adſtitiſſet, cum tunc temporis Segobiæ ad ineundã fundationem degeret. Ad interrogata ſinceriſſimè reſpondit Parens Sanctiſſima, *dilectamque filiam totius ſecreti conſciam reddidit*. Mox ipſi percunctanti, ac enixè expoſtulanti, vt eandem ſibi gratiam aliquando concederet: *Promitto*, inſit, *ſi Deus permiſerit: non enim in poteſtate mea huiuſmodi res poſita eſt, nec niſi ipſo ordinante eam exequi valeo*.

Erecto demum Veacenſi Cœnobio tribus in eo menſibus permanſit B. Virgo Tereſia, cuncta tum ad ſpeciem eius prouentum, tum ad ſpirituale incrementum partim ſtabiliens, partim diſponens, & interim familiari chariſſimæ ſibi Annę gaudens conuictu. In eadem *ibidẽ* cella commorabantur, & inde diu, noctuque orationi ſimul inſtantes flagrantiſſima ambæ penetralium ſenſa Deo promebant, & ab eo viciſſim ſupernis chariſmatibus ditabantur. Interdum etiam de rebus cœleſtibus colloquebantur. Vnde cum aliquando in Sanctiſſimũ Deiparæ Virginis Sponſum ſermo incidiſſet, ipſemet S. Ioſeph vtrique ſe ſe conſpiciendum tradidit, eaſque gratiſſimo aſpectu mirum in modũ eſt conſolatus. Quod quæque videbat, altera ignorabat, & vtrimque ſecretum ſilentio premebant: Donec Tereſia Sanctum Patriarcham eodem prorſus modo, quo ipſum viderat, depingi curauit. Tunc enim ipſum Anna recognoſcens, communem fuiſſe viſionem animaduertit, & inde

& inde arcanum sibi etiam vicissim communicarunt. Inter tot, tantasque apparitiones cęlitùs Teresiæ cõcessas duas tãtùm penicillo seu exprimendas, seu adumbrandas tradidisse legitur, illam videlicet Saluatoris in Abulensi Conuentu, & hanc in isto Veacensi relictã. Vtraque Anna nostra potita fuit, re quidem ad consolationem, effigie ad securitatem. Illa ad primum in Religionem ingressum, hac ad primum in Religione Prioratum. In illa Christum habuit viæ suæ, ac propositi ducem, & comitem; in hac Christi nutritium, ac gubernatorem Ioseph muneris sui magistrum, ac veluti præceptorem, atque Pedagogũ. Vndè apertissimè liquet, & quanta cum certitudine his Annæ nostræ visis, cuius cum Sanctissima Parente consors fuit, fides adhibenda sit; & quanta cum fiducia, animique firmitudine Religionis regimen assumere debuerit, quæ his ad illud fuerat mirabiliter præparata.

CAPVT XV.

V. M. Anna à Iesu in Monasterio Veacensi Prioriſſæ munere per Triennium eximiè perfungitur, totoque hoc tempore stupenda planè, ac prodigiosa quamplurima patrat.

POst tres menses Veaci exactos Sancta Mater Teresia, vt P. F. Hieronymo à Matre Dei, qui et si Discalceatus, Patribus tamen Carmelitis laxioris obseruantiæ in Prouincijs Bætica, & Castellæ Cõmissarius, & Visitator Apostolicus præfectus fuerat, morem gereret, Hispalim ad condendum Monasterium profecta est: Tuncque Cœnobij Veacensis recenter erecti cura, Annæ nostræ humeris à S. Parente, impositа in eam tota incubuit. Vix dici potest quantum spiritus feruorem subditarum mentibus infuderit noua Prioriſſa, eodem spiritus feruore perfusa, stupenda illa omnigenarum virtutum opera, quæ in solitudinibus Aegypti, ac Palestinæ ab antiquis illis Eremi cultoribus edita demirantur, in Hispanias inuecta, & in hanc vnam ciuitatem, ac domum videbantur translata: adeò vt quæ apud fortissimos etiam viros, christianæque perfectionis heroes prodigiosa censentur, vulgaria nunc, communiaque, paucas inter, tenerioresve Virgines cernere liceret. Spargebatur circumquaque Sanctitatis earum odor, & vbique suaueolentem diffundebat fragrantiam. Inde cunctorum in eas affectus permoueri, plures apud ipsas puellas nobiles acciri cæperunt. Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

Prima inter illas, quę secreto Dei iudicio, & imperscrutabili arcano, post discessum Teresiæ, ad Religiosum Tyrocinium admissa est, fuit adolescentula quædam honestibus parentibus nata, fortis viribus, nec mentis sagacitate destituta, sed adeo peruersæ, ac infruuitæ indolis, vt nec Magistræ adhortationibus, nec discipularum exemplis ad regularẽ obseruantiam flecti, aut induci potuerit. Angebatur acriter Anna nostra de tam infælici primæ Nouitiæ successu, & quemadmodum olim intimo humilitatis sensu, seu experientiæ, seu virtutis defectum apud Sanctam Matrem prætexuerat, vt à se Prioriſſæ munus procul amoliretur; ita nunc eodem prorsus acta impulsu, sibique soli culpam omnẽ imputans, voluisset conqueri apud ipsam, quod tam imperitam, indignamque Prælatam Sacrarum Virginum cætui præfecisset. Aſt eius absentia prohibebatur; ideoque ad præsentem sibi semper sponsum cõfugiens, apud ipsum hac de re confiden-

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

fidenter, & amorosè conquesta est. Tum ille ad solandam sponsam illicò adnolans: *Aufer*, inquit, *illi sacrum Religionis habitum, si talis non est, qualem ipsum esse oportet*. At Anna misero Nouitiæ statui maternis visceribus compatiens: *Ergo ne*, infit, *Domine, prima, quam à te accepi, & in filiarum tuarum Collegio admisi Nouitia, è domo tua ejicietur?* Cui Christus: *Vt quid cunctaris?* intulit, *Nunquid aliquando frondentes arbores aduertisti? Prima earum folia, velut extemporanea, statimque decidua, ac prorsus inutilia negliguntur. Alia verò illicò oriuntur, quibus & exornantur & proteguntur. Idem vobis euenturum ne dubites. Concede in hortum, Plantam inuenies quatuor surculis decoris, ac virentibus insignem, cuius prima folia arida iam, ac pænè emortua cernes. Sic primam illam Nouitiam, tanquam frondem intempestiuè productam despice, abijce, ac sacra meste protinus spolia; eius loco quatuor nobis probatæ virtutis, propriaque manu mea delectas quamprimum suffice.* Sicut prædixerat factum est, veritatemque reuelationis rei obfirmauit euentus.

Itaque vt diuinum promissum exactissimè adimpleretur paucis ab hinc diebus, & antequam etiam ineptam dimitteret Nouitiam, tres aliæ Sanctitatis opinione conspicuæ receptæ sunt, quarta verò in ipso expulsionis eius die, & in eadem propè hora, ipsis miro quodam modo fuit adiuncta. Nimirum M. Magdalena à Spiritu Sancto, M. Leonora Baptista, M. Ludouica à Saluatore, & M. Francisca à Matre Dei.

Prima procurrentibus annis Monasterij Cordubensis fundatrix extitit, ac de ipsa reperitur scriptum, quod cum aliquando grauiter infirmaretur, & Anna nostra enixis precibus apud Deum instaret, pristinæ restitueretur sanitati, clementissimus Dominus seruæ suæ respondens: *Sine*, inquit, *hunc lapidem ædificio meo coaptandum expoliam; locum tuum in eo non infimum, aut ignobilem sortiturus est*.

Secunda Veaci præfuit, & Valentiæ fundauit; ipsamque in vltimo vitæ agone constitutam Angelorum musicam fertur audiuisse, ac circastantes Virgines interpellasse, num etiam illam perciperent? Quibus percunctantibus quid rei esset, alacriter respondit: *Lætamini in Domino, & exultate Iusti, & gloriamini omnes recti corde*. Atque ad hæc Psalmistæ verba subleuatis manibus, quasi fauenti Sponso gratari, vel ipsum amplexari niteretur, in manus illius purissimam effauit animam.

De Tertia similiter narratur, quod vbi mortalis huius vitæ curriculum in omnigenarum virtutum exercitio laudabiliter transegisset, & ad vltimam eius horam, metamque feliciter appulisset, quædam existentibus Monialibus Angelicos quoque concentus exaudierit, quique festes spiritus, quos etsi circumdata carne corruptioni obnoxia, in puritate tamen fuerat æmulata, eius ad cœlos transitum harmonicis cantibus prosequi, ac celebrari voluerint.

Religiosam denique, atque eminentem quartæ perfectionem ab insolito, ac planè stupendo vocationis modo inferre haud difficile erit. Septendecim circiter, aut octodecim annos nata in domo Patris sui Viri clarissimi, D. Sancij Roderici de Sidonal degebat nobilis Virgo, cum die supradicta sub vesperam apparuit illi sub hominis specie, aut Angelus quidam, aut Angelorum Dominus, corpus præferens ad instar nubis Solis radijs perfusæ lucidissimum: & ad illam: *Veni mecum*, inquit, *si mei consortio frui desideras*. Ingenti Amatoris diuini rapta pulchritudine consensum præbere non distulit, Paternis laribus statim egreditur, cælestem sequi ducem nō ambi-

ambigit, qui eam manu prehendens illam ad Monaſterij ſepta applicat, ac prealtum ſuper clauſuræ murum eleuat. Ipſum exindè in horti medio conſidentem conſpicit, vt de illo cum ſacra Sponſa dicere valeat: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuũ ad areolam aromatum, ut paſcatur in hortis & lilia colligat.* Mox ad illam denuò accedens, brachijs complexam è muri ſummitate in Refectorij medium, quo Sacræ Virgines eo ipſo momento aduenerant, celeriter transfert, monens Nuptialem Religionis veſtem ab ipſis expeteret. Ad tam inaſſuetum, atque inexpectatũ ſpectaculum ſtupore perculſæ Moniales, oculis, ac mentibus defixæ tanquam ad nouum, & inuiſum aliquod monſtrũ hærebant, cùm Mater Prioriſſa Dei manum in tam prodigioſo ſucceſſu primùm recognoſcens, paulòve poſt Chriſtum Dominum eius lateri adhærentem videns, & ab ipſo audiens: *Ecce quartam, quam tibi promiſi, Nouitiam;* ſtuporem omnem, & hæſitationem earum amolita eſt, atque in admirationem Dei magnalium, & effuſas gratiarum actiones conuertit. Varijs poſtmodùm probata modis, tũ ab ipſa Prioriſſa, tum à cæteris Monialibus, ſacro tandem habitu donata eſt; nec non cæleſtis ſui raptoris, longè tamen maiori decore, ac ſplendore coruſcantis, ſeque ſuauiſſimè benedicentis viſu per integrum diem potita. Exacto demum Tyrocinij anno vota ſua ſolemniter nuncupauit, & in ipſo Profeſſionis actu eundem ſupernum, ac diuinum Prædonem in corde V. M. Annæ à Ieſu tanquam in Throno reſidẽtem, ſibique benedictionem impertientẽ conſpexit. Fœlix profectò prædа, quæ tot gratijs, tot benedictionibus cumulata fuit! Fœlicius cor, quod tanti prædonis ſimul, ac remuneratoris ſedes extitit, & ærarium!

Inter præcipua verò Annæ noſtræ ad bonum Monaſterij regimen conceſſa diuinitùs dona non inferiorem ſanè locum obtinere debet ſuperior illa lux, qua ſingulari priuilegio ſubditarum mentes, abditiſſimaque cordium penetralia perueſtigabat, & ſole clarius intuebatur. Mille id experimentis comprobandũ occurreret, niſi lectoris animum, aut rerum multitudine non obruere, aut nimia prolixitate tædio haud afficere animus eſſet. Nos igitur ſtrictis, arctiſque breuitatis cancellis continentes, pauca hæc vniuerſorum loco ſubijcimus. Vix aliqua Religioſarum obibat Tyrocinium, cum eam V. Mater ad illlud fauſtè ineundum generali Confeſſione præpari curabat. Tunc autem ſiue Inſtructionis, ſiue conſilij ſpecie, tam clarè, diſtinctèque, provt cuique opus erat, animæ ſtatum reuelabat, peccataque omnia à ſe commiſſa, nec non etiam à ſe interdum obliuioni tradita, ſigillatim memoriæ obijciebat, vt ea è recõditiſſimo cõſcientiæ ſcrinio, ceu è libro quodam eruere, ac perlegere videretur. Quod poſtmodum ſacris Virginibus hac dere inſimul confabulantibus, haud leuis admirationis, atque vtilitatis erat occaſio.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Verùm enim verò, vt in ſacro Apoſtolorum Chriſti Collegio vnus inuentus eſt perditiſſimus, & obſtinatiſſimus Apoſtata Iudas, & alter etiam, qui ſeu fragilitate, ſeu præſumptione humana, eo ad maius eius, totiuſque Eccleſiæ bonum, cuius caput futurus erat, permittente, in trinæ negationis crimen lapſus eſt, à quo poſtea vegetior, ac robuſtior reſurrexit, Sanctus videlicet Diſcipulorum Princeps Petrus: ſic in hoc Tereſianarũ Virginum cętu reperta eſt vna peruicaciſſima, & incorrigibilis, quę à cæterarum cõſortio, quemadmodum ſuperiùs innuimus, meruit expelli; & altera, quæ poſtquam in turpiſſimi anteactę in ſæculo vitæ peccati cæno inconfeſſa iacuit, in meliorem tandem men-

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

mentem Annæ nostræ lachrymis, atque intercessionibus mirabiliter reducta est. Non valuerat infelix Puella, etsi animo Dei seruiendi, ac præterita peccata pœnitentiæ rigoribus diluendi Religionem ingressa, professaque, seu naturali verecundia, seu Dœmonis fraude prepedita peccatum suum Sacramentalis Confessionis secreto committere. Nihil illi ad hoc Sororum exempla, nihil Matris conceptissima, & ingeminata verba profuerant. Dirè torquebatur interiùs, iustè nimirū vrgente conscientiæ remorsu; nec ab interiori tortura, quam procul à se abigere voluisset, volebat se se vno, aut altero verbo eximere. Teterrima tandem, & insupportabili oppressa mœstitia in lectum grauiter infirma decubuit, & in primæua sua obstinatione damnabili pudore perseuerans, in vltimum vitæ, salutisque discrimen desperata ferebatur. Miserrimum filiæ statum diuinitùs agnoscens Venerabilis Mater, & nō humanis verbis, quæ iam inutilia, sæpiùs fuerat experta, sed diuinæ intùs operante gratia opus esse ad induratum cor emolliendum censens, in chorum concessit, poplites flexit, ambabus vlnis Crucifixum strinxit, spirissimis basijs impetijt, ardentibus suspirijs sollicitauit, profusis vbertim lachrymis irrigauit; nec ab oratione cessauit, aut dimoueri voluit, donec misericordissimi sponsi viscera commouisset, & ab eo tum spiritualem, tum corporalē morientis filiæ salutem impetrasset. Impetrauit vtique, & (res sanè mira, sed adstantium Monialium testimonio probata) nondum supplicationem absoluerat, cum ægra eam vocari iussit, deplorandum animæ statum aperuit, Confessarium postulauit, inolitum peccatum maximo cordis contritione expiauit; vixque Confessionem finierat, cum illicò morbus euanuit, ac ita perfectè cōualuit, vt fatentibus medicis tam subitanea sanitatis restitutio, nō naturæ viribus, sed diuino miraculo attribuenda venerit. Et ipsa pristinis reddita viribus, noctuque, & huc vsque incognita sibi spiritualis lætitiæ virtute roborata, vitam duxit imposterùm regularis obseruantiæ, cæterarumque virtutum laude conspicuam.

Longum foret, & ab Historiographi generalis instituto prorsus alienum singulatim recensere quibus vijs, quibus medijs, quibus commentis vtebatur quotidie sapientissima nostra, ac feruentissima Prælata, ad promouendos commissarum sibi cæterarum omnium Sanctimonialium animos in obedientiæ prōptitudine, in charitatis ardore, in assidua frequentatione Chori, in attenta, debitaque diuinorum officiorum persolutione, in orationis studio, in exercitio mortificationis, desiderioque patiendi pro Christo, in humilitatis, proximique abiectionis amore, & vt omnia vno verbo complectar in omnigenarum virtutum praxi, ac perquisitione; in quibus omnibus vniuersarum semper se ducem, & exemplar præbere consueuerat. Quapropter omnia hæc peculiaribus illius vitæ Scriptoribus prosequenda remitto; & ne compendiaria hæc gestorum eius Synopsis, vltra statam mensuram excrescat, ad vlteriora, magisve ab ordinario rerum cursu remota progredior.

Exoptabat impensè studiosissima Virgo, vt Patres Carmelitæ Discalceati, qui solitarium collem octodecim milliaribus distantem, ac vulgò *la Peñuela* vocitatum, incolebant, propiùs ciuitati accederent, tùm ad Monialium consolationem, tum ad maiorem earum profectum. Sciebat enim, & à Sanctissima Parente acceperat, & ipsos ad hoc precibus suis à Deo fuisse impetratos, & à se institutos, & efficaciora esse virorum hortamenta, atque consilia ad suaden-

dendos, ac euehendos mulierum animos ad Religioſę vitę perfectionem: maximè ſi eandem cum ipſis vitæ normam profiterentur. Illac igitur fortè tranſeunte prædicti Cõuentus Priore, egit cum illo V. Mater de nouo condendo Patrum Cœnobio in loco ad ſex tantùm milliaria à ciuitate diſſito. Res vtrimque verſata eſt, approbauit Prior tum intentum, tum locum deſignatum. Habitæ ſunt licentiæ, Conuentum eſt de pretio; ſed ad emptionem quadringentorum aureorum deerat ſumma, nec vnde illam eruerent, niſi à Diuinæ Prouidentiæ Marſupio, cui ſoli Tereſiæ exemplo confidere didicerant, ſpes affulgebat. Ad ipsã confugiunt, & illicò illis relatum eſt Ruſticum quendam tot aureorũ centena proprio labore, & induſtria parta Auarorum more apud ſe retinere, quin etiam rudi, laceroque conſuta ſagulo ſemper ſecum deferre, inutilia ſanè miſeræ ſenectutis pondera, potius quam ſubſidia. Aduocat ipſum V. Mater, & gratia, qua apud Deum, hominesque pollebat, ad præbendam ad cenſum pecuniã inducit. Verùm accepta pecunia, erectoque Caluariæ Conuentu facti pœnitens Ruſticus illam moleſtiſſimè cœpit exigere, ac ſibi reſtitueretur acerrimè vrgere. Aegrè ferebat Virgo iteratas agreſtis homuncionis inſtantias, nec ſe ſe ab importunis eius interpellationibus expedire valens, ad Deum, ſolitum in neceſſitatibus ſuis azylum, huic remedium exoratura, iterum accurrit. Præſto fuit dilectæ ſponſæ opem laturus clementiſſimus Dominus. Improuisò acceſſit ad Monaſterij Rotam Paſtor quidam V. Matrem enixè deprecans, vt apud Caluariæ Patres intercedere vellet illum in Fratrum Laycorum numero aggregare dignarentur: ſe iam ex venditis ouibus, cæteriſque rebus quadringentos aureos collegiſſe, quos prædicto Conuentui libenter elargiturum afferebat, dolens facultates ſuas haud illi maioris liberalitatis copiam facere. Diuinam Prouidentiam demirata eſt pijſſima Virgo, paternamque numinis curam ſecretò laudibus extulit. Laudauit & deuotum benefici Paſtoris propoſitum, cumque aliundè hominis genium perpendiſſet, & ad perferendos Religionis labores, virtuteſque acquirendas maximè idoneum reperiſſet, à Patribus obtinuit pij voti fieret compos: quod equidem effectum eſt, & hic habitu noſtro donatus in Religioſarum virtutum exercitio perſeuerans, reliquam vitæ laudabiliter exegit: illa verò ex tradita pecunia contractum veculo, & inquieto creditori debitum perſoluit. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Non minoris diuinæ Prouidentiæ, bonitatiſque argumentum fuit, quod paulò poſt in eiuſdem Conuentus gratiam eadem, non ſine prodigio, cooperante V. Matre contigit. Aquæ penuria laborabant Patres, & ad deriuandam, deducendamque ex vicino fonte caſulæ aliquæ emendæ, ac deijciendæ erant. Emptæ ſunt, ſtatimque V. Mater diuino haud dubiè acta impulſu contra morem, pietatemque ſolitam Inquilinos vrgere cœpit, ijs abſque mora egrederentur. Durum prima fronte viſum eſt, ac propè inhumanum miſeros conductam domum, nec quo tranſmigrarent habentes ad tam inſperatum, intempeſtiuumque exitum adigere. Quanquam igitur inuiti, & obmurmurantes obtemperarunt tamen, nec tantæ authoritatis, ac nominis mulieri obſiſtere auſi ſunt. Verùm paulò poſt perceperunt quanto eorum bono id factum fuerit. Caſæ ſiquidem illæ, nullo prorſus præuio ruinæ ſigno dato, ſe ipſis corruere, quibus, ſi remanſiſſent ipſos infauſtè obrui neceſſum fuerat: vnde poſtmodum de fælici ſucceſſu, & Deo, & piæ liberatrici gratias habuere.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Quæ tam prouidè exteris ſuccurrebat, ſuis minus opportunè auxiliaturam quis credet? Nec profectò defuit vnquam ſollicita Mater filiabus, via etiam extraordinaria, opem ferre, dum ea indigere comperat; vt ſequenti celebris, ac miraculoſæ Catharinæ à Ieſu ſanationis exemplo probandum venit. Iam vna cum Sorore Maria à Ieſu profeſſionem emiſerat eximia hæc huius Monaſterij fundatrix, nec tam eo, quam obedientiæ, miræque ſagacitatis titulo perfectioni fabricæ incumbebat; cum die quadam è Superiori ſacrarum ædium abſide deſcendens prægrandis, qua ferebatur, ſcala, ſeu Dæmonis arte, ſeu naturali ligni vitio per medium diffringitur, & Virgo grauiſſimo lapſu in terram decidens, ſubtus ſuperque ruentibus intercipitur fruſtis. Adeo vt omni prorſus motu expers, ſenſibuſque omnibus orba, tanquam mortua, vel proximè moritura, è fatali loco ad cellam ab accurrentibus, & collachrymantibus Sororibus ſuppoſito vlnis aſſere deportari debuerit. Vocantur confeſtim Medici, Chyrurgique, deplorandum ægræ ſtatum explorant, nec contuſa tantùm, aut luxata corporis membra, ſed & vniuerſa oſſa adeò confracta, comminutaque, vt ad manus tactum ſtrepitum edere audirentur, inueniunt. Quapropter etſi poſt aliquot horas aliqua vitæ ſigna perceperint, de curatione tamen, imò & de ſalute illius conclamatum eſſe vna voce pronuntiant. Adhibentur nihilominus medicamenta, ſed perperam. Illis etenim non tam curari, quam fatigari diceres. Quãquam autem contra prolatam artis peritorum ſententiam, Deo ſic ad ſeruæ ſuæ patientiam, ac meritum ordinante, tam breui, vt credebatur mora, vita haud exceſſerit, in peius tamen remedijs quotidiè vergente malo, in eum tandem ſtatum redacta eſt, vt nec ſe mouere, nec ab alijs moueri poſſe permitteretur. Hæc animaduertens Mater tenerrima, Deo potiùs inſpirante, quam proprio ſuggerente affectu, feſtiuiſſimo die cellam eius ingreſſa: *Quorſum*, inquit, *ô filia, in chorum nobiſcum non concedis hodie, vt ad concinendas Dei laudes nos adiuues? Hei miſeræ mihi, Mater!* Ingeminiſcens reſpondit infirma, *quàm libenti, quàm lato irem animo, ſi daretur, ac per impotentia oſſa liceret! Itane?* ſubiunxit Anna, *nunquid firma fide credis Chriſtũ Dominum momento vno, vno verbo diuiſa oſſa reiungere, innalida roborare, teque in integram reſtituere poſſe ſanitatem? Ita, Mater*, adijcit decumbens, *credo vtique, credo, & indubitanter credo*. Subſtiterant ad tam inſolita Matris, filiæque colloquia pio quodam horrore perculſæ circumquaque per cellam *ſparſæ Moniales*, auidiſque auribus ea excipientes defixis oculis, mentibuſque rei exitum operiebantur: cùm illa ſuperiori ſpiritu acta: *Sat eſt*, inquit, *in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac per ſanctæ obedientiæ virtutem ſurge, accinge te veſtibus, & in Chorum ſequere nos*. Dictum, factum (Res planè mira, ac prorſus incredibilis, niſi tot teſtium depoſitione obfirmata conſiſteret!) è veſtigio obediens omni omnino infirmitate libera lecto exilijt, veſtes aſſumpſit, in Chorum cum cæteris immenſas Deo gratias rependere perrexit: Cumque initio parieti innixa procederet, ſeu adhuc vacillaret animus, ſeu recenter conſolidati rigerent, aut titubarent artus, ſiue ſpirituali filiæ imbecillitate, ſiue imperfecta corporalium virium recuperatione non contenta Mater: *Heus!* inſit, *filia, vt quid adhæres parieti, abſcede velim, viriliter age, nec more infantulæ vlteriùs progredere*. Quæ verba, ſeu nouo miraculo vim ei intuliſſent, ſeu iam priori conceſſam excitaſſent, effectu non caruere, & ſanata Virgo expeditè inceſſit,

nec

nec vllum amplius incommodum perſenſit.

Hic ſilentio præteriri non licet, quod de eadem Catharina à Ieſu memoriæ proditum eſt: Ipſam, videlicet, aliàs periculoſo morbo correptam, & ex Medicorum opinione deſperatam, breuique morituram, eiuſdem V. Matris imperio protinùs conualuiſſe; nec niſi poſt multos annos, dum in hoc Monaſterio Prioriſſæ munere fungeretur, eademque per litteras Madrito, quo tunc degebat, miſſas annuente, vita fuiſſe functam.

Diſponebat ſeſe aliquãdo Nouitiarum vna ad vota ſequenti luce ſolemniter nuncupanda, cum ecce intempeſta nocte apparuit illi Dæmon' rabie percitus, ſub horrendo lupi ſchemate ſtridens, minas intentans, ac veluti eam deuoraturus è quodam Cellæ angulo erumpens. Exterrita Puella exclamat, auxiliaturæ accurrunt Moniales, vocata Mater accedit, trementis cellam ingreditur, & eodem, quo illa, viſu quid rei eſſet perſpiciens, animosè in hæc verba prorumpit: *Quid hic agis*, ait, *ò maledicta, teterrimaque beſtia? Recede hinc, & in nomine, ac per virtutem Chriſti in infernum prolabere*. Hoc dicto, quaſi quodam fulmine perculſus Diabolus clamitans: *Heu terribiliter me excrucias*: cella ſtatim ſe proripuit, nec amplius regredi auſus eſt, & Nouitia à V. Matre, Chriſtoque aſſiſtente, aduerſus inania hæc Dæmonum ſtratagemata fortiter roborata ad optatam ſe ſe profeſſionem tranquilla mente accinxit. Ea emiſſa eadem monialis recenter profeſſa, eodem haud dubiè operãte Dæmone nouo æſtro ſuccenſo, à ſupercadente lapidum aceruo grauiter in manu læſa eſt, adeò vt oſſa omnia ſenſerit parfracta, contritaque. Hoc in ſpiritu cernens V. Mater opem latura accurrit, læſam manum contrectat, & extemplo ſanatur.

Simili propè modo Monialium altera, dum in remotiſſimo Monaſterij loco ſcopam ad verrendum adaptat, dirum ſibi pollici vulnus inflixit. Doloris ſenſu, copioſaque ſanguinis effuſione cordis deliquiũ paſſa eſt, nemine lapſæ auxilium ferente, aut etiam ferre valente. Id quoque in ſpiritu vidit Mater piiſſima in Choro tunc fortè orationi intenta. Surgit illicò, ad iacentem accedit, cruentam manum manui inſerit, & ad primum contactum ſanguinem ſiſtit, ſolutas, hianteſque partes conſolidat, nec minimum acceptæ plagæ veſtigium relinquit. Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Hæc ſunt mira planè, ſeu miracula, quæ intra Monaſterij ſepta toto hoc primi ſui Prioratus triennio clariſſimam Virginem patraſſe compertum eſt. Ad alia nunc ab eadem extra toto eo tempore tum ad animarum, tum corporum ſalutem præſtita properemus. Sacerdos quidam impudicæ Pellicis laqueis irretitus diuturno illius contubernio grauiſſimum toti ciuitati ſcandalum inferebat. Hunc ad meliorem mentem reducere aggrediter puriſſima Virgo. Infame ſcortum primùm ab vrbe proturbari curauit. Excanduit ad inopinatam mulierculæ expulſionem infenſiſſimus humanæ ſalutis hoſtis, & qui ſub ſpecie ſerpentis primam olim mulierem mortifero infecerat veneno, mediaque ipſa tum Protoparentem, tum poſteros omnes Paradiſo extruſerat, ea ipſa expulſionis nocte ſub eadem forma Virgini apparuit, necemque interminatus eſt, vt eam à cæpto dimoueret, & infortunato luxuriæ mancipio Paradiſi fores occluderet. At ipſa intrepida, vanaque omnia laruati Draconis terriculamenta flocci faciens, à propoſito non deſtitit, donec vi, iniuriaque ereptam ſacris altaribus prædam legitimo reſtitueret Domino. Miſerum igitur Sacerdotem alio prætextu prudenter ad ſe vocatum tam

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

efficaciter alloquitur, vt secunda congressione conuictum planè, atque compunctum dimiserit, & ad pœnitentiam, vitæque emendationẽ cum maximo totius ciuitatis applausu adegerit.

Voluit & alium simili peccato præpeditum è Dœmonum faucibus aliquando eripere; Ast ingratus peccator in malo induratus, ac furijs agitatus, ijs instigantibus mortem illi inferre cogitauit, quæ spiritualem ipsi animæ vitam afferre conabatur. Venerabilem Matrem infirmari resciuit, & vna cum meretrice cum qua pellicatum agebat, medicatum veneno genus quoddã edulij, quo infirmam vesci compererant, dolosè Monasterio erogari curarunt. Sumpto cibo veneni virus ima viscera cœpit peruadere, acriterque corrodere, quod persentiens ægra adhibitis remedijs, sed magis diuina virtute freta, totum quidem euomuit, necemque intentatam vitauit, verùm tumor inde sub costis excreuit, quo interdum exulcerato dirissimè torquebatur, & ad vltimũ vsque vitæ diem, ad meritum haud dubiè, præmiumque dirè afflicta est.

Festiuissimus appellebat corporis Christi dies magna pompa, magna solemnitate, vt apud Hispanos moris est, celebrandus; & D. Petrus Garcia Millan celeberrimi eiusdem nominis è Societate Iesu Prædicatoris germanus frater, cui tota tantæ festiuitatis, ac magnifici apparatus cura incumbebat, V. Matrem conuenit, impensè deprecans, vt eius venia Thensas, seu portatiles Aras Sacræ Virgines exornarent. Postulationi libentissimè annuit deuotissima Mater, & cælesti luce perfusa, arrepta inde occasione ipsum ad proximam mortem opportunè disponendi: *Vis*, inquit, *Domine, dicam quod sentio? gratum Christo Domino fore minimè dubito, solemnissimo ritu festum sacratissimi corporis eius peragere, sed longè gratius futurum arbitror, si linguæ nostræ Aram, quæ prima illius è meis Sacerdotis statio est, ritè componamus; mox nostrum vigilanter custodiamus cor, in quo velut in thalamo requiescit.* Ad hæc verba, Superiori certè Spiritus Sancti motu prolata, commotus ipse interius ad vtrumque præstandum se se sine mora disposuit, linguam ad Confessionem generalem aptauit, cor cœlestibus gratiæ influxibus aperuit, eosque postmodum exemplari vitæ norma diligenter seruauit; sicque & ad festum diem, & ad fœlicem obitum, quo post paucos dies perfunctus est, se se optimè præparauit: ipsoque excessus die, gratias benefactrici suæ acturus, glorioſus apparuit. Imo & in grati animi signum, creditu haud difficile est, ipsum in cœlis impetrasse, vt carissima eius filia quantocyus in hocce Monasterio se Deo deuouerit, ac mira sanctimonia, ac regiminis laude postmodum emicuerit.

Promouebatur interim Monasterij fabrica, & Mercenarij multi operi intendebant, cum eorum vnus pia, ac laudabili morte meliori, internæ scilicet, animarum ædificationi inseruijt. Deiecti, seu dilabentis parietis ruinis oppressus fuerat, tamque miserabiliter contritus, fauciusque, vt omnibus spectantibus compassionem simul, & horrorem incuteret. Ad V. Matrem tristè nuntium illicò defertur, & ipsam ad Deum conuersam dicentem audiunt Moniales: *Ergo nec, Domine, famularum tuarum ædes humani sanguinis, ac vitæ pretio extruẽdæ sunt? Per infinitam Maiestatis tuæ bonitatem, per pretiosissimum filij tui sanguinem oro, & obtestor, vitam homuncionis istius mihi concedas.* Nescitur planè quodnam à Deo responsum acceperit, sed è subsequenti successu, haud difficile erit illud colligere. Nam ab oratione surgens alto, &

to, & intelligibili modo in has voces à circumſtantibus omnibus probè perceptas dicitur prorupiſſe: *Fiat, Domine, ſicut expedire noſti. Patiatur hic quantum placuerit, dummodo per gratiam tuam taliter diſponatur, vt poſt obitum ſuum ſtatim te frui valeat.* Mirum ſanè! Vix dictis finem fecerat, cum contuſæ carnes, perfractaque oſſa ingeneratis ſubinde vermibus ſcatere cœperunt, ac ſi Deus ad patientis probationem cum maximo illius tum dolore, tum merito anticipare voluiſſet naturæ tributum, quod ipſa poſt mortem tantum à corporibus omni prorſus ſenſu deſtitutis exigere conſueuit. Fœlix igitur (vt ſic ſtatum eius verbis aliqualiter exprimam) ille miſer, quē non tam hominem, quam dirutum hominis ſimulachrum nuncupare liceret, vt pote qui præter vocem ad laudandum Dominum Hymnis, & Pſalmis, quos in adoleſcentia memoriter didicerat, ſemper aptatam, nil humani cultus præſeferebat, inter tot, tantaque neſcio an tormenta dicam, an martyria alacriter exāhlata, venerandam animam exhalauit: factus profectò tam prodigioſa ſorte, non tam aduerſæ fortunæ ludibrium, quam Diuinæ Prouidentiæ, ac prædeſtinationis argumentum ab vniuerſis mortalibus inuidendum. Statim enim ac V. Matri mors eius innotuit, exclamaſſe fertur: *Benè eſt, iam Deo fruitur, Benedictus ſit, qui tantam ei gratiam eſt elargitus.*

Aduena quidam ſub id tempus, vnà cum coniuge illac pertranſeuntes in perditiſſimos quoſdam homines offendunt, qui vxori vim inferre tentarunt. Rapturi conſortem erant, niſi obſtitiſſet Maritus, & in defenſionem pudici Tori, honeſtatiſque coniugalis Prædonum vnum trucidaſſet. Capitur tamen infælix vir, carceri mancipatur, ſiſtitur iudicio, & tanquam homicidij reus extremo patibuli ſupplicio damnatur. Nihil intentatum reliquit afflicta mulier, vt eum à periculo pro ſe inito eriperet. Verum vniuerſa, quibus vſa fuerat, media nequicquam profuiſſe percipiens, ad vltimum tandem remedium, Venerabilem, inquam, Matrem, certum miſerorum omnium refugium accurrit: Et illa legitimo mœrori cōpatiens ſcriptam in eius fauorem paucarum linearum ſchedulam per Fratrem Donatum ad Ciuitatis Gubernatorem miſit; interim dum ipſa cauſam eius actura orationi apud Deum inſtaret. Iam confluxerat feráli ſpectaculo immenſa propemodum populi multitudo, oculos, animoſque nouitatum cupidos alieno etiam malo ſatiatura; iam à lictoribus capite mulctandus funē ad collum appenſo carceribus educebatur, & ad ſupplicij locum incipiebat deduci, cum propitius Annæ Nuntius appulit ſupplices eius litteras Gubernatori laturus. Aſt per confertam, confuſamque circumſtantium turbam nec aditus ad illū patebat, nec exaudiebatur dum peteret, cum ecce de repentè Venerādæ ſpeciei Senex (quem V. Mater fuiſſe Sanctū Ioſeph diuinitùs agnouit, vt cuidam poſtmodum Moniali ſecretorum conſciæ faſſa eſt) è media erumpens multitudine, vltròq; illi ſe ſe ducem exhibens, atque ipſum manu prehendens: *Sinite*, inquit, *tranſire Fratrem, hic enim à Matre Prioriſſa mittitur*: Sicque omnibus vtrimque abſque mora loco cedentibus viam illi ad Gubernatorem fecit, & ad eius aſpectum admouit. Quo facto è veſtigio ſe ſe proripuit, nec amplius cōparuit. Accepta, lectaque Matris ſupplicatione Gubernator priùs, cęterique poſthac Iudices, quaſi carmine icti, à capitalis ſententiæ executione ſuperſedendum eſſe cenſuerunt; mox reuiſa cauſa, probataque iuſtè ſe ſe defendentis innocentia miſerum abſoluere.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Lubet

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Lubet hìc tandem vltimam prolixo capiti manum imponere breui ſtupendi cuiuſdam ſucceſſus enarratione, quem vltimis propè diebus antequam Anna noſtra ſuo defungeretur officio contigiſſe memoriæ proditum eſt, quoue lectoris animũ ad reuerenda, tremendaque Dei Iudicia excitandum fore non ambigo. Pauci erant Veaci Verbi Dei Præcones ob paruum Religioſarum domorum numerum in ea exiſtentium: Atque ideò Tereſianæ Virgines, quantumuis illud audiendi auidæ, non niſi rarò admodum ea fruebantur conſolatione. Huic filiarum ſuarum neceſſitati ſubuenire volens pijſſima Mater, à Venerabili Capitulo contiguæ Conuentui Parochiæ veniam obtinuit Feneſtellam aperiendi, qua poſſent, dum in ea concio habebatur, & ipſæ aſſiſtere. Aegrè tulit Alphonſus *de Montalno*, Dumque œconomum Eccleſiæ ageret, inſcijs Monialibus Madritum profectus eſt; A Regio ordinum conſilio mandatum impetrauit, quo Sacris Virginibus iniũgebatur quãtociùs Feneſtellam obſtruerent; ouãtis, ac triumphantis more, etſi nemine obſtante, nemine repugnante Veacum reuerſus, de ſubreptio reſcripto, tanquam de obtenta victoria publicè gloriabatur, & illud prope diem minabatur executurſi: cumque illi aliquis Monialibus addictus exprobraſſet audaciam, audaciùs ipſe reſpondẽs: *Scito*, inquit, *ante Triduum vel occludendam illis feneſtram, vel oculos mihi fore occludendos*. Propheticè ſanè, ſed damno ſuo effatus eſt. Vbi enim V. Mater de re certior facta apud Chriſtũ conquereretur, ipſum ſibi radiante vultu, maiorique luce refulgentibus oculis adſtantem vidit, audiuitque dicentem: *Ne timeas, Anna. Putas ne qui hoc intentare præſumunt, oculorum meorum lumen obtenebrare poſſe?* Ipſa verò lætitia perfuſa ſubinde reſpondente: *Nequaquam Domine, nequaquam. Tu autem*, ſubdidit Chriſtus: *Tuæque filiæ, lumen eſtis oculorum meorum; Ideoque aduerſum vos maleuoli prænalere nequibunt*. Poſt hæc Cæleſte viſum euanuit, & ipſiſſimo die ſub veſperam infælix ille malorum intentator, vbi ſe ſe ad intimandum Monialibus decretum accingeret, iuſto Dei Iudicio Pleuritide correptus eſt, antequam triduum finiretur miſerabiliter interijt; alienos oculos ad vindicis Dei conſiderationem, compũctioniſque lachrymas aperturus, proprios repentina morte, iuxta vaticinium ſuum, clauſit, *recluſa* impoſterum remante Monialium Feneſtella; ac tandem in ipſo fermè abſoluti tridui termino cadauer eius luce priuatum terræ ſepultum eſt, obſtupentibus, trementibuſq; cunctis ad tam ſolemne, horrendumue diuinæ iuſtitiæ exemplum: Indeq; addiſcentibus, *Non eſſe ſapientiam, non eſſe prudentiam, non eſſe conſilium contra Dominum; nec ſuper populum ſuum malignandum conſilium, aut cogitandum aduerſus ſanctos eius*: Vt verbis Salomonis, ac genitoris eius Dauidis vtar. Dum interim V. Mater, & ad eius iuſſum cæteræ Moniales intentatam cõdonantes iniuriam, feruentiſſima charitate, ſaluti eius ſuffragabantur, & ne illius anima ſepeliretur in infernum orationibus aſſiduis, Sacris Communionibus, acerrimis verberibus, cæteriſq; pijs operibus apud Deum inſtabant.

CA-

CAPVT XVI.

Ad idem Prioriſſę munus in eodem Conuentu ſecundò aſſumitur V. M. Anna à Ieſu. Multa in eo miracula efficit. Multas à Deo gratias obtinet. Multa denique ad defenſionem, ac tutamentum Reformationis & patitur, & operatur.

TRes Prælationis ſuæ annos expleuerat V. Mater Anna, & Salmantinum, ex quo ad hanc fundationem exierat, Monaſterium repetere cogitabat aſſiduè, impensè exoptabat; tum vt populares exterorum applauſus, quos maximè abhorrebat, vitaret; tum vt honoris, ac reuerentiæ cultum, quo à domeſticis omnibus tanquam cõmunis Mater inter priuatos parietes præueniebatur, effugeret; tum vt in præfato Cœnobio, in quo velut Nouitia tantum viſa fuerat, cæteriſque coæqualis haberi poſſet, humiliùs, quietiùs, ſecuriùſque viuere ſibi liceret. Verum vbi ad electionem ventum eſt tantæ, tamque dilectæ Parentis egreſſum, ac priuationem cariſſimæ, prudentiſſimæque filiæ tantoperè timuerunt, vt inſpirante Deo, ac nemine diſcrepante, rurſus eam omnibus omnino ſuffragijs ad idem Prioriſſæ munus aſſumpſerint. Vix dici poteſt quanto filiarum iubilo, quanta Matris afflictione id factum fuerit. At certum eſt illarum lætitiam repentino huius caſu perturbatam, ac mitigatam fuiſſe. Vbi enim vniuerſa ſuffragantium vota in ſe vnam conſpirare audiuit, ſubito correpta deliquio inter exultantium ſimul, ac cõdolentium vlnas mortuæ ſimilis dilapſa eſt: ſiue id penitiſſimo doloris ſenſu illam afficiente, ac dire opprimente, ſiue ſuperno diuinæ gratiæ affluxu ipſam, vt ſolebat, extra ſe rapiente, & ad ſubeundum impoſitum ſibi iugum diſponente, contigiſſe dicamus. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Ad ſe vtique reuerſa onus illud, quanquam grauiſſimum, ac propemodum ſibi haud ſupportabile videretur, ſubmiſſa mente acceptauit; & eadem humilitatis vi, qua alijs præponi reluctabat, in hoc etiam, quod præponebatur, proprium ſenſum, voluntatemque aliorum iudicio, ac beneplacito, miro prorsùs artificio nouit poſtponere. Secundum hoc officij ſui triennium, non minori, quam prius, laude, fructu, perfectione exorſa eſt, continuauit, compleuitque. Non immoror in percenſendis, perpendendiſque modis omnibus, quibus Regularem Obſeruantiam iam à ſe ſtabilitam confirmauit, ſubditaſque ſuas, quæ iam ſub prioris eius regimine adoleuerant, virtutumque ſemitas notas iam, ac eius exemplo tritas, & complanatas vltrò, alacriterq; percurrebant, ad earum culmen, atque faſtigium promouit. Ad alia igitur ſingularia planè, vulgaribuſque geſtis ſuperiora, quibus ſecundum hunc ſuum Prioratum illuſtrauit, veloci calamo exaranda propero.

Feria ſexta in Paraſceue, ſeu die Veneris Maioris Hebdomadæ Monumentum, quod ijs diebus maximo cum apparatu conſtrui ſolet, ad lugubri ritu celebrandam Saluatoris mortem, amouebatur; cum huic operi incumbentium nimia in laborando celeritate, ac imprudentia, ſeu potiùs diuina ad famulæ ſuæ gloriam permittente Prouidentia, contigit Crucifixum è ſublimi loco in terram prolabi. Vidit hoc deuotiſſima Virgo, & in medio aeris tractu ſuſpenſum precibus ſuis ſtare fecit: quaſi voluiſſet benigniſſimus Virginis Sponſus hoc miraculoſo ſucceſſu luculenter demonſtrare, vt quem-

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

quemadmodum in ea, ac per eam in alijs ipse miracula operari sibi complacebat; Ita etiam & ipsam, si non in persona propria, in sua saltem effigie per virtutem suam, gratiamque illi concessam miracula posse patrare.

Concionator quidam ad sermonem è pulpito publicè habendum se se adstrinxerat, imo & præparauerat; sed ardentissima prostratus febre, & acutissima seu cynanche, seu gutturis, aut tracheæ arteriæ, per quam ab ore ad pulmonem protensam spiritus attrahitur, & emittitur, inflammatione laborãs, à cæpto desistere cogebatur, nec ad verba faciendum spes vlla affulgebat. Eo ipso die, quo è suggestu declamaturus erat, misit ad illum V. Mater pauxillum stupæ benedictæ, quo in instanti sanatus perfectissimè conualuit, Missam celebrauit, & ad populum concionem habuit, cum maxima tum sui, tum auditorum admiratione.

Longè attamen celebrior, maiorique stupore dignior fuit Sororis Ludouicæ à Saluatore, de qua superiori capite mentionem fecimus, quamq; inter Nouitias sibi à Christo promissas tertiam numerauimus, prodigiosa sanatio. Per menses quindecim lecto iacuerat varijs, acerrimisque vexata, vel vt verius eloquar, penè confecta tum morbis, tum medicamentis. Vtrisque siquidem incurabiles quidam abscessus (quos Apostemata Græci nominãt) in interiori stomachi sede intumuerant, quibus propè diem interitura credebatur. Ideoque ad tam deplorandum statum deuenerat, vt desperata prorsus esset illius salus, & nullus ampliùs remedijs locus foret. Quin etiam & Medici Monialibus præceperant, vt ad ejus lectum vigilias agerent, & ne minimùm quidem illam loco mouerent, nisi vellent ipsam inter officiosas manus animam effillare. Obediunt obsequentissimæ Virgines Physicorum mandatis, & in Vigilia Natiuitatis Christi, ne sola relinqueretur, V. Mater Laicæ Sorori Catharinæ à Sancto Alberto iniunxit ei assisteret, dum cæteræ omnes ad Matutinas Laudes intempesta nocte concinendas in Chorum conuenirent. Aegra Virgo appetente iam hora ad persoluendum officium diuinum præfixa, seu diutino lecti accubitu tædio afficeretur, seu inopinato feruore, supernoque Dei illam sensim, ac secretò ad miraculum disponentis impulsu ageretur, excubitricem impensè rogauit, eam brachijs deferret ad cratem, seu feneſtellam, qua, vt præcedenti capite diximus, patebat aditus ad Parochialem Ecclesiam, vt si non dilecti Sponsi in paruo corpore nascentis Magnalia recitare, alios saltem harmonico illa concentu recitantes audire liceret. Obstupuit ad tam intempestiuum infirmæ postulatum pia cultor, periculosum statum obiecit, Medicorum prohibitionem intulit, nec se absque Prælatę venia id exequi posse subiunxit. Vrgentiùs tandem instante moribunda, ad V. Matrem rem totam expositura, licentiamque impetratura concessit. Quæ & ipsa quoque primùm obstupescens, mox fidei defectum causata, superiori demum spiritus ardore succensa: *Fac*, inquit, *vt petit. Sed videsis, vt illam etiam inde postmodum sanam in Chorum reducas. Hoc tibi præcipio, hoc impero.* Maiori, quam antea, stupore perculsa Laica exilitatis suæ excusationem, ad tam arduum perficiendum mandatum, obtendere voluit; Ast Mater: *Vade*, subdidit, *ad cratem substerne culcitras, quibus recumbere valeat; Tum illam defer, & à Puero Iesu magna fide, & amore impenso postula, vt in strenas sanitatem eius tibi concedat.* Imperata præstitit deuota Virgo, & ecce (res planè non mira tantum, sed & miraculosa!) eodem, quo procedebant

bant greſſu effuſæ Dei Laudes in Eccleſia, procedebat etiam in ægro corpore curatio, infirmiſque artubus diffundebatur robur. Adeò vt abſolutis Matutinis horis, cum Soror Catharina imperij materni penè oblita voluiſſet eam vulnis reſumere: *Siſte*, inſit, *melius enim, quam tu, me habeo*: Subitòque de ſtramentis, quibus incubabat, alacriter exiliens, vna cum ſtupente, ac exultante comite in Chorum perrexit, fauſta V. Matri, cæteriſque Sororibus feſta apprecatura, & cum illis omnibus in admirationem, ac laudem Dei ad tam improuiſum, ac prodigioſum ſpectaculum prorumpentibus, immenſas ipſimet gratias habitura.

Nullum ferè temporis momentum elabebatur, quin Deo intenta, intimèque vnita, ac ſupernis eius affluxibus inundata, ac veluti abſorpta videretur V. Mater. Verùm in præcipuis anni ſolemnitatibus ijs potiſſimum copioſiùs perfundebatur, adeò vt è mentis penetrali exteriùs etiam ad corpus perſæpè redundarent. Huius rei teſtes ſunt quotquot per id tempus cum ea conuixere, quæque poſtmodum referre conſueuerant, illam his diebus, ac præſertim in Choro, nunc in vberrimas deuotionis lachrymas ſolui, nunc emicantes ex eius vultu conſpexiſſe radios ſolaribus clariores: Quaſi voluiſſet Deus adhuc in terra viuenti arrham quandam tribuere eius gloriæ, quam ei reſeruabat in Cœlis.

Inter præcipua verò Eccleſiæ Feſta, quibus penitiùs afficiebatur, & in quibus pretioſiora gratiarum charifmata compertum eſt accepiſſe, primum ſanè locum obtinere debent ea, quæ Natalitijs Domini, ac Sanctiſſimo Sacramento conſecrantur. Ad ea ſolemniùs, ſanctiùſque celebranda ſubditas ſuas ſingulariter excitabat, animabatque, vt pote, ijs deſtinata myſterijs, quibus Deus Optimus Maximus, vel noſtram aſſumendo naturam, intimiùs ſe ſe nobis vniuit, vel Sanctiſſimum Corpus ſuum nobis in eſcam conferendo, auguſtiùs nos ad ſui vnionem eleuauit. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Clementiſſimus igitur Dominus eius affectui fauere, ipſumque miro modo præmiari volens, in Die Natali ſuo ſacra totam illi huius myſterij ſeriem, modumque, ſtabulum, Præſepe, Genitricem Beatiſſimam, Sanctum eius Sponſum Ioſeph, Paſtores, cæteroſque tam Angelos, quam homines reuerenter aſſiſtentes, ſe ipſum denique ſub propria pulcherrimi, amabiliſſimique pueruli ſpecie in ſpiritu demonſtrauit. Et ne de viſionis veritate ambigeret, per octauam integram mirabiles eius effectus maxima animi voluptate, ac ſuauitate percepit, atque perſenſit.

Poſtquam deinde in Vigilia Circumciſionis filias ſuas cariſſimas ad concipiendum, augendumque feruorem in illius gratiam, qui ſequēti die Sanguinem ſuum Sacratiſſimum, vix benè adhuc rubricantem, earum gratia fundere cæperat, inflammaſſet; ardentiſſimumque in earum cordibus deſiderium acuiſſet, enixis, atque frequentibus amoris actibus pretioſiſſimi illius cruoris guttulam impetrandi: Poſtera luce cum ad ſacram accederet ſynaxim ea ſiti laborans, quæ illi ex præcedentibus fauoribus obuenerat, vidit in Hoſtia Infantem Ieſum eodem modo, ac ritu, quo illum iam in die Natiuitatis conſpicata fuerat; ſibique gratioſè dicentem audiuit: *Non vnam tantum, vt optas, ſanguinis guttulam, ſed totum tibi, ſimulque, & corpus, & animam concedam.* Diuina verba, quæ & efficaciora, & penetrabiliora ſunt omni gladio ancipiti, effectu ſuo minimè caruere, quin imo adeò ſuauiter ima Virginis præcordia peruaſerunt, vt id humanis verbis expri-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

exprimi nequeat, etsi ex tam penetrante dulcore, dulcique penetratione facilè sit dignoscere, ea sacrati sanguinis virtute, quo rorabant, quemue vbique stillabant exacuata fuisse.

Hoc, effuso de Torrente voluptatis, seu potius de puteo aquæ viuæ salientis in vitam æternam, de fontibus, inquam, Saluatoris, ac cellarijs Diuini Sponsi, liquore seu perfusa, seu potata, toto die velut ebria, sensibusque aliena visa est. Sub vesperam verò eo denuò allecta, ac sitibunda, volens insuper, vt filiæ suæ aut eo satiarentur, aut eum saltem pro modulo summis labris deguſtarent; hora illa, qua à diurno labore recreantur, in loco ad id destinato, Aram erigi, Thronum superponi, & in eo speciosissimam Iesuli Iconem collocari curauit; mandauitque sacris Virginibus, vt omnes, ipsa præeunte, ordinatim procederent, pretiosi cruoris stillam expetituræ. Pio commento se præparant deuotæ filiæ, & ipsa ad Iesu pedes prior accedens, genibusque prouoluta, vix precationem suam exorsa est, cum non iam eius effigiem, sed ipsummet Iesum eadem, qua in supradictis visionibus, forma conspicuum, sibique læto vultu arridentem, ac benedicentem cernit. Quod postmodum cæteris omnibus, quamuis sensibili eius aspectu minimè fruentibus, magis, minusue alacriter, iuxta vniuscuiusque feruorem impertijsse animaduertit.

Tot diuinæ charitatis stimulis, ceu tot ignitis transfixa sagittis, venam sibi olim Salmanticæ in pectore diffractam, ibidemque consolidatam rursum sibi solui, apeririq; sensit: Eaque non parum doloris, ac cruciatus experta est, quibus tamen, dum ad Sacram Communionem accederet, affatim subleuabatur. Nec mirum sanè, quamquam & hoc etiam mirum dicendum sit, ipsam in hoc Sacramento ad fideliũ potissimum animarum solatium instituto, & vulnus & remedium inuenisse, quæ illo, vt suprà monimus, impensissimè afficiebatur, illud singularissimo veneraba tur cultu, ac demùm ad illud, tanquam ad gratiarum omnium fontem in omnibus alijs necessitatibus recurrebat, nunquam à spe sua, in desperatissimis etiam euentibus, frustrata. Liquet hoc exemplo manifestissimo. Festo die Corporis Christi ad publicam supplicationem magnificentissimum parauerat Altare, seu Thronum varijs, ac pretiosissimis gemmis exornatum. Vna ingentis pretij, ac præcipui valoris furto surrepta est. Monita V. M. à Monialibus tam acerbo successu vltrà modum afflictis, sed magis Dœmonis arte earum deuotionem sistere molientis grauiter perturbatis, ad solitum suum confugit asylum, ad ipsummet videlicet Christum Dominum sub Sacris Eucharistiæ latentem velaminibus, & expositum, remedium postulauit, & ab oratione surgens, statimque Monialibus verba faciens; *Ne turbemini*, inquit, *filiæ, quin potius exultate, quod Deum vestrum benignissimum, atque ac potentissimum in hoc Sacramento præsentem habeatis. Infensissimus eius, vestrumque inimicus, vt vos ab eius præsentia aliquantum remouere tentaret, miserum mancipium ad furtum adegit. Sed pro certo habete superna Sponsi vestri virtute pretiosum lapillum ab ipsomet prædone nobis referendum iri, antequam sacer apparatus Conuentui inferatur.* Quod equidem, vti prædixerat, factum est, deuotissimumque Virginum cætum ad immensa diuinæ bonitatis magnalia demiranda simul, ac deprædicanda compulit.

Sub id tempus Veacum venit P. F. Antonius à Matre Dei, vir pridem inter Hieronymitanos grauissimus, qui munere Concionatoris Regij apud Philippum II. Hispaniarum Regem

Regem dignissimè, summaque cum laude perfunctus fuerat; quemque V. Mater Salmantica huc pergens in via comitem habuerat, suauibusque colloquijs, ac virtutum exemplis nostræ pepererat Reformationi. Is ergo, qui apud alios Magistrum, ac Patrē spiritualem agere meritò potuisset, Sacram Virginem tanquam Matrem, tanquam Magistram auscultans, tanto sancta eius, feruentique conuersatione salutis animarū, ac martyrij desiderio succensus est, vt quamquam reipsa Carnificū manibus martyrium non obtinuerit, at in voto postmodum coronā eius, ac præmium affecutum esse indubium est; dum vnà cum quinque sociis ad infidelium conuersionem in Aethiopiam traijcens, oborta, & ingruente tempestate, frementibus Pelagi fluctibus obrutus fuit, absorpeusque, gloriosiùs inde in optatum cœlestis Patriæ portum appulsurus.

In codē oppido Veas simili propè modo vna, aut altera confabulatione, cum clarissimo quodam Ordinis Sancti Francisci Religioso inita, tantum quoque in eius pectus propagandæ fidei, ac pro Christo, animarumve salute sanguinem profundendi ardorem fertur impressisse, vt eo supra modum extimulatus, vndecim alios, & Religione, & voluntate pares sibi associauerit; & cū ijs omnibus tum ad inuisas barbarorū terras, intrepido animo transmigrarit, tum inuicto fælicem tandem martyrum sortem, palmamque arripuerit, ac pretiosa morte pro Christiani nominis causa fauste occubuerit. Quis non inde Annam nostram ad perennem, purpureamque martyrum laureolam proximè attigisse, eique candidissima inseruisse Virginalis pudoris lilia facilè perspiciat; cuius Virgineum, ac purissimum cor tanto Martyrij æstu certum est conflagrasse, totque cœlo, & Ecclesiæ martyres produxisse?

Sæuiebat hoc tempore in exiguā Reformati Carmeli Nauiculā grauissima tempestas à Mitigatis eiusdē Ordinis Patribus, bono quidem, sed nimio zelo ductis excitatam, eamque breui oppressura timebatur. Non alia in tanto discrimine affulgebat cynosura (septem stellarum est congeries, quam nauigantes obseruare solent, quamq; Astrologi Minorem Vrsam nuncupant) quam Septicollis Romæ Ciuitas, in qua supremus Ecclesiæ Nauarchus, velut in puppi sedens, dirigendæ naui Petri inuigilat, & exurgentes in eam fluctus eiurare consueuit. Verùm ex ea etiam ingruentes oppositionum, atque difficultatum vortices, tum Præpositi Generalis, tum Cardinalis Ordinis Protectoris, tum Apostolici Hispaniarum Nuntij aduersus nouum institutum reclamātium authoritate acciti, iure meritò verendi erant. Nemo Discalceatis in Curia Romana, in qua haud quaquam noti erant, vllo modo fauebat. A Fratribus, ne propriam acturi causam procederent, prohibebantur, & si non obstitissent, nulla tamen eis ad expensas facultas suppetebat: omnia propèmodū desperata videbantur: cum Annæ nostra firmissima in Deum fiducia erecta, consultis prius doctissimis Theologis, Patres duos, nimirum Ioannem à Iesu, Roca indigitatum, & Didacum à SS. Trinitate, viros probatæ virtutis, miræque in agendis prudentiæ, sub peregrina veste, Romam amandari curauit; illisque ad necessarios sumptus quadringētos ex dote Nouitiæ aureos suppeditauit.

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Illam tunc Prouincialis Castellę, tum precibus, tum minis vrgentissimè sollicitauit, vt se, suasque Moniales sub mitigatione reduceret, furculumque, vt aiebat, ex antiquo Religionis Trunco nuper extractum illi denuò tanquam naturali stirpi inseri permitteret. Sed generosa Virago, nec mollita blanditijs, nec terri-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

terriculamentis commota viriliter restitit, nec se, suasve filias truncũ alium, cui adhærere liceret, præter rerum omnium authorem Deum, Sanctumq; Patriarcham Eliam Religionis Fundatorem, cuius vestigijs insistebannt, agnoscere respondit.

Nec huius loci, nec mei muneris est, quæcumque ad generalem, optatamque totius Reformationis tranquillitatem, tum Romæ, tum in Hispanijs acta sunt enarrare, hic mihi assignare satis est, eam tandem totali à Mitigatis Patribus separatione affulsisse, adeoque ad fælicem tantæ rei exitum Annam nostram, tum supra recensitis modis, tum alijs quamplurimis, inuicto, & ineluctabili animo executioni mandatis cõtuliſſe, vt illi Sanctissima Parens Teresia scriptis ad eam haud vulgaris tenoris litteris gratias egerit; vocans ipsam columnam mysticam à Deo Religioni misericorditer cõcessam, quæ, ad instar illius, quam Deus olim Filijs Israel ex Aegypto ad terram promissionis commigrantibus prouiderat, Reformatos alumnos per varios, arduosue persecutionum anfractus, ad montem desideratum, & pinguem, ad terram fluentem lac & mel, ad virentes, amœnosque renouati Carmeli saltus securè deduceret, illuminaret opportunè, inconcussè tutaretur, atque protegeret. Nec Teresia solùm hæc grati animi signa Annæ nostræ exhibuisse contenta est, sed & ad eius instantiam primum Discalceatorum Prouinciale Capitulum duos illos supra nominatos Patres Roma reuersos ad ipsam deputauit, qui totius Reformationis nomine immensas illi quoque gratias penderent, ipsissimisque illis verbis, quibus aliàs Bethuliæ ciues Iudith allocuti fuerãt, vtentes, dicerent: *Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri*. Quæ sanè omnia, cum ex adulantis animi affectu nequaquam processisse, euidens sit; manifestissimum etiam euadit, quanta gloriæ laude digna futura sit, quæ tam gloriosè ab integerrimis illis Religionis heroibus manu, & ore meruerit laudari.

CAPVT XVII.

V. Mater Anna à Iesu, viuente adhuc S. Teresia, in Fundatricem Monasterij Granatensis deputatur, & amandatur; eique in hac fundatione mirabilia succedunt.

ABsoluto secundi Triennij tẽpore ad nouã *Priorissæ* electionem procedendum fuit. Volebant illam denuò Sacræ Virgines ad idem officium confirmare, nisi vrgentibus, ac per quatuor mẽses, quibus vltra exactum triennij producta est electio, cõtinuatis eius instantijs, precibus, obtestationibus, lachrymisque à proposito deterritæ fuissent. Coactæ igitur ad aliam suffragia transferre, in eius locum Matrem Catharinam à Iesu, de qua superiùs sermonem fecimus, quamque è duabus huius Monasterij Fũdatricibus natu maiorem esse nouimus, concordibus vocibus fuerunt, mense Iulio anno 1581. Cõtigit tunc celebris illa reuelatio Sorori Laicæ Catharinæ à S. Alberto facta, quam supra tetigimus huius libri cap. 5. quave futuram eius in Gallias, Belgiumque profectionem præmonstratam fuisse diximus.

Sex adhuc post nouæ Prælatæ assumptionem mensibus in oppido Veas demorata est V. Mater, quo tempore, quantum in spirituum discretione valeret, prodigioso successu mirabiliter eluxit. Adolescentula

tula quædam fictæ Sanctitatis opinione famosissima, & à septimo ætatis anno à Dæmone illusa, illiusve retibus præpedita ad Sacrum Relihionis habitum admitti postulauit. V. Mater Anna diuina luce perfusa, tenebrarum Principis technas statim dignouit, cohorruit, & ne vile eius mancipiũ inter illibatas Christi famulas reciperetur, quantùm potuit, enixa est. Verùm importunis multorum instantijs, ac præsertim eius Confessarij, qui ab ineunte ætate conscientiam ipsius direxerat, & D. Francisci *Sarmiento* Episcopi Iaensis, qui ad soluendam illius dotem se se vltrò offerebat, victæ tandem Moniales, quantumuis reluctante Anna nostra, illam in earum numerum aggregarunt. Veste sacra induta est, ipsoque die V. Mater ipsam secretò alloquens petijt, quomodo se haberet? cui postquam optimè, respondisset, superbo actu genio subiunxit, se dum indueretur à puero Iesu pretiosissimo ornamento fuisse amictam. Obstupuit humilis Virgo ad insolẽtis delusæ audaciam, eaque dimissa, tacita secum arcanas Dæmonis fraudes perpendit, ac demirata est. Sequenti nocte post recitatas matutinas horas, cum iam se se V. Mater in cellam recepisset, coram reliquis Sanctimonialibus stupore defixis, nec non in deuotionis lachrymas effusis, infælix Nouitia, velut extasi rapta, in aëra euehitur. Absens Anna diuinitùs de Dæmonis commento certior facta, supernoque Spiritus Sancti abrepta feruore redit in Chorũ, vbi tota rei scena cernebatur, falsã extaticam pedibus arreptam in terram detrudit, factaque Virginibus attonitis, & inani spectaculo intentis seuera correctione, illam tunc in cellam ad quiescendum duxit; Post aliquot exinde dies Priorissæ consuluit, à cõmunibus eã actibus remoueret, à cœterarum Monialium familiari conuictu segregaret, & in cellam suæ vicinam abderet, quasi frequentes raptus, ac supernaturales huiusmodi gratiæ singularẽ exigerent solitudinem. Eius consilio recens obtemperauit Prælata, pauloue post horrenda Porci circum ipsam frendentis apparitione in non leuem illusionis suspicionem venit; ac tandem omne omninò dubium amolita est, cum nocte quadam cellam eius ingressa inter Dæmonũ cateruas circumquaque per aerem teterrima nube, seu fumo offusum volitantes, exultantesque, eorum Principem sub horrida deformis Aethiopis specie ipsi incubantem, ipsamque opprimentem offendit. Cognita larua, & ad eius præsentiam subito dissipata, ad Annam nostram Priorissa confugit, quid decernendum, quid agendum inquisitura: Et illa: *Nonne præmoueram, Mater?* inquit. Mox credulum, fascinatumque Nouitiæ Confessarium aduocant, ipsique sub alio prætextu spoliatam habitu miseram tradunt, quæ postmodum à Sacro Inquisitionis Tribunali animaduersa, & detectis Dæmonis artibus ad meliorem frugem reducta, V. Matri de præstito beneficio gratias egit, Quod autem hic silentio prætereundum non est, eodem ipso die Epistolam à V. P. N. Ioanni à Cruce, Primo Reformationis fundamentali lapide, Granatæ tunc degente, acceperunt, qua illas ad Nouitię expulsionem potenter hortabatur, vt inde luculenter appareat, quam conformi Spiritus Sancti ductu, & Venerabilis Patris, & Annæ agerentur.

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Præerat tunc Granatæ illuminatissimus ille P. Ioannes à Cruce, impensè optabat Teresianas Virgines ibidem introducere. Egit ad hunc finem cum Vicario Prouinciali P.F. Didaco à Sanctissima Trinitate, tunc fortè Bæticæ Prouinciæ visitationi incumbente, & ambo cum V. Matre, quam simul inuisere.

Aliqua

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Aliqua, sed adeò incerta proposuere media, vt modica planè ad assequendum intentum spes affulgeret. Rem tamen Deo commendat Virgo pijssima, & ab eo audit, multis quidem difficultatibus ab ipsamet superandis scatere, sed bonum tandem exitum habituram. Audita communicat V. P. Ioanni à Cruce, & iste Vicario Prouinciali, quibus fiducia erecti, & in proposito confirmati ad opus se accingunt. Granatam pergit Vicarius, vt ab Archiepiscopo licentiam obtineat, domumque conducat, & P. N. Ioannes Castellæ iter arripit, vt à Prouinciali consensum impetret, & eius nutu Sanctam Fundatricem Teresiam, cũ nonnullis comitibus Abula abducat, ac Granatam perducat. Hic Prouincialem in condendo Salmanticæ Collegio, cuius futurus cursus scriptis, ac typis consignandus non Hispanias tolùm, sed vbique terrarum nomen eius, ac famã sparsurus erat, occupatum inuenit, qui facultatem omnem ad nouum Monasterium libenter impertijt, reliqua verò ad illud necessaria Sanctæ Fundatricis Prudentiæ disponẽda remisit. Illam Abulæ conuenit, vbi perfecta Numantiæ fundatione, iam à tribus mensibus in locum M. Mariæ à Christo de venia Prouincialis vltrò cedentis præposita fuerat, Deique mandato ad similem opus Burgis obeundum se se parabat. Rem exposuit V. Pater, & Virgo diuinitus monita Burgos sibi elegit, & Granatæ Annam nostram, vt præesset, tresque alias Moniales eius comites, Mariam à Christo, quæ Monasterij Abulensis curam paulò ante deposuerat; Antoniam à Spiritu Sancto, vnam è primis quatuor, quæ reformationis habitum assumpserant, & propriam Neptem Beatricem à Iesu, Toleto educendam, cui S. Mater ob virtutum præstantiam potiùs, quam affinitatem sanguinis impensè affecta erat, sui vice designauit.

Quanquam Anna nostra mira generositate, animique firmitudine polleret, vt tamen humilis erat, haud absque intimo doloris sensu socias vidit sine Sancta Fundatrice Veacum aduentantes. Non difficile tantum, sed & impossibile sibi videbatur, vt ipsamet in huius fundationis relatione fatetur, aliquod Monasterium ritè instituendum fore, absque eius præsentia, atque authoritate, quæ & primum Abulense, & cætera omnia hucusque condiderat; quantò magis illud de quo agebatur, quodque & primum Granatensis Regni, & in Capitali totius Regni Ciuitate, deficientibus prorsùs omnibus subsidijs humanis, erigendum erat. Verum enim verò quæ post fœlicem, nec non propè iam imminentem Teresiæ obitum, tot alia tum in Hispanijs, tum in Gallijs, Belgioque obeunda erat, debuit sanè adhuc ipsa viuens, factaque approbante, eorum, quæ mortem eius futuris retrò temporibus erat facienda, præludium quod, ac veluti in perficiendis fundationibus Tyrocinij experimẽtum edere, vt pote ipsius cum spiritu, tum Fundatricis tituli hæres futura. De Sanctissimæ igitur Parentis Teresiæ, Diuinique Numinis voluntate certior facta, scriptisque ab ea epistolis animata, ad magnum, arduumque se disponit incæptum.

Archiepiscopus interim Granatensis, seu annonæ caritate deterritus, seu alijs humanis rationibus ductus, vehementer obstiterat in ea seu victus penuria, seu temporum angustia Monasterium ex mendicato alendum, & non solum, vt sibi videbatur, Ciuitati inutile, sed cui oneri futurum Granatæ conderetur. Quamquam ergo Vicarius Prouincialis eò profectus, annitentibus etiam quibusdam Ciuitatis primoribus, præsertim verò licentiato Laguna, qui postmodum ad Cordubẽsem

sem Episcopatum euectus est, ac D. Ludouico de Mercado, ambo tunc Auditoribus, vrgenter apud ipsum instaret, nunquam tamen consensum valuit extorquere. Non tamen ea propter despondit animo, quin etiam consulentibus viris illis grauissimis domum secretò conduxit, ac per Nuntium Annam nostram, cum comitibus Veaco aduocauit, confidens fore, vt earum præsentia Archiepiscopi animus flecteretur.

Appulit Nuntius sub vesperam tertiæ Ianuarij, quæ dies Sabbathi erat, cum V. Mater, cum reliquis sanctimonialibus, orationi insisteret, nec de Granatensi fundatione vllatenus cogitaret, vt potè quæ mẽte intimiùs recollecta hæc Christi verba meditabatur: *Sic vos decet implere omnem iustitiam*. Improuiso tunc confusas quasdam, ac discordantes audit voces, seu potiùs flebiles quosdam, ac tristes vlulatus, quibus à recollectione abstracta est. Subita statim animum eius insedit cogitatio nil aliud id esse, quã Dæmonum commentum, futuræ fundationis exitum pertimescentium, & ad proximè affuturum illius nuntium rabiem exerentium. Dum id mente versat, altiùsuè perpendit, crescit frementium strepitus, augentur tumultuantium vociferationes, quibus adeò dirè perculsa est, vt defecerint vires, cordisque deliquium passa sit. Accurrunt perturbatæ Moniales, eiusmodi effectum, aut venæ fractioni, aut alteri causæ naturali attribuentes, opem ferunt, corroborantem deferri potionem imperat Priorissa: Tunc ipsa quibus potuit signis prohibuit, innuitque ad Conuentus potiùs Rotam pergerent, litteras Granata ad fundationem scriptas allaturæ. Res mira! vix ad designatum locum perueniunt, cum Granatensis nuntius appetit, & à Vicario Prouinciali litteras tradit, quibus Fundatrices monebat se iam pacto pretio domum conduxisse, illarumue aduentum quantociùs operiri.

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Voluit tunc Dæmon duplici alio stratagemate earum discessum impedire: Primò etenim adeò sæuam acciuit tempestatem, vt Cœlum ipsum videretur, & in pluuiam, & in grandinem solui, dilutumque iter per multos dies fore imperuium. Deinde V. Matrem adeò graui affecit ægritudine, vt postera luce, quamquam Dominica dies esset, nec pedem mouere, nec ad Chorum cellæ vicinum, vt Sacro Communionis reficeretur pabulo, deportari potuerit. Censebant omnes ipsam per hebdomadas multas lecto decubituram, nec vllum omnino ad profectionem, aut locum, aut modum relinqui existimabant. Ast ipsa (ò ineluctabilis supernarum virium virtus!) inter tot tantasque impossibilitates animosior euadebat, se postridiè profecturã constanter asserebat, vrgebatq; instãtiùs omnia ad futurum discessum necessaria pararentur. Sicut disposuerat effectum est, & ne præcedentia obstacula Dæmonis arte conficta fuisse dubitaretur, tribus horis ante sequentis Solis ortum, perfectè cõualuit; & cum prænominatis comitibus, tribusue alijs è Veacensi Cœnobio assumptis Virginibus, videlicet, Beatrice à Sãcto Michaele, Leonora Baptista, & Lucia à Sancto Ioseph, ducente V. P. N. Ioanne à Cruce, itineri se commisit.

Nouas artes explicuit infensissimus hostis, vt Sponsas Christi persequeretur in itinere, quas ab eo prioribus deterrere non valuerat. In voraginem aliquando profundissimam proximè impingendas deduxerat, cum opportuna Sancti Iosephi ope ea erutæ sunt, eo propè modo, quo aliàs è simili discrimine liberata fuerat V. Mater, dum cum Sancta Fundatrice Teresia Salmantica Veacum peteret.

Vnus postmodum è concomitantibus

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

tibus è mulo tam infestè cecidit, vt ab omnibus mortuus crederetur. Dum à circumstantibus infausto casu afflictis tentatur, an aliquid adhuc vitæ infælici lapso supersit, affuit Virgo pijssima, & tenerrimæ compassionis, & charitatis viscera pandens comitibus iniunxit precibus suis diuinæ misericordiæ ostium incessanter pulsarent, dum ipsa fusa oratione dilecto Sponso cor suum fidenter aperiens, aperiri sibi meruit, & obtinuit: confestim enim, qui mortuo similis solo iacebat, in pedes se se sanus, ac lætus erexit, & admirantibus cunctis cæptum iter prosecutus est.

Ad oppidum, quod indigenæ vulgo *Guarda Hortuna* vocant, peruenientes, aliam sibi eo loci, Religiosi instituti seu comitem, seu filiã, vel acquisiuit, vel futuram saltem prædixit; Reliquis siquidem sacris Virginibus verba faciens: *Iam hìc*, inquit, *habemus Religiosam vnam*. Veritatem prædictionis subsequens demonstrauit euentus. Vix dum enim Granatensis Conuentus erectus fuit, cum illamet, de qua locuta fuerat, sacrum in eo habitum sumpsit.

Granatã deniq; fæliciter appulsæ, nouam in ea machinam à Dœmone fabricatã reperiunt. Herus domus conductæ sciens ad excipiẽdas Moniales destinatam fuisse, inanibus eam nunquam recuperandi terriculamentis præuentus, promissis stare noluit, nec ad illam tradendam vel rationibus conuinci, vel precibus flecti, vel oblatis quinquaginta millium aureorum cautionibus persuaderi potuit. Quid in his angustijs facturæ sunt Dei Seruæ? Ad ipsum ingenti, vt solebant, confugiunt fiducia: Et Dominus Ludouicus de Mercado, Viduaque illius Soror D. Anna de Peñalosa, eximij earum fautores, insimul cohabitantes, solo charitatis, ac beneuolentiæ intuitu, seu potius superiori spiritus impulsu, mediam amplissimæ domus partem liberaliter offerunt, & in Monasterij formam decenter adaptatam libentissimè cedunt.

In eam itaque magna beneficorũ hospitum, cæterorumque omnium gratulatione se se recipiunt Sacræ Virgines; & primò locum ad Ecclesiam, seu Sacellum designatum, egregièque exornatum ingressæ, Psalmum: *Laudate Dominum omnes gentes*: deuotissimè concinunt: mox in interiora sub clausura se se recõdunt: Statimque Anna nostra contra omnium mentem ad Archiepiscopum *mittit, scripta schedula* aduentum *significat, petit benedictionem*, nec veniam tantum, *sed & ad* sequentẽ diem, qui festo sacer erat, Missam humiliter simul, ac confidẽter postulat. Incredibile dictu! Præsul ille, qui absentibus *adeò pertinaciter*, mordicusue *resistebat, præsentibus* vltrà modum *fauit*, lectas V. Matris schedulæ non semel solum, at exultanti calamo rescribit, de aduentu congratulatur, paucorum dierum infirmitatem caussatur, quod eas protinus *personaliter* non inuisat, sui vice, ac nomine Prouisorem suum deputat, *qui solemnem* sequentis lucis *functionem* perficiat, opem offert, pollicetur protectionem, omnia denique supra omnem expectationem, ne desiderium dicam, & concedit, & promittit, & imposterum executioni mandat. *Hæc mutatio*, profectò, *dextræ excelsi*, vt cum Propheta loquar. Nam audientibus in via Monialibus ipsis, cæterisque eas comitantibus, Domum eius præter naturæ ordinẽ insperatum fulmẽ tetigerat, Bibliothecam adusserat, equos in stabulo confecerat, tantoque terrore bonum Antistitem perculerat, vt exinde morbo correptus lecto decubuerit, diuinæque correptioni improuisum casum attribuens, & opportunè obtemperans, deinceps non modo Teresianarum Virginum vo-

tis

tis non contradixerit, ſed eas etiam tum ſpiritualibus, tum temporalibus ſubſidijs adiuuerit, ac frequenter præuenerit.

Inita miro populi concurſu nouæ fundationis poſſeſſione, collocatoque in Eccleſia maxima celebritate Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, dici nequit quanto cum feruore, animorumque iubilo per arctiſſimã perfectionis ſemitam Sponſæ Chriſti incederent. Solabatur illas continuò Sponſus electus ex millibus, ſummèque ab ipſis dilectus adeò ſingulari præſentiæ ſuæ ſenſu, vt per ſeptem præſertim menſium ſpatium, quo in aliena, mutuataque domo permanſere, ipſum non tam ſacris contectum velaminibus, quam ſibi ſenſibiliter aſſiſtentem expertæ fuerint. Spargebatur inde ſanctitatis odor ſuauiſſimus, & extra exigui Cœnobij cancellos erumpens, mirabili fragrantia vniuerſorum corda rapiebat, necnon quamplurimarum adoleſcentularum mentes ad Religioſæ vitæ deſiderium inaudito æſtu ſuccendit. Sacrum ſiquidem habitum poſtulantium multitudo adeo excreuiſſe compertum eſt, vt vltrà ducentorum numerum pertigerit; quæ licet nõ omnes eo donatæ fuerint, tam inſolito tamen affluxu huiuſce Monaſterij perfectionem, legitimamq; veneration em abundè cõprobarunt. Extrema tamen omnium penuria ſecretò laborabant ſactæ Virgines, quam inuicto, hilarique animo ſufferebant, quaue nonniſi à V. P. N. Ioanne à Cruce Religioſorum Conuentus Priore, beneficiſq; hoſpitibus, etſi tantæ neceſſitatis ignaris, aliquantum ſubleuabantur. Torquebant tenerrima V. Matris viſcera vrgentia filiarum incommoda, & interdum cum Chriſto amanter conquerebatur. Vice quadam idem, quod olim ab ipſo Apoſtolis factum fuerat, reſponſum tulit: *Quando miſi vos ſine ſaculo, & pera, & calceamentis: Nunquid aliquid defuit vobis?* Aliàs etiam diuinitùs, longèque clariùs in interiori animæ centro hæc Pſalmi 90. verba ſibi dicta percepit: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Dictorum veritatem rei exitus patefecit: exinde enim cuncta illis affatim ſuppetere, ac fæliciter proſperari cœperunt.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Septimo poſt fundationem exacto menſe Prouincialis Granatam venit, & illas in domum proprio ære conductam, non abſque gratorum hoſpitum mœrore tranſtulit. In ea dum temporali, ſpiritualique filiarum profectui attendit V. Mater in grauiſſimam infirmitatem incidit, qua breui creditur moritura. Ad quartam Octobris diem Sancto Franciſco Sacram, ac Sanctæ Tereſiæ obitu celebrem, & ipſi quidem Diuæ Parenti fælicem, ac deſiderabilem, at orbis filijs infauſtam, ac luctuoſam, vis morbi protrahitur; Tuncque non tam Annæ noſtræ, quã Tereſiæ mortem veluti præſagiens, tam dirè illam excruciat, tot tantiſque exagitat ſymptomatibus, vt V. P. N. Ioannes à Cruce, totam noctem inſomnem agere coactus fuerit, vt ſi quid intermiſſionis foret Sanctiſſimum ei Euchariſtiæ Sacramentum ſubminiſtrare poſſet. Sub Auroram igitur eo refecta eſt, cumque ad eius petitionem ſolam illam omnes, vt liberiùs Deo gratias rependeret, reliquiſſent; circumfulſit illam ſubito lux de Cœlo, Sanctaque Mater Tereſia hac ipſa die Albæ vita defuncta, ſplendidiſſimis emicans radijs illi apparuit: de nouis quibuſdam, ſingularibus, peregriniſque, & ab Inſtituto noſtro alienis deuotionibus, quas neſcio, qui non in ſuo quidem, ſed in alio Reformationis Monaſterio introducere conabantur, admonuit, vt de illis quantocyus eradicandis Superiores vrgeret; ac tandem ſtupentibus cunctis, ac præſertim medicis ipſis rem totam non naturæ viribus, ſed ſuperna-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

pernaturali cuidam virtuti referentibus, pristinæ sanitati restituit.

In Vigilia Sancti Ioseph post decantatas à Monialibus matutinas laudes, cuiusdam per Ecclesiam gradientis, fortiterque manibus applaudentis strepitum percipiunt. Ex solito signo agnoscit V. Mater Sanctæ Fundatricis Teresiæ magnum aliquid innuentis præsentiam. Dimissis ad quiescendum Sororibus, ipsa quiescere non valens, aliquidue in Ecclesia prouidendum prudenter suspicata, Sacristanum mittit quid rei sit exploraturum, & ille reclusas reperit Sacrarum ædium valuas, eo tamen modo ac si clausæ forent adaptatas, sic autem de industria relictas à quodam Fabro lignario, Conuentui familiari, vt noctu pretiosam, qua exornatum erat Altare, suppellectilem securè deprædaretur; quod postmodum inopinata miseri furis, qui nusquam impostorum comparuit, euasione compertum est.

E supradicto Sacram vestem efflagitantium numero sex Choro addicendas, duasue Laicarum ministerijs deputandas delegit V. Mater, quas cum aliquando Domino commendaret, illi dictum est: *Tu eas ad modum figuli plastices agentis efforma; Ego verò postmodum deaurabo.* Et certè vtriusque opera tam eximijs omnes virtutum ornamentis condecoratæ sunt, vt facile sit videre qua artificum manu ad tam sublimem perfectionis statū pertingere potuerint. His tanquam œstro percitus inuidentissimus humanæ salutis hostis, nihil inausum, nihil intentatum reliquit, vt eas, & à proposito, & à Claustro abduceret. Nunc illas sub ingentis, se seque vltrò rotantis globi specie persequebatur, nunc sub horrenda sibilantis colubri, vel alterius monstri ignē spirantis, minasque intentantis figura terrere nitebatur; nunc demum alijs modis, laruisque alijs vexare satagebat. Quæ tamen omnia ad V. Matris præsentiam, ad quam omnes tanquam ad securissimum confugiebant asylum, illicò euanescere cernebantur.

Decimo post earum Tyrocinij mense, appetente iam earumdem professionis tempore, cogitabat V. Mater de ipsarum dotibus ad propriam sibi domum emendam insumendis. De pluribus actum est, de nullis potuit conueniri. Sub id tempus D. Ioannes *de Guſman* Marchio *de Ardales* periculoso morbo correptus ad vltimum vitæ discrimen redactus est, ac *de Medicorum* sententia *breui moriturus credebatur*. D. Ducissa de Sesa ipsi impensè affecta ex oppido *Varna*, in quo decūbebat, scripsit ad Annam nostram, vt cum vna cum cæteris sanctimonialibus, quarum precibus maximè confidebat, in oratione *Domino* commendaret. Fecit haec, quod illa postulabat, consulto videlicet V. Ioanne Hieronymo, tunc temporis domus Societatis Iesu Rectore, particulam habitus Sanctæ Matris Teresiæ misit ad Ducissam ægro fideliter applicandam; eaque vix admota moribundus statim miraculosè conualuit; & Ducissa in grati animi signum non epistolam tantæ gratitudinis, & obseruantiæ suæ testem rescripsit, sed & domus Magni Ducis ad Conuentū stabiliendū liberaliter, ac gratuitò obtulit. Ipsi ergo gratanter acceptatis, pactoque pecunia D. Ludouici à *Cardona*, illas sui iuris esse censentis ac litigantis, animo, illuc tandem Monasterium translatum est, & ad hodiernam vsque diem perseuerat, ac mirum in modum prosperatur.

Ad virtutis experimentum, ac subsequentium gratiarum dispositionem, ac meritum, potiùs quam in vllius, vel minimi defectus poenam, mulctationemque V. P. N. Ioannes à Cruce Conuentus Martyrum Prior, purissimæque illius conscientiæ director, atque in via spiri-

ſpiritus Magiſter perſpicaciſſimus, ne ad ſacram deinceps accederet ſynaxim, ad quam ardentiſſimè anhelare perſpexerat, donec ab ipſo concederetur, interdixit. Aegrè, ſed humillimè tulit Patris prohibitionem obſequentiſſima Virgo; & ad diutinam dilecti ſui orbitatem cordis palpitatione, qua interdum afficiebatur, acriùs infeſtari ſe ſenſit; ac ſi cor eius famelicum ſacrum appetens cibum, & ad eius priuationem impatiens per vacuum pectoris receptaculum verſaretur, & exiliret. Conceſſa poſt dies aliquot communicandi facultate, feſto die Sancti Matthei Apoſtoli, ad deſiderati pabuli aſpectum, longè maiori quam antea cordis exultantis tripudio exagitari ſe percipit, cumque ipſum Sponſo cariſſimo inſtanter offerret, inauditum planè prodigium! è pectore velut auulſum, atque erumpens ei ſe ſe ſub ſacris velaminibus inuiſenti obuiam ire cernit: & ex eo momento, non ſecus ac ſi corde prorſus caruiſſet, nullum ampliùs non ſolum præternaturalium illorum motuum, ſed nec etiam naturalis pulſus veſtigium in ea relictum fuit, vt multis Sacrarum Virginum manus pectori admouentium experimentis, nec non earum poſt hac fide dignis depoſitionibus probatum eſt.

Exinde Chriſtus Dominus exæſtuanti Virginis amori haud quaquam cedens, illiuſue impetus viciſſim æmulatus, miro quodam modo, humaniſue ingenijs imperſcrutabili fauore, Ter illam in medio ſacri lateris vulnere cordis loco recondere dignatus eſt; & in eo velut in auguſtiſſimo Cœleſtium myſteriorum, humanorumue arcanorum Sacrario, cum ea familiariter, ac peramanter conuerſari; verba facere, quæ non licet homini loqui; ſecreta pandere, poſtulationes excipere, futuros euentus reuelare, omnia denique intimæ neceſſitudinis, ac beneuolentiæ argumenta præbere; Adeò vt cum Apoſtolo meritò exclamare potuiſſet: *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Ab Anno Chriſt 1604 ad 1605.

Hæc tantarum gratiarum chariſmata altè perpendens V. P. N. Ioannes à Cruce, illiſque prudenter ſe ſe accommodans, vt quotidiè communicare poſſet libenter indulſit; quod deinceps per reliquum vitæ ad annos quadraginta protractæ curriculum continuauit. Tunc etiã ipſa rogante, illuminatiſſimus ille myſticæ Theologiæ Doctor, Magiſterque peritiſſimus, ſpiritualium ſuorum Canticorum profundiſſimã ſimul, clariſſimamque edidit expoſitionem, in qua velut in pellucidiſſimo ſpeculo reconditiſſima, altiſſimaque contemplationis ſupernaturalis arcana oculis exhibentur, faciliſque ad ea via ſternitur.

Non caruit grati animi ſignificatione, aut etiam mercede ſuſceptus eius gratia vtiliſſimus labor: Cum enim V. Pater deforis aliquando Granatam remearet; Annæ ope, imo & ſenſibili quidem, ſed inuiſibili manu è præcipiti loco, in quem ruiturus ceciderat, erutus eſt, vt poſtmodum ab ipſa caſum, tempuſue deſignante reſciuit: Atque ita non aureorum tantum, diuinorumque illorum operum productionem, ſed & miraculoſam etiam Authoris conſeruationem, ſalutemque illi debemus. Vtriuſque animam Sancta Mater Tereſia, dum adhuc in viuis ageret, ſcriptis vtrimque commendatitijs epiſtolis, arctiſſimo charitatis vinculo colligauerat, vtrumque nunc poſt fœlicem obitum, tanquam præcipuas Reformationis ſuæ columnas, ac ſpiritus ſui hæredes, medijs ſuis reliquijs à mortifera peſtis lue, qua vterque eodem prope tempore correptus fuerat, ſanauit. Inde liquet quam mira fuerit vtriuſque conformitas, ac ſimilitudo, quæ etiam lucu-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

luculentiùs emicuit; tum portentosa, terribilique visione, qua de futuris laboribus, quos ambo eadem de causa exanthlandi erant, præmonebantur; tum gratiori alia, suauiorique, qua cum in contemplatione Domini foret absorpta, assistentem sibi V. Patrem, vna cum D. Anna de Peñalosa conspexit, stupentique ipsummet Dominum sibi dicentem audiuit: *Ne mireris hos mecum hìc adstantes videre: quos enim in me diligis, hos semper in me reperies.* Venerabundum sanè, omnique exceptione maius diuini oris proloquium, ac testimonium, cui contradicere nefas esset.

CAPVT XVIII.

Post obitum Sanctæ Matris Teresiæ, ac iuxta illius Prophetiam, ad fundationem Madritensem ineundam eligitur V. Mater Anna à Iesu; & ibidem Cœlestibus visionibus, gratijsque diuinitùs acceptis emicat.

INcumbebat interim Veacensis Cœnobij regimini M. Catharina à Iesu, quam V. Mater Anna à Iesu sui loco præponi procurauerat, omniaque Sanctæ, ac prudentissimæ Prælatæ munia summa cum laude, subditarumue approbatione gerebat. Cæterum completo officij sui tempore, rursus, ad illud Animam nostram, quam semper tanquam primigeniam, vt ita dicam, communemue Parentem reuerebantur, ac diligebant, vnanimi consensu Sacræ Virgines elegerunt. At verò cum illam Deus Optimus Maximus, eoque inspirante superiores Ordinis ad alia longè maiora, magisque vrgentia destinarent, earum votis annuere nec possibile, nec rationabile fuit.

Ea propter cum anno insequenti 1583. de fundatione Malacensi actum sit, eam superiores ad illam perficiendam, vna cum monialibus pro libito suo assumendis, deputarunt. Vix futurus eius discessus Granatæ rescitus est, cum tota pænè Ciuitas eo vltrà modum comta, perturbataque ipsum totis nisibus impedire decreuit; ac re ipsa tam acriter se se illi opposuit, vt V. Mater illuc pergere prohibita sit, insolitaque renitētia victa alias vice sui Moniales de superiorum consensu mittere coacta fuerit, videlicet, Mariam à Christo, quam olim Abulæ præfuisse suprà notauimus, quamque tunc alijs præposuit, Mariam à Iesu, quam ad Supremissimum munus designauit, & Catharinam à Iesu, non illam, quam Veacensem Conuentum rexisse præmonuimus, Sed aliam, quæ Granatæ degens, quibus quartā iuxta Prioriſſæ Veacensis beneplacitum è communitate sua eligendam adiunxit. Quamuis igitur ad nouum præsentia sua instituendum Monasterium Malacā non petierit, meritò tamen Fundatricis illius Titulo gaudere debet, vt potè quæ quantumuis absens totam illius curam vnicè sibi commissam libenter suscepit, ac indefessè continuauit, omnia ad perfectam eius stabilitatem vigilanter prouidens, ac per litteras executioni mandans.

Inter gratias gratis datas, quibus Clementissimus Deus famulæ suæ animam exornauerat, elaxit præsertim ea tempestate donum Prophetiæ, quo varios futurarum rerum euentus adeò clarè præuidit, exactèque prædixit, ac si eos præsentes conspexisset. Infaustam prænunciauit mortem, tum P. Petri ab Angelis, qui iuxta V. P. N. Ioannis à Cruce præsagium, è Reformato ad

mitigatum inſtitutum Romæ defecerat; Granatam reuerſus rudem Reformationis pallium Mulieri cuidam maximo cum deſpectu ad cunas inſtruendas vendiderat, quod tamen ægrè ferens V. Mater, vindictamque à Sanctiſſima Virgine venditori comminata, pecunia redemit; ac tandem contra prohibitionem ſibi ab eadem V. Matre factam, Monaſterij Eccleſiam ingreſſus, & oculos è capite decidentes, & vitam amiſit: Tum etiam cuiuſdam Monialis, quæ contra V. Matris mentem ad habitū, ac profeſſionem admiſſa, paulò poſt inſaniens, ab excelſa demùm feneſtra ſe ſe præcipitem dedit; quamuis vtrique pijſſima Virgo enixis precibus, & Sacramentorum opem, & æternam ſalutem obtinuerit.

Triſte aliquando aduenerat nuntium P. Hieronymum Gratianum, cuius Soror inter huius Conuentus Nouitias tunc habebatur, vita exceſſiſſe. Illum V. Mater Deo commendans orationi inſtabat, qua finita ſororem affata: *Eia*, inquit, *lętare, filia: Benè valet P. Hieronymus, & hac ipſa hora in tali loco Miſſam celebrat.* Notatiſque hora, & loco, ita eſſe ſicut V. Mater Prædixerat compertum eſt. Simili propè modo, cum aliàs pro Fratre Sororis Mariæ à Sancto Ioanne Apoplexia correpto Dominum diutiùs exoraſſet, ſudore madida ab oratione ſurgens, prædictamque Sororem manu prehendens: *Viuet*, inſit, *profectò Frater tuus, ò Filia, id enim Deus mihi conceſſit: ſed vide quanto ſudoris diſpendio obtinuerim.* Et eadem ipſa hora renuntiatum eſt ipſum è ſpaſmate ad ſe redijſſe, ac melius ſe habere.

Annos aliquot antequam in Sancto Monte Granatæ vicino Sacræ Reliquiæ reperirentur, ipſas iam illi in ſpiritu manifeſtauerat Dominus; vnde ad præaltæ Turris faſtigium, quo prædictus Mons proſpici poterat, frequenter aſcendere ſolebat, vt ad illum conuerſa preces funderet. Sub id tempus etiam, dum Miſſę ſolemniter decantatę aſſiſteret, & ad hæc Symboli Apoſtolici verba ventum eſſet: *Et Regni eius non erit finis*: Subijt mentem eius repentina cogitatio, quantum præfata verba Sanctæ Parenti Teresiæ placuiſſent, quantumque gaudij, & exultationis inde hauſiſſet: Tunc benigniſſimus Dominus futuram eius Canonizationem illi reuelauit, dicens: *Nec eius etiam laudes vllum vnquam finem ſunt habiturę*: His ſanè verbis indicans feſtum eius in Eccleſia celebrandum fore, eiuſue encomia publicè, ac perenniter prædicanda. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Vocauit ad ſe aliquando V. Mater nobilem quandam adoleſcentulam viro paris nobilitatis iam deſponſatam; ipſi ſuperiori acta ſpiritu conſuluit ne vlterius procederet, eiuſmodi matrimonium ſibi non conuenire, illam Deum apud Diſcalceatas velle. Hoc confeſtim conſilio mutata, è veſtigio, ad modum Sancti Alexij, terreno Sponſo nuncium remiſit, ac Cæleſti ſe ſe inter Teresianas Virgines conſecrauit: Vixque ſacrum habitum ſumpſerat, cum futurus eius Sponſus, inito cum altera coniugio, inopinata morte defunctus eſt. Eodem pariter ſuperno lumine illuſtrata vicequadam acceptandā Capitulo Nouitiam propoſuit, priuſquam habitum poſtulaſſet, aut Religioſæ vitæ deſiderium vlli aperuiſſet: Quæ poſtmodum ad hunc finem V. Matrem inuiſens, non leui ſtupore perculſa eſt, cum ab ea, & totā propoſiti ſui ſeriem, & præcocem Capituli acceptationem audiuit. Hoc denique diuino fulgore irradiata, lecto cum à Medicis deſperata decumberet, & omnes animam proximè efflandam putarent, affuturam præuidit, prædixitque afflictis filiabus conualeſcentiam, vitamque ad lon-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

longos annos protrahendam, vt re ipsa contigisse videre est.

Verum non in Prophetiæ tantum dono, sed & in sanitatum gratia eo tempore eluxisse memoriæ proditũ est. E Tyronibus etenim Sororibus vnam in vltimo vitæ agone existẽtem, Sacroue iam Extremæ Vnctionis Oleo delibutam, ad instantiam, & impulsum alterius, cui ad sepulturam necessaria præparandi cura demandata erat, solo blandientium manuum tactu sanitati restituit. Aliam verò, quæ pridie quam vota solemniter nuncuparet, veloque publicè donaretur, infœlici casu palpebras, supercilia, totamque pœnè faciẽ sibi combusserat, ignisque actiuitate, priusquam cæteræ opem ferre possent deformauerat, simili manuum contactu perfectissimè in instanti sanauit, vultumque illius pulchiorem, & non palpebris modo, ac supercilijs, sed insolito, ac maiori longè decore exornatum, emicantemque reddidit.

Interim dum lige Granatæ Media Anna nostra tum oracula ederentur, tum patrarentur miracula, Triplex Abulæ miraculum in corpore Sanctæ Matris Teresiæ illuc à Superioribus Alba translato, perfectæ nimirum incorruptionis, suauissimi odoris, liquorisque cœlestis perpetuò fluentis cernebatur, singularis vbique sanctitatis famam spargebat, ac de mandato Regio à grauissimis viris, Paulo *de Laguna* Indici consilij tunc temporis Præside, postea verò Episcopo Cordubensi, Fr̃ãcisco *de Contreras*, qui Regi à consilijs erat, quibus postmodùm præpositus fuit, despectisque tandem, ac relictis eiusmodi sæcularis ambitionis vmbris, egregium vanitatis curiæ, solidæque pietatis exemplũ præbuit; ac Didaco *de Tepes* Philippi II. Confessario, posthac verò Turiassonensi Præsule, Seraphicæque ipsius Teresiæ Vitæ scriptore clarissimo, comprobatum, nobilium Curialium animos Madriti permouit, & in admirationem simul, ac venerationem supra modum rapuit. Cœpit exinde pius in Matrem affectus ad filios etiam eius diffundi, eorumue desiderium per vniuersas Hispaniarum Prouincias, præcipuasque Ciuitates accendere. Madritum præsertim Regum Curia, tantorumque Regnorum veluti caput, eo ornamento, bonoue carere patienter non ferebat, quamprimumque donari ardentissimè exoptabat. Archiepiscopus ipse Toletanus D. Gaspar *de Quiroga S. R. E. Cardinalis, cuius ditioni Matritum* subiacebat, quique viuenti Teresiæ licentiam ibidem fundandi pertinaciter denegauerat, his modo tum defunctæ prodigijs, tum populorũ, Magnatum, ipsiusque Regis *voris* commotus, illam vltrò *concessit*, & ad instituenda Cœnobia *superiores* Ordinis vrgentissimè impulit.

Primùm igitur fundato Vtrorum Conuentu sub titulo, ac Patrocinio Sancti Hermenigildi Regis, ac Martyris, de condendo Virginum *actum* est: Atque ad id opus Anna nostra, vt potè Teresiani spiritus, ac *Fundatricis* muneris Hæres, cum sex alijs à se eligendis, & è varijs Monasterijs educendis, videlicet, Beatrice à Iesu Laica è Granatensi, Agnete à Sancto Augustino, & Maria à Iesu è Malagonensi, ac denique è Toletano Guiomara à Iesu, & Maria à Natiuitate, quæ Supprioris officium gerere debebat, vocata fuit. Molestissimè tulerunt Granatenses V. Matris discessum, non audentibus tamen hac vice Madritensium optatis, nec non Primatũ, Regisque ipsius authoritati reluctari, sub V. P. N: Ioannis à Cruce ductu, quanquam insolito diuini amoris impetu, à die festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, quo vehementem admodum extasim passa fuerat, sibi relicto, ac continuato potiùs quam alicuius corporalis infirmi-

firmitatis vi, languens, Madritum cum comitibus profecta est.

Vt autem Populi, Nobiliumque sibi obuiam venientium concursum euitarent, lentiùs quam par esset, ex composito procedentes, ac per horam integram noctu progredientes, cælesti luce desuper illapsa, ac meridiano sole longè clariori circumfusæ sunt, & ad Ciuitatem vsque comitatæ, remanente interim reliquo aere ab earum curribus aliquantum disito densissimis circũquaque tenebris obducto. Quasi Cœlum ipsum voluisset præternaturali hoc lumine, tum ephæborum vice faces præferentium viam ostẽdere, tum veluti festiuis ignibus earum aduentum in capitali, clarissimaque totius Regni Ciuitate celebrare. Stupebant omnes ad inexpectatum splendorem, imo & inassueto deuotionis sensu percellebantur: dum nouum odoris suauissimi, ac prorsus similis ei, quem sacrum corpus, cæteræque Teresiæ Reliquiæ spirare solebant, prodigium præcedentis admirationem auxit, deuotionem ingeminauit. Ideoque Anna nostra exultantis spiritus æstu abrepta socias alloquens: *Ne miremini*, inquit, *Sancta Mater Teresia à Iesu nobiscum venit, de cæpto opere nobis congratulans, nosque ad illud perficiendum, vt potè in maximam Dei gloriam cessurum, impensè animans*.

Itaque tam illustri stipatæ, tam potenti protectæ comitatu Madritũ appulerunt in Vigilia Natiuitatis B. Virginis 7. Septembris an. 1586. Ac si haud dedignata fuisset Sanctissima Dei Genitrix, Carmelique Mater beneficentissima Sacratissimo suo ortu nouæ huius domus exordia consecrare. Apud D. Garciam *de Aluarado* Domus Imperatricis Præfectum, ac paulò post Regia gratificatione comitem de Villamor, Hospitio liberaliter exceptæ sunt; Cumque V. Mater, ab Vxore illius D. Mariamna *de Velasco* constabulariorum Castellæ Nepte rogata, mensæ benedicere voluisset, eleuata manu substitit aliquandiù immobilis, ac extra se rapta, cunctis ad inopinatum, deuotumque spectaculum admiratione simul, ac deuotione defixis, & ad Deum gratiarum largitorem benedicendum adactis.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Monasterium deinde Monialium Sanctæ Clarę ad inuisendam, reuerendamque Imperatricem Mariam Hispaniarum Regis Sororem, Viro viduatam, & ibidem commorantẽ, per nouem dies, quibus in propriam domum se se recipere nequiuere, non semel ingressæ sunt. Mox datis, acceptisque mutuò haud leuibus hinc reuerentiæ & obsequij, illinc fauoris, ac beneuolentiæ, signis, in domum tandem sibi à Prouinciali conductam intempesta nocte, ne à populo concurrente molestarẽtur, commigrarunt. Postera Incę ineunda erat solemniter possessio, celebrandum Sacrum, Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia collocandum. Locus ad sacellum designatus, & imparatus erat, & nimium angustus visus est. Vix reliquum noctis sufficiebat ad omnia ritè, decenterque componenda. Protinus igitur omnes manum operi admouent; cumque ad ampliandum locum interiacentem diruendum esse parietem censuissent, & adolescens quidam Monasterij seruitio mancipatus huic labori intendere cæpisset, repentino scalæ lapsu è summitate eius ipse in terram decidit, interceptaque gradibus tibia in partes diffracta est. Nemo aderat, qui opem ferre, nemo qui hac hora chyrurgum vocare valeret. Tunc deplorando casu, clamoribusque miseri læsi accita, commotaque, sed magis fide plena, spe erecta, charitate flagrans, V. Mater laneum strophiolum porrexit, quo disruptæ Tibiæ partes colligaret. Ast infælici

nil

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

nil virium niſi ad vociferãdum ſuppetebat: Ideòque Sacræ Virgines ipſæ proprias manus huic pietatis officio adaptarunt. Et ecce (ò diuinæ potentiæ, bonitatiſque irrefragabile argumentum!) ad primum rudis panniculi contactum diſpulſus eſt dolor omnis, Aegerque ſolo iacens eo ipſo momento ſenſit oſſa diſſoluta commoueri, commiſceri, compaginari, ac perfectiſſimè conſolidari: adeò vt ſanus, ac lætus exiliens, cæptum opus reſumpſerit, & ante diluculum omnia ad celebritatem neceſſaria diſpoſuerit.

Altera quoque ſub id tempus miraculoſa contigit Comitis Triuultij Mediolanenſes inter Magnates præcipui curatio, eo ſanè clarior, atque celebrior, quo in perſona nobilitate ſanguinis clariori, illuſtriorique perfecta eſt. Infirmitate profligatus lecto decumbebat, cum Tereſianæ Virgines Madritum aduenerant. Surrexit tamen, vt eas apud Imperatricem comitaretur. Exinde ingraueſcente morbo ad vltimum vitæ terminum redactus eſt: Cumque nocte quadam deſperatus à Medicis animam efflaturus crederetur, ſeptem Virgines illæ, præcunte Sancta earum Matre Tereſia, improuisò ſibi apparuere, ſubitoque ab ipſa Sãctiſſima Parente priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati. Quapropter in ſignum gratitudinis ſequenti mane haud exiguam pecuniæ ſummam ad recens Monaſterium per Confeſſariũ miſit, triginta argenteos quolibet Die Veneris in eleemoſynam erogandos, ac deferendos promiſit; & impoſterum propenſiori ſacris Virginibus affectu addictus, ipſis in omnibus ſingulariter fauit, & in ditione ſua nouum eiuſdem inſtituti Monaſterium condere decreuit.

Haud facile dictu eſt quanta V. Mater tum generoſi temporalium rerum deſpectus, tum munificentiſſimæ liberalitatis ſigna in hoc Conuentu ediderit. Nouitiam quandam pari nobilitatis, ac virtutis præſtantia inſignem, nimia tamen debilitate, delicatiorique corporis habitudine ad tolerandos Religionis rigores ineptam, non ſine tum illius, tum conſanguineorum, tum etiam ſui ipſius dolore, ac lachrymis conſtanti, inuictoque animo dimiſit, etſi ab ipſa ingẽtis valoris dos ſperaretur; ne illius occaſione tantillum ſolitæ auſteritatis remitti contingeret: Quę poſtmodum iuxta illius conſilium, ac preuiſionem mitius inſtitutum profeſſa, *non ſibi ſolùm, ſed & illis, quibuscum verſata eſt*, mirificè *profecit*; *non vulgare* Religioſæ perfectionis nomen adepta eſt; & prudentiſſimum V. Matris facinus demirari, eiuſue ſanctitatem deprædicare nunquam ceſſauit.

Cum de inſtituendis *primum* Valentiæ, deinde Quencæ *Monaſterijs* ageretur, nec vnde procurarentur neceſſaria ſpes vlla ſubeſſet, animoſa Virgo nunquam confidentia deiecta, Moniales illuc perrecturas è Conuentu Veacenſi, alijſque aduocauit, ſuppellectilem omnem prouidit, ſexcentos inſuper aureos elargita eſt, ne vnum quidem *obolum* ſibi retinens: cumque Monialis quædam, ſeu minori fide præſtans, ſeu Sororum neceſſitati plus æquo indulgens, percunctaretur quid ageret? fidenter ipſa reſpondens: *Quid cunctaris*, inquit, *filia? quod meum erat feci: Dei nunc eſt, noſtri cum aſſumere.*

Et certè tam fideli, vigilantique Prouiſori fidere poterat fidelissima Virgo, totamque in eo ſpem ſuam reponere, quem per vndecim annos, quibus iam diuerſis monaſterijs præfuerat, vt ipſamet ingenuè fatebatur, ſibi affatim neceſſaria cuncta ſubminiſtrantem experta fuerat; ac deinceps in hoc etiam non minus expertura erat. Longum foret experimenta ſingula recenſere, pauca præ cæteris eligam breuiter hic perſtringenda.

Si

Si quando in monaſterio aliquid ſeu pro infirmis, ſeu pro alijs deeſſe cõtingeret, & miniſtrarum aliqua ad ipſam accederet penuriam expoſitura: *Vade, Filia*, replicare ſolebat, *pete à Domino, & ne dubites quin ſtatim ſubueniat*. Vix dictis obtemperare cæperant, cum res omnes, quibus indigebant, ad Monaſterij Rotam deferebantur, ipſæque Rotæ miniſtræ ictu campanulę ad Ianuam appenſæ vocatæ, reperiebant, neſciæ vnde allatæ, aut à quo repoſitæ fuiſſent. Sic cum aliquando in die Sabathi Sancti V. Mater Deum exoraſſet, Piſces ſibi prouideret ad Feſta Paſchalja lautiùs celebranda, ſponſaſque ſuas inaſſueto obſonio recreandas, eo quem diximus modo ab incognita perſona in eleemoſynam miſſi ſunt.

Voluit die quadam miſericors Dominus dilectas Virgines media Sponſa ſua dilectiſſima participes fieri, eius miraculi, quod ipſe olim in Deſerto patrauerat. Quatuor tantum domi ſuppetebant panes, quorum duo Sacriſtæ, Fratrique Laico exterioribus miniſterijs deputato erogandi erant. Reliqui erãt duo ad octodecim Monialium refectionem apponendi, ſed quid hæc inter tantas? vt aliàs Apoſtoli dicebant Chriſto Domino. Illas attamen V. M. menſæ aſſidere iuſſit, panes benedixit, diſtribuere imperauit; & ecce ſtupendo prodigio, dum diſpartita fruſta minuebantur dentibus, inter earum manus multiplicabantur: adeo vt pro ſolito refectæ ſint, reſiduaque fragmenta in longè maiorem, quam duorum panum, quantitatem excreuerint, & pauperibus in eleemoſynam fuerint elargita.

Simili quoque modo (vt ex iuridica Sacriſtani depoſitione probatũ eſt) contigit aliquando paucas olei guttulas in accenſa Eccleſię lampade, non à Veſpera ſolum ad mane perduraſſe, ſed etiam multiplicatas fuiſſe: ſoloque V. Matris contactu chryſtallinum vas Altari floribus exornando idoneum, & ab ipſomet in minutiſſimas partes diffractum, illico coaluiſſe, adeo vt nec minimum fractionis veſtigium remanſerit. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Tanta tunc erat Annæ noſtræ apud omnes exiſtimatio, vt ad illam certatim tanquam ad veræ perfectionis, myſticæque Theologiæ Magiſtram concurrerent, diuerſorumque ordinum viri, tum pietate, tum doctrina clariſſimi eam miris laudibus euehere non ceſſarent. Singulari igitur, qua pollebat apud omnes authoritate, cœpit ex tunc librum Vitæ Sanctæ Matris Tereſiæ à Sãctę Inquiſitionis Archiuio eruere, & cum duobus alijs, videlicet Viæ Perfectionis, & Manſionum, ſeu Caſtelli animæ, R. P. Magiſtro *de Leon* Ordinis Sancti Auguſtini fulgentiſſimo ſyderi, ac per totam Hiſpaniam, imo & per vniuerſum Orbẽ Doctori celeberrimo, ſibique ac Sanctæ Parenti Tereſiæ ſummè affecto, in ordine ad impreſſionem examinandos, & approbandos tradere: Ac tandem poſt annum integrum huic labori inſumptum, vt ſub Imperatricis auſpicio, ac protectione, Typis mandarentur procurauit: de quo ab ipſamet Sancta Matre Tereſia ſibi cœlitus apparente gratias accepit.

Non minor fuit Matriti, quam fuerat pridem Veaci, Nobiliſſimarum adoleſcentularum ad odorem ſpiritualium virtutum V. Matris vnguentorum accurrentium, Sacrumque Rẽligionis habitum efflagitantium numerus. Inter illas duodecim præſertim ſelegit, quas omnes miro, quo ſolebat, modo non tam ad primitiuam obſeruantiam, quam ad nouas fundationes obeundas, vel ad regimen aliarum, ad quod poſtmodum extollendæ erant, educaſſe videbatur. Præ cæteris emicuere potiſſimum Catharina à Sancto Frã-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

cisco, quæ ex clarissima inter Genuenses Gente *Auria* oriunda, dines, Iuuenis, haud vulgari pulchritudine prædita, terrenum Sponsum D. Balthasarem *Cataneum*, quo recenter orbata fuerat, in cœlestem meliori sorte commutauit, & procurrētibus annis Monasterij Talauerę Fundatrix extitit: Franciſca à Christo Filia D. Iñigonis *de Cardenas* Ordinum Præsidis, & D. Isabellæ *de Auellaneda*, quæ in oppido *Lueches* patrio solo Conuentum erexit. Ioanna Euangelista, Natione Germana, dicta in sæculo D. Ioanna *de Roph*, quę relicto honorario Imperatricis Terrestris obsequio, glorioso Regis Regum, Cœlorumque Imperatricis seruitio se se mancipauit, Hiusue Matritensis Cœnobij Prępositæ munus pluries exercuit: Maria ab Incarnatione, D. Violans in sæculo nuncupata, vna quoque ex honorarijs Imperatricis puellis ac demum Franciſca à Vuulneribus Christi, sæculari nomine D. Franciſca *de Mendoza* indigitata, Filia Marchionis *de Almazan*, quæ vna cum præcedenti Maria ab Incarnatione ad instituendum Consuegræ Teresiani Instituti Monasterium ex hoc Madritensi egressa est, & laudabiliter allaborauit.

Hanc vltimam cùm V. Mater ob virtutum præstantiam tenero prosequeretur affectu, & ob infirmitates, quibus Tyrocinij tempore exagitata fuit, ne posset professionem emittere vereretur, Deum pro impetranda gratia exoranti, S. Mater Teresia apparuit, illamque affata: *Ne timeas*, inquit, *sanabitur, & professionē emittet, Deusque ipsam optimam, ac præclarissimam Religiosam efficiet*. Paulo ante haud absimili gratia præuenta fuerat V. Matei; cū enim prædiues, egregiaque adolescentula Mariana *d'Alcocer*, filia clarissimi viri D. *de Villa Muelas*, in Religione postmodum Mariana ab Angelis vocata, inscijs parentibus ad habitum admitti postularet, & num [illegible] Anna aliquantū ambigeret: Adstitit in visu Sancta Consiliatrix Teresia, & illam ad Reformationis bonum magni momenti esse prænuit; quantociùs ergo ipsam reciperet, alioquin Religiosam non fore certò sciret. Veritatem oraculi exitus comprobauit. Vix etenim habitu sacro donata fuerat, cum Germanus eius frater decursorijs equis Madritum venit, vt eam à Religionis proposito totis nisibus prohiberet, quæ tamen iam induta constanter perseuerauit, ac deinceps ingenij perspicacitate, cæterisque donis liberaliter ipsi à Deo concessis Religioni nostræ non vulgari emolumento fuit.

Antiquus interim ille hostis, malorumve omnium Machinator infensissimus Dæmon antiquas illas fraudes, quibus Veae vsus fuerat, Matriti renouare contendit, vnam Sacrarum Virginum cœtum vnico ictu inficeret, aut redolentem vbique Sanctitatis odorem, vel dissiparet omnino, vel ad minus minueret. Rusticam quandam fuæ Sanctitatis opinione, falsarumque reuelationum, ac visionum aura celebrem, tum multorum nobilium, tum Magni Sancti Ioannis Prioris D. Ferdinandi *de Toledo*, cui quamplurimis obstricta erat titulis tota Religio, tum ipsiusmet Imperatricis, cui resistere non licebat, instantijs, post diutinam renitentiam inter Laicas admittere coacta fuit V. Mater. Vix paucos dies inter illas versata est, cum sagacissima Virgo superno discretionis spiritum lumine illustrata laruam detegit, simulatamque Sanctimonialem solita prudentia habitu spoliatam claustro dimisit: Quæ statim ab integerrimo Sanctæ Inquisitionis Tribunali apprehensa, iusta eius sententia condignam demeritis pœnam tulit, & mulctatione sua maiorem erga V. Matrem, eiusve Monasterium venera-

Digitized by Google

nerationem conciliauit.

Longè ſuauiùs, opportuniùsve ſe geſſit V. Mater, cum altera laica proprio ſuo Annę à Ieſu nomine inſignita, eo haud dubiè perfuſa lumine, eo ſpiritu acta, quo arcana cordium ſubditarum ſuarum rimari, earumque neceſſitatibus ſubuenire conſueuerat. Deſiderabat hæc impensè per Hebdomadam Miſterijs Paſſionis Chriſti celebrãdis Sacram interiori recollectioni plus ſolito vacare, ſed exterioribus, quibus addicta erat, miniſterijs ab optato prohibebatur. Hoc reſciens V. Mater pijs Filiæ votis miro modo fauere voluit, illorumve copiam ipſi abundè facere. Feria quinta in in Cœna Domini, ad occurrens eo die myſterium, iuxta Chriſti mandatum, vt moris eſt, repræſentandũ, lotioni pedum incubuit; cumque ad præfatam Sororem ventum eſt, taliter ſecreta manuum virtute, contactuque pedum eius nerui contracti ſunt, vt vix loco ſe ſe mouere, nec niſi pedibus, manibuſque reptando per tres reliquos maioris Hebdomadæ dies, vt ad angulum Chori ſe ſe ad orationem reciperet, incedere valuerit. Poſtquam autem integrum hoc triduum non abſque intimo conſolationis, ac denotionis ſenſu cæleſtium rerum contemplationi impẽdit, ſubitò in die Paſchatis inuiſibilibus nouo quodam prodigio vinculis ſoluta eſt, ſolitaque Laicæ munia liberrimè reſumpſit.

Emit tunc temporis V. Mater domum quandam ſtabiliendo Monaſterio idoneam, in Regione Parrochiæ S. Sebaſtiani ſitam, in quam è conducta, qua huc vſque Sacræ Virgines habitauerant, translatio fieri debebat. Hanc voluit Clementiſſimus Dominus celebri illuſtrare miraculo. Mahometanus quidam ſeruus nomine *Ameth*, currum Monialium ſupellectili onuſtum ducebat, ſarcinisque inſidens improuiſò in terram cecidit, brachijque à ſuperccurrente rota fractionem paſſus eſt. Ad V. Matrem ſtatim deducitur, illam alloquitur, eiusve omni medicamento efficacioribus verbis, illicò tum à brachij diffractione, tum ab animi infidelitate curatus eſt, ac poſt paucos dies ſacro baptiſmi lauacro regeneratus, tum à Dœmonis poteſtate, tum ab heri ſeruitute liber euaſit. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Liberalis currus mutuatio, piaque Neophyti, qui libertati donatus fuerat, emancipatio non ſine premio fuere. E veſtigio enim Heri eius D. Ioannis *de Tejada* Regij Conſilij Auditoris vxor D. Maiorica *de Cordoua*, medio V.M. Scapulari à periculoſo ſymptomate, quo correpta fuerat, liberata eſt; priſtinamque ſanitatem, ac vires tam inopinato, tamquè perfectè recuperauit, vt poſtera luce Deo Optimo Maximo, potentique Mediatrici gratias perſolutura ad Conuentum acceſſerit, ac Sacroſancto Miſſæ Sacrificio ingratiarum actionem oblato lætanter adſtiterit.

Quin etiam accepti beneficij memor in grati animi ſignum, non vulgaris valoris candelabra vnà cũ facibus prægrandibus ad celebritatem Feſti Corporis Chriſti accendendis miſit; quas cùm Sacriſta per medium præcindẽdas eſſe aſſereret, ne ligneam Capellæ fornicem ad quam propè pertingebant comburerent, V. Mater: *Ne*, inquit, *aut præcindere velis, aut cunctaris accendere. Ad hoc enim hic Deus adeſt, qui & illuminare præcipiet, & comburere non permittet*. Velut prædixerat ſucceſſit. Plus ſiquidem quam per duas horas coram Sanctiſſimo Sacramento accenſæ relictæ ſunt, & videntibus, ac ſtupentibus cunctis, imo & primo intuitu idem cum Sacriſtano ſentientibus conſumptæ; nec vllum tamen, vel minimum ſeu aduſtionis, ſeu etiam ſuffumigationis apparuit in ipſo lacunari veſtigium.

Verùm enim verò quid mirum ſi beni-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

benigniſſimus æquè, ac potentiſſimus rerum omnium Dominus Euchariſticis ſpeciebus velatus ad nutum ſponſæ ſuæ, fulgorem accenſis cereis relinqueret, ardoremve ignis eodem ſuſpenderet inſtanti, ne in externa erumperet; qui ipſiuſmet in pectore, velut in Thalamo, Sacra Communione occluſus, & cor eius intùs inextinguibili ſuccēdebat feruore, & vultum eius extra viſibili illuſtrabat ſplendore? adeo vt id aduertens Illuſtriſsimus Nuntius, & Epiſcopus Ferrarienſis, vir authoritate ſimul, ac pietate clariſſimus, ac proinde fide digniſſimus, qui quotidie Sacras Monialium noſtrarum ædes miſſam celebraturus petebat, ſæpius poſtmodum teſtatus ſit, ſtupendo illo è V. Matris facie emicante lumine, cætera omnia tũ candelarum, tum ſolis ipſius protinus obſcurari, oculorum ſuorum aciem inaſſueta irradione perſtringi, nec ſubſiſtere poſſe: ac demum ima ſui præcordia tam acriter percelli, vt dum illam communicaturus ad feneſtellam accederet, toto prorſus corpore contremiſceret.

Princeps quidam ſub id tempus infernali luxuriæ œſtro percitus, vi raptam cuiuſdam honeſti viri vxorē de mariti domo extraxerat, & in Palatium eam violaturus deduxerat. Infælix ſponſus pudori coniugis conſulere volens, ſed apud Regem conqueri prudenter erubeſcens, ne honeſtati eius officeret potius, quam prodeſſet: ad V. Matrē, miſerorum azylũ, confugit. Et ipſa afflictum ſolata, præſtoque affuturũ Dei auxilium pollicita, adeò inſtanter apud eum precibus ſuis egit, vt occæcatus, obſtinatuſque raptor, tum laudabili pudicæ mulieris renitentia victus, tum ſuperna luce illuſtratus, intentatiq; facinoris pœnitens intactam, ac per mariti fratrem, qui inter eius habebatur domeſticos, remiſit. Vnde poſtmodũ vterque V. Matri, tanquam coniugalis Tori, ac caſtitatis proteſtrici, gratias egere, atque in gratitudinis argumentum, pretioſius, quod in Conuentu reperiatur, Altaris ornamentum dono dederunt.

Quantum in Prophetiæ dono, ac reuelationum Gratia excelleret V. Mater, quamplurimis tunc temporis experimentis comprobatum eſt, quæ omnia ſigillatim enarrare faſtidioſum eſſet. Hæc pauca breuiter attexere ſufficiet. D. Marchio *del Valle* eius amiciſſimus, ſingulariſque illius benefactor *in lecto* decumbebat *infirmus, nec de morte*, aut ſalute ipſius ſententiam ferre auſi fuerant medici; atque adeò in vtriuſque velut æquilibrio poſitus in alterutram partem minimè inclinari, nec quid ſperandum, quid nõ ſperandum foret certiùs *vel aſſeri*, vel dignoſci poſſe videbatur. *Nocte igitur quadam obſeruatis iam* vniuerſis Monaſterij foribus, cum Sacræ Virgines ad ſtationem coram Sanctiſſimo Sacramento, immediatè ante Completorium tunc fieri ſolitam, procederent, iuiunxit V. Mater vt Completorium priùs perſoluerēt, & poſt abſolutum ſtationem differrent. Obtemperarunt humiliter obſequentiſſimæ Filię, arcani miſterij ignaræ. Aſt ſub officij finem omnes ſe ſe ad humerum, inuiſibili quidem manu, ſed adeò forti, ac ſenſibili ictu feriri perceperunt, vt terrore perculſæ non leuiter contremiſcerent. Finito poſthac cum eiuſmodi pauore Completorio, tunc Ven. Mater: *Ne perterreamini*, inquit, *Filiæ, Iam iam Amicus noſter Marchio del Valle efflauit animam: ſubſidium à nobis hoc ſigno expoſtulaturus acceſſit, illum orationibus veſtris ſuccurrite; Indulgentiarum, quę peterimus, ſuffragia in eius gratiam applicemus. Idcirco ſtationem ad Sanctiſſimum Sacramentum differri volui, vt eam modo pro illius ſolatio peragamus.* Sequenti deinde diluculo de illius obitu certiores factæ ſunt, & eadem-

met

met hora, qua ſupradicta contigerant, eum è viuis exceſſiſſe, non abſque ſtupore, reſciuere.

Idem prorſus ſucceſſit in morte Lucæ Gratiani Fratris primogeniti celeberrimi illius P. Hieronymi Gratiani, Primi Reformationis noſtræ Prouincialis. Idem etiam, vel potiùs longè mirabilius aliquid actum eſt in interitu D. Gregoriæ *d'Ocellana* vxoris Ioannis Baptiſtæ *de Baeza* Religioni noſtræ plurimum addicti. Hic cum Hiſpali, vbi morabantur, Madritum ad aliqua expedienda negotia veniſſet; & inde à Rege Segobiam miſſus fuiſſet, priuſquam diſcederet litteras à coniuge accepit, quibus ipſam aliquantulum malè haberi monebatur, & V. Matrem rogauit, vt eam Domino commendaret, Miſſamque in honorem Beatiſſimæ Virginis pro illius incolumitate celebrari curaret. At Virgo de illius tranſitu diuinitùs edocta, ſequenti mane, ipſaque hora, qua Hiſpali defuncta eſt, Miſſam *de Requiem* ſtupentibus cunctis pro animæ illius refrigerio decantari præcepit. Quod non ſine mariti, rei veritatem poſt reditum perueſtigantis admiratione ſimul, & gratiarum actione factum fuiſſe memoratur.

Quamplurimis tunc quoque diuinis reuelationibus, viſionibus cæleſtibus, ſupernis apparitionibus emicuit. Præſertim verò pluries Sãctam Matrem Tereſiam nunc glorioſam, nunc eo planè modo, quo dum inter mortales degeret cum illa verſabatur, ſibi apparentem conſpexit. Ab ipſa ſemel à Pleuritide, laterumve compunctione, qua non ſine vitæ diſcrimine torquebatur, miraculosè ſanata fuit; aliàs dum à ſanguinis vomitu ex ſupra recenſita venæ diffractione procedente, à Paralyſi, Podagra, arthritide, articulari morbo, alijsve nonnullis, quibus ex tunc laborare cepit, ac per reliquos quadraginta vitæ annos affecta fuit, acriùs angeretur, aut ſolabatur, aut alleuiabatur: Ac demum ab eadem multa tum ad propriã, tum ad aliorum perfectionem ſalutaria monita accepit. Quibus omnibus apertè liquet, quàm impensè Sanctiſſima Parens iam in cœlis inter Beatorũ agmina regnans, cariſſimam filiam in terris adhuc miſeros inter viuos agentem diligeret, prouidèque in omnibus ſuccurreret.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Exegit in his V. Mater officij ſui Triennium, & 18. Nouembis anni 1589. Matrem Mariam à Natiuitate, quæ ſub ipſa Supprioriſſæ munere functa fuerat, ſui loco eligi procurauit: non iam ſingularis tantùm huius Matritenſis Conuentus, ſed & totius Reformationis, tum per Hiſpanias tunc temporis diffuſæ, tum vbique impoſterum diffundendæ, communis veluti Mater cenſenda. Ex tunc enim plures in Hiſpania, ſi non præſentia ſua, authoritate ſaltem, ſollicitudine, prudentia, medijſque filiabus ſuis ab ipſa amandatis fundationes obiuit, promouitque: ac de Genuenſi in Italia, & Pariſienſi in Gallia ineundis agere cæpit. Sed de his aliàs, nunc ad reliquum eius vitę, vſque ad tranſmigrationem in Gallias breuiter enarrandum reuertamur.

CA-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

CAPVT XIX.

Multa patitur V. M. Anna à Iesu, Deo sic ad eius bonum ordinante; & inter hæc haud vulgaria inconcussæ virtutis argumenta præbet, nonnullis ve favoribus diuinis condecoratur.

HVc vsque in descriptione vitæ V. Matris Annæ à Iesu, velut in plano, securoque stadio inoffenso pede cucurrimus; Hucusque in placidissimo tot gratiarum oceano afflante Spiritus Sancti, ad instar abblandientis zephyri, aura nauigauimus; Huc vsque facili stylo, liberove, ac fluenti calamo compendiosum Huius Historiæ contextum exarauimus. At ecce nunc in offensionis lapidem, in petram scandali impegimus; in scopulos, in syrtes tum aduersis, ac procellosis fluctibus, tum contrarijs, ac ex ipso reformati Carmeli sinu erumpentibus ventis, quibus magna illa veluti ipsius capita, atq; columina, R. inquam, P. Hieronymus Gratianus, V. P. N. Ioannes à Cruce, nec non V. M. Anna à Iesu, aut expulsa, aut proscripta, aut absorpta fuere, iactati, ac deuoluti sumus: Horret denique animus, tituabat manus, penna verba reddere renuit, ad explicanda, exarandave mala, quæ ex hac tam sæua, diraque tempestate ortum duxere. Ne igitur inolitas iam plagas, idoneis tunc medicaminibus fotas, & successu temporis, diuinæque misericordiæ beneficio consolidatas refricare, exasperare, imo & exulcerare videar, ingratum hoc officium Hispano Historiographo relinquo, seu potiùs curiosum lectoris animũ ad exactam horum omnium narrationem iam ab eo castigato, ac sincero, vt assolet, stilo, factam remitto, contentus hic ea tantum strictim, ac cursim tangere, quæ ad rem meam omnino faciunt, nec mihi omittere fas esset.

Iam V. P. N. Nicolaus à Iesu Maria, iuxta prædictionem Annæ Nostræ, facultate Apostolici Breuis, in comitijs ad 18. Iunij anni 1588. Matriti coactis, in Vicarium Generalem totius Reformatæ Familiæ concordibus omnium votis electus fuerat; Iamque ad bonum vtriusque sexus *Discalceatorum* regimen *supremum, sex Consultorũ*, qui *cum eo, si non omnia, præcipua saltem*, grauioraque Ordinis negotia decisiuo etiam calculo expedirent, Tribunal instituerat: cum primo noui huius regiminis *intuitu* multorum corda turbari, *illudque* tanquam iugum intolerabile, eóve grauius, quò plurium authoritate constans, *molestissimè* ferre, ac sub vario pietatis, primæve obseruantiæ, *Sanctæ*, ac à S. Matre Teresia ad animarum solatium, profectumque *concessæ* libertatis prętextu, *totis nisibus* detrectare cœperunt. Nonnullarum pręsertim Monialium, vtpotè debilium, minusve rerum peritarum, nec non sub strictissima iam clausura, arctissimaque disciplina militantium, mentes in eam sententiam pertractæ sunt, & Annam nostram, tanquam cœterarum omnũ ducem, antesignanam, & classicum insonantem, vt potè quæ Sanctitatis opinione, zelo Religionis, animi generositate, amicorum numero, magnatum veneratione, Regis, & Imperatricis potentia præ cæteris valebat, artificiosè, ne infidiosè dicã, Deo ad seruæ suæ meritum, ac probationem permittente, implicarunt.

Consultis igitur viris doctissimis, ne quid contra conscientiæ, virtutisque dictamen, quod scrupulum mouere posset, exordiretur, imo & annuente ipso Vicario Generali machinamentorum omnium ignaro, ac de con-

de confirmatione tantùm Conſtitutionum poſtulanda præmonito, Romam miſit, & Apoſtolicum Breue à Summo Pontifice obtinuit, quo Moniales à Conſultorũ Iuriſdictione eximebantur, illisve copia fiebat, Commiſſarium è Diſcalceatis eligendi, cui vni, etſi dependenter à Vicario Generali, incumberet earũ regimini attendere, ac ſupremum in eas dominium exercere. Inde noui turbines, noua, acriorve procella ſumpſit exordium multis è ſacrarum etiam Virginum cœtu, haud inferioris Sanctitatis exiſtimatione conſpicuis (inter quas potiſſimum effulſit altera Anna, videlicet ea, quę à S. Bartholomeo agnominabatur, quęque indiuidua ſemper Sanctæ Matris Tereſiæ ſocia fuerat) pro Superiorum parte ſtantibus, Reliquis verò contrariam acriter defendentibus, prædictique Breuis promulgationem, ac executionem expoſtulantibus. Ad tale, tantumque demum rerum diſcrimen deuentum eſt, vt grauiſſimi Patres, primùm in Definitorio, mox in Capitulo Generali ad menſem Iunij anni 1591. congregato, totius Religionis nomine decretum ediderint, quo tantorum malorum, maiorumve fortè ingruentium radix amputaretur, quove ſe ſe ab omni Monialiũ Gubernio retrahebant, & Summo Pontifici, alijs pro libito extra Congregationem tradendum, dimittebant.

Senſit vltra modum V. Mater huius ſanctionis, ac deliberationis rigorem, & apud Deum amanter conqueſta, ipſum ſibi dicentem audiuit: *Ne turberis Filia, vos ego deſtruendo, ac diruendo, ædifico, firmiùſque ſtabilio.* Authoritate deinde Philippi II. Hiſpaniarum Regis, mirique ſemper Reformationis Fautoris, nouũ præcedenti derogans in fauorem Superiorum impetratum eſt breue, à ſupremo Eccleſiæ Pręſule Gregorio XIV. emanatum, eiuſdemve nec non Imperatricis inſtantijs, quas ad hoc Anna noſtra facti pœnitens interpoſuit, derelictum Sacrarum Virginũ regimen reſumere coacti ſunt. Acceptarunt vtique, ſed vt ſimilibus impoſterum perturbationibus viam occluderent, priorum ſeu Authores, ſeu complices pœnitentijs mulctarunt; Mariam à Natiuitate, Madritenſis Monaſterij Prioriſſam ab officio depoſuerunt; V. P. Noſtrum Ioannem à Cruce, plus æquò, vt putabant, ipſis fauentem, apud Indos ſub ſpęcioſo Prouinciam ibidem recenter erectam regendi prætextu, amandare decreuerunt, quanquam præmaturo, ſed fęlici illius obitu honorabilis huius exilij decretum effectum non habuerit: Ac denique Annam noſtram voce priuarunt, cellæ abdixerunt, & quod cæteris omnibus crudeliùs illi viſum eſt, quodque etſi humiliter, ſubmiſſoque ac obſequentiſſimo animo, non tamen abſque intimo doloris ſenſu, lachrymiſque extemè profuſis perpeti valuit, à quotidiana corporis Chriſti communione prohibuere, illamque ad conſuetam reliquarum Monialium reduxere. Eam ergo amarè, ac dirutiſſimè flentẽ, ipſa nocte reperiẽs Soror Catharina à S. Alberto, cum ipſam in hæc verba interpellaſſet. *Ergone, Mater, te plorantem reperio? Ecquid tuam illam ineluctabilem conſtantiam, qua in aduerſis quibuſcumque, ac deſperatiſſimis euentibus ſemper eluxiſti, frangere nunc, ac perturbare poteſt?* Illam ſibi reſpondentem audiuit: *Heu! Filia, Nemo hucuſque mihi quicquam abſtulit: quin imo omnes certatim, ſupra ſanè id quod merebar, affatim tribuebant. Nunc verò vniuerſa mihi vno momento auferunt, dum Deum meum, ſponſumque dilectiſsimum, qui vniuerſorum loco mihi eſt, ac prę cæteris omnibus ſufficit, iuſtè quidem, ſed immiſericorditer denegant. Ne mireris ergo ſi orbitatem meam deſleam, inſolitiſque lachrymis proſequar.* Itaque ingenuè fatendum eſt Annam noſtram,

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

stram, cui Christus Dominus immensam pro se patiendi famem, sitimque indiderat, hoc vno, nouoq; pœnitentiæ genere exsaturari, ac veluti absorberi potuisse; nec non inuictum, ac pænè immutabilem ipsius animum hac sola sponsi priuatione, velut enormi quodam, ac supra quam vires sustinere possent graui pondere, prosterni, opprimi, & in lachrymas, suspiria, gemitusve solui: vt sic ipsimet etiam sponso in Cruce pendenti, opprobrijs saturato, cruciatuum pro salute mundi sitibundo, ac tandem de Patris æterni dereliction conquerenti, quam simillima foret.

Cæterum quod hanc, ad ipsam dirè torquendam adeò appositè adinuentam, tormenti speciem vltra modum exasperauit, omnemque prorsus à virgineo corde consolationis vmbram abegit; scrupulus quidam fuit, quo immaniter angi cœpit, ne in eo quod patrarat aliquid peccati interuenisset. Hunc Confessarijs suis, pietate vtique, ac doctrina conspicuis iteratò exponere non cessabat. Omnes illam censebant innoxiam, & si errasse contigisset, non peccasse saltem asserebant. Non quiescebat tamen timida Virgo, seu nimio pœnitudinis sensu, seu irrepentis Dœmonis æstu exagitata esset. Atque ideò frequẽti opinatæ culpæ repetitione, ac exaggeratione, eum qui sibi ordinariè à Sacris Confessionibus assistebat, virum aliundè doctum, peritum, diuinisque illustrationibus, ac charismatibus haud vulgariter perfusum, in suam propè sententiam pertraxerat, & in eam quasi adegerat, vt illi omnem omnino sacram communionem, vnicum sibi tot in angoribus relictum solatium, interdicendam fore propenderet. Sed ecce cum adhuc ambigeret, & num rectum de Pœnitentis suæ innocentia iudicium tulisset, mente versaret; affuit clementissimus Dominus utriusque ambiguitatem, timoremve amoliturus; Et pius director vocem de cœlo dilapsam, sibique dicentem audiuit: *Noli timere, rectè iudicasti*.

Id etiam in terris ipsiusmet P. Vicarij Generalis confessione confirmatum fuisse fertur, qui aliquando M. Mariæ ab Incarnatione liberè fassus est, se in præfato casu, nec venialem quidem culpam, saltem grauem animaduertisse, quamuis longè meliùs, perfectiusque arbitraretur, si nunquam eiusmodi negotium, ex quo *tot mala scaturire* poterant, *attentassent*. *Vnde hinc pijssimi Patris vices gerens, vel Filiarũ* sibi carissimarum tutabatur innocentiam, vel fragilitatem excusabat; illinc verò Superioris partes agens, cui bono communi intendere incumbit, innocuas *etiam actiones*, quibus perfectissimo Religionis corpori, eò sanè lædi facilioti, quò delicatius existit detrimentum aliquod inferri poterat, damnare, atque ad posterorum exemplum inflictis pœnis mulctare cogebatur.

Eluxit profectò in hoc euẽtu mirum in modum tot modis probata V. Matris virtus. Nam si *sincerum* eius in procurando Breui intentum iusta, vt fieri debet, trutina librare, ac perpendere velimus, perspicuum est, & ex publica, perpetuaque ipsius per reliquum vitæ tempus attestatione compertum, imo & quamplurium Mõnialium, ipsiusque Serenissimæ infantis Isabellæ, quæ *idipsũ* ab eius ore acceperant, authentica, iuridicave depositione *comprobatum*, ipsi nunquam animum fuisse, vel se se, suasque assectas, contra Sanctæ Parentis mentem, ab Ordinis regimine subtrahere, vel Superiorũ, ac præsertim Vicarij Generalis, alterius immediati præpositi iurisdictionem in deputandis Confessarijs, cæterisque ad ipsos spectantibus decernendis, aut *vsurpare*, aut eludere, aut aliò transferre; sed tantùm

tùm approbantibus illis, annuentibus, poteſtatemque ſibi facientibus, vt mos in Religione huc vſque inualuerat, & ad hodiernum vſque diem vigere cernimus, iuxta exigẽtiam, ac neceſſitatem filiarum extraordinarios concedere, & aduocare poſſe Confeſſarios. Si verò ad eius humilitatem obedientiam, & omnimodam in acceptandis illis, quanquam duris, & vt videbatur, immeritis pœnis, reuerentiam, animique demiſſionẽ reſpicere lubeat, magna ſanè, ac planè ſtupenda mirabilis Sanctitatis argumẽta ex eius factis eruere licebit.

Nam ſi quam aliquando Monialium compaſſionis affectu commotam de Superiorum ſententia, tanquam de iniuria ſibi irrationabiliter irrogata conqueri contigiſſet; obmurmurantis ſtatim os obſtruebat, illamque ab eiuſmodi querimonijs abſterrebat, eorumdem Superiorum cauſam zelanter agens, æquitatem obtendens, cœcumve in omnibus obſequium illis præſtandum eſſe ingerens, ac frequenter, feruenterque ingeminans. Deindè cùm nouam Prioriſſam eligendi tempus affulſiſſet; omnes Madritenſis cœnobij Moniales, obtenta prius à R. P. Vicario Generali facultate, conuenit, eaſque ad aſſumendam, vt præeſſet, iuxta ipſius mentem, M. Mariam à Sancto Hieronymo, vnã è primis Sanctæ Matris Tereſiæ Nouitijs, tunc Abulæ degentem, induxit.

Deniq; cùm ad Imperatricis aures ſupradicti in V. Matrem decreti rumor perueniſſet, ipſaque Imperatrix illi ſupra modum affecta eam perſonaliter inuiſiſſet, & non modo à pœnitentijs exemptionem, ſed & protectionem, & omnimodam ſuam authoritatem in omnibus, & aduerſus quoſcumque obtuliſſet, imo, & ſi luberet, ſe ſe à Summo Pontifice Apoſtolicum breue, quod ad ſuum Sanctæ Claræ Conuentum tranſire, ac ſecum quietiùs, & cum debito honore, ac reuerentia viuere poſſet, obtenturam promiſiſſet: V. Mater tot, tantiſque tentationibus ne minimum quidem concuſſa, turbataq; incunctanter reſpondit: *Se humillimas Maieſtati ſuæ de oblatis, præſtitiſque fauoribus gratias agere: excuſatã tamen illam dignaretur habere, ſi non modo ijs vti, ſed potius, vt ſenſũ ſuum ſinceriùs ipſi aperiret, ijs in hoc caſu abuti minimè ſibi permiſſum eſſet. Cæterum certò ſcire, ſe maxima pace, tranquillitate, imo & lætitia in ſuo Monaſterio frui, quam alibi haud inuenturam arbitrabatur; ſe Superiorum ſuorum iuſſa, non tantum patienter ſubire, ſed etiam humiliter reuereri, & alacriter exequi paratam fore, ſe ſemper ab ipſis non indulgenter ſolùm, atque ſuauiter, ſed & paterno, ac ſupra quam deſiderare poterat, tenerrimo affectu proſecutam fuiſſe; ſeque tandem ab ipſiſmet, ordinante, & inſpirante Deo, quod impensè optauerat, enixiſq; precibus expetierat, obtinuiſſe, cum ſibi in cellam abdi, ibique ſoli Deo vacare copiam fecerant.* Hoc reſponſo adeò ædificata, & admirationis ſimul, ac deuotionis ſenſu affecta receſſit Imperatrix, vt Confeſſori ſuo, in quem fortè offendit, alijſue deinceps dicere minimè dubitauerit: *Se pluſquam Seraphinum allocutam fuiſſe, & in Anna noſtra inueniſſe mulierem, quę medios inter labores, quibus opprimebatur, fauores, quibus ex ijs erui poterat, generoſo animo nouerat detrectare; & vltra quam à ſe potuerat offerri, conſtanter flocci facere. Vnde non mirum ſibi videri, toi eam à Deo gratijs cumulari, quę ſibi à terrenis principibus oblatas hoc pacto reſpuere didicerat.*

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Non leuioris ſanè ſtuporis, nec minus vtilis inſtructionis eidẽ Auguſtiſſimæ Imperatrici cauſa fuit, quod illi poſtmodum cum eadem V. Matre cõtigiſſe memoratur: quin imo eo magis, altiùsve mentem eius perculit, pietatiſque, ac ſanctæ æmulationis nobiliſsimo pectori affectus

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

fectus infixit, quò minus in leuioribus eiusmodi occasionibus rigidioribus virtutis Regulis, aut stare, aut attendere; faciliùsque, seu cõplacentiæ, siue vrbanitatis obtentu, ad præbendum ijs, quæ amoris proprij sunt, assensum, inflectere animum, nobisque indulgere solemus. Annam igitur nostram interpellauit aliquando Imperatrix, quæ illius generositate vinci haud lubenter ferebat, num aliquo ad proprium vsũ, commoditatemque egeret, se cuncta illi suppeditaturam promittens? cui generosa Virgo dignum virtute sua responsum inferens: *Nulla prorsus*, inquit, *temporali re indigeo: solùm mihi Christum amare, illique vni fideliter inseruire, & necessariũ, & sufficiens est*. Quæ quidem verba adeò Serenissimæ Principi placuere, vt ea membranis inscribi iusserit, Confessarioque ingenuè fassa sit, repetita eorum lectione ingens in corde suo diuini amoris incendium excitari: adeo efficacia, ac potentia sũt pauca spiritu Dei verba prolata.

Sub id tempus V.P.N. Ioannes à Cruce Vbedæ vita sanctissimè functus est, & ad præmia laborũ, quos vna cum Anna nostra eadem de causa forti, & inluctabili animo pertulerat, fæliciter euolauit. Eius obitum Sacræ Virgines V.Matrem, quam eo maximo doloris sensu afficiendam fore arbitrabantur, celare voluerunt. Verum Superiori statim via ipsi innotuit, ac reuelatus est. Illi namque V.ipse Pater tanto gloriæ lumine circumquaque refulgẽs, eamque tum de optato transitu, tũ de quibusdam rebus, quæ tunc secretò agebantur, admonens, apparuit; vt vix dici queat, quo potiùs, penitiùsque affectu acta fuerit, an mœroris ob inopinatum Religionis totius Parentis interitum, quem amiserat, an lætitiæ ob præcellentẽ eius beatitudinem, quam acquisiuisse conspexit; an demum æmulationis, ac desiderij patiendi pro Christo, ob gloriam, coronasque, quibus tanto cum fœnore pro se tolerata præmiari cernebat. Huius beneficij, aliorumve multiplicium sibi à Deo medio V. Patre concessorum, haud ingrata extitit pijssima Virgo; ex tunc enim, in aliquale suæ erga ipsum gratitudinis, atque obsequij argumentum, mystica illius, aureaque opera D. Antonio *Perez*. Episcopo Vrgellensi reuisenda, & approbanda tradidit, vt post hac Typis mandari possent. Quapropter non ea minus, quam Sanctæ Matris Teresiæ *libros ipsi* deberi, sincerè fatendum est.

Illam non solùm V. Pater, ac director spiritualis hoc visu, alijsve fauoribus solatus est, sed & dilectissimus ipsemet Spõsus Christus Dominus miris alijs modis consolationem eius augere, & *Sacramentalis* communionis priuationem *nouis*, & insolitis sui *ipsius* cõmunicationibus abundè compensare, haud est dedignatus. Seipsum ei aliquandò apertè manifestauit in Hostia consecrata, quæ fortè de manibus Sacerdotis dilapsa, reperiri non poterat; non obstantibus etenim velaminibus multis, ipsoque *Chori* pariete interiectis, ex angulo remotissimo vidit illam in spiritu V.Mater, mandauitque sub velo quodam serico, quo tegebatur, respicerent, quo facto in loco designato inuenta est. Altera quoque vice ipsummet inter Sacerdotis manus glorioſum conconspexit.

Longè attamen suauius, & ad eius animam gaudio perfundendam opportunius fuit, quod ipsamet Confessario referente illi aliàs contigisse didicimus. Bis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per diem integrum palato eius adeò inhæsit, vt nulla vi, nulla arte dimoueri valuerit: Ipsaque deuota Virgo totam diem ieiuna sine cibo, potuque transigere debuerit, meliori sanè, diuinoque tunc temporis refecta pabu-

pabulo; dulciorique, ac ſupercæleſti potata liquore, ſacro videlicet Chriſti ſanguine è conſecrata hoſtia dimanante, quo ſemel totum eius os ſenſibiliter reſperſum eſt. Cumque humilis, ac timorata Virgo fauoris huius arcanum curioſiùs perſcrutari voluiſſet, Chriſtum ſibi dicentem audiuit: *Ideo hæc fiunt, vt me diutiùs tecum permanere velle certò ſcias.*

Die quadam extra ſe rapta, & in contemplatione, tum præcellentiſſimi, ac fructuoſiſſimi huius Sacramenti, tum ſuperexcedentis, immenſique Dei amoris in eo relucentis abſorpta, cum in medio exultationis exceſſu exclamaſſet: *O beatæ, ô fœlices animæ, quæ pretioſi, ac diuini huius ſanguinis fructum percipere meruere!* (ò incomparabile diuinæ cõplacentiæ bonitatiſq; argumentũ!) eodẽ momento vidit cælos apertos, & infinitam propè multitudinem Sanctorum, Beatorumque cæli incolarum inenarrabili gloria iubilãtium, ac triumphantium, ouantiumque more tripudantium; nec non quamplurima alia, *quæ*, vt ait Paulus Apoſtolus, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.*

His, alijsve ſimilibus gratijs ſibi à Deo medias inter humiliationes, ac pœnitentias, quibus à Superioribus addicta fuerat, conceſſis, maiori patiendi ardore ſuccenſa, ad noua ſemper, acriorave exhauriendа ſitiebat, anhelabat, nec ſatiari vnquam poterat. Ea propter pijs eius deſiderijs fauens Chriſtus Dominus nunc illam propriarum ſuarum paſſionum efficiebat participem, & in maiori præſertim hebdomada, non per horas tantùm, ſed & per dies plurimos tandiu, tamque dirè videntibus, ac ſtupentibus cunctis Sanctimonialibus torqueri ſinebat, vt pallida, deformata, mortuæque ſimilis cerneretur; nunc illam Dæmonibus ipſis modis horrendis cruciandam, ijſdem etiam ſpectantibus, mirumque in modum trementibus, nec ipſi auxiliari valentibus Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605. Sororibus, citrà tamen vitę periculum, permittebat.

Verùm ne longiùs hanc vitæ ſuæ partem iam ſatis ſuperque prolixam protraham, vltimamque illi manum vnico, quòd adhuc mihi ſupereſt, capitulo imponam, ab his omnibus ſigillatim enarrandis ſuperſedeo, nec non etiam à quamplurimis alijs ſeu chariſmatibus, quibus locupletata fuit; ſeu ſplendoribus Sanctorũ, ſupernisque illuſtrationibus, quibus modo illam Sacræ Virgines in horto, velut in altero Thabor, emicantem videre; mox ipſamet vidit alios, aut ad modum ſtellarum, ex vna in aliam tranſmigrantium plagam, futuroſque euentus præſagientium, refulgere, vt de R. P. Hieronymo Gratiano refertur; aut è viuis excedentes, & vel in Purgatorio igne leuiores etiam culpas diluentes, ſuffragiaque ab ipſa expoſtulantes, vt de R. P. Magiſtro Ludouico de Leon memoriæ proditum eſt; vel etiam recta in cœlum, abſque vlla precedentis expiationis neceſſitate, euolantes, vt de F. Gaſparo à Ieſu inter Fratres Carmelitas Diſcalceatos Laico narratur; quæ omnia in Reuerendiſſimo P. F. Angelo Manriquez, & in alijs eius vitæ Scriptoribus videri poterunt. His ergo data opera prætetmiſſis, ad cętera vſque ad profectionem eius in Galliam ſequenti capite ſtrictim attingenda progredior.

†

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CAPVT XX.

Madrito Salmanticam reuertitur V. M. Anna à Ieſu. Ibidem præficitur. Inde ad Fundationes Gallicas obeundas educitur; Diuiniſque continuò Chariſmatibus illuſtratur.

ANnus huius ſæculi nonageſimus quartus voluebatur, & V.P.N. Nicolaus à Ieſu Maria Congregationis noſtræ Hiſpanicæ Vicarius Generalis ad officij ſui finem vergebat; cum, ipſo, vt creditur, petente, ne ad ſupremum illud Religionis regimen, vt omnes communiter cenſebant, iterum euheretur, præuidente ſimul, ac præmonente Anna noſtra, vltimum mortalis vitæ diem fæliciter clauſit, ad ſupernas cœlorum ſedes glorioſiùs euehendus, & inter immortales Paradiſi incolas beatiùs victurus. Optauerat aliquando Magnus hic Reformationis noſtræ Parens, ac Propagator zelantiſſimus à Regali curia recederet V. Mater, & Salmanticam repeteret, vt ſic omnem omnino à ſe inuidiam, ac ſuſpicionem amoliretur, redditaque toti Diſcalceatorum familiæ pax fortiùs, ſecuriùsve obfirmaretur. Voluntatẽ ſuam obſequẽtiſſimæ Virgini ſignificauerat, dilata tamen ad hoc vſque tempus eius executione, ne ab Imperatrice, cui Vicarius ipſemet contrarium promittere coactus fuerat, malè haberetur, & in maius verteretur Religionis detrimentũ, ſtatim poſt eius obitum, & electionem R. P. F. Eliæ à S. Martino in defuncti locum ſuffecti, obtinuit V. Mater tum ab ipſo, tum ab Imperatrice (obtento ſanitatis ſuæ, ac conſolationis prætextu, re ipſa verò, vt beneplacito mortui Prælati exactiſſimè obtẽperaret) Salmanticam redire ſibi liceret.

Madrito diſceſſit vnà cum M. Maria à S. Hieronymo, quæ abſoluto officij ſui Triennio Abulam vnde educta fuerat, reuertebatur, comitantibus illis R. P. Ioanni à Ieſu Maria Definitori Generali, & P. F. Didaco à S. Ioſeph eius ſocio. Dici nequit quanto doloris ſenſu tantæ Matris diſceſſum, abſentiãque pertulerint dilectæ filiæ: quantaque viciſſim reciproci amoris ſignificatione eas V. Mater amplexata, illiſque continuam *diuinæ gratiæ* aſſiſtentiam apprecata *fuerit. Abulam* peruenientes, *ibidem ſacra Virgo prima* ſuæ Vocationis veſtigia, imaginemque Saluatoris, qui quondam illam Placentiæ huc deduxerat, maxima animi lætitia, ac deuotione conſpicata, ac reuerita *eſt. Vlteriùs* inde progrediens vna cum V. *Sorore* Anna à *S. Bartholomæo*, celebri illa & indiuidua S. Matris Teresiæ ſocia, iuxta licentiam *ſibi* à Superioribus impertitam, Albam petiit, vt Sacras Beatæ Parentis exuuias poſſet inuiſere, ac è ferreo Sarcophago, quo huc vſque conditæ fuerant, in decentiorem, ac pretioſiorẽ Albanenſis Ducisſæ munificentia efformatum transferri curaret.

Aperta igitur Arca, duodecimo poſt fælicem illius obitum anno, Virgineum Depoſitum adeo integrum, incorruptum, inuiolatum, atque tractabile inuentũ, eſt vt Sacræ Virgines, duove Patres pio ſpectaculo adſtantes, diuinæque bonitatis Magnalia extollentes, *illud* in pedes erigere nõ dubitauerint. Tunc illud Anna noſtra curioſiùs contemplata, ſcapulamque rubricantem, ac veluti ſanguinem proximè emiſſuram aduertens, ſudariola duo ſibi porrecta admouit, eaque ſacro cruore conſperſa, madidaque retulit: quod cum ſemel, iterumque feciſſet, reclinato in ſacrum humerum capite, extra ſe rapta diù permanſit;

San-

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Sanctamque Parentẽ tanta ſibi amoris, ac beneuolentiæ teneritudine loquentem audiuit, vt ipſamet poſtmodum atteſtante, verba eius ſuis explicare non poſſet. Inter alia autem ſibi dixiſſe fatebatur: *Se illã adeo impensè diligere, ac de toleratis laboribus ipſi congratulari, vt in irrefragabile illius affectus argumentum, certiſſimam verò præmiorum his ſibi partorum arrham ſanguinem propriũ ei concedere voluerat.* Altero deinde ex ſupradictis ſudariolis Matritum aſportato, & R. admodum P. Didaco de Yepez Tereſię olim, tunc verò Regis Confeſſario tradito, ſuæque Maieſtati oſtenſo, in cauſa fuit, vt Rex Catholicus de nouo prodigio certior factus, informationes iam à quinquennio ad eius canonizationem, Apoſtolica authoritate inceptas, proſequi mandauerit.

Ea quoque tempeſtate, eodemque anno, quo V. Mater pœnitentiam ſibi à Superioribus impoſitam abſoluit, mirabiles illæ, ac celeberrimæ apparitiones, quæ varijs modis, ac figuris in particulis carnis V. P. N. Ioannis à Cruce ad hanc vſque diem frequenter viſuntur, cerni cœpere: Quaſi voluerit clementiſſimus Dominus eodem propè tempore vtriuſque innocentiam, ac Sanctitatem nouis, & huc vſque inuiſis portentis manifeſtare, & eo permittente V. Pater, ſpiritualiſque Annæ noſtræ Magiſter, Diſcipulæ, Filiæque ſuæ dilectiſſimæ inaſſueta, ac ſtupenda planè lætitiæ ſuæ de adepta libertate ſigna præbere.

Poſthac Salmanticam profecta, ibidem incognita latere, maxima, qua potuit, diligentia procurauit. Verùm Deus Optimus Maximus, qui eam ſingulari prouidentia, occultiſque, atque inſolitis vijs ad hanc almam Vniuerſitatem, tanquã ad celebrius totius Hiſpaniæ candelabrum, deduxerat, illam diù ſub modio, deliteſcere non eſt paſſus: quin immo quo magis ſe ſe in ſecretiori Monaſterij angulo abdebat, eò magis ipſam Deo ipſo ad gloriam ſuã aliter ordinante, percrebeſcẽs fama prodebat. Ea propter cõfluebant vndiq; à remotiſſimis etiam regionibus acciti, qui ab ipſa velut ab oraculo diuino, reſponſa in dubijs expoſcerent, documenta in proſperis, ſolatium in aduerſis, & in deſperatiſſimis etiam rebus optatum remedium: Nec vllus vnquam ſpe ſua fruſtratus ab ea recedebat.

Cœterùm non vulgares tantùm, ac plebeij homines inani quadam ſapientiæ illius aura permoti eam conueniebant; ſed eruditiſſimi quique, ac præſtantiſſimi huius Academiæ Magiſtri, longa, ſolidaue experientia perſuaſi, confirmatique, illã, Diſcipulorum ritu, velut ſupernarũ veritatum Magiſtram, ſeu in Myſticis, ſeu in Moralibus, ſeu etiam in Scholaſticis conſulebant, & ab eius ore difficultatum ſuarum reſolutiones auidis auribus percipiebãt, ſtupentique, & admirabundo animo reuerebantur. Inter illos potiſſimum emicuere, illiusve placitis addicti ſunt tria illa præclariſſima, fulgentiſſimaque huius Vniuerſitatis lumina, P. Magiſter Dominicus Bañez primus Theologiæ Cathedraticus, P. M. Ioannes Alphonſus Curiel publicus Scripturæ Sacræ interpres, & P. Magiſter Auguſtinus Antolinez, qui è prima huius Academiæ Cathedra ad Archiepiſcopalem Sancti Iacobi Sedem euectus eſt: qui omnes illam pia æmulatione de diuinis rebus, altiſſimiſque, ac difficillimis myſteriorum fidei arcanis diſſerentem intenta mente audiebant, maximam eius in ijs explicandis facilitatem, ac perſpicuitatem demirabantur, acceptaſque ab ipſa eorum expoſitiones, tanquã certiſſimas, ac ſecuriſſimas, non priuatim tantũ, ſed & publicè Auditoribus ſuis è pulpito proponebant. Huius celebre exemplum eſt, quod cum aliquando Mag. Bañez abſtru-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

abſtruſiſſimam quandam quæſtionẽ agitaſſet, ſuamque ſententiam varijs argumentis, ac probationibus confirmaſſet, eam tandem concludens, in hæc verba dicitur prorupiſſe: *Et licet*, inquit, *in huius opinionis fauorem nulla alia militaret ratio, quam quod Annã à Ieſu ita ſentire nouimus, hoc vnum mihi ſufficientiſſimum, atque irrefragabile uideretur argumentum.*

Tot, tantoſque inter ſeu populariũ, ſeu nobiliorum etiam virorũ applauſus non eleuabatur ſupra ſe humilis Virgo, ſed in profunda propriæ vilitatis abyſſo ſe ſe demittens ſtabilis ſemper in ea, & impermota conſiſtebat. Quapropter cum à multis haud rarò vrgeretur, vt diuina ſenſa ſcriptis mandaret, humiliter reſpondere ſolebat: *Vtinam me aliquando in libro uitæ ſcriptam uideam; hoc unum mihi ſufficit ſcriptum.* Cumque vlteriùs inſtarent, non parum inde tum gloriæ Deo, tum proximis emolumenti obuenturum, ſi conceſſas ſibi gratias, arcanaque cœlitùs reuelata memoriæ traderet, lepidè replicabat: *In miſerum profectò ſtatum gloriam Dei detrudendam fore fatendum eſt, ſi eam aliquando eiuſmodi memoria indigere contingat. Quantùm uerò ſpectat ad proximos, illis ſanè mea potius ignorantia, propriique ſenſus erroribus officerem, quã proficerem ſcriptis.*

Hac humilitatis munita, obfirmataque virtute, non magis iniurijs interdum ſibi illatis, quam delatis ſibi perenniter laudibus commouebatur. Adeoque fateri conſueuerat. *Nec illis triſtitiæ, nec iſtis lætitiæ, uel minimo ſenſu affici poſſe, utpotè quæ ſibi videbantur, velut exæſtuantes fluminis fluctus, qui varietate ſua procul adſtantium oculos ad ſe quidem valent conuertere, ſed ipſos impetu ſuo de loco, in quo firmiter conſiſtunt, euertere, aut proturbare nequeunt.* Eluxit aliquãdo inuariabilis hæc, inconcuſſaque animi illius tranquillitas; cum allata ſibi, lectaque epiſtola opprobrijs, & contumelijs grauiſſimis referta, miſſo ad ſe nuntio frigidè reſpondit ſe totam perlegiſſe. Quo audito, cùm nuntius tam frigido reſponſo non contentus, aliud inſtantiùs poſtularet: *Vade*, retulit ipſa, *mittentibus te dices, me nihil aliud reſpondendum habere, præter quam Chriſtum Dominum in Cruce pendentem æternũ Patrem exoraſſe, Crucifigentibus, ac illudentibus ſibi ignoſceret, eò quod neſcirent quid facerent: me verò è contra ipſum exoraturam, vt mittentibus te clementer ignoſcat, eò quod optimè ſciãt quid faciunt.* Quo dicto imperturbata mente ad Sacram Communionem perrexit, dilectumque Sponſũ pro impetranda maleuolis venia reipſa impensè exorauit.

Quæ illatas ſibi iniurias adeò generoſo animo nouerat condonare, non mirum ſi alios quoque efficaciſſimis verbis ad idem inducere calleret. Homicidium aliquando perpetratum fuerat, & interfector, nec rationibus vllis, nec precibus ſeu à Religioſis viris, ſeu ab Eccleſiaſticis grauiſſimis ſuaderi potuerat, vt interfectori de cæde vltra modum pœnitenti ignoſceret. Hoc reſciens V. Mater, miroque artificio id charitatis opus aggreſſa, ira, odioue accenſam mulierem ad ſe deduci procurauit, ipſamque ad recitandam Orationem Dominicam impellens, cum ad illa verba deuentum eſſet: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*: illam ex improuiſò ſiſtens, interpellanſque: *Nunquid*, ait, *dum hoc pacto Deum exoras, vis tibi ab eo veniã impertiri?* cumque ſe maximè optare reſpondiſſet: *Num igitur*, ſubdidit Virgo, *luculenter uides, te, ut deſiderata, poſtulataque obtineas, ad impertiendam homicidæ ueniam prius teneri?* Res planè ſtupenda! Paucis his verbis Spiritus Sancti ductu prolatis obſtinatę mulieris menti vim intulit, & ad reconciliationem, quam nemo hucuſque impetrare valuerat, forti-

fortiter simul, suauiterque è vestigio flexit.

Anno 1596. in Salmantini huius Sancti Ioseph Monasterij Priorissam concordibus omnium suffragantiũ votis, quantumuis ipsa reluctante, ac genibus flexis, iunctis manibus, precibus, lachrymisque effusis instante, vt ab hoc onere, à quo tunc maximè abhorrebat, eximeretur, electa est. Ad acceptandum officium coacta, pactum cum Deo aliàs initum renouauit, quo se se ad spirituale tantùm subditarum regimen adstrinxerat, temporalia ipsis ab eo prouidenda, ac procuranda relinquens. Inde effectum est, vt Sacras Virgines solito sibi modo ad summam Religiosæ vitæ perfectionem promouerit; & intactis annuis Conuẽtus redditibus, necessaria cuncta, non sine miraculo, toto Prælationis suæ tempore abundè suppeterint.

Cœpit ex tunc deuota Virgo festiuitatem Corporis Christi solemniori, ac diuturniori ritu celebrare, voluitque vt Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per totam octauam discoopertum, fideliumque oculis expositum, multis hinc inde cereis adornatum, illustratumque confisteret. Quod cum ab aliquibus domus penuriã obtendentibus haud satis probaretur, viua fide diuinam prouidentiam non defuturam asseruit; & re verà non defuisse post octauam compertum est. Tot enim cerei à pijs fidelibus ad hanc solemnitatem erogati sunt, vt ad multas alias per anni decursum occurrentes sufficerint. Hinc per omnes postmodum Reformationis Conuentus eadem celebritas in morem inducta est: & V. Mater, priusquam officij sui expleſſet Triennium, relictum à Nouitia quadam ad eandem quot annis continuandam annuum acceperit proueatum.

Vix credi potest quanto cum spiritus feruore, ac zelo, quanta gratia, ac suauitate, nunc castigando, ac mortificando, nunc abblandiendo, & consolando, carissimarum filiarum mentes in obseruantiæ, orationis, cæterarumque virtutum studio excitaret, cueheret: omnibus præiens, omnibus se se exemplum præbens; illasque continuis, quibus in Cella, in Choro, in Refectorio, alijsve locis agebatur extra se raptibus ad interiorem cum Diuino Sponso communicationem extimulans. Verbis etiam, & adhortationibus potentissimis, supernumque, quo intus ardebat, ignem spirantibus, ad idipsum frequenter vrgebat. Inter alia verò spiritualia documenta, quibus illas ad perfectionis adeptionem animabat, hoc potissimum repetere consueuerat: *Incedite amabo, dilectissimæ filiæ, incedite coram Domino in fide, ac veritate: hoc ego per totius vitæ meæ decursum semper ambiui, semper in votis habui, vt potè quæ à Magistro nostro didicerim, veros adoratores, in spiritu, & veritate Deũ esse adoraturos.*

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

Verùm enim verò non salutis tãtùm animarũ sed & sanitatis etiam corporum curam sollicitè gerebat; nec minus in hac, quam in illa valuisse quãplurimis experimẽtis proditum est. Beatricem à Conceptione pluries solo contactu à varijs infirmitatibus, quibus afflictabatur, aut liberauit, aut alleuiauit. Semel illam à morbo regio, semel ab alio quo ad vltimum penè halitum redacta fuerat, postquã Medici de salute ipsis desperassent, Sacroque extremæ Vnctionis oleo tincta fuisset, protinus miraculosè sanauit. Elisabetham ab Angelis adeò acri, molestoue catarrho, quo intercepta voce, non modo canere in Choro, sed nec vllum etiam verbũ proferre valebat, laborantem, sudariolo laneo, quo se se detergeret à suo loco porrecto in instanti exemit. Tot demum eiusmodi alia patrauit mirabilia, vt vix sub certum numerum redigi queant: Dumque in Gallias pro-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Profectura diſcedere deberet, panniculos, lacinia, aliaue eius generis ſeu veſtium, ſeu cœterarum rerum, quæ illi vſui fuerant, fruſta certatim abriperentur, requirerentur, ac ſeruarentur, vt ægris eorum contactu ſanandis applicari poſſent.

Multas in hoc Triennio Nouitias ad habitum admiſit V. Mater, tum ſanguinis nobilitate, tum virtutum momento conſpicuas; Inter quas præſertim eluxere Ioanna à Spiritu Sancto; in ſæculo D. Ioanna *de Zuniga* vocata, filia D. Petri *de Zuniga* Toparchi *de Reuilla* ex clariſſima ſtirpe de *Vejar*, & D. Antoniæ *Palomeque*, quæ die 25. Nouembris S. Catherinæ dicata ann. 1598. ſacra veſte induta eſt, ac poſtmodũ in hoc Conuentu laudabiliter præfuit: Et Maria à Ieſu, ſæculari nomine D. Maria *de Solis* nuncupata, filia D. Petri *de Solis*, Domini *de Retortillo*, & D. Felicis *de Mendoza*, quę die prima anni 1599. Religionem eſt ingreſſa, cuisve Mater, cùm eius ad tam arctum Monaſterium receſſum æquo animo ferre nequiret, V. Matrem prophetico ſpiritu ſe ſe in hæc verba affatam audiuit: *Anne putas*, inſit, *ò Domina Fœlix, Deum hoc ſolo pignore, tam ægrè à te oblato, contentum fore? Falleris vtique, ſi ita ſentis. Ideoque offer illi libentiſſimè duos alios è liberis tuis, ſicque illum tibi propitium, & adſtrictum præſta: certum enim eſt, velis nolis, te duos alios Carmelo daturam.* Prædictionis veritatem rei poſtmodũ euentus probauit. Anno ſiquidem 1603. priuſquam V. Mater in Galliam pergeret filia eius natu minor D. Stephana *de Mendoza*, ſacrum habitum in eodem Monaſterio ſumpſit, ſub nomine Sororis Stephanæ à SS. Trinitate: & filius eius primogenitus D. Ioannes *de Solis*, qui tunc Matrimonij vinculis illigatus, velut caput, ac columen familiæ habebatur, relictis ſui nominis ſucceſſoribus, variiſque muneribus à Religionis propoſito longè diſſitis perfunctus, elata è viuis vxore, reuelante, ac conſulente, haud abſque illius ſtupore quæcumque mente verſabat, eadem V. Matre, ad Sacerdotium primo, deinde ad Religionem Carmelitanam animum adegit, & vtriuſque compos effectus eſt.

Exacto ad menſem Martium anni 1599. Prioratus triennio, & in eius gratiam, ac Monialium eam denuo in Præpoſitam exoptantium deſiderium dilata ad menſem Septembrem noua electione, ea demũ procurante alia *ſibi* ſuffecta eſt. Voluit tunc D. *Agnes Pacheco* in Ciuitate Roderici, vulgo *Ciudad Rodrigo*, Tereſianarum Virginum *Monaſterium* inſtituere. Ad id opus ſtatim V. Mater deſtinata fuit, quod tamen ea varijs morbis præpedita effectu caruit. Officijs *ergo, externiſque occupationibus libera ſibi ſoli*, Deoque vacare cœpit, ac multimodis impertitis *ſibi* ab ipſo gratijs in ſecreto cellulæ ſuę receſſu incredibili ſuauitate frui.

Vidit tunc in ſpiritu illuminata Virgo, dum R. P. Franciſco à Sancta Maria Collegij noſtri Rectori confiteretur, P. F. Alphonſum à Matre Dei eiuſdem Collegij Procuratorem parietis ruinis interceptum è viuis exceſſiſſe, ac poſt leuem Purgatorij Ignis expiationem in Cœlum euolaſſe. Spectaculo intenta hæſit aliquantulum in media confeſſione, ac ſtatim ad ſe reuerſa viſum Confeſſario retulit, qui ad Conuentum rediens, ſicut Virgo prædixerat comperit accidiſſe; reperit inſuper vnum ex fabricæ operarijs eodem caſu obrutum, è macerierum tamen aceruo ſemiuiuum extractum; ipſumque per tres integros dies, quibus ſuperuixit, continuò repetentem audiuit: *Expecta me, precor, Pater Alphonſe, expecta, ſequor, propero.* Quibus profectò, tum de ſuperna, qua Anna noſtra perfundebatur, luce; tum de æterna de-

na defuncti Patris ſalute, ac gloria certior factus eſt.

Sexennium Generalatus Reu. P. Eliæ à Sancto Martino appetebat ad finem, & quis ei ſucceſſurus eſſet ambigebatur. Res tamen ad duos potiſſimum videbatur deflectere, nimirum ad Patrem Ioannem Baptiſtam, & ad P. Gregorium Nazianzenum. Anxia Virgo de ſucceſſu Capituli fauſtum eius exitum Domino commendabat, cum ab oratione aliquando ſurgens, ac de euentu præſcia ſupra nominatum Patrem Rectorem mœſta præmonuit, alium ab his duobus, de quibus huc vſque actum fuerat, Generalem requirerent, neutrum enim ex his ad id munus euehendum fore. Res mira! vt prædixerat contigit, ambo ante Capituli celebrationem vita functi ſunt, atque vt præuiderat terræ mandati, nec non eorum primus illi poſt fælicem obitum glorioſus apparuit; & R. P. Franciſcus à Matre Dei, de quo nulla prorſus prius mentio facta fuerat, in Congregationis Præpoſitum fuit electus.

Eodem illuſtrata cœlitus lumine plures alias ſeu amicorum, ſeu aliorum mortes, aut antequam accidiſſent, aut eo ipſo momento, quo viuis eripiebantur, aut prius quam naturali via ad aliorum notitiam peruenire potuiſſent, præſciuit. Sic prænognouit interitum præcipui cuiuſdam Monaſterij Benefactoris nomine *Villacon*, ſic obitum D. Petri *de Ledeſma* Patris Marchionis *de Palacios*, ſic tranſitum Prioris cuiuſdam ſui ordinis, M. Mariæ à Sancto Ioſeph Vliſponenſis Monaſterij Fundatricis, alteriuſue Inſtituti ſui Religioſæ, qui omnes ipſi apparuere, ſuffragiaque, ac preces ab ipſa expoſtularunt.

Multa quoque alia, lætiora vtiq; ac gratiora ſuperno irradiata fulgore amicis ſuis Propheticè prænuntiauit. P. Magiſtro *Antolinez* Ordinis Sancti Auguſtini alumno lectionis Sacræ Cathedram in Salmanticenſi *Vniuerſitate*, obitu P. Magiſtri Martini *de Peraza* Mitigatæ Obſeruantiæ Carmelitæ vacantem, quanquam tunc temporis Præclariſſimi viri P. Magiſter Petrus *de Herrera* Ordinis Sancti Dominici Doctor egregius, poſtmodum verò Epiſcopus Tuienſis, ac demum ad ſedē Turiaſſonenſem nominatus; & P. Magiſter Ludouicus Bernardus Præpoſitus Generalis Ciſtercienſis Ordinis, illam ambirent, ac totis niſibus obtinere ſatagerent. P. Didaco *de Guenara*, apud Auguſtiſtinianos Prouinciali Prælaturas Bilbaonenſem, ac complutenſem. D. Didaco *de Corral* Clementinarum lectionem in eadem alma Salmanticæ Academia. Alijs denique per multis innumera alia, quæ omnia longum foret, ac faſtidioſum pēr ſingula recenſere.

Hoc vnum annotandum cenſeo, quo Caput iſtud, hancque Vitæ V. Matris partem concludam: Nimirum tunc etiam bis in die Feſto Sāti Lucæ tranſmigrationem ſuam in Gallias, quanquam acriter reluctantibus Superioribus, tum clarè præuidiſſe, tum certò prædixiſſe, vt in primis huius libri capitibus anticipatè narrauimus. Vnde in his amplius non immoramur; Reſidua eius vitæ ſeu in Gallijs, ſeu apud Belgas exactæ geſta ſuis locis, ſuis temporibus reſeruantes, & ad ea, quæ ad alteram Annam ſpectant enarranda properantes.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

CAPVT XXI.

Initia Vitæ V. Matris Annæ à Sancto Bartholomeo, ortus eius, & infantia, visiones mirabiles, singularesque gratiæ, quibus in tenerrima adhuc ætate à Deo præuenitur.

ETsi nunquam Omnipotenti Deo varij defuerint modi, quibus gloriam suam occæcato peccatorum tenebris Mundo patefecerit, se seque mirabilem in sanctis suis abundè ostenderit, præcipuè tamen id effecisse fatendum est, cum stupendo Prouidentiæ suæ arcano, teste Paulo Apostolo 1. ad Cor. 1. v. 17. 18. & 19. *Quæ stulta sunt Mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma Mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia Mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Id profectò luculenter patebit legenti vitam V. M. Annæ à Sancto Bartholomeo, quam scribere aggredior: Deum enim illam ab incunabulis, tanquam instrumentum mirabiliũ suorum elegisse compertum est, vt eius humilitate superbos confunderet; simplicitate associata prudentiæ, sæculi sapientes, ac de seipsis alta sentientes peruinceret; potentium, ac sublimium colla infirmitate calcaret; Infernalium Tenebrarum Principum, eorumve satellitum cateruas luce desuper infusa, ardore cælitùs immisso fugaret, dispelleret; Peruicacium hæreticorum animos, imo & exercitus zelo Religionis, orationis vi contereret, destrueret; omnium denique inimicorum Dei machinamenta omnigenarum virtutum studio, exercitio, actibus, veluti spiritualibus armis, arietibus, machinis propulsaret, euerteret, dissiparet.

Nata est in Oppipo *Almendral*, in Regno Castellæ sito, & ab Vrbe *Vualda* dimidia tantum leuca dissito, die prima Octobris Sancto Remigio Galliarum Apostolo sacra: quod fortè mysterio minimè carere suspicari licet, quasi Deus illam ab ortu suo ad florentissimi illius Regni bonum destinaret, quod Sanctus ille Præsul Clodouei Regis cõuersione, baptismo, & consecratione Christianæ Religionis mysterijs olim initiauerat, & addixerat. Parentes eius, Ferdinandus *Garcia*, & Catharina *Mançanas*, non quidem nobilitate sanguinis, vt potè qui ruris culturam agebant, sed virtutũ præstantia conspicui fuere. Vitam ducebant inter familiares lares fæliciſſimam, cælestibusq; *benedictionibus* vbertim manantibus affluentem, ac proindè Magnatum, Regumve animis inuidendam. Septem ex pudico Toro proles suscepere, masculini sexus tres, fœminini quatuor: quas omnes tum in doctrinæ Christianæ rudimentis, tum in piorum librorum lectione, assumpto domi Pædagogo Sacerdote, educari curarunt. Seipsos in omnibus pietatis operibus, seu domesticis, seu extraneis exemplum præbebãt. Bona, quibus pro conditione illos abundè locupletabat Dominus, in subleuandis seu pauperum, seu infirmorum necessitatibus maiori ex parte insumebant. Quotidiè tum pergebant ipsi, tum domesticos omnes ad audiendum Sacrosanctum Missæ sacrificium deducebant. Mox aut se se vna cum ipsis pijs, honestisve exercitijs vacandi gratia proprijs in ædibus abdebant, aut ad labores obeundos, cæteraque negotia peragenda abibant, sub Magistri custodia soboles relinquentes. Vnde deuotorum Agricolarum domũ, Religiosum fermè Monasterium diceres, à diuersi quidem sexus personis

ſonis, ſed concordibus votis, animiſque vnanimis pietatem colentibus inhabitatum.

Tam præclaris, ac virtute præſtãtibus orta parentibus clariſſima, sãctaque filia timorem, ſimul & amorem Dei è maternis vberibus cum lacte ſugere videbatur. Nondum tertium ætatis annum attigerat, nõdum nouerat proprijs aut incedere, aut ſtare pedibus, ſororum huc vſque vlnis deportata, cum illã Deus in benedictionibus præueniens ſuper cœlorum verticem in ſpiritu euehere, ac deducere dignatus eſt. Die quadam tres illius ſorores inſimul laborabant, cùm ipſam tunc primùm ſe ſola progreſſuram in terram demiſerunt. Adueniens fortè Mater, & quod fecerant aduertens, de cariſſimi pignoris ſalute ſollicita: *Heus*, inquit, *Filiæ, puerulæ huius curam habete, ne fortè decidat, & occidatur.* Hoc dicto pertranſeunte Matre, vna ex ſororibus ſubdidit: *O quam felix eſſet, quamque illi gratiam Deus concederet, ſi modo moreretur! vt potè quæ in hoc innocentiæ ſtatu recta in cœlum tenderet.* Cui altera: *Nequaquam*, ſubiunxit, *meliùs eſt eam viuere procuremus; poterit enim fieri, vt protracta vita in magnam exadat Sanctitatem. Hoc vtique incertum eſt*, retulit prima, *aſt verò ſi in præſentiarum occumberet, certam conſequeretur ſalutem, cum in nullum huc vſque offendẽdi Deum periculum incurrerit, in quod tamen vbi ad ſeptimum ætatis annum deuenerit, neceſſariò incidenda eſt: tunc etenim tantummodò pueri incipiunt peccare.*

Sororum colloquia auida aure captabat tenella puellula, iamque ſingulari Dei priuilegio præcoci, ac præpropero veluti rationis vſu prædita, ea alta mente apud ſe tacita perpendebat: Cum ecce ſalutari peccati perculſa timore, oculos ad Cœlum eleuans, vnde ſibi affuturũ ſperabat auxilium, ad inſtar alterius Stephani, *vidit Cælos apertos, & Iesum ſtantem à dextris virtutis Dei*, maieſtate maxima, immenſa gloria circumdatum, ac refulgentem. His verbis, hoc viſu tanto peccati horrore ſtupefacta, tanto Chriſti amore accenſa eſt, vt ad illud fugiendũ, iſtumve proſequendum mille tormenta, mille mortes libenter oppetijſſet, lætanter exanthlaſſet. Illo veluti fræno retenta, hoc veluti acta calcari ad vſque ſeptimum ætatis annum pertigit. Tunc autem altiùs hæc animo verſans, longè maiori offenſæ Dei tremore, longè maiori dilecti ſponſi deſiderio tenebatur, & vtroque in tantum interdum mentis, cordiſque angorem, mœroremque deuoluebatur, vt ſemotis arbitris in ſecretioribus ædium penetralibus abdita copioſum oculis lachrymarum imbrem profunderet. Illam aliquando ſororum vna doloris, fletusve cauſæ neſcia intercipiẽs: *Ecquid*, inſit, *ploras Puella?* Cui ipſa illicò reſpondens: *Fleo*, inquit, *eo quod peccare timeam, & mortem potius quam peccatum obitura ſim.* O virile, vel vt veriùs loquar, ſanctum, ac ſtupendum planè infantilis animi propoſitum! ò puella non æquiparanda modo, ſed & præferenda viris ætate, ac doctrina prouectis, qui ſibi ſapientes, ac prudentes videri volunt, quique tamen ideo vitam ad multos annos protrahere deſiderãt, vt peccata multiplicent, tantum abeſt, vt illam eligant amittere ne decidant in iſta!

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Hac preſſa anxietate cum à Deo perſeuerantiam in bono feruenter, ac perenniter poſtularet, & apud ipſum inceſſanter inſtaret, vt à vita potius excederet, quam excideret à gratia, verita nihilominus ſe ſuis precibus intentum ſuum haud eſſe aſſecuturam, potentiores adhibere cogitauit interceſſores. Sanctos Angelos, vtpotè Dei miniſtros, ſupremæque Maieſtatis veluti cubicularios in Aduocatos ſibi aſſumpſit. In Sanctiſſima Deipara Virgine, quam

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ſpem noſtram vniuerſalis concinit Eccleſia, totam ſpem ſuam reponebat. Sanctiſſimum eius ſponſum Ioſeph, tanquam præcipuum huius cauſæ Patronum inuocabat: Et inter cæteros cœleſtis Aulæ incolas vndecim potiſſimum mille Virgines ac Sanctum Ioannem Baptiſtam Chriſti Domini Præcurſorẽ digniſſimum, vt graue hoc negotiũ apud eum promouerent, rogare conſueuerat.

Tot tantiſque Protectoribus freta ſingulari cœpit tranquillitate frui, foras timorem mittere, totos intus pectoris ſinus in Chriſti amorem expandere, explicare. Hoc immenſo, hoc profundiſſimo immerſa, abſorptaque diuinę charitatis pelago, hoc ignis ſuperni ſuauiſſimo, ac iucundiſſimo concremata, conſumpta incendio à terrenis omnibus, ac tranſitorijs abhorrebat, ad cœleſtia tantùm, æternaque aſpirabat, anhelabatque. Iuxta Dauidis admonitionem pſal. 54. v. 23. totam ſolùm *iactabat ſuper Dominus curam ſuam.* Secundum Sapientis conſilium Eccleſiaſt. 6. ℣. 37. *Cogitatum ſuum habebat in præceptis Dei, & in mandatis illius aſſidua erat: & ipſe dabat illi cor, & concupiſcentia ſapientię dabatur ei. Inijciebat pedem ſuum in compedes illius, & in torques illius collum ſuum, ſubijciebat humerum ſuum, & portabat illum; nec acediabatur vinculis eius; in omni animo ſuo accedebat ad illum, & in omni virtute ſua conſernabat vias eius. Inueſtigabat illum, & manifeſtabatur ei, & conuertebatur ipſi in oblectationem*, vt ibidem Sapiens proſequitur. Nullam denique cogitationem mente verſabat niſi de Deo, pedem nunquam vel tantillũ mouebat niſi pro Deo, nullam omnino actionem niſi propter Deum edebat, in omnibus illi ſoli placere exoptans, in omnibus ipſum ſibi cõplaceri exorans.

Quoties ab alijs ſeiungi, ſolaque cum dilecto ſponſo agere poterat, ad feneſtram, qua ad campos proſpectus patebat, illicò accedebat, oculosve huc illuc conuertens ſedulò perueſtigabat, num alicubi quẽ diligebat anima eius diſcernere valeret. Operabantur profectò in hoc iuuenilis amantis commento, tum exæſtuantis amoris vis, tum pueriles innocentiæ ſimplicitas; illa quidem, vt in abſentia ſacratiſſimi amati flagrans, & inquietum eius cor ad illum requirendum impelleret; hæc autem vt illum viſibiliter ad ſe venturum, ſuæque dulciſſimæ præſentiæ copiam facturum ſuaderet. Et verò *Benigniſſimus* Dominus, qui & *innocenti ſimplicitate allicitur*, & feruentiſſimo peruincitur amore, vtrique ſe ſe mirum in modũ accommodans, tenellam poſtmodũ Virginem votorum ſuorum compotem vbertim effecit, vt *ex ſequentibus* luculenter conſtabit.

Creſcente interim ſupra ætatem virtute, à coætaneorum ludicris, quantumcumque natiuo genio in ea propenderet, abſtinebat, vt in oratione, ac meditatione ſoli Deo vacaret, à quo melioribus ſanè, ac ſolidioribus, cęleſtibus nimirum, ac ſupernis recreabatur delicijs. Nihilominus tamen poſtquã die quadam in hac ſancta conuerſatione diutiùs cum Deo familiariter egiſſet, ſolita, qua illam alloquebatur ſimplicitate: *Da*, inquit, *Domine veniam, vt cum alijs puellis aliquantulum luſum eam, & quantocyùs ad te reuertar.* Annuit innocentis Virginis poſtulato clementiſſimus Dominus, interiùſque aſſenſum ſibi ac benedictionem impertientem percepit. Vnde nihil impoſterùm abſque Dei licentia, ac beneplacito agere auſa fuit; & ex tunc illius obedientiæ veluti Tyrocinium exorſa eſt, quam poſtmodum in prouectiori ætate tam exactiſſimè coluit.

In his pietatis, ac deuotionis exercitijs ad decimum deuenerat Anna noſtra ætatis ſuæ annum, quo luctuo-

luctuosa, ac præmatura morte cariſſimis parentibus orbata, ſub Fratrũ Sororumque poteſtate ac cura relicta eſt. Ab illis impensè dilecta, peramanter, atque humaniſſimè sẽper habita fuit. Verùm vt eſt humanarum rerum viciſſitudo, & Deus Optimus Maximus, cuncta, quantumuis temporum diuerſitate nobis imperuia, ſingulari prouidentia proſpiciens, ſingulari ſapientia regens, ea quoque ſingulari potentia vijs nobis incognitis ad intentum ſuum, ac bonum noſtrum ordinare conſueuit: inde effectum eſt, vt Annæ fratres, ſeu mortuis parentibus, rebuſque familiaribus minus proſperè ſuccedentibus, neceſſitate coacti; ſeu alio motiuo nobis latente ducti; ſeu potius, vt ſtatim præmonui, ſecreto Dei prouidentis nutu, & inſpiratione compulſi illam ad ouium cuſtodiam adegerint.

Aegrè tulit initio tenella Virgo nouam hanc paſtoralis curæ ſollicitudinem, timens ea à ſolito receſſu, quo huc vſque domi potita fuerat, per campos diuagando aut priuari, aut diſtrahi. Munus tamen ſibi à fratribus impoſitum, & humiliter acceptauit, & fæliciùs obiit. Vix etenim pecorum greges ad paſcua ductura ædibus paternis egreſſa eſt, & ad rura perrexit: cum ibidem veram ſolitudinem tantò à ſe expetitam, quam amittere verebatur, inuenit: quin etiam, & diuinum Spõſum tantò à ſe concupitum, tamque anxiè requiſitum fauſtiſſimè reperit; illum quo remotiùs, eò dulciùs contemplata eſt, eumque modò viſibili aſpectu ſibi apparentem defæcatis oculis conſpexit, modo in ſecreto cordis ſibi ſuauiſſimè abblandientẽ audiuit; ac demum vtroque modo gratiſſima cum eo colloquia eò liberiùs, ac familiariùs miſcuit, quo ab humano conuictu, ac conuerſatione longiùs, quietiùſque degebat. Montium cacumina, profunditas Vallium, Aruorum planities, denſitas Syluarum, Pratorum amœnitas, perennitas Fontium, murmur Riuulorum, Florum decor, ac redolentia, Frugum varietas, atque ſuauitas, harmonici Auium concentus, ac vt vno verbo cuncta complectar, quæcumque videbat, quæcumque audiebat, tot illi erant linguæ, tot ora, quæ diuinam ipſi bonitatem, ac prouidentiam, cæteraque ſupremæ Maieſtatis attributa depredicabant, extollebant, ac manifeſtè demonſtrabant, atque ad idem cum illis efficiendum mirum in modum permouebant, adſtringebantque. Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Per ordinatiſſimas ergo creaturarum, ac viſibilium ſpecies ad ſpectandam Creatoris, & inuiſibilium eius pulchritudinem, tanquam per ſcalarum gradus aſcendens, in eius contemplatione defixa extra ſe frequenter rapiebatur, ac per horas integras omni prorſus motu, omni ſenſuum vſu deſtituta, ſolo corde in ſuperna erecta, ſolo ſpiritu in cælũ eleuata, diutinas pariebatur extaſes. Verùm diuinus Sponſus eius amore veluti vulneratus, non contentus illam tot, tantiſque internis liberaliſſimè locupletaſſe chariſmatibus, voluit etiam vt ſenſus eius, qui toties præ amoris æſtu actus ſuos ſuſpenderant, ſuauiſſima ſua præſentia interdiu fruerentur. Itaq; poſtquam die quadam eiuſmodi interiori exceſſu abrepta, abſorptaq; prolixiùs permanſiſſet, ad ſe tandem reuerſa, Puerum Ieſum gremio ſuo incubantem inuenit. Ineffabili illius allecta dulcedine, inenarrabili pulchritudine capta, vel vt veriùs loquar, intùs altiùs icta, extra ſe vehementiùs acta, dici nequit, quot illum formoſiſſimum infantulum amplexibus ſtrinxerit, quot illi baſia impegerit, quot blanditias dixerit, quot modis, quot ſinceri, ac teneri affectus ſignificationibus gratiam eius, ac beneuolentiam aucupata fuerit. Quem quidem fauorẽ non ſemel tantùm, aut rarò, illi cõceſſit

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

cessit benignissimus Dominus, sed pluries, ac per longum temporis spatium deinceps continuauit; miro eius tum animæ, ac potentiarum oblectamento, tum gratiarum, ac virtutum incremento.

Meritò sanè cum Regio Propheta exclamare tunc poterat benedicta puella; & reipsa persæpè exclamabat: *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus: Beatus vir qui sperat in eo.* Hoc attracta gustu, hoc visu accensa, hac perfusa suauitate, hac erecta spe, hac fruitione verè beata, cætera omnia despiciebat, abhorrebat, respuebat, fugiebatque; sola illi solitudo placebat; prærupti cautes, aspera saxa, antra deserta, humanisque vestigijs inuia ipsi tãtùm pro Paradiso erant: vmbrosa, procerisque arboribus opaca tantummodò nemora hortus deliciarum sibi videbantur; Per ea denique loca solitaria, horrida, ab omni hominũ conuictu, ac societate remotissima, solisve inhabitata feris lætãter spatiabatur, & ad ea ardenter anhelabat; vt potè in quibus speciosum, ac dilectum sponsum, eiusdem cum illa ætatis, sibi apparere solitum, cernere, alloqui, amplecti, ac innocenti, illibataque amoris familiaritate, reuerentia tamen, ac veneratione permixta prosequi sibi licebat. Augebantur igitur quotidie magis, ac magis in tenello corde, tum amatæ solitudinis desideria, tum diuini amoris impetus: vnde cum aliquando cum dilecto Iesulo versaretur: *Eia*, inquit, *amabilissime Domine, cum Te mihi tam suaui modo, tamque inusitato fauore comitem præbere, meque licet immeritam, in tui tamen societatem admittere digneris, ne precor reuertamur, vbi aliorum frequentiam reperire possimus. Deduc me, amabo, sponse carissime, ac super omnia desideratissime, in imperuios, & ignotos aliquos montes, vbi tua tantùm præsentia frui valeam; tecum ibi conuiuens, felicissime viuam; te mecum habens, nihil vnquam mihi defuturum certissima sis.* Hæc verba maximo cum feruore prolata placidissimè audijt Sacer Puerulus, hilarique ac arridente vultu susceptit, benignissimè tamen significans se illam non ad id elegisse.

Diuini huius obiecti intuitu recreata, castissimi huius Sponsi, quem sibi semper ad latus assistentẽ, & ad eius mensuram crescentem videbat, cœlestibus intenta, ac detenta colloquijs, sæpè numero accidit, vt eam dimidia leuca à pago, paternisque laribus distantem nox apperens interciperet. *Quod Fratres, de virtute quidem illius, atque honestate* securi; sed de salute, & incolumitate solliciti, malè habebant; moræq; impatientes eam per campos disquisituri pergebant; Illamque, dum occurreret, graui, seueraque *reprehensione* excipiebant: Ipsa verò *Virgo* tenerrima secretum suum alto premens silentio, acrem increpationem tacita audiebat; tranquilla serenaq; fronte, imò, & alacri, lætaue mente ferebat, nec vllum vnquam excusationis verbum inferre audita est.

Vrgente postmodum ipsam tum humanæ conuersationis tædio, tum diuinæ desiderio, conceptoque vltra modum exæstuantis spiritus feruore, oblita prorsus colloquij, quod cum puero Iesu pridem habuerat, ausu supra ætatem, supra sexum elato, sub virili schemate nuntium mundo remittere, à fratrum, sororum, cæterorumque seu consanguineorum, seu notorum consortio se se eripere, è paterna domo, è natali solo diffugere, ac demum in dissitam quandam desertamque plagam, vbi omnibus incognita, solive Deo vacans viuere sibi liceret, se se recipere decreuit. Arcanum attamen suũ alteri Virgini, eiusdem cum ipsa ætatis (eadem quippè die nata, eadem quoque sacro baptismi lauacro tincta fuerat) cum qua sanguinis quidem affinitate, parilique, & ad

stupo-

ſtuporem ſimillima corporis cõformatione, ſed longè magis pietatis, charitatis, cæterarumque virtutum præſtantia; morum denique, animorumque cõformitate coniunctiſſima erat, fidenter aperuit; & in idem cõſilium, peruicta poſt aliquam luctã eius repugnantia, induxit. Adornato ſibi peregrinorum habitu intẽpeſta nocte domo clanculum egredi, & in deſignatum locum ſtatuunt conuenire. Anna noſtra per oleam, quam multoties facillimè conſcenderat, in callem ſe ſe cogitauit demittere, verùm inuiſibili tunc velut manu retenta, omnique prorſus vi, motuque deſtituta fruſtra per totam noctem aſcenſum, ſibi aliàs facillimum, tentauit. Altera verò Virgo reſeratis iam omnibus paternarum ædium foribus, cum ad vltimam tandem, qua patebat exitus ad viam publicam, peruenisſet, eam nulla vi, nulla induſtria, contra ſolitum, aperire valuit, quanquam admota feræ claue, ac per illam millies reuoluta, ad diluculum vſque in vano labore perſeueraſſet. Vtraque igitur illuceſcente iam mane à cæpto deſiſtere coacta eſt, ne à ſurgentibus, ac ſuperuenientibus deprehenderentur. Mox ad ſacrum conuenientes, poſtquam communicatis extra Eccleſiam, quæ hac nocte contigerant, de incaſſa opera altera alteram lepidè, nec ſine riſu ſubſannaſſet, ioco tandem in rem ſeriam verſo, renitentem Dei manum propoſitum nõ probantis, & ad aliud reuocantis, ſe ſe agnoſcere faſſæ ſunt; & animũ ad conſuetum viuendi modum, vtrimque conuerterunt, ſe ſe inuicẽ de leuioribus etiam culpis, aut defectibus cum maxima charitate admonentes, vt puriùs, ac perfectiùs Deo adhærere, illique valerent inſeruire.

CAPVT XXII.

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Spiritualia Annæ Exercitia, eminentes in paruula virtutes, aſperrimi in puella delicata rigores, ſtupendæ myſteriorum Fidei notitiæ, penitiſſimi ſenſus, Diuini ſpiritus feruores expenduntur.

PVerilibus Annæ noſtræ, eiusve Conſobrinæ Franciſcæ (hoc enim erat Virgini nomen) vt ita dicam, nugis, vel vt ſaniùs loquar, teneris pullulęſcentis, ac germinantis earum virtutis rudimentis, atque primordiſs non indelectatus Sponſus Cœleſtis, ea ad inſtar ſtrenui, ac periti Agricultoris vberiùs irrigauit, ſollicitiùs excoluit, fouit abundantiùs, & ad iuſtum incrementum, ac ſublimem illam, qua poſtmodum pertigere, perfectionem, paulatim, etſi, vt videtur, præproperè, ac citato gradu, promouit, atque perduxit. In præmium perennis anxietatis, perpetuique deſiderij, quibus iuuenilia earum pectora agebantur, nouaque & inuſitata quotidiè commenta ſibi fingebãt, vt vni Deo placerent, ſe ſeque totaliter in eius obſequium mancipарent; ſolebat ambas benigniſſimus, ac liberaliſſimus Dominus mille benedictionibus cumulare, potioribus locupletare muneribus, fauoribus exornare, ſui ipſius communicationibus participes efficere. Quibus omnibus intimiùs in eius amorem exardeſcebãt, extra ſe frequentiùs ferebantur, ac tãdem pari greſſu in vitæ ſpiritualis ſtadio inſimul ſancta æmulatione currentes, ad Carmeli Religionem, ad perfectionis faſtigium, ad Cœlorum beatitudinem fæliciter peruenerũt. Vtriuſque vitam, quantumuis ſimillimam, & om-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

& omnigenarum virtutum, & gratiarum exemplis conformem, conſcribere nequaquam mei muneris eſt: vnde paucis his prænotatis, vt curioſus lector cætera apud hiſtoricos hiſpanos, ſi lubeat, requirat; Iterum ad Annæ noſtræ hiſtoriam calamum reſtringo.

Vt amor, quo Saluatorem Chriſtum proſequebatur, adeò ſincerus, adeo ardens erat, & in adeò magnũ excreuerat, euaſerat incendium; magnus etiam, ac penitiſſimus erat doloris ſenſus, quo intus affligebatur, dum ea, quæ ad ſternendum, complanandumque nobis iter in cœlum aditumque ad Paradiſi gaudia faciendum, præbendumque idem dulciſſimus Redemptor in terris paſſus fuerat, alta mente penſaret, æqua lance perpenderet. Amor dolorem acuebat, dolor amorem accendebat; adeoque reciproca viciſſitudine augebant ſe ſe ad inuicem, augebanturque, medioq; eiuſmodi augmento, quod ad immenſam propè celſitudinem, atque exceſſum pertigiſſe compertum eſt, ſibi viciſſim effectus erant, & cauſa. Hoc dolore, tanquam acutiſſimo, & omnipotenti manu librato transfixa ſpiculo ad vſque ima penetrabatur viſcera; amore illo tanquam ineſtinguibili, cælitùsve immiſſo aduſta titione, nõ intus modo torrebatur acerrimè, ſed ad vſque animæ centrum conſumebatur. Quapropter meritò cum Pſalte Regio exclamare potuiſſet: *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoryis!*

Cœterùm non ad intra tantùm hæc amoris, dolorisve ſenſa ſiſtebant, ad extra quoque frequenter prorumpebant; quoties etenim ſeu in Eccleſia, ſeu alibi Chriſti effigies, vel columnæ alligati, vel in Cruce pendentis eius obijciebatur luminibus, quoties paſſionis illius recordatio animo inſidebat, toties ſui ipſius impotens liquefiebat in lachrymas, in ſuſpiria, in gemitus, in planctus amariſſimè ſoluebatur, & interdum etiam cordis deliquium patiens, ab omni prorſus motu, ab omni ſenſuum vſu orbata, in terram mortuæ ſimilis procumbebat.

Quin etiam ad vtriuſque menſuram creſcente poſtmodum *in virgineo pectore* deſiderio patiendi pro Chriſto, qui tanta, tamque immania pro ſua, totiuſque mundi ſalute perpeſſus fuerat, eius impetu acta, ne deſidioſè, ac perperam paſſionibus Sponſi compati videretur; adeò in ſemetipſam *crudeliter* deſæuiebat, vt *vix credi liceat*, tenellum corpus *tot cruciatibus ſuffeciſſe*, tantoque mortificationum *pondere* oppreſſum morti non ſuccubuiſſe. Domi exiſtens in ſecretioribus ædiũ penetralibus mille illud modis inuiſis, inauditis, inuſitatis, macerabat, diſcerpebat, dila*cerabat; foras* verò exiens, cum ad deducendum gregem per campos progrederetur, calceos exuebat, nudiſque pedibus per aſperas, & inæquales calles, per auia, præruptaque ſaxa, per ſpineta hiſpida, horridaque incedebat, ita vt per inflicta vulnera vim multam ſanguinis quotidiè profunderet, & intenſiſſimum ex plagis dolorem perſentiret. Hæc autem omnia pœnitentiæ, ac mortificationis exercitia, cum tanta circunſpectione, ac ſecreto gerebat, vt à nemine vnquã reſciri potuerint.

Mos hic apud Sanctos, generoſosve electorum animos inualuit, vt quo in ſeipſos auſteriores, ac rigidiores ſunt, proprio corpori, propriæ carni nullo modo parcentes, eò in proximos clementiores, ac benigniores ſint; dumque illos in neceſſitate poſitos vident, largiùs, teneriùſue compaſsionis, ac charitatis viſcera pandant, & in ijs ſubleuandis promptiùs, expeditiùſque accurrant. Id profectò in Puella *noſtra* mirum in modum eluxit. Quo in ſemetipſam ſeuerior, quo immitior videbatur, eò faciliùs, eò intimiùs

alio-

aliorum, ac præsertim egenorum, afficiebatur miserijs. Pari gressu procedebant, & pium in seipsam odium, & sancta in pauperes dilectio. Cumque in semetipsa passionum Christi causam agnosceret, in inopibus verò ipsiusmet Christi patientis personam consideraret, omnia sibi non modo sensibus grata, sed & victui quoque necessaria, vtcunque poterat, animosè denegabat, & in ope illis ferenda omnes pietatis, ac misericordiæ sinus aperiens, quæcumque sibi subtrahebat, illis affatim elargiebatur. Quanquam autem maiori qua poterat diligentia id secretò præstaret, ne à fratribus deprehenderetur, non latuit tamen vnũ illorum pium Virginis furtum, quod, donec illud egeno clanculum posset tribuere, absconderat. De intento igitur Virginis ignarus, illam priuatim affatus: *Quorsum*, inquit, *non manducas, quod tibi ad edendum conceditur? Quid eo vis facere? Ad quid illud reseruas?* cui benedicta puella, quæ nescio an maiori humilitate, quam sagacitate prædita secretum suum celare voluit, argutè respondit, se iam comedisse, mentali restrictione intelligens de spirituali comestione, qua erogatis eleèmosynis vberiùs reficiebat animam, quam cibis corpus sustentasset.

In tanto seu mentiendi, seu arcanum prodendi discrimine constituta, consilium maturare non valens, mira ingenij viuacitate hoc cõmẽto vsa est, quo nec conscientiam suam læsisse, nec piam fraudem detexisse prima fronte putauit. Verùm re postmodum altiùs pensata, & hinc indè maturiùs versata, timoratam eius mentem insedit scrupulus, ne vano pietatis obtentu verum mendacium protulisset. Hoc agitata stimulo, hoc timore perculsa quiescere nequibat, sibi ipsi consulere non poterat: vnde ad pedes Confessarij, aut animi securitatem, aut emendationem culpæ expostulatura confugit. Rem totam sincerissimè aperuit, casum retulit, sententiam requisiuit, conceptissimis verbis constanter asserens se mille potiùs mortes obire, quam vel tantillum à veritate aberrare paratam. Pius Sacerdos, non minus puellæ virtutem, quam discretionem demiratus, trãquillitatem restituit, anxietatem abstersit, laudauit secretum, salutarem approbauit timorem, & illam in generoso proposito confirmauit. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Potiores inter dotes diuinitus hominibus concessas, quibus maximè condecorantur, ipsique Deo quamsimillimi fiunt, præcipua sane veritas est, vt dicebat Pythagoras: ea siquidem euecti, ad Deum ipsum, qui prima veritas est, proximius accedunt; ea tanquam perfusi, *Patri luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Iacob. 1. v. 17. quique iuxta Paulum Apostolum *lucem inhabitat inaccessibilem*, imo & teste Ioanne *lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ*, intimiùs vniuntur, perfectiùs transformantur: vnde Psalmista canit: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad Altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Verùm non ea tantùm in seipsis emicant, ac resplendent, sed, vt ait Theodoretus, radios etiam suos in externa diffundunt, ijsque medijs, aurum, argentum, cœteraque metalla, colorem, figuram, plantas, animalia, & quod magis est, veras à falsis virtutibus liquidò discernunt. Vidimus iam Annam nostram hoc veritatis lumine illustratam in seipsa mirum in modum effulsisse, Deo intimè adhæsisse, puritate conscientiæ, nitore virtutum emicuisse, & ab omnibus seu peccati, seu falsitatis vmbris longiùs refugisse. Illam modo spectandum est lucis affluxus in alios emittentem; ac de sinceris, &

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

genuinis, aut adulteratis, corruptisque Mysteriorum fidei sensibus, aut effatis maturo, ac supra quam ab eius ætate, sexu, conditione sperari poterat, perspicaci iudicio sententiam ferentem.

Et certè diuina illa, qua illuminabatur, irradiatione præuenta, adeò clarè, adeo distinctè, quæ ab alijs aut ætate prouectis, aut doctrina præstantibus, circa præsertim abstrusiora Religionis nostræ arcana dicebantur, & dignoscebat, & penetrabat, & interdum etiam aperiebat, manifestabat; vt audientibus admirationi esset, ac pro monstro, ac prodigio fuerit, in tam iuuenili, rudi, ac litterarum experte puellula, tam altas, profundasque supernarũ veritatum speculationes, atque notitias; tam faciles, planasque, nec non ad rerum proprietatem amussim accommodatas earum interpretationes, explicationesque reperiri.

Celebre est, ac planè mirabile, quod illi aliquando ad hoc propositum contigisse narratur. Grauissimus quidam, doctissimusque Theologus verbum Dei è pulpito per Quadragesimæ curriculum populo prædicabat, vniuersosque Auditores tum fucatis eloquentiæ floribus, tũ inauditis sententiarum momentis, tum insolitis subtilitatum lenocinijs inescabat, rapiebat, & in in sui laudes, encomia, applausus adegerat. Affuit cum Sororibus Anna nostra concioni, quam ad populum habuit in die Veneris Maioris Hebdomadæ Passioni Christi sacra: cùmque more solito habita concione applauderent omnes, & in concionatoris elogia effunderentur; ipsa sola domum mœsta repetens, lachrymarum vim profundebat. Et percunctantibus Sororibus, *vt quid fleret*? vberiùs ipsa plorans respondit: *Quia Concionator ille pessimè prædicauit. Quasi verò*, stupentes subiunxere sorores, *ecquis huiusce modi rei arbitram te constituit? Quorsum censorium munus tibi arrogare præsumis? Qua tibi sermonum peritia? Quid scis an benè, vel malè Prædicator locutus sit? Num intelligis, quæ præco Dei protulit? Scio vtique*, replicauit puella Superiori æstu abrepta, *& optimè calleo, quæ Christus Dominus pro nobis passus est, quæque egregius ille Rector, quam leuissimè tetigit, nec satis, aut pro rei dignitate ponderauit, aut Auditorum auribus, mentibusque intulit, ea efficacia, ac sensu, quibus illa & sentio, & pondero, & noui. O si liceret! Ego illa, & effusis vocibus, & nalido clamore libenter annuntiarem; immo & in Domino confido, me id maiori feruore, maiori energia, quam ille præstitit, haud dubiè effecturam.* Quærebat nimirum, vt fieri debet, in verbi Dei præconibus, tenella *Virgo*, & in his ætatis primordijs *iam supernis*, solidisque Diuinæ Sapientiæ documentis imbuta, consummataque, non turgẽntia, humanisve auribus titillantia inanis Rethoricæ eloquia; non phrases mille artibus, mille torturis expolitas; non periodos quadratis membris artificiosè instructas, ad numerum, ad mensuram, ad pondus, ad harmonicum concentum efformatas, libratas; emarcescentibus floscul is, inspersas, adornatas; imò nec intumescentes acutissimi ingenij conceptus, ad alliciendam potius, satiandamque hominum curiositatem, atque cupiditatem, captandasque, & aucupandas immeritas Auditorum approbationes, euanidasque peritura gloriæ, ac famæ auras; quam ad lucrãdas animas Christi sanguine redemptas, illasve æternæ gloriæ asserendas; & in viam salutis deducendas, confirmandasque, adiuuentos, & adaptatos: sed virtutem desuper infusam, vnctionem gratiæ, spiritus feruorem, verborum vim & efficaciam, omnia denique necessaria ad Apostolicam hanc functionem ritè, ac fructuosè exercendam: Et hæc

illis

illis à Deo votis ardentibus exoptabat, enixis precibus postulabat.

Ex iam dictis liquidò constat Deũ singulari prouidentia operatum fuisse in serua sua, quam cum ad magna, & insolita pro amore suo generosè obeunda destinaret, iam tum ex tenerrima ætate, illam ad ea disponere exorsus est, tam claris, atque perspicuis secretorum mysteriorum notitijs, tam viuis, atque efficacibus eorum sensibus, & affectibus; ex quibus ardentissima affatim emergebant desideria vni Deo seruiendi, vni Deo placendi, & præclara antiquorum Sanctorum gesta, quæ commemorari, laudibusve extolli audierat, sancta æmulatione imitandi, tanquam opportuniora, meliusque ad intentum suum conducentia media, quæ securiùs valeret eligere, & fructuosiùs executioni mandare. Quapropter haud immeritò dixerim heroicas cæterorũ omnium virtutes in illam vnam videri confluxisse, altaque in tenera illius anima posuisse radices. Id sanè satis superque ex iam superiùs recensitis apertè patet, ac ex inferiùs percensendis amplius eluceſcet.

Cæterum inter virtutes illas, quibus emicuit, quæque ex diuini amoris fonte in eius animam deriuarunt, misericordia in pauperes potissimè resplenduit; & inter cetera Sanctorum exempla, quibus ad eorum imitationem suauiùs allicicbatur, stimulabatur fortius, illud maximè arridebat, quo Sanctus Martinus, dum adhuc militem ageret, & inter Cathecumenos tantùm adscriptus esset, mediam clamydis partem Christo Domino in persona pauperis apparenti benignè tradidit. Mirabatur ingenua puella, tum nobilis ac generosi equitis liberalitatem, tũ supremi, ac glorioſi Regis gratitudinem, qui coram cœlesti curia beneficium acceptum commemorans, non ad medietatem sermonem restrinxit, sed pleno ore dixit. *Martinus hac me veste contexit*. Inde ad simile pietatis opus præstandum vrgenter accendebatur, ardenter anhelabat, imo & sæpe sæpius, vel oblata, vel quæsita opportunitate id effeciſſe fertur. Si quos ergo seu in campo, seu in pago reperisset mendicos, ad tantam miseriam redactos, vt quo nuditatem contegerent, quove se se ab inclementia aeris defenderent, hyemis præsertim tempore, non haberent, viscera eius acutissimo veluti compassionis telo feriebantur: Frigore, quo rigebant exteriùs, adurebatur intus; igneque charitatis vltra modum succensa, vestes, quibus induta erat, molestæ illi, & graui pondere insupportabiles videbantur, donec illas omnes, citrà pudorem exuisset, vt egentibus distribueret. Itaque vbi in aliquem eiusmodi miserum offendebat, illicò operiri iubebat, nullaque mora in secretum aliquem locum secedens, vniuersis se se interioribus vestibus, imò & lineo etiam induſio, spoliabat; seruataque tantummodo externa, qua & propriam tegeret nuditatem, & arcanum suum celaret, reliquas omnes in eleemosynam erogabat; miro planè, ac propèmodum æquali tum charitatis, tum humilitatis exemplo, ab omnibus Christi fidelibus laudando, ab omnibus laudabiliter imitando.

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

CAPVT XXIII.

Illam Fratres maritare contendunt: Dæmon acriter exagitat; Christus Dominus, ac Beatissima Virgo tot laqueis liberant, & miris modis ad Religionem præparant.

EXegerat iam Anna nostra primos illos Infantiæ, ac pueritiæ annos in supradictis pietatis, & omnigenarū virtutum exercitijs, iamque iuuenilis illius ætatis terminos supergressa, ad maiora, solidiorave studia, operaque aggredienda vota sua, & animum adigebat: Cum ecce Fratres eius, alio quidem acti genio, bono tamen ducti motiuo, quippè qui solo eius stabilimento intendebant, illam matrimonij vinculis irretire cogitarunt, de inito consilio certiorem fecerunt, & ad obsequendum se se disponeret, monuere. Exhorruit ad nuptiarum nomen pudica Virgo, quæ omnem, præter Christum, Sponsum oderat, & fastidiebat: & quanquam propositis Fratrum ne vno quidem verbo palam se se opponere ausa fuerit; Factis tamen illa eludere, aduersamque mentem actionibus aperire, firmiter statuit. Ab omni virorum conuersatione maiori, quàm prius solebat, cura, ac sollicitudine fugiebat; conuictum etiam, ac familiaritatem adolescentularum, quę ipsos in societatem suam admittebant, cautiùs, ac potiori studio deuitabat. Quod si aliquando cum aliquibus verba facere, ac colloquī cogeretur, de rebus tantùm spiritualibus, & ad animæ profectum conferentibus agi, nec ad aliud sermonē diuerti patiebatur. Et certè si verū est, vt procul dubio esse censendum est, quod ait Sapiens Eccl. 27. v. 7. *Verbum*, videlicet, *ex cogitatu cordis hominis*: Quid aliud ore promere poterat pia Virgo, præter Christū, cuius speciem vnicam in corde altò gerebat infixam? Quid aliud, prętet Sponsum cœlestem, verbis exprimere, quē tantùm menti radicitùs impressum diū, noctuque animo incessanter versabat? Et si enim nondum, quæ de Virginibus inquit Apostolus fortè nosset: *Mulier innupta, & Virgo cogitat quę Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu*: Ea tamen operibus perfectè certum est adimplesse.

Videns interim, & timens antiquus hostis tam excelsa, tam sublimia virtutum principia, & aliundè mille Heroū, de ipso iam penè triūphantium experimentis, pro comperto habens, expugnata castitate, fortissimo veluti [illegible] virtutum propugnaculo, reliquas omnes facillimè fore proturbandas, ac funditùs euertendas; omnibus nisibus, omnibus machinis illam ab Annæ nostræ animo eruere, propulsare conatus est, facilem postmodum de alijs se se victoriam reportaturum sibi promittens. Illam primùm Fratrum armis aggressus est, qui eam ad præbendū nuptijs assensum omne adhortationibus, ac blanditijs, nunc asperis, ac minacibus verbis continuò exagitabant. Ad hanc deinde pugnam omnes tum Virginis consanguineas, tum amicas vocant, quæ quidem modo matrimonij cōmoda, & oblectamenta; modo libertatem, ac potestatem imperandi, ac pro libito de re familiari disponendi; tum necessitatem obtemperandi fratribus natu maioribus, ac de bono illius sollicitis, obijciebant. Ipse demum infensissimus malorum machinator, ea omnia menti Virginis dolosè ingerebat, adiunctisque alijs rationum momentis aggerabat instantiùs, vrgentiùs exaggerabat. Leuissimi attamen videbantur hi tot, tantorumque in castitatis suæ perniciem

eiem coniuratorum ictus, cui animus erat eam aduersus omnium, seu hominum, seu Dœmonum machinamenta illibatam seruare, atque tueri. Vt eos igitur aut effugeret, aut propelleret, apud Fratres maxima prudentia, ac dexteritate moras trahebat; consanguineis, amicisque responsa debat sapientia, ac discretione plena; internas verò Dœmonis suggestiones pijs considerationibus, rationibusque, falsis eius, & captiosis ratiocinationibus ex diametro oppositis, superabat.

Veternosus tunc, ac venenosus ille serpens ipsam à castitatis proposito dimouere; & ad curas, ac sollicitudines tẽporales, quibus æternorum desideria, cœlestisque Sponsi amor tepescerent, speciosis illis, & vt apparebat legitimis vinculi coniugalis tendiculis illaqueare posse desperans, & huc vsque se se incassum allaborasse comperiens, acrioribus illam, & inassuetis tentamentis impetere, infestare exorsus est. Rabie, ac furore percitus infernali suo halitu, flatu maligno, atque pestifero emortuos penè mortificatæ carnis carbones excitauit, extinctasque in purissimo, ac virgineo corpore cõcupiscentiæ flammas succendit; adeo vt nec illam momento quiescere sineret, nec illam desineret vrgere. Non modo illi cum consulentibus, aut increpantibus fratribus; non cum consanguineis, aut amicis allicientibus, ac suadentibus, imò nec cum instigationibus internè à Dœmone illatis, & ingeminatis præliandum erat; sed cum carne propria, cum proprio corpore, inimico illo domestico, qui eò periculosior, magisque pertimescendus est, quo proximior, semperque adhærens; eò potentior, ac terribilior censendus est, quò infirmior, atq; debilior videtur. Crescebant in dies magis, ac magis tentationum, ac passionum æstus; & quanquam illas inuicto animo diffiaret, atque dispelleret, eas tamen eundo vires acquirere, & maiori impetu in semetipsam assurgere sentiebat. Vnde etiam versa vice animosa Virgo audaciùs se se illis opponere, maiorique Marte in illa inuehere decreuit. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Sacellum erat in Oppidi Ecclesia Immaculatæ Virginis Conceptioni Sacrum. Quoties ergò acriùs tentationibus premebatur, toties ad illud confugiebat tanquam ad certũ asylum, portumve securum, quo tranquillitatem inuenire, & ab horrendis sæuientium tempestatum fluctibus, quibus agebatur, fragilisque periclitabatur puritatis nauicula, liberari posse sperabat. Abdebat se se in angulo Capellæ, ibique discalceatis pedibus, genibusque nudis in terram defixis, purissimam Virginem maximo feruore rogabat, summa exorabat anxietate, ipsam in periculoso, ac laborioso discrimine constitutam dignaretur protegere, supernoque auxilio cõmunire. Augebatur tunc teterrimi hostis furor, & odium iu illibatam Christi sponsam, quove hæc humilis, ac deuota Virgo maiori cordis ardore, maiori mentis confidentia, Deiparam Virginem inuocabat, eiusve opem tenerioribus, ac vrgentioribus precibus implorabat; eò ille acriori œstro frendens inhonestiores in eius imaginatione turpium rerum ingenerabat species, lasciuiorave phantasmata obijciebat. Ast ipsa cor suum ad illam, quæ totius honestatis speculum, totius puritatis exemplar est, illicò eleuans, ac conuertens, tandiù in oratione persistebat, quandiu necessarium erat; vt & dœmon victus, profligatusque, haud absque rabido pudore se se fuga eriperet; & ipsa victrix, & ad nouos conflictus expeditior, cum suaui animi exultatione, euaderet.

Orationis armis nulla alia ad peruincendum Dœmonem, effræneſq; illius impetus reprimendos valentiora

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

tiora sunt. Ex ea Anna nostra tot internæ pacis signis, imo verò tot reportatæ victoriæ insignibus exornata prodibat, vt illam aut nunquã decertasse, aut semper triumphasse diceres. Verùm vt vberiores palmas ex inimici solo colligeret, vt partis coronis nouas adderet laureas, rebellemque carnem ampliùs spiritui subigeret, præfatis orationis armis instrumenta quoque mortificationis adijciebat. Nunc tenerum corpus asperrimis, crudelibusque excipiebat flagellis; Nunc illud in obscura, humida, frigidaue, qua se abdebat, cauea, omni prorsus amictu denudatum, in nuda reuoluebat humo, quo vsque frigoris rigore vis illa caloris procul abscederet, qua impurissimus hostis diuini amoris, ignem, aut extinguere, aut absorbere prætendebat: nunc illud rudi sacco, horrido cilicio indusij loco vexabat potius, quam vestiebat. Vbi verò integrum diem in tot tantisq; pudicæ carnis macerationibus consumpsisset, ipsaque tot modis vltra modum fatigata, defessa, propèque mortuæ, aut morienti similis, vel procumberet, vel intermisso labore aliquid quietis somno capere noctu expeteret, haud aliud illi pro lecto, quam sarmenta quædam dura, & inæqualia, nec pro ceruicali aliud quã lapidẽ concedere consueuerat.

Nocte quadam, postquam per totum diem, quomodo se se à Fratrũ importunitatibus expediret, mente versasset, illam partim in solitis pietatis, ac deuotionis exercitijs, dum cæteri somno indulgerent, iuxta morem suum transigere cogitabat, & ad hunc finem se se iam in cubiculum receperat: cum vna sororum seu Dœmonis arte, seu alia de causa, vt aliquando fit, inassueto terrore correpta, sui impotens, nec solã dormire sibi satis confidens, illam lecto sociam habere voluit. Quanquam cõmunicatem strati ægre ferret Virgo, vt potè quæ proposito suo impedimẽto futura erat, pauidæ tamen sorori renuere nequiuit. Quotidianum Rosarij pensum Beatissimæ Virgini non soluerat, sperans concubiæ noctis opportunitatem, vt facere solebat, ad illud recitandum, captare: cumque nec illud prætermittere vellet, nec genuflectere, ne notaretur, valeret; nouo quodam, ac pio commento, prægrandem illum, & scabrum lapidem, quo pro ceruicali vtebatur, inscia sorore cubili, qua cubare debebat, solerter immisit, ne super *imposita membra duritie, atque inæquabilitate torta* somno interciperentur: sicque debitum Deiparæ obsequium posset præstare. Cæterum quantumuis intensissimo inde doloris sensu afficeretur, diutinis tamen, immanibusque pœnitentijs defatigati, ac *prostrati artus* sopori primùm, *deindè somno cedere coacti sunt*: Mox Reginam Cœlorum miro *splendore*, ac gloria refulgentem Thalamum intrare, tenebrasque ab eo protinus dispellere, videre sibi visa est. Dilectum filium, desideratum Virginis Sponsum, puerulum, inquam, Iesum, vlnis gestabat: qui simul vultu placido, & arridenti ad illam accedentes suauissimum, ac ineffabilem planè in modum ipsi abblandiebantur. Proximè illi strato assedit Angelorum Domina, diuinusque in tantulus aspectu viuido, amorisve igne spirante illam est contemplatus tum Rosarium quod dormiens manu tenebat, ipse arripiens, tanquam qui eo ludere vellet, tanta vi, *tanto* nisu attraxit, vt immersam somno Virginem excitarit. Expertecta illa, apertisque oculis, vidit (ô quale visum!) non ficta somniantis Phantasmata hæc esse, sed reipsa Sacratissimam Dei Genitricem, vnà cum Vnigenito nato, sibi assistere; singularique fauore, seu altiùs intra se absorpta, seu impos sui extra se rapta, primò substitit aliquantulum, mox lecto exilire cogitans, vt ad

vtriuſ-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

vtriusque pedes procumbens, gratias de immerito rependeret beneficio: priusquam id exequendi potestas ei fieret; dulcissimam Dei matrem præteritis, quibus diu agitata fuerat, cogitationibus ex composito respondentem, sibique blandè dicentem audiuit: *Ne angore, aut timore perturberis, ô Filia, te certò deducam vbi Religiosa eris, & habitu meo induaris.* Hoc dicto disparuit, secumque mirabilem illam claritatem, quo totus illustrabatur thalamus extulit, ipsumq; prioribus obuolutum tenebris reliquit. At non sic in Annæ nostræ corde, animove successit; Tanta siquidem ex præcedenti visione luce perfusa est, vt iucundissimo imposterum frueretur sereno, nec vllum amplius de promisso sibi facto dubitationis nubilũ admittere potuerit.

Solet quidem Deus ad mensurã afflictionum, quibus electos suos affici permittit, gaudia, quibus illos reficit, metiri, atque immittere, Regio Propheta testante, dum ait, Psal.93. ℣. 19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animã meam.* Eodem etiam Psalte dicente; *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.* Psal.43. ℣.20.& iterum infra ℣.22. *Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis*: apud ipsum moris esse compertum est, eosdem etiam vtili vicissitudine è sublimi fauorum, ac deliciarum gradu, ad imum contrarietatum, ac persecutionum statum deprimere; vt iterum illos ad priorem, imo & fæliciorem reuocet sortem: sicque nec in seipsis, ac de proprijs viribus audeant præsumere, nimiumque confidere; nec de bonitate, aut virtute illius valeant diffidere, ac animo despondere.

Id profectò in Anna nostra mirabili, ac speciali modo contigisse cernere licet. Vix enim tot inter procellosas Fratrum, consanguineorum, amicarum, hominum, Dæmonumque, infensissimorum hostium more castitati suæ insidiantium, exagitationes, caput velut erexerat, vix densissimas inter tum intempestæ noctis, tum obscuratæ mentis tenebras, Beatissimam Virginem, puerumque Iesum, tanquam duo lucidissima sydera benigno aspectu sibi affulgentia, sibi fauentia conspexerat: vix primo illo supremæ Angelorum Reginæ visu, promissoque spei veluti anchoram in securo protectionis suæ fundo iecerat, fixerat, atque firmauerat; vix demum desideratum Religionis portũ, prospera sibi aura appetendum, salutauerat: cum noua, sæuiorque tempestas in eam ingruit. Implacabiles enim illi virginei sui pudoris impugnatores, dilationem amplius non sustinentes, vt coniugalibus nexibus manum dedat, rationes, consilia, persuasiones, preces, minas ingeminant, quemque vltrò concedere noluerat consensum, vi tandem extorquere intentant. Quid faciet timida, & infirma Virguncula in tanto discrimine constituta? Visionis præteritæ, promissionisque à B. Virgine sibi factæ penè oblita, vel vt saniùs de illa sentiamus, effectum earum in illius manus absolutè commendans, nec tamen à sua spe omninò decidens, vt se à tot infestationibus liberaret, sponsum verbotenus ducere promisit, dummodo, vt ipsa secretò mente versabat, adolescentem aliquem pium, castumque inueniret, qui cum ipsa tanquam cum sorore viuere, & inuiolabile Virginitatis propositum seruare vellet, vt Sanctum Ioseph cum Sacratissima Virgine, nec non eorum exemplo plerique Sanctorum fecisse memoriæ proditum est.

Verùm enim verò dum hæc tacita secum recogitaret, adstitit ante illam Christus Dominus, sub forma speciosissimi adolescentis eiusdẽ cũ

ipsa

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ipſa ætatis; & ad ipſam proximius accedens, eamque hilari, ac læto vultu, oculiſque ſplendidis, & amore ſcintillantibus intuens: *Ego ſum*, inquit, *quem optas, quem requiris, & cui ſoli deſponſari debes*. Et ſtatim hoc dicto à conſpectu eius euánuit. Verbis explicari nequit quot, & quantos pauca hæc verba diuino ore prolata in Virginis, ad excelsũ hoc Regis Regum ſponſalitium aduocatæ, anima effectus ediderint. Quin etiam vix credi, vix mentis acie aſſequi poteſt quantùm infirmæ firmitudinis, impetitæ vigoris, roboris titubanti, fideli confidentiæ, ſecuritatis ſperanti, & amoris amanti intulerint. His veluti nouis, acerrimiſque percuſſa, ſauciata, transfixa ſagittis, miris, inſolitis, ſanctaq; contrarietate repugnantibus agebatur affectibus. Adurebatur cor, frigebat corpus; euehebatur uoluntas, ſubſidebat appetitus; augebatur ſpiritus calor, carnis æſtus deficiebant, accendebatur conſcientia, ſenſualitas deſtruebatur. Adeò ut ab hac die quo maiori in dilectum Sponſum ferebatur ardore, eò maiori in ſeipſam ſtimularetur odio. Vnde etiam utroque reciproca æmulatione compellente, nil niſi labores, contumelias, tribulationes perpeti, ac uelut ſtulta, & inſaniens haberi ab omnibus, & iniurijs affici exoptabat.

Haud multo poſt tempore occaſionem votis ſuis opportuniſſimam nacta eſt. Sororum una, quæ iam matrimonio nomen dederat, ipſam germano Mariti fratri, ingenuo utique, ac præclaro Adoleſcenti, nuptui tradere cogitauerat, propoſuerat; & in tantum negotium hoc, quod ſorori utiliſſimum ſimul, atque gratiſſimum fore arbitrabatur, promouerat; ut data, acceptaque Fratrum, conſanguineorum, affiniũ, imo, & ipſius futuri ſponſi approbatione, nil amplius præter Annæ noſtræ conſenſus deſideraretur. Moræ impatiens iuuenis cognatã aliquando, ut rem urgeret domi ſuæ conuenit; & illa non ſolùm ipſi pro uiribus fauere promittens, ſed reipſa uolens inſuper, ut cum futura ſponſa congrederetur, ac ſermonem iniret, operam impendere; miſit è ueſtigio famulam, quæ illam quantocius ad ſe uocaret, monens magnum aliquid, & graue communicandum illi incumbere. Rogauit ancillam Anna, quiſnã cũ ſorore uerſaretur, & Procum adeſſe intelligens, iuſſit domum reuerteretur, & actutum ſe ſe affuturam renuntiaret. Tritos ſtatim, laceroſque centones induit; fœdum, ſordidumque culinæ ſeruitijs uentrale ſuperimpoſuit; uultum ſibi, manuſque deturpauit, denigrauitque; & ſub eiuſmodi horrido, ſtomachumue mouente ſchemate domum ſororis ingreſſa, ante conſpectum eius, bellulique Amatoris cõſtitit. Pro monſtro, ac Phantaſmate utrique fuit, illã hoc pacto adornatam conſpicere: unde excandeſcens ſoror, ira & indignatione percita: *Quò pergis*, inquit, *ò inſana? Abi protinus hinc*. Præſtitit, quod iniungebatur maxima animi lętitia, exultans Virgo, rata ſe iam quod adeò ardenter concupierat aſſecutã eſſe, nimirum, pro fatua haberi, & ab importunis Proci ſollicitationibus liberari: ſicque ſororem adeo confuſam, pudoreque ſuffuſam reliquit; egregium uerò adoleſcentem à produdioſo, ingratoque connubio adeò alienum, adeò abhorrentem, ut ne uerbum quidem amplius hac de re facere auſi ſint. Atque ita Virgo pudiciſſima, ac ſolertiſſima, artificiosè confícta larua à prędructo ſibi tendiculo liber euaſerit, totumque, ad iucundum in Religione cum cæleſti ſponſo ſpirituale coniugiũ, animum conuerterit; quanquam non leues adhuc illi ſuperfuerint peruincendæ difficultates, priuſquã ad intentum ſuum peruenire ualuerit.

Decre-

Digitized by Google

Decreuerat, ut iam ſuperiùs innuimus, Anna noſtra ſoli Deo placere, ſupremæque illius maieſtati, tanquam vero, vnico, & incommutabili bono adhærere: & ne perperã, in vanum, ac ſimplici deſiderio tenus id ſtatuiſſe videretur, operi manum admouerat, propoſitumque ſuum in effectum perduxerat; dum perenni orationis exercitio diù noctuque plus ſolito intenderat, dum rigidiſſimis, ac tremendis mortificationum generibus virgineum corpus contriuerat; dum ab omni hominum conſortio, & conuerſatione prorſus abſtinuerat; ac demum dum ipſa inconſulta præproperè ſibi deſtinatum ſponſum arte mirabili procul à ſe abegerat. Aſt poſtquam ex hoc vltimo virginalis ſuæ puritatis periculo pia fraude fæliciter exceſſiſſet; maiori quam antea ſtudio id effeciſſe indubitatum eſt, hoc ipſamet ſub his verbis fatente in Relatione Vitæ ſuæ, quam Superiorum præcepto ſcriptis tradidit: *Ne tunc*, inquit, *cũ hominibus colloqui adſtringerer, excuſationem aliquam prætexebam, nec illis vnquam vllam mecum verba faciendi anſam præbebam. Quod ſi aliquando Fratrum amici domum ingrederentur, vel illicò, ſi fas eſſet, exibam; vel ſi exeundi copia non eſſet, adeò ſeuero vultu, adeò torno aſpectu illos excipiebam, vt in feſta quadam, ac veluti malè ominante viſione perculſi viderentur. Hæc ego præcautione vtebar, tum quia (vt ſæpius prænotani) videbar mihi ab ingentibus, quibus me met addixeram, propoſitis dimoueri, haud quaquam poſſe; tum quia ingentia, quibus Deo obſtricta eram, beneficia meis ſemper obuerſabantur obtutibus, & à me puritatem, fidelitatemque maximam exigebant: vtrumque verò in animo meo maxima vi contendebat.*

Cœterum quanquam id maiori qua poterat cura præſtaret, omnibus tamen huiuſmodi occaſionibus ſemper ſe ſe proripere nequibat: cogebatur interdum cum ſororibus, conſanguineiſque, ſeu ad propinquos, aliosve certis de cauſis viſitandos, aut ad alia vrbanitatis obſequia ſtatis temporibus exhibenda procedere, ſiue vſitatis etiamnum apud Chriſtianos adeſſe iudicris, à quibus, proh pudor! vix abſque inſolentis, atque damnabilis ſingularitatis nota abſiſtere licet. His autem, vt verum ingenuè fateamur, ſeu inanibus occupationibus, ſeu licitis, vt aiunt, & honeſtis recreationibus, ac diuerticulis, quibus tempus potiùs inutiliter teritur, quã prægrauata natura ſubleuetur, vltrà modum torquebatur interiùs Anna noſtra; cumque ad ea ab ijs, quibus non obtemperare non poterat, adigeretur, à Sacro Sponſo, cui ſoli colloqui aſſueta erat, tanta vi retrahebatur, vt præſens corpore, mente longè abeſſet, nec quid dictum, quid factum fuiſſet, poſtmodum reſciret. Verùm non ſat fuit ſponſo Zelotypo, vel vt de rebus ſacris minus inſulcè, ac prophanè loquamur, de ſpirituali ſponſæ perfectione ſollicito, illam ſpiritu, animove ab indignis eiuſmodi nugis abducere; voluit quoque vt & corpore procul ab eis ſecederet, ne quæ vtramque ſui partem ſibi conſecrauerat, vllo quoad vtramque vel minimo, leuiſſimoque ſæcularium rerum, ſeu contubernio, ſeu contagio, aut contaminaretur, aut etiam contaminari videretur. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Deplorandis gentilitatis reliquijs apud Chriſtianos in morem inductũ eſt, vt ijs diebus, quibus ſe ſe ad celebranda Redẽptionis noſtræ myſteria, quæ nobis ab Eccleſia per totum Sacræ Quadrageſimæ decurſum proponuntur, præparare deberent, ludis, conuiuijs, commeſſationibus, compotationibus, choreis, ridiculis laruarum geſticulationibus ac mimis, cœteriſque Bacchanaliũ ſpectaculis, Paganorum ritu indulgeant. Feriatis itaque diebus iſtis quæ-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

quædam Annæ nostræ Amicarum, illam quantumuis reluctantem in domum quorundam consanguineorum eiusmodi recreationis gratia, importunis sollicitationibus pertraxere. Choreæ, vt tunc temporis ferè fit, inibi actæ sunt: & adstantium Adolescentum vnus illam ad tripudium secum continuandum inuitauit. Cohorruit, & expalluit castissima Virgo, ad inuitantis gestum, pudoreque simul, ac dolore affecta, nec renuere audens, nec saltare, aut se se mouere valens, substitit tantisper, oculosque, quos solita modestia in terram defixos habebat, in altum eleuans, vidit, ò res mira, & christianis mentibus altè ponderanda! vidit, inquam, Christum Dominum coram se stantem, sed toto corpore saucium, sudore à fronte ad reliquum vultum largè manante madidum, ac fluente per innumeras plagas sacratissimo cruore conspersum; sibique suauiter simul, & amarè innuentem, quanta pro amore suo passus fuerat tormentorum genera, quamque alienum esset & à miserando illo statu, ad quem eius de causa redactus fuerat, & à conditione dilectæ sponsæ, ad quam illam elegerat, in eiusmodi oblectamentis adeò ab vtroque abhorrentibus, ac discrepantibus tempus, quātumuis transeunter, nec de professo insumere; quod totum in reciprocū sui amorem, solamenque dolorum, ac passionum impendere tenebatur.

Non sustinuit ingenua, sanctaque Puella inexpectatam charissimi Spōsi reprehensionem, haud acerbis, vt sibi meruisse videbatur, verbis factā, sed tacita, amorosaque tot tantorumque exhibitione vulnerum, quæ veluti tot ora cēseri debent in ingratitudinem nostram apertè reclamantia, duritiem cordis potenter nobis æquè ac iustè exprobrantia, ac demum eorum meritò, efficaciterque damnantia hebetudinem, cœcitatem, & lymphatæ mentis perturbationem, amentiam, & furorem, qui ijs aut oblitis, aut neglectis voluptatem aliquam, & consolationem expiscantur, & capiunt in rebus ipsismet, quarum causa, vel inflicta sunt, vel exasperantur, ac renouantur. Hæc igitur intra se momento reuoluens Anna nostra, erubuit primùm, ad Diuini Sponsi præsentiam, secretamque correctionem. Mox puduit ipsam; quod iam propè ad Choreā inuitanti manus dedisset; tum penè exorsi, etsi coactè, ac inuoluntariè, facti, tanquam perpetrati sceleris, flagrantisque delicti, in quo fuisset deprehensa, pœnituit: Ac demum & tunc temporis saltatricis partes agere recusauit; & postmodum domum reuersa, & in vberrimas teneritudinis, amorisvè lachrymas effusa, nouo proposito, nouo feruore concepto, non ab eiusmodi tantùm recreationibus deinceps abstinuit; sed ab omni omnino seu virorum, seu mulierum, tam domesticorum, quam exterorum, & etiam innum fratrum, sororumque familiaritate, ac conuersatione fugere, vnique Sponso Cœlesti inseparabiliter atque inuariabiliter adhærere decreuit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXIV.

Abulenſis Conuentus à S. Matre Tereſia fundatus ei diuinitùs in viſu oſtenditur. Ad illum ducitur à Fratribus, Sacraſque Virgines ſibi præmonſtratas, cæteraque omnia præſignata recognoſcit.

EX prænarrata ſuperiori capite Chriſti afflicti, ſaucijque apparitione, quæ primam illam eiuſdem Chriſti Domini glorioſi, & cum tremenda Iudicis Maieſtate viſi, ſibi olim tertio ætatis anno factam, altòque menti infixam altiùs renouauit, memoriæque fortiùs reuocauit, ita perculſa, ita ſauciata remanſerat Anna noſtra, tantumque de ſeipſa timorem, tantum eorum omnium, quibus alij delectantur, horrorem conceperat, vt ne nomen quidem eorum audire vellet; ſibi ſoli cum tremore attẽderet; mortalium omnium colloquia plus æquo, vt videbatur, deuitare ſtuderet; & vbi cum Domeſticis in campum procedebat, vel inuiolabile obſeruaret ſilentium, vel aliquantum ab ipſis remota progrederetur, ne inepta dicteria, verbaque ioculatoria ab Agricultoribus per otium effutiri ſolita, puriſſimas eius aures offenderent.

Itaque quo longiùs ſe ſe ab omni humana conuerſatione remouebat; eò ſuauiùs diuina dilecti Sponſi familiaritate potiebatur; quo pleniùs terrenas omnes faſtidiebat delicias, eò largiùs perfundebatur cęleſtibus. Inter arborum condenſa recedebat, ſe ſeque ſolã abdebat; ibidem cum Sacro Sponſo dulciſſima inſtituebat colloquia, & eò ſæpè ſæpiùs deueniebat fælicitatis, vt illum non ſpiritualibus modo mentis oculis intra ſe inhabitantem intueretur, & cum ipſo intellectuales iniret ſermones; ſed corporali quoque eius frueretur aſpectu, & ſenſibiliter cum eo verba faceret. Id ipſum ipſamet teſtatur, dum ait: *Aliquando me, cum Sororibus, cæteraque familia ad locum quarta circiter leucæ parte à Pago diſſitum mittebant. Pergebam ego toto itinere tacendo, cumque inibi peruenìſſemus, inter arbores ſecedebam, rogabamque me ſolam relinquerent. Tunc me ad orationem comparabam, & dulciſſimus Ieſus conueniebat me, & in gremio meo ſedere conſueuerat.* Aduerte amabo, ac demirare, lector beneuole, quanto cum gaudio, quanto cum animi iubilo eiuſmodi ſocietate, qua ſupremi Cœlorum incolæ beantur, frui debuerit; quamque iure merito omnem poſtmodum aliam, pertæſa fuerit, oderit, abhorruerit. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

His acriùs inflammata Sponſi blanditijs, atque fauoribus, illum denuò exorare cæpit, & inſtantiùs vrgere, ipſam è tot inextricabilibus ſęculi anfractibus, laqueiſque eriperet, & in locum à mortalium tumultibus liberum deduceret, quo cum ipſo ſolo viuere, & in vnicum eius obſequium totam ſe ſe mancipare, ac conſecrare valeret. Promiſſum quidem ſibi pridem à B. Virgine factum, ſe Monialem futuram, ſacroue ſuo habitu induendam fore, memoriæ gerebat impreſſum, nec de futuro illius effectu vllatenus dubitabat: at tantam eius dilationem ægerrimè ferebat, & iteratis quotidiè precibus moræ omnes ſoluerentur efflagitabat. Die quadam poſtquam id diutiùs, vrgentiùſque à diuino Sponſo, viſibili ſpecie more ſolito ſecum verſante, expoſtulaſſet, ſubito, & improuiſo, eo ordinante, ſomno correpta fuit, ſtatimq; Abulenſe illi Sancti Ioſeph Monaſterium à S. Matre Tereſia tunc temporis inſtitutum in viſu oſtenſum eſt. Pauperem, exiguam, arctamque cernebat caſulam, impolitis parietibus con-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

conſtantem, nullis ornamentis conſpicuam, humilitatem, auſteritatemque vbique redolentem; cumque à quibuſnam inhabitaretur noſſe percuperet, Excalceatæ comparuere Sanctimoniales, dilectæ Sanctæ Virginis Tereſiæ filiæ, quarum veſtis vilis, rudis, aſpera, exilitati domus mirum in modum accommodata, rigorem vitæ, corporis mortificationem, abnegationem mentis, & neſcio quid Sanctitatis, ac Religioſæ perfectionis præ ſe ferebat. Singulari vultus alacritate, oculorum modeſtia, totaque corporis compoſitione capta, tot Angelos in mortali carne degentes videre ſibi viſa eſt Anna noſtra; & eo ipſo inſtanti in earum ſocietatem admitti voluiſſet. Interea dum vniuerſa hæc auido cõtemplabatur animo, ardentiſſima ſe ſenſit ſiti torreri, quam vt aliquantum ſedaret, ad adſtantes Virgines acceſſit, rogauitque humiliter ſibi potum elargiri dignarentur. Porrexerunt lubenter Sacræ Virgines maxima cum amoris, ac teneritudinis ſignificatione; & ipſa poculum ſibi ad bibendum ſubminiſtratum peculiari attentione notauit, quod poſtmodum idem Monaſterium, ad ſumendum habitum, ingreſſa recognouit; vt referemus inferiùs. Hoc igitur prophetico ſomnio, hac myſterioſa vltra modum exhilarata viſione, è ſomno expergiſcens, gratias dilecto Sponſo habuit, quod ſibi locum votis ſuis conformem deſignare, ac præmonſtrare complacuiſſet; ac deinceps non amplius, vt facere ſolebat, de deſerti ſolitudine cogitans, ſed ad ignotam tunc ſibi Religionem intimiùs, feruentiuſque anhelans, quietiùs tamen, tranquilliùſque eius ſibi ab ipſo copiam fieri expectauit.

Sub id tempus arcano Diuinæ Prouidentiæ conſilio factum eſt, vt Sacerdos quidam pietate ſimul, ac prudentia, doctrina, & rerum ſpiritualium experientia præſtans, cui Parochialis huius loci Eccleſiæ cura demandata fuerat, acceſſerit; & Anna noſtra ad propoſiti ſui executionem nouam ab eo lucem acceperit, noua ſpe erecta fuerit. Statim enim ac illum uidit Virgo ſollicita, ſuperiori perfuſa lumine, quos in eo ſapientiæ, uirtutiſque theſauros ſupremus bonorum omnium largitor cõdiderat, agnouit; & ipſum extemplo peculiariter pro ſe miſſum præſagijt. Illum exindè, una cum dilecta ſibi, fidiſſimaque ſocia, & conſanguinea Franciſca, quam de præhabita cognitione *conſciam fecerat*, adiuit; atque in *Sacro Confeſſionis Tribunali de omnibus*, quæ ſibi *à prima* infantia contigerant, certiorem reddidit. Orandi modum, deuotionis ac pietatis exercitia, pœnitentias, mortificationes, inita pro caſtitate certamina, ſolitariæ uitæ *deſideria*, recens Religionis propoſitum *ſinceriſſimè illi aperuit*: nec non etiam gratias *ſibi à Deo factas*, raptus, extaſes, uiſiones, quotidianas, ac penè continuas cum Chriſto communicationes, aliaue multa mira, & ab ordinario rerum curſu remotiſſima fideliter, & exactiſſimè retulit: quibus omnibus pius ille Sacerdos, ut erat in ſpiritu, ac doctrina, haud vulgariter eminens, & examen, & fidem adhibuit, & referenti animum ad vlteriora addidit, opemque ſpopondit; immenſas diuinæ omnipotentiæ, bonitatiſque diuitias in infirma, pauperculaque adoleſcentula cum ſtupore agnoſcens, cum veneratione laudibus efferens.

Volens igitur prudens *Director* promiſſis ſtare, uotis caſtiſſimæ Virginis, vtcumque poterat, fauere; illiusue ad Religioſum ſtatum Vocationem procul dubio à Deo procedentem, non fouere tantùm, ſed & pro viribus promouere, & ad deſideratum finem perducere, medium, quo id efficere poſſet, enixè ab ipſomet Deo poſtulabat: & ecce, eodẽ inſpirante ſupremo numine, inopinata men-

ta menti eius insedit cogitatio Monasterij Sancti Ioseph recenter à à S.Matre Teresia Abulæ cõditi, cuius obseruantiam, ac sanctitatem iam longè, latèque fama spargere cœperat. Illud è uestigio Annæ proposuit, ratus nullum aliud reperiri posse Puellę spiritui conformius, magisue ad eius intentum consentaneum; ut potè in quo uigebant tum rigorosissimus recessus, ac silentij cultus, tum perenne orationis, & contemplationis studium, tum perpetuus pœnitentiæ, ac mortificationis labor. Aperiente in hanc sententiam os suum pio Confessario, videbatur sibi, ut ipsamet scriptis suis testata est, aperiri cœlorum ianua: Quapropter explicatũ sibi nouum hoc uitæ genus, nouo, reduplicatoque succensa feruore, ardenter ambiens, impensè supplicauit auxiliarem operi manũ quantocyùs admoueret, secluſaue mora ad optatum effectum operam impenderet.

Se libenter facturum officiosus promisit Sacerdos. Abulam iuit, & M. Mariam à S. Hieronymo, quæ tunc Monasterio præerat, allocutus est, Postulantis conditionem, Indolem, dotes, uirtutes, desideria exposuit; multum apud ipsam, cœteraſque Moniales, ut reciperetur, instauit; Responsumque ab ipsis si non decisiuum & absolutum, fauorabile saltem, & gratiosum, discretione tamen, ac prudentia plenum, tulit: se, uidelicet, de probata illius sinceritate, uerborumque ueritate nullatenus dubitare; se illius tum relationi, tum instantijs multum deferre; se ingenuam puellam lubentissimè acceptaturas; se tamen, priusquã rem totam ultimatè concluderent, ad illam uidendam, & examinandã teneri. Hoc accepto responso remeauit ad Pagum, Annam de successu admonuit, bono animo esse iussit, & ad ueniam à Fratribus petendam, ut Sanctimoniales Teresianas Abulæ sibi liceret inuisere, perpulit.

Desiderabat humilis Christi famula inter Sorores Laicas seruitijs Monasterij deputatas connumerari. Tanta namque pollebat humilitate, tam humiliter, huius uirtutis instinctu de seipsa sentiebat, ut quanquã cælestibus muneribus vltra modum locupletata fuisset, & ad intimam Regis Regum familiaritatem, imo & glorioſum sponsalitium, quod supremum sanè honorum, ac dignitatum fastigium censendum est, aduocata, & euecta; se se tamen indigniſſimam reputabat, quæ ultimum infimumque inter Dei famulas locũ obtineret, & in uilioribus ministerijs cæteris inseruiret. Hinc antequam à Christo Domino, ac Beatissima Virgine se Religiosam fore accepisset, decreuerat aliquando sub uirili schemate, ac nomine domo aufugere, & in aliquem uirorum Conuentum se se recipere, ut seruis mancipijsque aggregata, contemptibilibus Fratrum obsequijs ministraret. Nunquam etenim huc usque ad Religiosum statum mentem adegerat, impossibile fore arbitrata, ut rustica, & agrestis agricolæ filia, in Sacrarum Virginum, seu nobilitate conspicuarum, seu uirtute præstantium cætum admitteretur.

Cæterum præcedentibus uisionibus, promissisque cælituum, nec nõ Confessarij adhortationibus, ac negotiationibus mutato consilio, ut gratiæ, quam concupiscenti animo exoptabat, & firma confidentia se se assecuturam sperabat, quamprimùm compos efficeretur, suadente Directore, Fratres adijt, intentum, ac desideria tunc primùm significauit; quæ iam ad hunc finem acta fuerant aperuit; non ueniam modò, sed & opem precata est; & non tantùm ut sibi Abulam petere permitterent, sed etiamnum ut illuc eam comitari uellent instanter exorauit. Aegrè tulerunt Fratres Virginis propositũ omnibus insciis initum, & ad effectum propè perductũ; & primo impetu

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

petu excandeſcentes haud illud ſolummodo damnarunt, ſed acerbiſſimis verbis exceperunt. Verùm vt chriſtiana pietate, ac timore Dei præditi erant, illumque inutili renitentia offendere verebãtur; & aliunde etiam ſororis animum ad adornatas nuptias allicere, inflectere, aut compellere vllo modo valuerant; illius tandem votis annuere, & ipſam ad Abulenſe Monaſterium deducere decreuerunt.

Vix dici poteſt quanta flagrantis cordis lætitia exultauerit Anna noſtra, vbi ſuparatam vidit Fratrum repugnantiam, ac contradictionem, quam maximè pertimeſcebat, quaue maximè angebatur. Infinitas Deo gratiarum actiones rependit, in cuius manibus vniuerſorum corda mortalium pro libito, qua voluerit, conuertenda conſiſtunt, quique adeò euidentibus miſericordiæ ſuæ argumentis, tam facilè dura, ac reluctantia Fratrum pectora ad præbendum optatis conſenſum emollierit, peruicerit; tamque opportunam ad ſæculi fugam viam ſibi ſtrauerit, & complanauerit. Non minori perfuſus eſt animi gaudio pius ille, ac beneficus Sacerdos, qui Virginis curam aſſumpſerat, illiusve vocationis negotium fauſto ſucceſſu ad hos vſque terminos promouerat. Deuotæ Virgini congratulatus, immenſam cum ipſa Dei Optimi Maximi bonitatem, cuius gloriam ſuper omnia zelabat, ſummis, debitiſque laudibus extulit, milleque benedictionibus proſecutus eſt. Et carbones, vt ita dicam, carbonibus adijciens, dilectam Chriſti ſponſam ad omnimodam cæpti operis perfectionem ampliùs animauit. Initis ergo cum ipſo, & ſorore conſilijs, ſe ſe Fratres ad deſideratam profectionem accingunt.

Almendratenſi Pago ſimul diſceſſere, & Abulenſe arripuere iter, Fratres quidem de Sororis propoſito non parum ſolliciti, ac de futuro rei exitu nec omninò læti, nec mœſti omninò, ſed inter vtriuſque affectus confinia fluctuantes: Anna verò ſola exultationis ſuauitate inundata; vt quæ poſt varios tempeſtatum turbines, de amaris, periculoſiſque ſæculi vorticibus iam penè emerſerat, & ad ſecurum Religionis Portum ſe ſe proximè appulſuram ſperabat: heu! neſcia, quot illi adhuc exanthlãdi ſupererant labores, prioribus ſanè ſi non in diuturnitate exæquandos, illis pondere, ac ſæuitia longe ſuperiores, ac iure præferendos, vt ex *dicendis liquidò conſtabit*. *Et certè vult Deus, qui mortali noſtra carne indutus ſolemne* prius huiuſce rei in ſe nobis exemplum tradidit, vt qui ad amplectendam perfectè crucem ſuam Religionem ingredi concupiſcunt, *viam ſibi ad ipſam per labores, & contradictiones faciant, quibus ſolis ultima quoque via nobis patet* in cœlum.

Abulam poſtmodum appellentes, è veſtigio Sancti Ioſeph Monaſterium adiere. Reſcita eorum acceſſione, haud vulgariter lętatæ ſunt Moniales, quaſi iam ſuperiori permotæ *numinis inſtinctu* reconditum in ruſticæ, ignotæque puellæ anima theſaurum præſagirent. Eius itaque genij, virtutis, Vocationis periculum facere cupientes, ipſam videre, ipſam alloqui uoluerunt: vixque Angelicam ipſius modeſtiam cernere, verbaque cæleſti ſimul ſimplicitate, ac ſapientia plena illis audire datum eſt, cum ſtatim, quod pridem *à Deo* tot precibus, tot uotis expoſtulauerant, ſe ſe in ea reperiſſe comperere. Monaſterij ſepta ingreſſa ſingulari amoris ſignificatione à ſacris Virginibus excepta eſt, dumque ipſa indebita ſibi earum humanitate confuſa, debita illis viciſſim gratitudinis ſuæ argumenta exhibere contenderet, in earum omnium vultus oculos circumferens, eoſdemmet eſſe, quos ſibi Chriſtus in uiſu ſupra recen-

Digitized by Google

recenſito præmõſtrauerat haud abſque grauiſſimo ſtupore dignouit. Attentiùs exindè cætera omnia auidis luminibus perluſtrans, præſignati habitus colorem, ac formam, nec non repræſentatam ſibi in ſomnis domum omnem animaduertit. Imo uerò, ut etiamnum numeris omnibus augerentur præuiſi euentus admiratio, ac certitudo, contigit (res planè prodigio non uacans!) quod cum Religioſis Virginibus confabularetur, ei ad bibendum poculum propinauerint, illi, quod ſibi in præfata apparitione porrectum fuerat, adeò ſimile, ut nullam prorſus inter utrumque differentiam notare potuerit.

Potiori tunc ſanè lætitiæ, quàm potus affluxu perfuſa eſt, totque circunſtantijs adamuſſim conuenientibus de præcedentis uiſionis ueritate planè conuicta, & in ſua Religionis Tereſianæ optione confirmata, totos animæ ſinus iubilo pandere non eſt cunctata. Intantum igitur momento excreuit in interioribus Virginis præcordijs legitimi gaudij diluuium, ut inter anguſtos iuuenilis pectoris terminos contineri, & coarctari non ualens, ſecreta omnia clauſtra perfregerit, foras eruperit, & exteriora peruadens, in oculis, totaque exhilaratæ Adoleſcentulę facie manifeſta exultationis ſigna produxerit. Percunctantibus deindè Monialibus ſubitæ, ac inſolitæ alacritatis cauſam ſignificans, una cum ipſis in Dei laudes effuſa eſt, qui imperſcrutabili prouidentia, mirabilique fidelitate, illos qui ipsũ in ueritate quærunt, ſinceroue corde diligunt, ad præoptati finis aſſecutionem arcanis modis, uijs incognitis perducere conſueuit.

Haud facilè dictu eſt quantàm utrimque ſatisfactionem ex mutua inter ipſas conuerſatione hauſerint piæ Virgines. Sanctimoniales ſiquidem in Anna ſimplicitatẽ cum prudentia, cum ſagacitate candorem, animi celſitudinem cum humilitate, cum pudore ſinceritatem, cum generoſitate uerecundiam, timorem Dei cum amore, cum ſancta libertate modeſtiam, omnes denique uirtutes ſibi inuicem mirum in modum cohærentes, cœteraque ſuperni nũminis dona abſque ullo quantumuis minimo defectus, aut imperfectionis næuo emicantia demirabantur: Et ipſa Anna eadem uiciſſim in Religioſis Virginibus deprehendens, atque perſpiciens, illas omnes, quemadmodum in uiſu ſibi contigiſſe recordabatur, tanquam Angelos ſub mortali ſpecie ſibi apparentes contemplabatur, & cum eis æquè familiariter agebat, ac ſi ab ineunte ætate uitã cum ipſis traduxiſſet. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Tanta igitur ex tunc extitit inter utraſque beneuolentiæ, amoriſue neceſſitudo, atque coniunctio, ut nuſquam amplius ab earum conſortio, atque conuictu Anna noſtra uoluiſſet ſeiungi; & ipſæ Virgines Sacræ libentiſſimè Annam noſtram in perpetuam ſocietatem ab eo inſtanti recipere peroptaſſent. Verum cũ nonniſi ad illas inuiſendas, alloquẽdaſque, ſeque earum conſpectibus, & examini exhibendam acceſſiſſet; aliundè uerò quę ad habitus aſſumptionem neceſſaria erant, nondum eſſent parata: neceſſe fuit ut ad propria cum Fratribus reuerteretur. Priuſquam tamen inde diſcederent, egerunt Moniales de futura illius ad habitum admiſſione, quæ candidis omnium ſuffragantium calculis rata, & approbata fuit. Illam exinde de decreto communi applauſu edito certiorem fecerunt, quo non leuiter conſolata remanſit pijſſima Virgo; ac demum inter illas conuentum eſt, Annam in proprium ſolum remigraturam, & inibi uſque dum cuncta ad eius ingreſſum in Conuentum forent diſpoſita moraturam; Ipſas uerò Moniales eam quamprimùm liceret reuocaturas, ac de

Ab Anno Christ. 16.04 ad 1605

ac de reditu admonituras. Quibus hinc inde reciproca promissione firmatis, sibi inuicem, cum maxima mutuæ charitatis demonstratione, uale dixere.

CAPVT XXV.

Dilata eius ad Sancti Ioseph receptione, multas tum à Consanguineis, tum à Dæmonibus persecutiones sustinet, vt propositum Religionis retractet; in quo tamen constantissimè perseuerat.

VAria profectò, ac ualdè diuersa sunt iudicia Dei, & hominum, attestante Paulo, dum ait 1. Corinth. 1. ℣. 19. &c. *Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Num quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes*, &c. Et inferiùs ℣. 25. *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*. Idem etiam inter diuersorum hominum cogitationes reperitur discrimen: ut enim idem Apostolus scribit ad Romanos cap. 8. ℣. 5. *Qui secundum carnem sunt: quæ carnis sunt sapiunt. Qui verò secundum spiritum sunt: quæ sunt spiritus sentiunt.* Ab illis teste Gregorio lib. 10. Moral. cap. 16. *Iustorum simplicitas deridetur; quia ab huius mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur: Et quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam paupertatem quærere, possessa relinquere*; in arcta, & incõmoda domo degere; vili & aspera veste, imo, & rudi, & hispido sacco, hirsuto, & horrido cilicio corpus tegere; carnẽ ieiunijs, vigilijs, verberibus, alijve mortificationũ generibus conterere, discerpere, cruentare? Aſt uerò è contra, quemadmodum argutè idem prosequitur Vniuersalis Gregis Christi Pastor: *Benè huius mundi dilectoribus ille egregius Dei Sapiens dicit: Abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. Quæ quippè Aegypij edere dedignantur. Sed quod abominantur Aegyptij, hoc Israelitæ Deo offerunt: quia simplicitatem conscientiæ, quam iniusti quique velut infimam, abiectamque despiciunt, hanc Iusti in virtutem sacrificij vertunt: & excolentes recti puritatem, ut mansuetudinem*, addamus & nos, humilitatem mentis, paupertatem spiritus, vitæ austeritatem, asperitatem pœnitentiæ, *Deo immolant, quam abominantes reprobi*, vel sæcularibus, seu curis, seu voluptatibus addicti, atque immersi *fatuitatem putant*, immanitatem vocitant, crudelitatem carnificinamque appellant. Cum ergo adeò diuersi, aduersique sint oculi, quibus carnales, ac spirituales viri easdemmet omnino res circumspiciunt, tamque varias, contrariasque de ipsis ferant sententias, eos vnquam reconciliari impossibile prorsus est, nisi vel illos ueritatem, quam abhorrent, percipere; vel *istos* ab ea, quam sequuntur, aberrare contingat.

Inde orta est inter Venerabilem Annam nostram, eiusve Fratres discordia quædam, voluntatumque, atque opinionum diuisio, vbi Abula excessere. Illi etenim qui sæculari affectu ducti, supernoque Sororis spiritu carentes, carneis, ac terrenis oculis rerum corticem, & exteriorem

riorem tantummodò faciem intuebantur, nec earum medullam, atque ſubſtantiam penetrabant, humilem, pauperculamque videntes S. Ioſeph caſulam, Monialeſque in ea velut in carcere tot ſeris, tot vectibus occluſas, ab omni prorſus ſæcularium commercio abſtractas, per ferreos, duplicatoſque tantum cancellos, eosve ægrè admodum, ac rarò, vtcumque recluſos cum exteris agere ſolitas; vili neglectaque veſte amictas; rudibus & oblongis à capite ad genua obductas, opertaſque velis; tanto huius inſtituti, non modo tædio, ſed etiam horrore perculſi ſunt, vt ſororem ab eo amplectendo omnibus viribus deterrere decreuerint, atque tentauerint. Cum ergo domum redirent, inito per viam cũ ipſa ſermone: *Ecquid*, inquiunt, *cum illis Monialibus tibi vis facere? Num quam arctæ, quam auſteræ ſint aduertiſti? An non etiam, vt nobis, quã inſolitus, quamque in receſſu, omniſque diſciplinæ rigore nimius earum viuendi modus tibi quoque viſus eſt?* His alijſque probroſis compellationibus eam toto itinere ſugillare, exagitare non ceſſabant. At ipſa è contra, vt erat Deo ſoli addicta, Chriſtoque vnico ſuo dilecto confixa cruci, defæcatis oculis ea ipſa quæ Fratribus diſplicebant altius, ſaniuſque diſpiciens, aſperitatem voluptati, mortificationem oblectationibus, facultatibus paupertatem, pœnitentias delicijs præferebat; Fratreſq; ſuos oppoſitum ſentientes, vel ad ſuam pertrahere ſententiam, vel ab eiuſmodi contentione humilibus, ac pacificis verbis prudenter abſtrahere nitebatur: aſſerens Religioſas illas Virgines ſibi ſummopere placuiſſe; ſeque, Clementiſſimum Deum animum ſibi, ac vires ad tam Sancti Inſtituti labores fortiter perferendos ſubminiſtraturum, indubitanter ſperare.

Interea dum in his colloquijs, & tempus, & iter terunt, Fontem offendunt, propter quem ſiſtere, & aliquantiſper quieſcere, tum chryſtallinæ aquæ puritas, tum gratioſa loci amœnitas eos allicit, & inuitat. Confidunt omnes, & Anna noſtra, capta occaſione aliquantum ab alijs ſecedit, vt ſeorſim veram animæ ſuæ quietem perquirere, ac inuenire valeat. Mente igitur in Deum ſublata, gratias illi agere cæpit, quod eã ſingulari miſericordia ad Religioſũ ſtatum, ad Ordinem adeo Sanctum, ad Monaſterium tanta virtute, tanta perfectione conſpicuum elegiſſet. Tacita ſecum, & intra ſe recollecta illum totis viſceribus, totis animi viribus benedicebat, ſupra fauores, quibus ipſam ab incunabulis cumulauerat, reflectens; ac potiſſimum quæ Abulæ viderat, quæ audierat memoriæ reuocans. Vnde vix dum Conuentu, vix ea ciuitate egreſſa, ſibi iam ab egreſſu ſæculum exegiſſe uidebatur; & uſque dum illuc remearet, quælibet morula, quodlibet inſtans, tanquam infinitum propè, ac interminabile annorum ſpatium interuis eius obijciebatur obtutibus. Proprius ſanè cordis diuino amore ſancij effectus, quod vt ritè canit Eccleſia, *irrequietum*, eſſe ſolet, *donec in Deo requieſcat*; quodque extra ſe exiliens, extra ſe raptum, impoſſi, moræ omnis impatiens, nunquã pro uoto cenſet ſat celeriter maturari, nunquam citato ſat curſu properare tempus, quo ſe ſe totum in eius obſequium mancipare, in eius ſeruitium unicè incumbere ſibi liceat.

Dæmones aliundè, qui tot diuinis Chariſmatibus, quibus illam à puerilibus annis locupletauerat, ſibique addixerat Sponſus Cœleſtis, futuram illius Sanctitatem, damnaque ſibi ab ipſa inferenda ſuſpicati fuerant, & ultra modum pertimuerant; quique ſibi conſulentes ſub ſpecioſo Matrimonij prætextu, illam ſæculi laqueis irretire, atque implicare, nec non à Dei cultu diſtrahere, ac dimouere fruſtra tentauerant ubi

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

de ipſius in Religionem ingreſſu agi uiderant, maiori quam prius terrore perculſi, acrioribus fuerant agitati furijs, ſeque iam propè uictos exiſtimantes; dum illam ſub ſpe, ac promiſſione futuræ receptionis in natale ſolùm exultantem regredi conſpexerant, ne ultimam hanc ipsã expugnandi opportunitatem ſibi relictam incautè amitterent, rabiem ſuam, omneque uenenum fratrum cordibus, & oris inſtillarunt, ut eos ad illam ſupradictis modis exagitandam impellerent.

Itaque uidentes nunc piam Adoleſcentulam ab aliorum ſocietate receſſiſſe, ut illis temerariè iudicare conſuetum eſt, eam hoc ideo effeciſſe arbitrati ſunt, quod Fratrum ſuũ ad S. Ioſeph Monaſterium reditum improbantium rationibus ſeu conuincta, ſeu commota, aut reſpondere, aut renuere nequiret: Ideoque interiorem illam recollectionem, ac ſuſpenſionem, qua ſeparatim ſedens uidebatur immerſa, abſorptaque, ad fluctuantis, titubantiſque animi inſtabilitatem referebant, putabantq; ipſam apud ſe ſecretò, & attenta mente deliberare, ac conſultare, an à cœpto deſiſteret, an uerò in propoſito perſeueraret. Cæterum præſumptuoſa, ac præpropera audacia, conficta, falſaue imbecillis Virginis indeterminatione, certam ſibi uictoriam pollicentes, illam ouantium more prematurè celebrare haud erubuere.

Infinitæ propèmodum eorum cateruæ, hinc inde aduentantes, ad locum oranti puellæ uicinum conuenerunt, ſe ſeque illi ſub uiſibilibus formis, deformibus utique, ac teterrimis conſpiciendæ dederunt. Tanta ſiquidem fuit illorum multitudo, ut circumquaque diffuſum aerem obducerent, obtenebrarent. Laruæ autem ſub quibus apparebant, adeò horrendæ, adeò formidabiles erant, ut conſtantiſſimis etiamnum animis pauorem, terroremue incutere potuiſſent. Iuxta & circumipſam ſaltabant, & choreas ducebant, exultantes, ac tripudiantes, quaſi iam Adoleſcentula in prædam illis data fuiſſet, & reuera tentantes illam timore percellere, ac tremore afficere. Verùm dilecta Chriſti Sponſa de Omnipotentis Sponſi uirtute, ac protectione ſecura, cuius amabili tunc temporis præſentia, intimaque communicatione ſecretò, inſcijſque Dœmonibus fruebatur, uanas eorum geſticulationes deſpiciebat, fictos ridebat riſus, *inania terriculamenta flocci faciebat, immota ipſa, & imperterrita cõſiſtens, certoque ſciens quàm* breui, quàm cito pudore, ac confuſione perturbandi, ac proturbandi forent.

Hæc ipſamet ingenuè refert Venerabilis Virgo his uerbis: *Cum me ſpiritus nequam, ac maligni ad ſæculum reuerti uidiſſet, arcanaque Dei nõ noſſet, innumerabiles ſe ſe* coram me *Dæmones in aere congregarunt, ſaltabantque, ac tripudiabant, maxima edẽtes alacritatis indicia, quaſi me iam in ſua poteſtate haberent. Erant* uelut *homines paruæ admodum, & exilis corporis ſtaturæ, nil penè humana figuræ, præter ingentes pedes, manuſque & enormia capita, præ ſe ferentes, tetra planè, & horrenda monſtra. Tanta autem erat eorum multitudo, ut ad modum Auium turmatim uolantium, aerem obumbrarent, & obſcurarent. Quamquam uerò Deus eos id ipſum, quod putabant, ſperabantque, conſequi non permiſerit: illis tamen me acriter oppugnare, ac infeſtare permiſit.*

Igitur non magis generoſa Virgo tremendis his uerſipellium ſpirituũ ſpectris perterrefiebat, non magis ridiculis eorum geſtibus, cachinnis, minis commouebatur, quam ſi muſcas circa ſe uolitantes uidiſſet, toto uitæ ſuæ tempore indubitanter cenſens ſolam Dei offenſam pertimeſcendam eſſe, non uerò Dæmonia, quæ quantumuis ad malum, ac perditio-

ditionem hominum intenta ſint, diuina tamen uirtute alligata, rabiem ſuam in eos exerere non valent, nec cuiquam vel tantillũ nocere queunt, niſi volenti, ſeque vltrò in ipſorum poteſtatem tradenti. Quod quidem egregia ſimilitudine proſequitur D. Auguſtinus, dum ſerm. 197. de tempore ait: *Venit Chriſtus, & alligauit Diabolum. Alligatus eſt ergo tanquã innexus canis catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. Iam videte, Fratres, quàm ſtultus eſt homo ille, quem canis in catena poſitus mordet. Tu te illi per uoluntates, & cupiditates ſæculi noli coniungere, & ille ad te non præſumit accedere. Latrare poteſt, ſollicitare poteſt, mordere omnino non poteſt, niſi uolentem. Non enim cogendo, ſed ſuadendo nocet: nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit.*

Poſtquam autem in amæni fontis ripa vmbris, aquiſue refrigerati, ac recreati, ſatis ſuperque Fratres Annæ requieuiſſent, refectis viribus ad proſequendum iter ſurrexerunt. Surrexit & Anna, alijs ſe ſe iunxit, iterum cum illis viam carpſit; & viciſſim Dœmones ſe ſe illicò fuga proripientes, atque in medio aeris tractu euaneſcentes, in fumum abiere. Toto itineris reſiduo non ceſſarunt vnquam moleſtiſſimi obtrectatores eadem, quæ ſupra, pijs Virginis auribus oggannire, cumque ad oppidum *Almendral* peruenirent, coadunatis conſanguineis omnibus & amicis, communicatiſque, quæ viderant, quæ audierant, poſtquam diu deliberaſſent, ſtatuerunt tandem nullo pacto conuenire Annam tam auſterum, rigidumque vitæ genus eligere, totiſque viribus annitendũ eſſe, vt à propoſito remoueretur. Illam igitur aduocarunt, blandiſque primùm verbis de inito cõſilio monuerunt, multis rationibus inſtantes, præconcepta illa Religionis vota animo expungeret, ſuumque inter ipſos ſtabilimentum eorum curę relinqueret. A blanditijs deinde ad minas procedentes, imperiosè ſubiunxerunt, vltrò ſe ſe eorum voluntati parere diſponeret, ſe in illorum poteſtate eſſe recordaretur, ſeque ad ipſis obſequendum teneri; quod ſi libenter id facere detrectaret, certò ſciret ſe ad id coactè compellendam fore, nec vt Sororem, ſed vt infenſiſſimam inimicam ab illis habendam; nec mora, nec conſultatione opus eſſe, de re pleniùs eſſe deliberatum; velit, nolit, aut ſpontè, aut vi ad obediendum illi incumbere. E veſtigio itaque mentem ſuam aperiret, & quid vellet agere abſque dilatione ſignificaret. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Tam inopinata tempeſtate perculſa Virgo, ſed à propoſito ſuo nullatenus deterrita, incunctãter reſponſum dedit ſingulari ſapientia, animique generoſitate dignum. Nimirum ſe iam pridem illis multimodis oſtendiſſe, quantum à terrenis omnibus abhorreret, quamque flagranti animo percuperet ea omnia pedibus proculcare, ac derelinquere. Se iam recens à Sanctimonialibus Abulenſibus, quas ſub eorũ ductu, ac beneplacito inuiſerat, perbenignè admiſſam fuiſſe, nec earum ſocietatem aut velle, aut poſſe recuſare: cumque ad Religionem nõ pergeret, vt commoditates, delicias, ac voluptates quæreret, vel aucuparetur, ſed vt carnis macerationẽ, mortificationem ſpiritus, totiuſque hominis abnegationem ſectaretur, ſicque Chriſtum Crucifixum lucri facerem, non debere eos, vel angi paupertate Monaſterij S. Ioſeph, vel eius auſteritate perterrefieri. Cæterum quantũ ad id quod apud ipſos conſtitutum fuerat, illam videlicet à propoſiti ſui executione impedire, ſperare ſe ſe à Domino res aliter diſponendas fore, ita quod abſque vlla ipſorum offenſa, minimaque debitæ reuerentiæ noxa intentum ſuũ conſequi ſibi liceret. Itaque velle ſe fortiter, & indubitanter ſibi perſua-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

suadeant, nil aliud vnquam à se extorquere posse, cùm mille potiùs mortes obire, quàm illis in hoc contra Dei nutum obedire foret parata.

Hoc responso vltra modum afflicti, immo & ira perciti fuere Annæ fratres, decreueruntque illam vice versa modis omnibus affligere, adeoque durè, & immaniter persequi, vt illam tandem pœniteret, quod eorum consilijs restitisset, & voluntatem suam ipsorum placitis non conformasset. Verumtamen priusquam ad hæc extrema seu remedia, vt vocitant, seu media deuenirent, Mulieres quasdam ipsi amicissimas, ac diutinæ necessitudinis vinculis addictissimas adhibuere, quæ illam blandis suasionibus ad meliorem, vt dicebant, mentem reducere, atque ad id quod tantoperè optabant inducere conarentur. Et quidem conatæ sunt, & incassum sunt conatæ: quamquam enim vis amicitiæ maxima sit, ineficax tamen & inutilis est, vbi agitur de rebus, quæ vel rationi, vel virtuti aduersantur; nec Sancti alias nouerunt beneuolentiæ leges aut obseruare, aut reuereri, quam quæ voluntati diuinæ solent esse conformes.

Fratres igitur, cæterique Virginis Consanguinei videntes amicas eius frustrà allaborasse, eiusue virtutem vitio vertentes, & constantiam pro obstinatione, magnanimitatem pro pertinacia ducentes, haud amplius cum ipsa seu dissimulandum, seu procrastinandum esse censuere, & contra ipsam cum extremo rigore procedendum, violentaque consilia executioni fore mandanda vna voce pronuntiarunt, vno ore conclamarunt. Ad hunc effectum illam adeò seuero vultu alloqui, adeò toruis oculis respicere cæpere, vt viliſſimum quodque, ac facinorosum mancipium (ne sororem dicam) tam durè, diruc excipere nõ potuissent. Quin etiam non contenti varijs illã modis domi diuexare, ipsam quoque foris ad labores sua sorte indignos, suis viribus superiores iniquè adegere. Ad campos cum seruis, cæterisque mercenarijs ad ruris culturam, reliquaue opera sordida, ac laboriosa quotidiè amandabant, falsò sibi fingentes his probris, his infestationibus, quibus incessanter afflictabatur, eius duritiem emolliri, eius peruicaciam perfringi posse. Verùm quantum in hoc cæcutirent manifestum euadit, vt potè qui ijs ipsis medijs utebantur ad illam à proposito dimouendã, quibus ipsemet benignissimus Dominus vsus fuerat, ad prima illius semina eius menti inserenda; quibusue ipsamet vti poterat, ad illud fortiùs pectori infigendum, alendum opportuniùs, perfectiùs prouehendum.

Et sanè ita contigisse compertum est, tantum enim spiritus vigorem exterioribus eiusmodi exercitationibus, & laboribus acquisiuit vt in corpus etiamnum diffunderetur, & insolitum robur adderet: Ita quod omnibus, qui nouerant ipsam, admirationi esset, ac pro portento haberetur. Sola siquidem plus operis perficiebat, quam à duobus robustissimis uiris fieri posset: sola mira facilitate adeò grauia onera subleuabat, vt à nemine moueri ualerent. In agrum pergens duas sola ducebat, regebatque carrucas impedimentis, sarcinisque comportandis uehendisque idoneas. Sola ipsa onerabat, exonerabatque tritici fascibus, quos operarij de industria, & ex composito, solito maiores efformabant, vt eius uirium periculũ facerent, & experimentum caperent. Ipsa uerò tanta eos agilitate praestris imponebat, vt circumstantibus omnibus in eius contemplatione defixis haud vulgarem inferret stuporem.

Sed ipsammet Venerabilem Annam mirabilia hæc communem rerum naturæ cursum super excedentia

tia de ſe ipſa narrantem audiamus: *Fratres*, inquit, *multimodis me probatum iri minitabantur: Et re ipſa me vnà cum mancipijs, reliquiſue operis mercede conductis Agriculturę laboribus addicebant. Quin & talia mihi exequenda præcipiebant, vt ad ea fortiſſimorum etiam virorum vires neceſſariæ fuiſſent; & ipſimet domeſtici famuli faterentur à me ſola præſtari, quod à duobus eorum ſimul iunctis effici nequiret. Ridebam ego, quod grauiſſima quæque onera mihi pro leuiſſima veluti palea videbantur. Quę mihi iniungebantur, quęque alacriter obibam opera, quantumuis difficilia, ebibebat, hauriebatque facillimè uis illa ſpiritus mihi procul dubio diuinitùs infuſa, quę adeo excreuit, vt illam nullatenus ferre ualuiſſem, niſi ijſdemmet exterioribus iſtis ueluti alimentis, quibus adaugebatur, cohibita quoque, & aliquantum ſedata fuiſſet. Bina mihi plaustra (quę ſunt ueluti carri) à me ſola regenda committebant, vt Meſſoribus victui neceſſaria deferrem, & frumenti fuſces curribus impoſitos areis reportarem. Illos operarij duplò maiores, quam qui à uiris efferri ſoleant, faciebant, rati me illos à terra ſubleuandos, ſarraciſue inijciendos, haud quaquam fore. Verùm ipſos ego tanta facilitate ſubuehebam, vt ipſimet ruris coloni, qui ſecandis ſegetibus incumbebant, ab opere deſiſterent, me tanta agilitate laborantem contemplaturi, mirarentur, ſtuperent, neſcientes unde mihi tanta uis ſuppeteret, an à Deo, an à maligno ſpiritu.* Et certè iure videbantur meritò vacillare, ignari quanta virtute polleat ſpiritus diuino amore faucius, diuinoque feruore ſuccenſus, neſcijque Omnipotentis brachium illam agere, illam urgere, debileſque illius artus confortare, corroborare.

Vbi tritici congeries Areæ Anna intulerat, ipſam Fratres in medio Solis ardore, quo cuncta torrebantur, triturę illius adigebant; ipſique ad id opus, bina ternaue Boum paria ab ipſa ſola ſub iugum alliganda, ac per circulũ regenda tradebãt. Indomiti, ac ferociſſimi erant Tauri, iugi impatientes, laborique inaſſueti, quos nec Ruſtici etiam ipſi Agricolæ manſuefacere, aut domare nouerant. At Benigniſſimus Dominus medijs ipſis luculenter oſtendere voluit, quàm mirabilis ſit in Sanctis ſuis; quantùmque valeat infirmæ Virgunculæ zelus, & innocentia, tùm apud ipſum, tum apud creaturas omnes, quæ quantauis naturali feritate præditæ ſint, omnipotenti tamen illius ſubiacent voluntati. Eodem ſiquidem propè modo, quo Anna noſtra Fratrum mandatis humiliter obtemperabat, eius imperio obſequebantur immanſuetæ ferę: Et (incredibile dictu, nec ſanè prodigio carens!) innatæ prorſus fœuitię oblitæ ad piæ, innocentiſque Adoleſcentulæ vocẽ, nutumque, tanquam mitiſſimi Agni, imò & tanquam ratione vtentes, demiſſis capitibus ad ipſam accedebant, & ab ipſa tangi, palpari, ablandiri, iugo ſubijci, operi admoueri, non modo patiebantur, ſed alacriter feſtinabant.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Aberrarunt aliquando boues *iſti* per campos, nec inueniri poterant; miſerunt Annam Fratres, vt diligentiùs perquireret. Ad exequendum, quod ſibi iubebatur, Virgo ſola proceſſit. E tribus, qui amiſſi fuerant, duos reperit, relictiſque in loco ſecuro, ad tertium qui deerat, inueſtigandum perrexit. Inter ſpinoſa denſiſſima, atque humanis tum veſtigijs, tum oculis imperuia ſe ſe abdiderat Dumeta, propter quæ poſt longam, inutilemque inquiſitionem, ſollicita hærebat puella, neſcia quid faceret, aut quo verteret pedem: Cum ecce Rabidus Moloſſus citato curſu in eam furijs, quibus agebatur, inuehitur, ipſamque horrendo modo aggreditur, atque ingeminatis morſibus impetit. Cadit in terram exterrita Virgo, & in fa-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

in faciem suam procumbit. Tunc furiosus Canis illam vehementiùs exagitat, super eius scapulas exilit, nouasque vestes (ab hac etenim tantùm die ijs induta fuerat) spumanti ore, dentibus stridentibus, atque frendentibus in frusta discerpit, comminutim dilacerat. In tanto discrimine constituta, omnique humano destituta auxilio; diuinum sibi miro, ac stupendo modo affulgens experta est. Quem requirebat Bos è vicinis latebris se se prorripiens, velocissimis saltibus erumpés; ac demissis, & in pugnam aptatis cornibus in rabiosum canem audaciter irruens, ipsum procul fugauit. Ad iacentem exinde, suique impotem puellam accedens, non secùs ac si rationis vsu pollere datum esset, ipsam lambere, ipsi blandiri, ipsam quo poterat modo excitare, & ad surgendum inducere cæpit. Semimortua tandem surrexit, sed præ artuum tremore, viriumque defectu, vix progredi valebat. Præcedebat illam Bos ille beneficus, domusque viam carpens, & identidem illam retrò respiciens, iteratis mugitibus ipsam compellare videbatur. Quin etiam (ò inauditum planè prodigium!) videns ipsam ægrè incedere, illam signis, nutibusque sollicitauit, super dorsum suum, cuius illi copiam faciebat, sederet: Quod cum ipsa fecisset, eam ouantis, ac triumphantis more, tanquam gratum, suauissimumque onus, saluam, & incolumem ad pagum, domumue reduxit, cum vniuersorum, seu domesticorum, seu extraneorum, quos de casu certiores reddidit, stupore, admiratione, acclamatione, & applausu.

Inuecto horreis frumento, & æstate transacta, cui rei Annam addicerent cogitantes, ipsam denuò Fratres ad ouium custodiam amandarunt. Placuit vltrà modum Virgini munus impositum, resumpsitque cum maxima mentis alacritate primum hoc vitæ genus, quod olim sibi tam faustè successerat, quoue tantis gratiæ cœlestis, diuinæque beneuolentiæ charismatibus locupletata fuerat, & vsque dū è Monasterio Abulensi ad Religionem (cuius inibi propositum conceperat, acceperat promissum) reuocaretur, amplius etiamnum à dilecto Sponso se se locupletandam fore sperabat. Renouauit tunc quoque antiquam, eū fidissima sibi consobrina Franciscā, quæ in præcedentibus laboribus, Fratrumque persecutionibus non parum illi solatij, ac consolationis suppeditabat, amicitiam, ac familiaritatem: qua cum in campos, solitariaue loca se conferens, liberiùs, quietiùsue agere, ac de rebus spiritualibus colloqui sibi licebat. Procedebant insimul deuotæ Virgines per montes, per nemora, per inuia, & ab hominum consortio, conspectuque remota deserta, & ibidem pijs exercitijs intentæ supernis delicijs perfundebantur, perfruebantur. Die quadam ad vnum montium gregem deduxerant, coniunctimque præaltæ rupi assidebant, cum procul ad se venientem, easque requirentē conspexere pastorem, cuius conuersationem, parum haud dubiè honestam, castarumque, vt videtur, aurium offensiuam; vt effugerent, in proximam saxi speluncam, cuius os spinis, herbisque obsitum, ac circūseptum erat, se se trementes abdiderē. Illas ergo Pastor odiosus non reperiens, ira percitus cacumen saxi ascendit, & huc illuc auida perperam circumferens lumina, voce magna exclamauit: *Ecquo infelicissimæ hęc abiere indignationis meę propudia?* Mox cœco furore abreptus: *Vos*, subdidit, *velit Diabolus de medio tollere, secumque in Infernum detrudere.* Nihil ad hæc timidæ Virgines respondere; quin potius faustum illi discessū apprecantes, loco se se vsque ad vesperam haud quaquam mouere ausæ sunt. Tunc autem illum

lum receſſiſſe ratæ, de fauorabili, opportunoue antro exiere, collectiſque ouibus ad Pagum remearunt, haud minus præ nimio pauore ſudore madidæ, quam ſi in aqua media immerſæ fuiſſent. Nocte iam concubia domum regreſſa, diris, contumelioſiſque verbis à Fratribus excepta eſt; ipſam iam inſolitis illis deuotionis exercitijs, æſtuque orationis dementare, delirare, inſanire vno ore clamitabant; acerbiùſue, quam huc vſque fecerant, minas ipſi intentare cœperunt, ni ab ijs, & à Religionis propoſito, quod ſibi, totique familiæ probroſum fore nullatenus dubitabant, impoſterùm deſiſteret, ac æternum vanis, futilibuſue imaginationibus nuntium remitteret. Patienter ferebat eiuſmodi conuitia patientiſſima Virgo, eò ſanè ſenſibiliora, quo à proximioribus ſibi, à Fratribus, inquam, quos impensè diligebat, & humiliter reuerebatur, quique in dies magis, ac magis eius virtutis argumentis, res planè incredibilis! recrudeſcebant, & in immanē propè barbariem, inſtigante procul dubio Dæmone, obdurabantur, ſoluebanturque, illata: Eaque Deo in ſacrificium, hoſtiamque pacificam confidenter offerebat, ſperans ab ipſo ſolo eorum corda emollienda, ac couertenda fore.

Cœterùm non contentus infenſiſſimus hoſtis illam medijs propinquis, tot modis inuiſis, & inauditis exagitaſſe, nec non etiam interioribus tentationibus varijs, grauiſſimiſque, quibus tunc temporis, ipſamet fatente, afflictabatur, moleſtare; voluit illam quoque metu percellere, phantaſmatibus terrere, horrendis viſionibus infeſtare. Nocte quadam oblatam ſibi id efficiendi opportunitatem nactus eſt. Iuuiſerat domi Annæ Fratres quædam eorum conſanguinea, & appetente iam nocte petijt ab ipſis, illam Anna comitaretur in prædium extra oppidū ſitum, & ab eo aliquantum remotum, quo, agrum lino conſitum videndi cauſa, pergere volebat. Annuerunt Fratres, & ambæ domo exiere, atque ad plenilunij claritatem, qua ſerenus aer mirum in modum reſplendebat, ad locum deſignatum ſolæ proceſſere. Vix in eo veſtigia fixerant, cum ingentem exaudiere catenarum per terram reptantium, fortiterque reuolutarum, ac pertractarum ſtrepitum, quo non vulgari timore perculſæ ſunt. Horrorem vltra modum auxit iterata multitudo gemituum, ſeu potiùs triſtium, lugubriumue vlulatuum, lamentabili voce editorum, identidem catenarum intermixtorum ſtridori, totamque circumuicinam aeris regionem, arrectaſue iuuenularū aures concutientium, funebrique modo opplentium. Tum demum earum oculis ſe ſe obtulit deforme quoddam, ac formidabile ſpectrum hominis figuram, præcelſi verò Gigantis ſtaturam præ ſe ferēs, præfatas pertrahens catenas, citatiſque, ac inordinatis paſſibus ad illas accedens. Intantum creuit ad horrendi Monſtri conſpectum Adoleſcentularum metus, ac terror, vt Anna impos ſui, deliquiumue paſſa, mortuæ ſimilis in terram ceciderit, tenui tantùm ac languida voce, ſed feruido, ac deuoto corde Trinum Deum efficaciſſimis his verbis inuocare valens: *Adiuua me, precor, ò Sanctiſſima Trinitas!* Altera verò ſuper ipſam proſtrata, protinus incubuerit.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Poſt aliquod temporis ſpatium ſenſibus quidem reddita, & ad ſe reuerſa eſt Anna noſtra, ſed adeo præcedenti caſu debilitata, corporeiſue orbata viribus, vt illam ſocia manu prehendere, brachioque ſuſtinere, vt incedere poſſet, coacta fuerit. Vix dum progredi cæpere, cum tres paulò ante ſe conſpexere perſonas, æqualis omninò ſtaturæ, albis veſtibus amictas, ipſaſque verſus pagum, & ad vſque domum

præ-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

præeuntes. Hoc visu præter morem animatæ Adolescentulæ, opportunaque societate pristinis viribus restitutæ, gratos illos viæ duces, quanquã ignotos sibi, secutæ sunt. Ignorabant quippè, nec sibi, quinam esse possent, fingere poterant. Suspicabantur initio quosdam esse pastores, qui ab ouili ad Pagum reuerterentur, insolitus tamen eorum habitus, grauissimusq; incessus omnem postmodum suspicionem ab ipsarum mentibus dispulit, & ad nescio quid supra mortale odorandum induxit. Ad se se fortiùs in hoc cogitatu confirmandum haud leuiter faciebat, mira illa, & inassueta securitas, animique firmitudo, imo & alacritas, quæ inuisibili, & arcano modo intùs illis instillabatur, quaue præconcepto planè metu liberæ euaserunt, ac prioris apparitionis penè oblitæ sunt. Sed nullus amplius ipsis dubitandi locus extitit, cum domum appellentes officiosi duces, disparuere, & Annæ nostræ menti certa notitia inuecta est, tres illas fuisse Sanctissimæ Trinitatis Personas, quas in illo virium suarum deliquio tanto affectu, tanto deuotionis ardore ad auxilium sibi præbendum implorauerat. Adeo verum est, Deum Optimum Maximũ ad adiuuandos, subleuandosque seruos suos promptè accurrere, nec illos vnquam se se in tribulationibus ac necessitatibus cum fiducia inuocantes derelinquere. Confusa igitur simul, gratitudineque plena remansit Dei famula ob singulare beneficium sibi à Sanctissima Trinitate præstitum, luculenter animaduertẽs quanto pretio, quanta existimatione, ac veneratione dignius censeri debebat, quam fuerat timore, ac tremore inane illud Infernalis Phãtasmatis commentum.

Verùm enim verò quanquam hac vice supremi numinis virtute, ac præsentia depulsus, haud minori pudore suffusus, quam furore percitus aufugisset superbus ille, ac vilissimus hostis, ipsomet tamen diuino numine ad maius eius dedecus, vlterioremq; Virginis probationẽ, ita permittente, ab illa persequenda non destitit. Monstruosis, infandisque laruis tantum menti eius incutiebat pauorem, tanto debile cor percellebat horrore, vt quandocumque noctu aliquod domus cubiculum solam illã ingredi incumberet, insolitis motibus exilire pectus, artus titubare, comæ dirigere solerent; nec vlla prorsus ratione irrationabilem illum, & inopinatum terrorem, vel excutere, vel reprimere valeret. Ad Deum tantummodò, perpetuum in suis necessitatibus asylũ, confugere nouerat, qui etsi ipsam solari, corroborare, interioribusue fauoribus locupletare non cessaret; Illam tamen exterioribus istis permittebat infestationibus, tã ad perfectius patientiæ exercitium, tum ad ampliorem ad Religiosum statũ dispositionem, ac præparationem.

Eodem propè modo se se in hoc habuit cum Anna nostra benignissimus Dominus, quo se se cum plerisque, atque præcipuis amicorum, ac Sanctorum suorum habere consueuit. Sic Dæmoni potestatem fecit in carnem patientissimi Iob: *Verumtamen*, vt ait Scriptura, *illius animam seruare iussit*. Sic electam, dilectamque sponsam Teresiam infinitis propèmodum gratijs, cælestibusue cõmunicationibus ditauit, cumulauit in anima, vt vniuersalis nouit Ecclesia: & nihilominus Virgineum eius corpus, innocuaque membra malignis spiritibus, varijs, diriſue modis torquenda, crucianda tradidit. Haud igitur absimili modo egit cum Anna, quæ Dæmonum tormenta quibus incessanter afflictabatur, aut celare non valens, aut dissimulare non volens, vt aliorum precibus, ac votis in ijs perferendis adiuuaretur potius, quam ab ijs liberaretur (id enim nec optauit vn-

quam

quam, ſortem ſuam totaliter in manus Dei commendans) Fratribus tandem aperuit. Iam ex pallore vultus, alijſque multis, meſtiſque ſignis deplorandum Sororis ſtatum nouerant Fratres; & licet huc vſque crudeliter in eam deſæuijſſent, tunc tamen illius vltrà modum miſerti, haud vulgaria compaſſionis, ac teneritudinis argumenta dedere.

Sciebant, vtpotè in Chriſtiana pietate optimè inſtructi, efficacius in deſperatiſſimis etiam rebus relictum nobis à Clementiſſimo Sanctiſſimum eſſe viuifici corporis, ac ſanguinis ſui Sacrificium. Illud ergo ad impetrandum ſorori ſolatium, ac quietem adhibere decernunt. Quot poſſunt, Miſſas celebrari procurant, Deoque offerunt, vt illam à tam moleſtis exagitationibus liberare dignetur. Suas illis afflicta Virgo, orationes, preces, ſupplicationes, gemitus, ſuſpiria, vota maximo cũ animi feruore coniungit, vt frenum aliquod, ac finis interminato Dœmonis furori imponatur; non quod pati, cruciariue recuſet, hoc ſiquidem flagranti veluti ſiti ſemper exoptat, ſed quod timeat ne externæ iſtæ vexationes Religionis propoſito officiant, & ne in Monaſterium recipiatur impediant. Fratres demũ ad Eremitorium Sancto Bartholomæo ſacrum, quinque leucis ab *Almandral* diſſitum, in quod deuotionis ergo innumerabilis quotidiè populi multitudo circumquaque concurrit illam deducere, & inibi cum ipſa nouemdiale votum ſoluere cogitant.

Ad iter inſimul ſe ſe accingunt, viam carpunt, confidenter progrediuntur; cumque duas iam à pago leucas emenſi eſſent, tribuſue adhuc à Sacello diſtarent, ſubito ſenſit ſe ſe deuotionis, ac feruoris æſtu abripi pia Virgo, rogauitque Fratres, vt reliquum viæ pedibus conficere ſibi concederent; tum vt hoc humilitatis, ac reuerentiæ actu, Chriſtum Dominum, eiuſue Apoſtolum, qui pedites ire ſolebant, perfectiùs imitaretur, & honoraret; tum vt hoc pacto aliquantulũ ab equitante comitatu ſeperatam, & intra ſe recollectam eſſe, ac procedere ſibi liceret. Aſſenſere Fratres Virginis poſtulato, & ipſa tota prorſus in contemplatione diuinarum perfectionum abſorpta pedeſter inceſſit, vſque dũ Sacelli fores peruenerint. Tunc ſe ſe aliquantulum defatigatam ſentiens, laſſitudinem ſubleuatura, ſedit aliquantiſper, antequam ſacras ædes ingrederetur. Verùm tantùm abeſt, vt eiuſmodi tantilla quiete reficerentur vires, quin etiam ſubitanea neruorum contractione, vniuerſaliqhe membrorum correpta torpore, immobilis, ac inuiſibilibus veluti vinculis impedita conſiſtere coacta ſit. Id nimirum, tanquam vltimum furoris ſui effectũ, operante Dœmone, qui futuram, iam iamque imminentem à Tyrannica ſua poteſtate Virginei corporis liberationem præſagiebat. Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

Circumſtetere omnes, nec leui ſtupore perculſi ſunt ad tam inopinatum, repentinumq; Virginis ſymptoma; cumque illam ſurgere, locoue ſe ſe mouere impotentem vidiſſent, ipſam vlnis ſubleuantes in Eccleſiam comportarunt: Et ecce, celebre ſanè, ac prodigioſum miraculum, tot teſtium oculis, & ore comprobatum! Vix dum illam hoc modo ante Sancti Apoſtoli aram depoſuere, ipſaque ſe ſe illi commendare exorſa eſt, cum protinus, & in inſtanti ab omni prorſus ſoluta nexu, ab omni dolore liberata fuit: & circumſtantes omnes illam expeditè incedere videntes, illam effuſo corde, exultanti mente, infinitas Deo, Sanctoque Apoſtolo gratias rependere audientes, ad tam portentoſum ſpectaculum maiori, quàm prius admiratione defixi, ſtupentes, attoniti, tum momento poſt gaudentes, iubilantes & ipſi, ſupremam

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

mam diuini numinis potentiam, potentem Sancti Apoſtoli interceſſionem debitis laudibus extulerunt, miris encomijs celebrarunt.

Itaque confuſus, & in rabiem, ac deſperationem actus infeſtus ille Dœmon, qui piam huc vſque Virginem vexauerat, procul ab ea exceſſit, erupit, euaſit, inter Apoſtatas illos *Angelos*, qui teſtante Apoſtolo Iuda in Epiſtola ſua Catholica, *non ſeruauerunt ſuum principatũ, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in Iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruandus*, & diuinæ Iuſtitiæ factus exemplum in tenebricoſo Inferni carcere, ac barathro vermis immortalis, inextinguibilis ignis, cæterorumque incomprehenſibilium tormentorum ſupplicia, ſuas perperam deſpumans confuſiones, in æternum luendus. Deuota verò Virgo maxima ex tunc animi quiete, imo & exultatione potita eſt, nouamque, ac firmiorem proximè futuræ deſiderio-rum ſuorum, illam ad Religionem impellentium, conſecutionis, non ſpem modo, ſed certitudinem concepit. Sic ergo perſolutis Deo gratijs, Anna, Fratres, cæterique viæ comites, lætabundi omnes, ac gaudio perfuſi in Vicum *Almendral*, ac domum remigrarunt.

CAPVT XXVI.

Incaſſum, vt ad aliud, quàm Tereſianum Inſtitutum animum conuertat, tentatur. Non paucis exſuperatis difficultatibus, ſæculo tandem nuntium remittit, & ad Sancti Ioſeph Monaſterium pergit.

RErum euentus ſpei certitudinem aſſerit, effectus prædictionis veritatem probat. Longè ante, vt ſæpè ſæpiùs prænotauimus, conceperat Anna Religionis propoſitum; adimpletionis eius promiſſum à Chriſto Domino, à Beatiſſima illius Genitrice acceperat; affuturæ executionis ſpes *altiùs*, fortiuſque *in dies* animo ipſius inſidebat, radicabatur, & recens ad Sãcti Bartholomæi Sacellum renouata infixa fuerat. Vix dum ergo natale ſolum, domumque cum fratribus apulit, cum illuc etiam nuntium à Sanctimonialibus Abulenſibus perlatum eſt, tempus affore ad remeandum Abulam, Sacrumue habitum ſuſcipiendum idoneum. Dici nequit quàm gratiſſimum fuerit flagranti Virgini eiuſmodi nuntium, quantoque cum animi iubilo ſeſe ad optatum Monaſterium reuocari audierit. Aſt longè aliter cum Fratribus actum eſt, id æquo animo perferre nequiuere, nec vllum *aliud* reſponſum dedere, quam ſe ſe non tantum, quod offerebatur, non acceptare, aut approbare, ſed nec vllum etiam hac de re verbum audire velle.

Attonita ſimul, & afflicta remanſit ad ineluctabilem obſtinatorum Fratrum renitentiam, Anna noſtra, & inopinato reſponſo, toruiſque ac minacibus eorum aſpectibus, tanquam nouo fulmine icta, tremens, & ad-

Digitized by Google

& aduerſam ſuam ſortem deplorans receſſit, & in abditiſſimis, ſeu domus, ſeu Eccleſiæ penetralibus diuinum imploratura auxilium ſe ſe recondidit. Non ceſſabat deſolata Virgo diu, noctuque cæleſtes infinitæ miſericordiæ fores planctibus amaris, validis clamoribus, gemitibus inenarrabilibus, ardentibus ſuſpirijs, precibus effuſis, diffuſis orationibus pulſare, vt tanto anhelantis cordis ardore deſideratam, tot tantiſque modis expoſtulatam gratiam impetraret. His omnibus adiungebat vberrimum lachrymarum imbrem, quo nunc Sponſi Crucifixi pedes, quos tenerrimè exoſculabatur; nunc humum qua genuflexa, qua prouoluta iacebat, copiosè, ac perenniter irrigabat, vt vim inde, efficaciamque deſumerent. Lachrymis ſanguinem miſcebat è puriſſimo corpore diris, diutiniſque flagellationibus erutum, vt adamantina conſanguineorum pectora ijs emolliri Deus concederet. Quotidiè Sanctiſſimum Miſſæ ſacrificium pro animarum Purgatorij, quibus addictiſſima erat, ſeu refrigerio, ſeu libertate Deo offerebat, Sacerdoti perſoluebat, vt earum ſuffragijs, & interceſſionibus, quod expetebat, obtinere valeret. Hæc demum omnia ſeu pietatis, ſeu mortificationis exercitia per annum integrum inceſſanter continuauit, feruenter congeminauit, vt votorũ ſuorum compos tandem aliquando effici mereretur.

Sub id tempus Moniales quædã Hieronymitani Ordinis, celeberrimi vtique, ac longè, latèque per totas Hiſpanias diffuſi, Talaueram euntes, vt nouũ ibidem Inſtituti ſui Monaſterium conderent, per vicum Almendral tranſiere. Illicò Annæ fratres ſe ſe opportunam arbitrati ſunt nactos eſſe occaſionẽ Sororis mentem à priori propoſito dimouendi, & in melius protrahendi: Rati nimirũ optimè ſe facturos, ſi tum à Monialibus, tum ab ipſa Anna obtinere poſſent, vt earum ſocietatem iniret, & profiteretur Inſtitutum, quod licet in ſtrictioris, ac Regularis obſeruantiæ gloria nulli videretur inferius, pluribus tamen oppulentia, ac temporalibus cõmoditatibus ſuperius habebatur. Itaque Sacras Virgines humaniſſimè, ac vltra quã ab Agricolis ſperari poterat, ſplendidè hoſpitio exceperunt, illiſque tum Sororis vocationem, tum intentionem ſuam ſinceriſſimè manifeſtarunt. Egere cum ipſa ſedulæ Virgines, & ſtatim theſauros in ea diuinitùs incluſos perſpicaciſſimè dignoſcentes, eam modis omnibus ad ſuam pellicere Religionem ſatagerunt. Fruſtrà tamen allaborarunt, & quę vocationem ſuam apud Carmelitas Diſcalceatas à Deo proceſſiſſe, tam certò, tam clarè nouerat, illam ad alias quantumuis Sanctas, quantumuis fauentes, quantumuis Fratribus gratas, & ab omnibus exiſtimationi, ac venerationi habitas, diuertere, vel vt veriùs loquamur, peruertere conſtantiſſimè recuſauit.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

At enim illaminet hac de re his verbis effantem audiamus: *Totam*, inquit, „ *vnius noctis veſperam mecum in cubiculo occluſa protraxere, omnes mihi tum conditiones, tum gratias, quæ vel deſiderari, vel mente concipi poteranr, offerentes. Verùm quo me magis ad mutandum conſilium perſuadere conabantur, eò firmior, fortiorque enadebam ad illud vlteriùs proſequendũ, nec ab eo deficiendum, quod mihi Dominus præmonſtrauerat. Et procul dubio fatendum eſt, ſolùm mihi tunc Diuinam Maieſtatem tantas vires ſuppeditaſſe. Naturaliter ſiquidem fieri non poterat, quin honor ille, quem iſtæ Dei famulę mihi pollicebantur, nõ deſideraretur. Præterea, propè conſanguineos vitam agere, quod alij adeo ardenter appetunt, ego maximè abhorrebam. Vno verbo ſic Deus me adiuuit, vt nec vnam quidem mutationis cogitationem habuerim.* Hieronymitanæ igitur Virgines, ſe nihil profeciſſe,

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

aut profuturas esse in inuincibile Annæ cor prudenter censentes, illamquè diuino spiritu dirigi nullatenus dubitantes, ab ipsa vlteriùs vrgenda supersederunt, etsi fœlicem Teresianarum Virginum sortè quodammodo non inuidere nequiuerint: post exhibita verò haud vulgaria ipsi teneritudinis, Fratribus gratitudinis argumenta, domo, ac pago excessere: in eodem ipsos, aut in peiori potius statu, quam huc vsque fuerant, relinquentes. Etenim viri rustici, & agrestes ineluctabilem eius constantiam ægerrimè ferentes, & ad illam deijciendam conatus omnes irritos esse, tot experimentis edocti, in dies magis, ac magis in Sanctam Christi sponsam irasci, exasperari, recrudescere videbantur.

Instabant interim iteratis epistolis Abulenses Sancti Ioseph Moniales, eò Anna duceretur; sed surdis auribus occinebant. Quamquam enim obstinati Fratres præcisum recusationis responsum inurbaniter dare non auderent; diutina tamen procrastinatione tum earum, tum sororis patientiam fatigare, imo & frangere tandem intendebant. At Anna quò acriùs renitebantur, & absistebant Fratres, eò fortius persistebat, & adnitebatur, tum apud Deum, tum apud Sanctissimam eius Genitricem, quam sibi semper in necessitatibus propitiã experta fuerat, vt suum tandem intentum consequeretur. Et certè eorum demum gratia effectum est, vt ingeminatis, & vrgentibus denuò litteris M. Mariæ à S. Hieronymo, quæ Abulensi Monasterio in absentia S. Matris Teresiæ præerat, responderent, se illã ad festum Sanctorum omnium esse ducturos. Læto vltra modum animo, vt par erat, & credere fas est, tum ab Anna nostra, tum à Sacris Virginibus responsum hoc, tam anxiè exoptatum, tam vrgenter expetitum, exceptum est. Cœterum non multò post recens Annæ lætitia in nouum luctum versa est, vbi solitum Fratrum languorem in exequendo promisso, & parandis itineri necessarijs iterum aduertit.

Biduum tantùm ad dictam Sanctorum omnium diem supererat, nec de profectione aut cogitabant, aut verba faciebant. Mœrens Virgo, ac tacita secum cuncta reuoluẽs vltimam Fratrum resolutionem operiebatur: cum euentu supra fidem omnem propè incredibili in maximo vitæ suæ discrimine constituta fuit. *Mensæ simul assidebant ad cœnam duo Fratres, tresue Sorores, cũ* Anna de discessu suo sollicita, solita sua submissione, atque modestia: *Quandonam*, inquit, *illucescet optatus ille profectionis nostræ dies?* Ad pauca hæc interpellationis verba *cum* tanta humilitate *prolata ira excanduit* maior *natu* Fratrum, vt ira, *rabieque percitus è mensa* confestim surrexerit, arreptumque ensem in eam strinxerit, & haud dubiè illam interemisset, ni perturbati omnes simul accurrissent, & vna Sororum iam eleuatam, ac penè sceleratam manum in aere stitisset, *ictumque diuertisset*. Horendum sanè, ac miserandum spectaculum, ad quod circumstantes omnes terrore perculsi exclamauere, totamque planctibus repleuere viciniam, vna Anna excepta, quæ imperterrita, ac *tranquilla* mente imminentem mortem inuita est, & ad Deum conuersa, se se illã libenter obire, innocuumque *cum* vita sanguinem propter amorẽ *sui*, & tam æquæ causæ defensionẽ profundere paratam fore asseruit. Mirum profectò, & inauditum generosi, & inconcussi animi exemplum, à primis christianæ nobilitatis viris æmulandum, nec satis vnquam cõmuni ore, vulgari penna laudandum.

Cœterum vt illud luculentius, sinceriùsue ante lectoris oculos ponam placet hìc ipsiusmet Virginis apponere

nere verba, quibus coram eis scisi, sinsulque interiores sibi tunc à Deo immissos folios ingeniuitate exposuit. Sic ergo loquitur. *Mane cum nondum recumbebam, vrr videlicet Soror, & duo Fratres. Ipse ego dixi. Quanam hæ profectionem nostram, exordiamur? Ad quem Fratrem nostrum adeo molestè tulit, vt de morte fortassis insumpsse ad interficiendum arripuerit. Vna tunc Sororum exiit, manumque sua in interiorem, minum spatium apprehendit: ac propediuit: An si sonum meum aperies sat sis; crede mihi, aliquem tuum Consanguinum Dei hoc mihi beneficium profuturum, auxiliumque præbiturum.* Nam defectum ego in me præsentis capitis mei imminentem, necnon ipsi fallibilem inferentem vidi. *Ac Clementissime Deus in tam brevi temporis morula, sta me sua gratia præsente, tantaque fra amore ha mentis, & refrigeratione infudisti, qualem aliquando in hora mortis habere velim. Vbi tunc in corde meo Dominus dixit: O Domine mi, pro hostia mortis, & late admodum anima mortior.* Nemini tamen post hæc dubitandi locus relinquitur, quin vere Martyrium voto fuerint furtim pia Virgo, Deuspue illi Martyrij palmam, laureolamque retexuerit, quam eam heroico facinore de mundo, de carne, de Diabolo Triumphantem ad Regium Regiorum Martyrium obeundum fecerit Providentia sua conditio præparauerit, animauerit, atque perdurauerit.

Officiosa interea Soror, quæ fortiolo Fratri, fœlerique iam propè perpetuo obstitterat, insipientem, & immotum videns, ac deminans Annum, illumque manu feu excitans, seu propulsans: *Frater, inquit, hic agis, & fortiter? hinc te alibam proripe, ne tu amplius videamus, tuamque familiam delinas pertrahere.* Surrexit ille obsequio innocentis Virginis nec tam vt impendens effugeret periculum, quam vt causæ moræmi obcompescens Sororis, & Tiselinis exinde, & in- Ab anno fabricatum domus fœcum, seu Christi cancam fe it abdidit, relictis cum- 1204. nibus adeo fœtidi, horrendoque exhalationis, vt extra fe videntium abrepti, nullam fine ratione, fine excufationem inferant fine causa patricidio obtendere valerent nec vltrius de prorubusta Sorore, aut cæteris, aut cognoscere. Aiunt cuidā vitra modum Fratrem, Sororumque, nec non Familiaris omnium ac Domesticorum horrorem ingens, infolitusque ftrepitus, Intestinum velut furiarum cuiusdam conterrentium, qui vniuersa domus cubicula peruadens, per totam noctem auditus fuit quousque Dominus nos Virginis victoriæ, proximæ illius in Religionem traditionē in cubam acti excessus, indubitatum, est. Infomnem itaque modum illa prorubere coacta fuit. Infomnem etiam illam exegit Anna nobis, fed longè tranquillius, finuatisque, vtpote quæ omni timoris expers, filoque diuini amoris zelo, vicæque Religiosæ desiderio ineensa, illum latebat, receptaculo explicare, hoc vero edemendare non debebat.

Illucescente pulchrodiam mane de latebra fua, domoque infesta omnibus egressa ella Ecclesiam petijt, ibi in oratione perseuerans & cum eo Sponfo familiariter agens, immortales illi gratias habuit, quod illam Cruci, ac paffionum fuarum participem elegerit, quas plurimas cibatur, quam Azari dentatis, quam delicias facere foleant voluptuosi. Adueniens deinde ipso illo Parocho de quo fuperius memoniimus, qui quæ nimirū Fratribus confilio Abbatis Moniales de statu, & fortuna, ea comm cum Anna profectionis, pronouncrat; disputetque, ac persuadeant cur nandam difficultate, quemcunque hac nocte contigerant, enarrauit; & vt illi à Sacris Confessionibus erat, ipsum eaxandum mili-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

militate rogauit, eam, vtpotè prædictorum omnium ream, Sacramentali Confessionis indulgentia, gratiaque absoluere dignaretur, sibique ad maius animæ robur, atque vt aduersus futuros euentus præmuniretur, Sacrosancto Eucharistiæ pabulo refici facultatem concederet. Vtriusque copiam illi fecit prudens Sacerdos, non minus profundam Virginis humilitatem, quam inconcussam animi constantiam, cæteraſque virtutes demiratus; cumque audita illius Confessione Sacramentum ei corporis Christi subministrare vellet, noua, prioremque adaugente admiratione correptus est, ipsam sibi dicentem audiens, se se ad tremendam mensam accedere non audere, priusquam Fratrum prouoluta pedibus de anteactis culpis veniam exorasset, quod vt efficeret abeundi potestatem ab ipso humiliter postulauit; & quamquam diutius reluctasset solers director, ingeminatis tandem, & importunis precibus obtinuit. O stupendum, & vniuersorũ hominum linguis, ac votis extollendum, æmulandumq; christianæ generositatis, ac pietatis exemplum! Quæ grauiter læsa, ac propèmodum interfecta fuerat, satisfacere cogitat; nec tantummodo offensam sibi illatam condonat, sed sibi ipsi quantumuis innoxię veluti iniuriosa ab offendentibus, & interfectoribus suis sibi condonari requirit.

Domum igitur iuit innocens Virgo, annuente tandem Confessario, & ad pedes Fratrum, quod insimul existentes inuenit, genuflexa, humiliter simul, & instanter efflagitauit sibi ignoscerent. Verùm in hoc etiãnum euentu, & famulæ suæ mortificationis occasionem, & nobis magnanimitatis eius exemplum præbere voluit clementissimus Dominus. Cum enim tam generoso humilitatis actu, quantumuis efferatos Fratrum animos mitescere, placariue posse illi sperandum foret: ipsos tamen immaniter sibi respondentes audiuit: *Recede hinc. Quanam te noua, ac fatalis audacia ante iratorum Fratrum conspectum infaustè reducere præsumit? Perge ocyus, & à nobis, quos adeò grauiter exasperasti, procul abscede.* Tunc illa impermota mente, serenaue fronte surrexit, & in Ecclesiam, rem Confessario relatura, ac de illius consilio communicatura, remeauit.

Post sacram communionem in recondito sacrarum ædium angulo, gratias Deo actura, se se abdidit; cumque *illum de toleratis laboribus, tanquam de præcipuis beneficijs* sibi ab ipso misericorditer collatis, effusa oratione benediceret, sibique vires, & animum ad vlteriores maioresue exanthlandos diuinitùs sibi suppeditari sensibiliter experiretur, & ad illos *obeundos se se* vltrò offerret: *Ecce tibi! ô mutatio dexteræ Excelsi, finis* tandem illis imponere volentis!) adfuit ante ipsam sæuus ille Frater, qui cruentas in eam manus priori nocte aptauerat, vultum pallidum, mortuoue similem præ se ferens, qui stupentem illam, vltra omnem expectationem, venire iussit, omniaque iam ad profectionem Abulensem parata esse monuit. Hìc profectò reticendum haudquaquam est, quantum optimæ indolis argumentum dederit Anna nostra. Exultanti sanè animo gratam accepit iussionem: Verumtamen non sine penitissimo dolotis sensu, gaudio intermixto, interioris afflictionis, ac mœstitiæ *signa in* fratris facie impressa cernere potuit pia Virgo, irrogatæ prius iniuriæ prorsus oblita; quin etiam his compassionis, ac teneritudinis verbis id ipsum in relatione vitæ suæ testatum voluit: *Venit*, inquit *in Ecclesiam ille Fratrum, qui mihi mortem inferre voluerat, vultu mortuo simili, mihique ipsum sequerer imperauit, cuncta quippè ad discessum esse parata. Ipsum ego afflictum videns, vicissim quoque afflicta*

ficita erant. Naturali siquidem, ac suasu indolet Angelus vidcbatur, nihilque per cæteris errat erat. Quo profectò sincero, ac fidei digno Virginis testimonio luculenter patet, tam qui excellenti à natura genio ipsius mer prædita fuerit; tum ad quam eminentem perfectionis gradum superueniendi gratiæ auxilio peruenerit; tum demum quam pertinacem dæ fint indomitæ animi passiones: quæ dum excellunt, nec vt par eft reprimuntur, miriores etiamæ plæcellioris virtis in furias agere, & in horrenda quæque facinora perraherre valent.

Apparente igitur tandiù apertæ defideraci discellus hora, confanguineis omnibus, omnibus amicis, ac notis vale fecit, & ab omnium confanguineorum, amicorum, notorum ferualis lachrymas vbertim accouit. Interi eximie fe fe commifit, comitantibus illi primogenito illo Fratre quidem in cuis vnico omnes fraxeras, Sorore quæ ne feritetur inhiberat, nonnullisque aliis viæ comitibus. Lætabunda procedebat pia Virgo ad optatum Religionis portal ad quem tot temperaturæ abftacles iactata tandiu anhelauerat. Interea dum caetri omnes, quafi illam in æternum amiffuri eflent, flebiles, eius fortem plandibus ac mœroribus profequebantur, nec à fletu per totà via tradum temperare valerent. Inde de Dæmones, vltimò tandem nos prædam modo, fed & futuram infernalium fpoliorum deperditricé, vere fibi cripi cernentes, vltimas in eam exercendi vires occafionem nadi, ipfas vltra modum exacuere, & illam non viribilibus quidem potentiis, fed internis tentamentis adorti funt. Nunc minis eam mutat illecebras, imò, & lacitas, nec voluntati Dei contrarias, quibus laudabiliter etiam frui poterat, voluptuates, nunc exhorrendas, & intolerabiles prorfus Religiofæ vitæ aufteritates, quibus fe fe tentarato au-

fu præfumebat addicere, objiciebant. Mox ve tenerum eius cor emollitum, Fratrum, Sororum, cæteroruinque feu confanguineorum, feu amicorum, qui omnes in lachrymas dolorit, atque triſtitiæ ſolebantur, affectum ingerebant; duritiemque ſuam, ingratitudinem, ac degenerem plane infenſibilitatem, obtendebant, exprobrabant. Tum, opportunitatem ſe offerentibus, & quamplurima feu petitis, feu charitatis opera exercendi, pudicitiæque decorum in feruile vitæ agendis vt à pretiſſue aliys in variis Orbis Chriſtiani partibus fit, quæ fuerit in ea Religioſi Claufti fopa carere, adiiciebant. Nulla denique tentationum genera miſta fecere, vt aut propofitum eius pene executorum mandatum inuertereut, aut conſtantiam eius, animique firmitudinem, euertereut, vel labefactarent. Porrò ipſamet pia Virgo dirum hunc inter ipſam, & Dæmones conflictum paucis his, fed conceptiſſimis verbis exprimit dicens: *Vt, tamiſſue pessis tentationibus vexabar, vt enim luſtrarum contrariæ, ac contentiſſimi dentes, ita mihi bellum inferrent. Ego vero ac minimum quidem verſum, de re fuerre audebam. Et fane ſi fieriſſem, non rationabiliter errent, veluti ſuicam, & inſatiabilem damnationis, quod his patte Monaſterium ingredi præſumerem.* Sola igitur ac tacita ſecum his generofa Virago Dæmonum impugnationes pertulit, ſuperauit, nec vllum exteriuscito vltra modum vexata itinereperturbationis internæ, arcaniæ certaminis fignum edidit; Illuſtre plane, ac Heroina dignum Magnanimitatis indicium.

CA-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

CAPVT XXVII.

Prima inter Teresianas Virgines Sacra Laicę veste induitur: Tyrocinij tempus in omnigenarum virtutum studio, etsi cum maxima spiritus ariditate, totalique supernarum consolationum priuatione exigit: Eoque exacto Professionem emittit.

FAeliciſſimus tandem illuxit ille dies, quo Anna noſtra cum itineris ſocijs Abulam appulit, ac Teresianum Monaſterium ingreſſa eſt: Et ne fauſto, eiuſmodi appulſus, ingreſſuſque, præſagio, & omine vacarent, ſolemni omnium Fidelium Defunctorum commemorationi dies hic ſacer erat: quo liquido conſtaret, ac memoriæ proditum eſſet, tum Sacram Virginem, quæ Purgatorij Animabus addictiſſima erat, totque Sacroſancta Miſſarum Sacrificia ad earum libertatem, opemue impetrandam Deo obtulerat, vt ſuperius prænotauimus, ipſarum interceſſionibus ad intenti ſui aſſecutionem adiutam fuiſſe; tum ex tunc præſignatam in indiuiduam ſociam Sanctæ Matris Teresiæ, quæ eademmet die Monaſterium Incarnationis olim ingreſſa, Sacra Religionis veſte induta fuerat.

Vix ad Religioſi oſtij limen pedem intulit, cum omnes è veſtigio tentationes illæ, quibus à Dæmonibus in via exagitata fuerat, in fumum abiere; tantaque mentis tranquillitate, imò & interna exultatione perfuſa eſt, vt iamtum ad immenſa, & incomprehenſibilia Paradiſi gaudia peruenisſe ſibi videretur. Id ipſum ipſamet Benedicta Virgo teſtatur his verbis: *Ad Ianuę*, inquit, *ingreſſum ſæua illa tempeſtas protinus euanuit, non ſecus, ac ſi pileus mihi è capite fuiſſet ablatus: ac veluti in Cęlum, ſeu Paradiſum deliciarum euecta remanſi.*

Ab omnibus huiuſce Sancti Ioſeph Monaſterij, totius Reformationis noſtrę capitis, ac fontalis originis, ſanctimonialibus ingenti animorum lętitia excepta eſt: Præſertim verò à V. Matre Maria à Sancto Hieronymo, cui à Sancta Parente Teresia, Salmanticam ad Inſtituti ſui condendum Monaſterium tunc degente, Domus huius cura demandata fuerat; & inter alia potiſſimè, ac ſignanter *iniunctum, vt idoneas quaſdam, ad Laicarum, quibus hactenus caruerant, miniſteria deputandas* requireret adoleſcentulas, quas ſacra veſte donaret; & in omnibus tum Religioſę vitę exercitijs, tum officijs Laicarum ſtatui conformibus inſtrui curaret.

Quinque iam ab *huius Conuentus fundatione fluxerant anni*, treſue à quo *Sancta Mater* Teresia Laicas admittere decernens, prædictæ Matri Mariæ, eas perquireret, in mandatis dederat; Cum ſingulari Dei Prouidentia factum eſt, vt Anna noſtra iam ſuperius recenſitis modis, ſtupendis planè, atque inaſſuetis, ad humilem hunc ſtatum Teresianas apud moniales amplectendum aduocaretur, ac peruictis tandem tot, tantiſque difficultatibus, obſtaculiſue deduceretur. Fratre itaque, Sorore, cæteriſque qui eam comitati fuerant, vltimum valere iuſſis, à prænominata Matre Maria à Sancto Hieronymo Sacro Religionis habitu induta eſt, primaque inter Diſcalceatas Laicas adſcripta. Indito ſibi in Baptiſmate Annę nomini agnomen Sancti Bartholomei adiunctum eſt, ipſamet haud dubiè petente, vt gratitudinē ſuam erga Beneficum hunc Apoſtolum, cuius olim ope, & interceſſionibus à diris, acerrimiſue Dæmonum infeſtationibus miraculosè liberata, & ad habitum, quo tunc induc-

Ab Anno Christi 1603 ad 1605.

indubitatur, vniuerſoque Religionis laborem alacriter ferendos, minimum in modum corroborata fuerat, teſtatum facere.

Exinde Anna à Sancto Bartholomeo indagatrix fuit, & ſub hoc nomine celebres, arrenatumque in Vniuerſo Orbe nomen adepta eſt. Porrò Deus, cum ſe poſſeſſionem negaſſet, vt vna effet & præcipuis, ac fundamentalibus inſtituti noſtri lapidibus, mixtis ipſum modis expoliendum perficere voluit; vt firmius in eius animo, tot iam virtutibus, tot paſſeribus ornato ſtamine, vitrioſa, quibus eam locupletare volebat, dicta incumberem, ſtabilirentur. Se ſe ipſa vicißim ad diuinos affectus recipiendos adeò ſtrenuè, adeò ſollicitè diſpoſuerat, vt nullus prorſus in ea, ad nouam perfectionis formam, ad quam ardentèr anhelabat, introducendam, obex inueniretur. Inter alia verò, quibus ſe ſe ad id excitare conſueuerat, illud vnum, dubio procul fuiſſe credendum eſt, quòd poſtmodum Tyrones, recenter quæ indutas, non vocitenus tantùm, ſed & ſimpleres obedientia, hac de re Tractatulo ad id ſpectantiuulæ ſe compenſet. In eo quippe ſic fatur: *Nouitium eſſe, renunciantem quandam vitæ, mortuum imperium. Si quæ igitur vera ſint, quæ Nouitia eſſe deſiderat, ſiue, ac prorſus habere debet, ſiue tantùm bonis nouitiandum ſint, illi enim accidunt, aut propriæ ſe ſe fecere, regerunt ſuæ ſponte, ſi ſint indicia ſui amplius bonâ quoque eſſe; ſed ad ſalum Magiſtra nutum hæc poſſunt tenere: nihil aliud ſon ſuos, ſiu perciper, regere quam quod ab illa didicerit. Cætera omnia prorſus ignorare: amara quoque pro dulcibus accipere: una verbo nouitio ſe, qui in ſcuola diſcipuli, quibus in Religionem ingredieris, abnegationis, obſtinere, ſolum ampliùs profiqui.*

Ad hanc itaque renouationem, obeundam ſe ſe in Monaſterium, ſemper aſpirabat, omni qua poterat cura, omni ſtudio allaborabat, cunctas anteactæ in ſæculo vitæ imagines, cuncta familiæ ſuæ, conſanguineorum, amicorum Phantaſmata à memoria ſua diſpellere, delere, obliterare. Enimuerò id maximi momenti eſſe, ſpiritum docet in eodem tractatu, dum eundem Nouitium inſtruens ait: *Adeunque penetrare ad animum argendi ſtatque. Nouitia ſequidem cui ad id præſtandum animus non eſt, quoque alios propendet, deſiderioque afficiuntur, ad retrouillum vitam reſpicientem, meminiſque notatu ne Confeſſarium: cunctaque conuertendus: nec non etiam, quod potius eſt, ad illos plaſmam Religionem adumbrandos, longè ſuperabiliſ, ſalutaſque eſſe ſeruos, ſi denuò apud illos in ſæculo degentes reuertantur. Semper enim & ſpiritualem ſyluum ſua Magiſtra vitam agere, & reliquis nouitiis imperatoribus, & noniſſimum inferre miſſa ferè diuinis tandem expectationi comperiatur, boni ipſum; atque ſi ſtrenua, prokapiæ Nouitia mortis iudicare.*

Cæterum vt hos ipſa ſincerè, ac vere Nouitiæ mores, omnesque virtutes in nouitium ſuum facilius induceret, alios reliquæ, perfectiùs excolerent, ſingulari adhibita amplexa eſt Religionis ſuæ præſcriptorum, & obſeruantiarum cura, vt ipſamet egregiè demonſtrat, & reipſa, quotidiana confirmat experientia, cæterarum Religioſarum virtutum fundamenta ſunt, ac veluti duo Poli, ſuper quos tota Religionis obſeruantiæ machina collocata volitatur, ac debitè libratur. Poſtquam ergo perenni curam exercitio, quod à primis Tyrocinij iuchoauit initijs, & ad vltimos vitæ annos indefeſſè continuauit, perfiſſima humilitas præſtitæ diſciplinæ euaſiſſet Magiſtra illam reliquis eiuſdem Inſtituti Tyronis diuidiſcibus fub his terminis traditis, & efficaciſſimè inculcatis: *Quo, inquit, Nouitiarum cura magnam, ſolicitè inuigilent, ſtuderique*

Digitized by Google

Ab Anno ærentur ab ipſo hac ſæculi affectiones
Chriſti 600 ad 1605. ſanctitate cuellere, ipſaque cum cunctis
inducere ad cœnendum Religioſæ vitæ
ſimplicitatem. Hæc eſt, quam antiqui
Patres, imperante diligenti, quamque
ſæpenumero quoque Reformatores
ſanctiſſimi conſeruarunt. Quapropter ſi
qua minus in iuuentutis lapſa ſunt, eas
utique tolerandas eſſe, quo minus cen-
ſuit virtutem hanc retinuere: Ideoque
ſi ſeniores ſimilia in ſuis adoleſcen-
tiis, haud quaquam ab eis offenſionem
paſſe preſumendi, qua ſane in mſtrandis
illam relaxationes ſtatim ſimplicitate
deuorant. Ad ſanctæ huius virtutis
ſplendorem apprime accommodata eſt Regu-
la noſtra, & in Sandta Fundatrice ad-
mira mirum in modum ſemper emicuit:
adeo vt quamuis cum ea agebant id
negotium ſuorum, Quin etiam adoa-
ſcentes ſibi ſuos tum conuerſatione
tum ad illam ſecreta allicit, imo & ſor-
ceris ceu ſuebis eandem ſibi formam
communicarit, & exinde poſtea ſuper-
tium ſuum deſpicabilis habebant. Memini
me aliquando tres canoſſas Religioſæ
Ordinis Sancti Dominici, grani ſint
virtutes, atque auctoritate, in Sandta mo-
dum anta erant, ea quod ceteſ ſimplicita-
tis aliquantus exceſſiſſe, repreſſum ve-
dit, in qua ſe longobarbare ſtudent
Diuerſimi: cum interpretis nonnulli
ſimul animi conſentiunt ſenſum ſimpli-
tum. Addit enim modeſtiam non quam
ſet beatitudinem, ne Dei cognitionem
adeptus ſum, quia a R.V. media ſua
ſimplicitate ſuperbiat. Ea quidem hu-
iuſmodi interpretum & Diuinorum, quam Di-
ſtinctionem ſuis ſpeculationibus affer-
ſtus vindicant. Hac ratione haud dubie
Dulcinus verba in profata epiſtola ſua
tetra. Porro de Sandta Francisco nun-
quam prodiisse ſi, miraculis multis, ſi-
mulationi illius ſimplicitatis & Dei fuiſſe
operata: Ipſumque aliquando Nostis-
timum pretium habitu exuiſſe, quem
cum, tamen illum habuerit, probare vo-
luiſſe, ad horum deuiſe ſortem, aliquot
panniculis intextum ſuisſe, quos ſi-
que in alium ridiculus plantaret, illum
cum Nemine fauere conſtatetur: ad-
cens. ſe eo inſtitia minime deuenire, ſi
aſſeuerare nolens interiora ſola ſeſe ſpon-
dat. Sanctus Bonauentura, ſanctiſſimus
ter tamen Religioſus non haud quaquam
censendi, an ſanctum reuertere. Ad
hanc itaque qualitatem attendit maxi-
me Nouitiorum Magiſtra: Hac omnino
qua tantum, videtur ſibi non nihil
ſimplicitatis adoleſcentiæ ſuæ, cuiuſque
ſuas ſubditas ſimilitudine ſuam, &
affinit conſeruare. Vbi namque ſimplici-
tatis non adeſt, ea non ſolum Deo
amor, nec internus ſuperbus timor, aut
ſimplicitas, ſimplicitatis autem defectum
nullatenus Nouitiis ſuis tolerandum eſt, imo ne in ipſa Profeſſa: ad nos-
tram ſapientia veniat petita ſe ſe ea ren-
dendi anima ſimilia ſuibus ſibi ſecunde
ſicerat ſerpens, adeo vt qua huic obnoxia
ſunt, parum in virtute proficiant, & ſi
qui ipſis eradicare, ad inſtar hortu-
ni nocturni ſtertere ſuscipiat,
ego deſiderium prohibitionis inuia-
bam, non hac ſimplicitatis, ne mini-
mum obedientia virtutis preſidio eſſent
qui enim ſimplicitate non gaudent, qui
ſunt obſequium, & ab conſeſſo eſt, ho-
rum virtutum tamen vix ſine altera
poſſe conſiſtere. Quamquam ipſum in
omnibus comperiam, & explanum
ſis, aſſere tamen non erit verbatim in
ſuiſſe ſimplicitatem gratia. Dum
quandam Tyrunculi in quodam ſer-
mani Monaſterio, quod a circum ver-
tante inſtallatur leam. Hinc illa
Magiſter, ad ſtram reſpiceret, dicta-
ceruteque, ſeſe vero me ea proprie
diſſimilitudine ſimplicitatis, ac-
cillum exaſſiuiſſe verbum obtrecta-
ris, ad admiſcendum, quid ſe videre
batur, illos permiſſe, tantummodo
dedexere leam quæ ad quodam mon-
ſtiſſimi ſeni dedere ſi permiſſe. Con-
ſilia etiam ad Magiſtram verſet ſuas.
Camillus, qui aderam, ad tantam ſim-
plicis Nouitiorum abſurdi, nonnul-
lum ſuper perculſo, & Magiſtra ſa-
ſtum prudentiæ diſſimulare: ego abire
ſuſſe, ut leonina dimittere quia etiam
& illas.

Digitized by Google

& illas tanquam ignorantes, ac fidelis scriter imitantes. Addidit ex hoc Nouitiorum Magistra, quo ratione cum illis se ge rere debeat; quatenus-cumque eum viderint proclive sui, maxime illi carendum est, ne in his familiaritate careatur, ad ipsis vilissimas patrandas, ne ipsimet medio, quibus ad aternam salutem perueniendi fuit, in interitum, ac perditionem vergant: id namque percepta haberidum est, ut in nullam partem, quam in bonam pro-pendere, facilisque ad illud, quam ad illud perfuadendum, aut impellendum inclinare. Aiebat etiamnum in hac fententiam recordar Monachi, qui cum viuere vellentin Monasterium sanctiffimi, Nitriensem sibi sanctitas relictum omnis fenum habentis, à Prælato iuslum illum in aternum fuerunt, qui pauli cognoscere, imperet, ipsum sacit, sua simplici obedientia stationem assignat, & quod dubii immiscitur, nisi ad ipsa Abbatis, qui caute illum reformabit, intelligentiam ipsius. Quod si hodie, multo ma-gis, tanta in nobis vitiosa sunt simulationis, vt hac experimenta fere nequeant. At certe in teneriori ætate, ac in mol-ni rebus disposita potest, non Religio-si Nouitia hac simplicitatis virtute polleat: Exemplo gratia, si dum sanctissime exercitationis non affectat, in hoc enim vitio prohatur, an vera humilitas sit, an vitiosa superbia sit, & an à Deo procedat cor vocatio: Num est multa ad Religionem accedens, nec tamen omnes à diuino spiritu vocata sunt, Idcoque huic rei ingenium inuigilet, & Nouicij exaltem, iteratumque proban-dus sit, aut, eamque propositum, de-sideria, sagacijs, frequentique fuga-cium examine. Hæc vique V. Magis-tra quidquid hic dicenis, quidquid verbis docuerit, longè magis, lon-gè lucidiusius, efficaciusque rebus gestis, fimpendit, ac miraculosis prorsus vitæ fuæ exemplis demon-strauit, comprobauitque, vt ex eis, quæ superius huius libri cap. 7. perfra-mauimus liquido in eadem.

In hanc, cunctarumque virtu-Hist. Dom. Carm. Dift. Tom. I.

tum ftudio, & exercitio Tyrocinij An. 2200
tempus exigebat Anna noftra, in ante Chriſt. 1694
Teresianis Virginum animis, con- ad 1695.
dibusque haud vulgarem fui adhi-rationem, ac dilectionem ingenera, cum ipsamet Sacra Parens Teresa, absolutis Salmanticæ Comentis, ad nonum Abæ condendum prope-rans, Abulam, se fc. dilectissque fi-lias per dies magnæ solaturas, adue-tit. Agnouit ftim illuminatissima Virgo Superna Sanctæ Nouitiæ do-na, rara talenta, ingenium fortis, solidis virtutes, Etin ea paritatem concipiens, ex eo rum interitum, fore ciuem vehens, modestiam to-tius corporis compositionem, mem-tis alacritatem, profundum animi humilitatem, promptissimamque obe-dientiæ exactam, expeditamque in exercitiorum Seruorum mysteria solertiam deinuitata nulle Deo gra-tias egit, quod adeo idoneam pro-uidisset fili puellam, qua primas ac veluti subsequentium Laicarum, norma, ac Regula, interea dum re-liquæ Virgines Claros publicis Con-templatiuæ Matriæ vitæ incumben-tes, alienum ab Marthæ munus obirent. Quin etiam perpendens posmodum, quam harmonice in-ter virtutes vitæ internæ consenti-rent, adeo vt alterum alteri pro-pedie potuit, quam obedie videretur, vitra modum gaudia, vitra modum Deo, sibique de tradito acceptoque Thesauro congratulans, maiori qui prius administrare affecta est. Atque ex tunc impensius ipsam diligere, familiarius cum ipsa agere capit.

Non minus Ioannes Baptist perceni-fa; non minori consolatione perfu-sus est Anna sua, ad Sanctæ Matris præsentiam, vt pote quæ fupremo illustrata splendore superemineret, & vertigio illius fanctitatem, & in-clusa in ea Spiritus Sancti charisma-ta, virtutesque, quantumuis excel-lentissimas, Filiarum doctrinæ, exsuperantia euidenter percipiat, Si Filias hactenus, tot veluti Angelos

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

intuita fuerat: Sanctam nunc Patrem, ejusque Seraphinum diuturni amoris igne succensum, charitatis proximi flamma exardescentem reverebatur. In omnibus cum adstantibus, quamcunque minimis, negocio quid magnum, horoscum commentaret, atque humanum agendi modum superexcedentes contemplabatur, quo velut ignito flumiñe ad eius emulationem, imitationemque accendebatur, excitabatur. Omnia eius verba, documenta, præcepta, nec velut oracula, verbisque vitæ æternæ, audiæ aure, intenta mente excipiebat, non tantum vt ea memoriæ committeret, & in secreto cordis fequeret, sed vt ea posthuma hæreditate mundare ac polire consupleret. Denique vt paucis cuncta complectar, non aliter eam respiciebat, non fecus confabebat, quam si quis velut visum tonus Religiosæ perfectionis speculum, & exemplar, ad cuius normam, atque mensuram, omnem vitam suam conformates ac regulare deberet. Inde autem diuturni reverentia illa nascebatur, qua eadem corda adeo strictò, & indissolubili affectionis nexu deuinxerat, vt licet corpore interdum lenctas fuerint, nunquam tamen nec in ipsa etiam mortem, aut quidem quoque spiritu, ac voluntate fuerint vel tantillum diuisæ.

Post duos proinde reficiendis viribus, folandisque filiabus à Sancta Matre Teresa, concessis, Abulam exiguit iuit, aut præfatam Albæ fundationem obeundam, discedere coacta est. Ob illis porrò, quæ in nouitiis absque animo earum omnium doloris sensu, sed eo pro exemplo Anna peccatrum affecta est, vt potè quæ in hoc breuissimo licet temporis intervallo ipsam iam tum præcaeris internitas, teneriusque diligebat, Afflictissima quippe remanebat benedicta Nouitia, videns se fe tam præcoci, præproperaque defunctione à tanti, tamque præcellentis absque ripi Magistra, à cuius ore tota pendebat, cuiusque sanctæ conuersationeque instructione fupernarum gratiarum fountia hauriebat, quæ vix dum primordiae labris degustare fibi licuiffe videbatur. Et tenè quidquam V. M. Maria à S. Hieronymo in Sancta Maria locum fubleuis, , qui cum omni humilitate (vt in Religionibus tres inflituta, regularisque obseruantia florentibus) & in mirifica præfertim fieri foler, recondutiffimus animæ status: fenfibique fincerissimè aperiebat, fuggerens eis curas, , gerere, & in intentionibus, quibus permebare, augendus illius alacritatem fubleuaret, ac diuaricet folaceret: In tantum tamen per id negocio excellus animus, vt ipsa interioris, efficaciaque videretur indigere auxilio & ad hoc amabilis procul dubio dilectæ Patronæ præfantia opportunum amulare remedium.

Sua fiquidem, cuius ille, qua de incaudibus cogitam fecerat negotia, Seraphica, cum tunc temporis, eius, & à quo Religiosò habita indura, fuerat, præsum quafi illatus ad præfandam in Religione Claustra, Castro accitam, militariique cingulo donatam, non amplius infantes, nec fenfibilibus blandiris, ens lafe reficere, fed robuftam, virilisque velut Amazonem, interna acidum, fpiritualis caligine, omnimodo delictiosos, tanquam præduro, folidiore cuique corroborare voluit. Docti nequit quantum morroris, quantum afflictionis in tanta folitudine, in hac inquam defolata Castellana, in hac fupernarum deliciarum celebrate palla fuerit deuotiffima Virgo. Imprimis falubat animum memoria fupremæ illius pulchritudinis, qua ftepe fatpius extra fe ferebatur. Interdum reuocabat in mentem lucidiffimam illam diuinorum oculorii aciem, qua intimiora fecretaque cordis penetralia, & in eodem præcipe momento mox confiderabatur, mox

mos, reciebantur. Ineffabilis illius cœlestium colloquiationum recordabatur dulcedinis, qua sinus omnes in cum desuis intentique caque velut inundans, atque absorta à naturalibus manjis, functionibusque abstrahebantur, suspendebantur. Tum ita omnibus & de nunc caret perspicuus, tamquæ quotidiani cauſam prorsus ignorans, dirisimi non quebatur. Amaritudine quidem, fed tenerrimè simul coquerebatur apud amatum, quem videbat, & quem excaperabat, & inuisibilem intus habebat. Continuis ipsum vocibus, lusionis, fingultibus, lachrymis amorem ſuiranibus compellabat, & in lingubres cauſa planctus identidem exclamabat: *Heu mihi Domine, quid hoc? Tu vis quid derelinquis me? sine mis se perfectiſſimè, ne mihi libeladere, neque tantummodo vitiosè, & ambigerem. Ex profecto, ſi te absens cogitabam, nunquam ad Monaſterium, neuiſſem.*

Audebat haud dubiè cœleſtis Sponſus ſponsa cauſinus amentia, verum ieu iuſto, feu iniuſto ſimilis, nullum profectò ex reſponſum dabat. Videbat eeeds quam arcto, quin, fullicite illum requirere, & ſecretius in eius anima recedere, delitescebat: ut ſic illam iam tum ab-Ludi à ſenſibilibus omnibus eximent gultibus, & pure ſortem vi-cumque cibaret. Volebat nimirum ſuperius ille Magiſter, ac præceptor amantiſſimus ipſum in experimentali electorum ſuorum doctrina, quam è crucis cathedra, derelictus ipſemet à Patre, docuerat, inſtituere: operabat inquam propria pravi penitiſcere, cum ipſo patiente pati, ipſumque propter ipſum ſolum, non vero propter fauores, atque delicias, quibus allicerentur, per amas per aſpera, per horrenda ſequi, ſimplicis, atque diligere. Hoc illum, tacitus edocebat, hoc ipſi absque vllo verborum ſtrepitu innuebat: dumque in illius anime contro ab-

Abrahæ cuiuſmodi Chriſtus ſuos ſuperiorum ſubeat labor, mus opus & arcano modo, imperſcrutabilis, & ad 2105. inſuperabilis vti fortiter ſimul, atque ſuauiter attrahebat interius, vrgebat, duin permeis, continuaque recollectione exteriora omnia vilipendere, deuictiores nolet.

Lucelenter in hoc cuenta demonſtrauit Sancta Nonnata quam falsa, quam obtrectatrix ſua prudentia eſſet. Dilecti ſui abſentiam intribat haud dubiè. Reputat illum non ſeniſſet poſt longum, diuinumq; amabiliſſimæ illius præſentiæ fruitionè? Quærebatur ex quod quam quærebat nullibi inueniret. Aſt hi ſenſus hi quoſius adeo diuinæ voluntati conformes, conformitates eratt, vt nec illam ab amando diſtraherent, nec ab operando prohiberent. Quin etiam eandem eamdemq; dignitatem, amantis dedebat, excelcentæ & operanti præclariſſima gratia. Videbatur ſibi à Sponſo impenitiſſime amata? quo tempore Religionis ius ſanctæ, cius impatia nomen deleret, repudiata; nec tamen ab illo tenemus ſemper diligendo deſiſtebat. Nec à Religioſa debito exactiſſimè adimpiendo vſitantiam abrahebat. Inde facilimè dignoſcimus poſſe ipſi Chriſtum ſolum in ſolo Chriſto requiescere quod tum erat nullo modo curare, nec ex propria amanti propriq; habita ratione, ad diuinum, tantummodo reſpicere, ad cœleſtem tantummodo dilectum. Quod equidem liquido aduertes ſupremus illeſecretutor cordium, ad maiorem, confluentur hac de perſeuerantiæ probationem, tanto Tyrocinii ſui tempore ab illa pia ſolito inuiſenda, ac ſenſibiliter ſolanda voluit abſtinere.

In his, ſimilibuſue ſeu Religioſarum utriuſmodi exercitijs, feu preſtitarum anteriorum experimentis Nonnatus ſui cuſtos exegit Anna, noſtra, iamque apertum ipſius fuit Sancta Mater Teresia Abulam reduit, & cum probatiſſima Nonna, in-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

tiliam pridem familiarissimam, & amicitiam renouauit. Creuerit non multo post à R.P. Petro *Fernandez* clarissimo Praedicatorij Ordinis lumine, cotemporaneo Carmelitici Apostolico Commissario, inita Monasterio Incarnationis Iustitiae obseruantiae, vnde ad Reformationem fuam obeundam olim exierat, praesidet; vt nouum hoc munus expectetis, mirumque dilectissimus filij Filiolus sciungi coacta est. Itaque in eo degebat Monasterio, cum praefluentem Mariae profectionis tempus aduenit: Indeq; M. Maria à S. Hieronymo praecipit, nomine suo vota illius excepturus. Quod vtique maximo cum omnium, sed ipsiusmet praefertim Nouitiae, gaudio tum in se fe ad vltimum desiderium fuorum metum, & affectionem peregrinitatis latabatur; ibi loco, & exultatione effectum est, vt ea, die gloriosissimae Deiparae Virginis Assumptioni sacra, in vtero Dei Profectionem huius Comitatus Abulensis S. Iosephi rata habetur. Huius autem authenticam fidem, ex praefato libro extractam, ac verbum verbo latinitati traditam, posteritatique tradendam hic subiicere, non extra rem; nec lectori indio forsan credideritis. Sic ergo habet.

Die decima quinta Mensis Augusti anni millesimi quingentesimi septuagesimi secundi, in Ecclesia Abulae Cathedrali statuta Illustrissima Domina D. Alnare de Mendoza, Professionem sui exuijs in hac domo Abulensi S. Iosephi Sorore Anna à S. Bartholomaeo, ac in facule conclusione Anna Garcia Manzanas, Ioan uorum Filia Ferdinandi Garcia, & Mariae Manzanas Auilae rum las cafas del Almendral. Perrà in eiusmodi non erepsuit virgini milia desiderium, sine obolorum: (quos Hispani Marauedis vocitant) hinc Sanctae Professae fuit numeris signatum.

Ego Anna à Sancte Bartholomaeo, Filia Ferdinandi Garcia, & Maria Manzanas: mutatum est mi Domine Iesu Christe, Professionem, & promisse obedientiam Deo omnipotenti in D. Virgini Mariae gloriosae Abulae Matri; sub cuius nomine Religio Monti Carmeli fundata est: Nec non & in Reuerendo admodum Domino D. Nicolao de Diricela Archidiacono de Arenales, huius Episcopatus Abulensis Transfera, nomine ac vice Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini D. Alnarici de Mendoza, Episcopi Abulensis, eiusdemque Episcopatus, qui pro tempore fuerit: In super etiam suum, & vbi Maria Maria à S. Hieronymo S. Iosephi Priorissa, aliasque Priorissae suae Monasterij, qua pro tempore fuerint. Promittens paupertatem, castitatem, & obedientiam perpetuatis, & tam diu, quo vsque ad mortem, secundum Regulam beatissimae Virginis Dominae nostrae ex Monte Carmelo. Actum atque decima quinta Augusti, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Et quia scirem ego, illud ratum habere, & confirmare sine nomine, Iuliacae.

Cum ergo Venerabilis Mater, à S. Bartholomaeo hactenus latuisset, necnon, loco fuis scriptorum haeresis professionis calce crucem exaratit illamque paulo inferius subscripsere Mater *Maria à S. Hieronymo* & M. *Antonia à Spiritu Sancto*; nec non etiam licentiatus *Ricoveda*, in hac folemni veterum rancupa done remanfit in posterum pr nsima Virgo Deo totaliter confecrata.

CA-

Ab Anno Christi 1605 ad 1609.

CAPVT XXVIII.

Nuncupatæ vestis fe ſe illi dicunt Chriſtus Dominus variis modis confpicuendam tredit: multiſque aliis cæleſtibus illuſtrationibus, maximè circa Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, ipſam locupletat.

SI quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quod cumque vouerio, reddo: multoque melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere. Verba ſunt Spiritus Sancti; cuilibet vota fe fe, Deo allringenti conſulentis, Eccleſiaſtis ore prolata cap. 5. v. 3. & 4. Hæc ſane ſi non ſpecialiter nouerat Anna noſtra, vt potè quæ in ſacrarum literarum ſcientia haud quaquam habebatur veritata erat, practicè ſaltem obſeruabat, vtpotè, quæ ſtatum effectus, cum omnimoda perfectione adimpleuit.

Religioſa fe fe Profeſſione Deo deuouerat generoſa Virgo, propter inſum ſolum conſanguinitis, amicitiæ, mundanam omnibus aremum renũciferat nuntium; corpus, animam, actus, verba, cogitatus, facultates omnes, ſeu externas, ſeu internas, cuncta demum ad ipſam quoquo modo ſpectantia illi obtulerat: & quod eiusmum longè maius, ſonis ſpiritualibus eſt, gratias quoquas, tuas, cæleſtes communicationes, viſiones ſuperuas, ipſum denique, eorum ipſimet conſecrarat; ipſi ſacrificium crat in omnibus à quo factum Religioni habitum aſſumpſerat, orbata, & num ita, amplius fruitura eſſet nec ſua prorſus & ignara, votis ſe ſe illi maluit mancipare quam in ſeculum regredi, quantumuis ea omnibus denuo cumulada foret. Poſthac igitur vt Profeſſioni ſuæ faceret fatis, quodlibet ſporſo ſuo, non vocemus tantum, ſed feruenti animo, totoque corde promittens, opere completo, viuiſſimus, dulciſſimus Iaſus mitaſſertis propè, fidelitet, vigilanter incumbebat. Quod vero illi reliquum ſuperet temporis, quantumcumque interna conſumpta aruditate, orationi inſtigabilitet incubat.

Meditabatur præterea, dum incuimodi conflitata deſolatione eſt immiſcerabis conſiderarent angoribus, Chriſti Dominus: dilecti ſpoſi paſſionem, opprobria, verbera, ſpinas, crucem, irriſionem, derelictionem: Eo quamquam ea meditatione amplius, intenſiuque affectu retens, ipſa ramen mio quodam, & arcano modo eodemmet momento aliquamtum ſolabatur, cernens ſe ſe vnumque dirae illius fortis ſociis ac participem fore. Contemplabatur illum patibulo affixum, ſimgulaquvulnera facratiſſimo eius corpori immaniter inflicta temeri ipſius cor crudeliter fauciabant. Inter tot tantaque tormenta, quibus illum, aliquando tuoque ipeiabat, quibuſue ipſimet ſolita compaſſioni vi horrendum in modum torquebatur, fabrè mentem inſidet recolentio ſtuantis illius fitis, qua in cruce pendens, & in vltimo vitæ agone tam redactus adeo enormiter diuexatus eſt, vt ipſum exclamare compulerit: Sitio. Haud adimilem tunc ſuorum experta, pia quidam cruciorum, vel vt ſanius loquar, diuinoquodam acta inſtinctu, inaſſecto, ſuperioique extimulata deſiderio ſeire cupiebat num ardentiſſima hæc Chriſti ſitis fuerit naturalis, num ne ab ipſi falutis animarum exiſtent. Deprehendit annia Virgo ac genuſica oratbat in Eremitorio illo, ſeu facello, de quo ſupſe ſepius ſupra mentioné feciimus, in quo S. Matre Terſia Chriſtum Dominum columnæ alligatum, plagiſque cruentatum, eo pro-

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Istiam pridem familiarissimam, & amicitiam renouantis. Creterū non multo post à R.P. Petro Fernandez, clarissimo Praedicatori Ordinis Ius minentissimæ Carmelitici Apostolico Commissario, nisi Monasterio Incarnationis laxioris obseruantiæ, vbi sedem Reformationis suæ obtinendam olim exterat, præsidet; vt nouum hoc munus capescere, immò à dilectissimis sibi Filiabus feiungi coactus est, Itaque in eo degebat Monasterio cum præfixum Anno professionis tempus aduenit: Indeq; M. Mariæ à S. Hieronymo præcepit, nomine sui vota illius excipere. Quod vsique maximo cum omnii, sed ipsissimet præterim Nouitiæ (quæ iam tum se & ad vltimum desiderium suorum metum, & affectionum perstrictiori arbitrio) iubebo, & exultatione effectum est) animo gloriosissimæ Deiparæ Virginis Assumptioni sacra, vt in libro professionum huius Conuentus Abulensis S. Ioseph ratò habetur. Huius autem actu decretum fuisse, ne præfato libro extractum, ac verbum verbo latinitati traditum, professitæque tradendum hic subijcere, nec extra rem; nec lectori tedio forè crediderim. Sic ergo habet:

Die decima quarta Mensis Augusti anni millesimi quingentesimi septuagesimi septimi, in Episcopali Abulæ Aula thebra fedente Illustrissimo Domino D. Alvaro de Mendoza, Professionem fuit emisit in hac domo Abulensi S. Iosephi Soror Anna à S. Bartholomæo, quæ in facula venerabilis Anna Garcia Manzanas. Tuit autem Filia Ferdinandi Garcia, & Mariæ Manzanas Abulensium loci vulgo dei Almendral. Verò in eiusmodi actum erepturi vigarii mihi denarorum, seu obolorum: (quos Illustrissimi Marquesdo vocitque) sima vers Professio fuit veneris sequentis.

Ego Anna à Sancte Bartholomæo, Filia Ferdinandi Garcia, & Mariæ Manzanas oriundum vnus del Almendral, facio meum professionem, & promitto obedientiam Deo omnipotenti, & B. Virginis Mariæ gloriosæ ultimæ Matri, sub cuius nomine Religio Monetis Carmeli fundata est: Nec non & tibi Reuerendi admodum Domino D. Hieronymo de Dricuela Archidiacono de Arauola, huius Ipsiusparæ Abulensis Ecclesiæ, nomine ac vice Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini D. Alvaris de Mendoza, Ipsiusq; Abulensis, aeterisque Ipsiusq; qui pro tempore fuerint: Inspor etiam nam & tibi Mariæ à S. Hieronymo S. Ioseph Priorissæ, & aliter Priorissæ eius loci Monasteri, quæ pro tempore fuerint. Verum quoniam ego nihil habeo, vel habere cum abdicatione proprietatis, & coptestate vsque ad mortem, secundum Regulam Illustrissimæ Virginis Dominæ nostræ de Monte Carmelo. Actum die, & decima quinta Augusti, anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Et quia verum est, & illud ratum habeo, ac confirmo sua iure nomine, sua Cruce.

Cum ergo Venerabilis M. Anna à S. Bartholomæo hactenus feliciter profecisset, loco subscriptionis in hasis professionis calce crucem exarauit; illamque paulò inferius subscripsit Mater Maria à S. Hieronymo & M. Antonia à Spiritu Sancto, hoc non etiam licentiatus Brocaria. Et hæc solemni votorum nuncupatione remanse in posterum pulsima Virgo Deo totaliter consecrata.

CAPVT XXVIII.

Nunciatis votis se se illi dennò Christus Dominus variis modis confirmendum tredit: multisque aliis caelestibus illustrationibus, maximè cira Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, ipsam inspirat.

Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Sed quodcumque voueris, redde: melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Verba sunt Spiritus Sancti; cuilibet vota se fe, Deo allrigenti consulentis, Ecclesiastic. ore prolata cap. 5. v. 3. & 4. Hæc sanè è non speculatiuè nouerat Anna nostra, vt potè quæ in sacrarum literarum scientia haud quaquam hactenus versata erat; practicè tamen operibus, rerumque gestarum effectu, cum omnimoda perfectione edimpleuit.

Religiosa se fe Prosfidione Deo deuouerat generosa. Virgo, propter ipsum solum consanguinei, amici, mundanis omnibus exutum remitterat nuntium; corpus, animam, actus, verba, cogitatus, facultates omnes, seu externas, seu internas, cunctas demum ad ipsum quoquo modo spectantia illi obtulerat: & quod eminnum longè maius, longe mirabilius est, gratias quoque, suas, coelestes communicationes, visiones ipsemet, ipsum denique, eorum ipsimet consecrarat, ipsi iacrificauerat totum ipsi omnibus à quo sacrum Religionis habitum assumpserat, orbatæ, & nuda ipsi, amplius fruitura esse nescia prorsus & ignara, votis se fe & illi maluit mancipare, quàm in seculum regredi, quantumuis ipsi omnibus denuò cumulada foret. Posthæc igitur vt Professioni suæ faceret satis, quodipsa posito fuo, non vocemus tantum, sed feruenti animo, totoque corde promittens, opere compleret, vilissimis, difficillimisq. Lasæ mulieribus propè, fedilitet, vigilanter incumbebat. Quod vero illi reliquum fuperesset temporis, quantumcumque interna contemplata aridituro, orationi infatigabiliter insumebat.

Ab Anno Christi 1609 ad 1615.

Meditabatur præterim, dum in cisimodi continua deiolatione eli immiti arridis conflictaretur angoribus, Christi Dominatoris dilecti Spiritus, opprobria, verbera, & ipinas crucem, irriiionem, derilionem: Et quamquam ea meditatione amplius, intenlisque affligeretur, ipia tamen mira quadam & arcano modo eodemmet momento aliquantulum folabatur, cernens fe, fe vtcumque dirie illius fortis focia, ac participem fore. Contemplabatur illum patibulo affixum, fine qualequivalera facrariffimo eius corpori immaniter inlidia remeli ipius cor crudeliter fauciabant. Inter tot tantaque tormenta, quibus illum, aliquando torquere ipectabat, quibuslibet ipsimet fortis compaflionis vi horrendum in modum torquebatur, fatisq. mentem intelligit recordatio, affumatis illius fitis, qua in cruce pendens, & in vltimo viæ agone tam redactus adeò enormiter diuturnus eli, vt ipium exclamare compulerit: Sitio. Haud absimilem tunc sudorem experta, pia quidam coniiciebat, vel vt fanius loquar, diuino quodam adta inlinctu, inuiitato, ac ignoscique extimulata defiderio, fore quæchat, non ardentissima hæc Christi iitis fuerit naturalis unum veri falutis animarum exiterit. Degebat anxia Virgo genuflexa oratibat in ferentario illo, fen fuellis de quo fæpe lepius fupra mentionè fecimus, in quo S. Mater Teresa, Christum Dominum colamue alligatum, plagisque cruentatum, eo pro-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Ibitam pridem familiaritatem, & amicitiam renouauit. Creuerit non multo post à R.P. Petro Fernandez, clarissimo Praedicatorij Ordinis Iuminezotiosique Carmelitici Apostolico Commissario, inita Monasterio Incarnationis Iassotis obseruantiae, vnde ad Reformationis statum obtinendum olim exierat, praeclari, vt notum est, eiusque capellanis, immò & dilectissimis sibi Filiabus feungi coacta est. Itaque in eo degebat Monasterio cum praefatorum Annae professioni tempus aduenit: Indeq; M. Maria à S. Hieronymo praecepit, nemine sibi vota illius excipere. Quod vsique maximo cum omnium, fed ipsiusmet praefertim Nouitiae, fequæ tam nec le ad vltimum diuiduerium fuorum meorum, & affectionum peruigili lacrimarum jubilo, & exultatione effectum eft, in, die gloriosissimæ Deiparæ Virginis Assumptioni sacra, vt in libro Professionum huius Conuentus Abusensis S. Ioseph ratâ habetur. Huius autem sui decretum Rdum. ex peculiaro libro extractum, ac verbum, verbo latinitati traditum, posteritatique tradendum hic subiicere, nec extra rem, nec lectori tædio foret, credidimus. Sic ergo habet:

Die decima quinta Mensis Augusti anni millesimi quingentesimi septuagesimi secundi, in Regiosedi Abulensi Celebri fedente Illustrissimo Domino D. Alvaro de Mendoza, Professi fuerunt sub emissa in hac domo Abulensi S. Ioseph Soror Anna à S. Bartholomæo, quæ in seculo vocabatur Anna Garcia Manzanas, Filia autem Filij Ferdinandi Garcia, & Mariæ Manzanas Auilanensium locis vicino dei Almendral. Verò in eiusmodi anno erepsuit virgini melius denarrauit, seu obolarum: (quos Hispani Maravedis vocitant.) Ejus vero Professio fuit inuita sequenti.

Ego Anna à Sancto Bartholomæo, Filia Ferdinandi Garcia, & Mariæ Manzanas auilanensium vici dei Almendrali facio votum professionis, & promitto obedientiam Deo omnipotenti, & B. Virginiæ Mariæ plenissimæ Matri, sub cuius nomine Religio Monti Carmeli fundata est: Nec non & vbi Reuerendo admodum Domino D. Hieronymo de Ericeuia Archidiacono de Arenale, huius Ecclesiæ Abulensis Reuisori, nomine ac vice Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini D. Alvaris de Mendoza, Episcopi Abulensis, confessor Magistri, qui pro tempore fuerit: Iuxtaque eiusdem nomine & vice Matris Mariæ à S. Hieronymo S. Ioseph Priorissæ, aliusve Priorissæ eius loco Monasterij, qua pro tempore fuerint. Vtrumque quoniam non subditum cum obligatione perpetuæ, & captiuitate vitæ ad mortem, secundum Regulam Beatissimæ Virginis Dominæ nostræ de Monte Carmelo. Actum die, & domo quinta Augusti, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Et quia verum est, illud ratum habeo, ac confirmo sub isto nomine, Sic Crucis.

Cum ergo Venerabilis M. Anna à S. Bartholomæo hactenus feruore mirabili, eoq; fubfcriptionis in hanc ipsis professionis calce cruceum exaratis; illamque paulò inferius subscripsit Mater *Maria à S. Hieronymo* & *M. Antonia à Spiritu Sancto*; nec non etiam licentiatus *Briceula*. Et hæc folennis verorum nuncupatione remansit in posterum pulcherrima Virgo Deo totaliter consecrata.

CAPVT XXVIII.

Nunciatâ vestrâ fe ſe illi dendo Chriſtus Dominus vestra mo di confirmandam tradit: multaque alia cœleſtibus illuſtrationibus, maximè circa Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, ipſam locupletat.

Ab Anno Chriſti 1609 vſque 1805.

SI quid tamen Deo, ne mereris reddere: diſpiciet enim ea infidelitas, & fruſtra promiſſa. Sed quodcumque tamen, reddi: malumque nemo vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere. Verba ſunt Spiritus Sancti; cuilibet vota fe re, Deo allingenti conſulentis, Eccleſiaſtici cap. prolata cap. 5. v. 3. & 4. Hæc ſanè ſi non ſpeculatiuè nouerat Anna noſtra, vt poſt quæ in lacrymum interuentum ſcientia haud quaquam hactenus vestita erat; practicè ſalem operibus, remunque gefiarum effectis, cum communi perfectione adipiſcitur.

Religioſa ſe & pudicitiæ Deo deuouerat generoſa Virgo, propter ipſum ſolum conſanguineis, amicis, mundanis omnibus extremum renunciare nuntium; corpus, animam, actus, verba, cogitatus, facultates omnes, ſeu externas, ſeu internas, cunctas demum ad ipſum quoquo modo ſpectantia illi obtulerat: & quod eximium longè maius, longè mirabilius eſt, gratias quoque, dias, cœleſtes communicationes, viſiones ſuperna, ipſius denique, totum ipſius conſecratur, ipſi ſacrificauerat unum ex omnibus, quo facrum Religionis habitum aſſumperat, orbata, & nuda ipſa, amplius fruitura eſſet nulla prorſus & ignota, vestis ſe ſit illa nullat manciparet, quam in ſæculum regredi, quantumuis ab omnibus denuò emuladata foret. Poſthac igitur vt Profeſſioni ſuæ faceret fatis, quodcumque ſo ſuo, non vocemus tantum, ſed ferueuti animo, totoque corde promiſerat, opere completo, vilibilium, dilectiſſimo Latea mitaterius prò pete, fideliter, vigilanter incumbat: Quod vero illi reliquum ſuperexat temporis, quantumuisque interna conſumpta aruitate, orationi infatigabiliter inſumebat.

Meditabatur præterea, dum incuſmodi conſtitutæ deſolationæ ob intimas accidia conflictuentur angoribus, Chriſti Dominæ dilecti Sponſi paſſionem, opprobria, verbera, ſpinas, cruces, irriſiones, derelictionem: Et quamquam ea meditatione amplius, intenſiuſque affectaretur ipſa ratione mitigaretur, & arcano modo eodemmet momento aliquantulum ſolabatur, cernens ſe ſuæque dirz illius fortis ſocias, ac participem fore. Contemplabatur illum patibulo affixum, vias ſalugulvalerat facrariſſimo eius corpori immanieter indicta teneri ipſius cor crudeliter fauciabat. Inter tot tantaque tormenta, quibus illum, aliquando tempori ſpectabat, quibuſue ipſamet ſolita compaſſionis vi horrendum in modum torquebatur, fabita mentem infelix recordatio ſibi abſtantis illius ſitis, qua in cruce pendens, & in vltimo vitæ agone tam redactus adeò conuitiare diuerſantes eft, vt ipſum exclamare compulerit. *Sitio*. Haud abſimilem tunc dolorem experta, pia quadam Coriolitrat, vel vt ſanius loquar, diuinopiandam adeò inſtinctu, inaſtuto, ſupernoque extimulata deſiderio, ſcire cupiebat, num ardentiſſima hæ Chriſti ſitis fuerit naturalis, num vero ſolutis animarum exterre. Deo gebat anxia Virgo ac genuflexa oratbat in Eremitorio illo, ſuo ſacrario, de quo ſæpe ſæpius ſupra mentionẽ fecimus, in quo S. Mater Teretia. Chriſtum Dominum coluimus alligatum, phagiſque cruentatum, eo pro-

Digitized by Google

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

propè modo quo sibi in visu demõstratus fuerat, curauerat depingi. Itaque cœlestis Sponsus sponsæ suæ desiderium sibi dubio procul cœlitus inspiratum satiaturus accessit, illique extra se raptæ Crucifixus apparens: *Scito*, inquit, *me siti salutis animarum in Cruce laborasse. Hoc aduertas iam tum necesse est, ac per aliam, quam qua hactenus incessisti viam progrediaris.* Sic fatus modo quodam nedum ineffabili, sed supra humanum captum sublimi, virtutes illi summa perfectione, pulchritudine maxima decoras, ac resplendentes ostendit; mox vehementi earum cupiditate altò cordi eius infixa ab oculis euanuit.

Non lingua modo, aut penna, sed nec etiam mente assequi potest, quãto gaudio perfusa fuerit Sacra Virgo, rata dilectum se se denuò Sponsum reperisse, cuius amabili præsentia tandiu, tamque amarè orbata fuerat. Huic attamen exultationis inopino impetu, intimus doloris sensus successit, dum illum tot plagis saucium, tanto cruore conspersum sibi apparuisse animo reuocauit. Tum mirum illum virtutum decorem; illum splendorem memoria repetens, & cum illis quibus hactenus studuerat, æqua trutina perpendens, ac conferens, non nisi leuissimam earum vmbram hactenus assecutam fuisse sibi videbatur; & ad illarum adeptionem nouo conatu, nouo feruore sibi allaborandum fore censuit, manumq; operi admouere decreuit. Denique vltimorum Christi verborum sensum peruestigans, ac penetrans, ijs sibi euidenter innuisse perspexit, se se illum non amplius, delicatæ more infantulæ, vt abblandientem puerulum, quemadmodum huc vsque fecerat, aut requisituram, aut imitaturam esse; sed sponsæ ritu iam tum maturæ, ac virili animo præditę, ipsum vt fortem, ac robustum virum, sacro tamen stipiti incumbentem, confixumque, ac laboribus, doloribusue saturatum amplecti, ac æmulari debere.

E maioribus, præcipuisque sibi à Deo in toto vitæ decursu concessis misericorditer gratijs, hæc sanè vna fuit; vt ex effectibus in eius animã productis inferre licet. Tam altè, tam profundè illius species in ea extitit impressa, vt nec temporis vitio, nec laborum vi deleri vnquam potuerit: quin etiamnum ijs quotidiè, acuminato veluti stylo ferreo, iterum, iterumque refricata, insculptaque magis, magisque renouari, intimius, indelebiliusue infingi videretur. Id porrò in Relatione vitæ suæ fatetur ipsamet his verbis: *Huius*, inquit, *gratiæ adeo firma, adeo viua in anima mea remansit memoria, vt ne tantillum quidem diu, noctuque ab ea dimoueri posset. Inde cor meum flagrantissimum secũ in omni loco animarum Zelum ferebat: nec non etiam ardentissimum earum uirtutum desiderium, quas mihi in præfata uisione monstrauerat, quasque per uiam Crucis acquirendas fore statim subiunxerat.*

Quamquam igitur medios inter dilecti Sponsi fauores, quamplurimos etiam exanthlasset labores, vt ex supradictis manifestum euadit, ex hoc tamen instanti longè maiori, quàm prius, siti, longè vrgentiori anxietate, illis vtique si non spretis, si non repudiatis, non requisitis saltem, nec concupitis, ad istos anhelauit. Ab hac Crucis via adeo certa, adeò secura ne minimum quidẽ imposterum deflectere, vel aberrare sustinuit. Crux illi pro Polo, pro Cynosura fuit; illa duce, illa comite, illa auxiliatrice ad supremum virtutum omnium fastigium, ad sublimem, excelsumq; Religiosæ perfectionis montem indefesso animo, indefectibili vigore conscendit, pertigitque. Licet autem continuato illarum exercitio frequentes postmodum, vberioresque à Deo fauo-

res

res meruerit, & obtinuerit: omnes tamen ad hoc vnum ſemper videntur ferè ordinati fuiſſe, vt animos, vireſque ad patiendum reſumeret; vt Chriſto patienti teneriùs ſimul, ſolidiùſue compateretur; vt amplius zelum illum, quo intus pro ſalute animarum vrebatur, aleret, foueret, ingeminaret.

In hunc finem ſe ſe illi denuò Chriſtus Dominus vulneribus, doloribuſue confectus conſpiciendum permiſit, in Eremitico Sacello Seraphico Patriarchę S. Franciſco Sacro. Ad hoc propoſitum ampliſſimum illi Galliarum Regnum Hereticorum furore deuaſtatum, in eodem mirabili viſu demonſtrauit; illamque maxima teneritudinis, amoriſque ſignificatione erga primigenium hunc, ſibique cariſſimum Eccleſiæ ſponſæ fœtum, ad opem, tunc quidem orationibus, pijſque pœnitentiæ operibus; recurrentibus verò poſthac annis ſua etiamnum præſentia, ferendam animauit, & ex tunc præparauit. In hunc denique ſcopum omnia illa tum ſupernarum communicationum chariſmata contulit, tum inauditæ mortificationis prodigia inſpirauit, quæ libri huius capite 7. latè proſecuti ſumus; ac præpoſtero quidem, ſed ad rerum, vt videbatur, contextum neceſſario vtcumque ordine recenſuimus.

Placet hìc tantummodo aliqua eius verba notatu digna ſubijcere, quibus inibi dicta circa ſtupendos illos, quos in Virgineum corpus exercebat, rigores luculentiùs pateant, & ingenua, ſinceriſſimaque illius confeſſione amplius confirmẽtur. Itaque Crucifixi Sponſi amore exæſtuans, ſalutis animarum ſiti laborans, & vtriuſque, Dei videlicet, ac proximi charitatis igne, tanquam duplicato, & omnimodè inextinguibili conſumpta incendio, vt conflagrantem aliquãtum ſubleuaret animum, horrendis in tenerum corpus deſæuiebat modis, id ipſa fatente dum ait: *Multoties me nudam inter ſpinas uolutabam, aliàs inter ſubſtratos urticarum faſciculos. Verùm hæc omnia nihili æſtimanda ſunt, ubi ſpiritus imperat, ac dominatur carni.* Sed & pace illius dixerim, vtrumque plurimi faciendum eſſe, omnique admiratione fore digniſſimum, nimirum carnem, in probatiſſimis etiã viris aduerſus ſpiritum rebellare ſolitam, abſoluto illius imperio ſubegiſſe; & ſpiritum tantùm in carnem obtinuiſſe dominium, vt eius vi omnes illius macerationes, atque torturæ, quantumcumque grauiſſimæ, pro nihilo haberi poſſint.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Inter exteriores iſtas corporis mortificationes, ſuo quidem videri leues, facileſque, at quorumcumque aliorum ſententia aſperrimas, atque terribiles, interiores alias commenta eſt, quæ non carnem tantummodo vt vrticæ, vt ſpinæ afficerent, dilacerarent, ſed intimiora quoque cordis, animæque penetralia transfigerent, torquerent. A primo protoparentis lapſu cunctis ab infecta natura inditum eſt videri velle à cæteris hominibus ſapientes, ac diſcretione pollentes. Appetitus hic adeo altas in vniuerſorum mortalium animabus fixit radices, vt inter ipſos quantumuis mortificatos, & à reliquis fluxis, caduciſque rebus abhorrentes, vix aliqui reperiendi ſint, qui eo omnimodè ſint expertes. Inde fit, vt qui mille iniurias, opprobria mille æquo animo tolerare valerent, ægrè ferrent pro ſtolidis, ac ratione carentibus haberi: Et ſi qui ſint, qui acri, & excellenti prædíti ingenio, ſe ſe tamen ab alijs velut ignaros, & à ſolido deficientes iudicio deſpici æquanimiter ſuſtineant, illos ſanè fatandum eſt ad vltimam humilitatis metam attigiſſe, ac è profunda propriæ abiectionis abyſſo, ad ſupremũ gloriæ faſtigium euehi dignos eſſe. Id ſanè adepta eſt Anna noſtra, vel ſi verùm ingenuè fatendum ſit, vl-

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

terius etiamnum progressa est: non enim se se ab alijs, vt fatuam, & inscitiæ, ac ignorantiæ plenam reputari patienter audire parata erat, quemadmodum ex dictis in præcitato illo huius libri cap. 7. & alibi liquidum est; sed quod etiam magis est, id lætanter accepit; &, quo maius profectò dici nequit, id ardenter ambiuit, id omni cura, omni sollicitudine requisiuit, vt ex inibi prænarratis, & ex sequentibus eius verbis clarissimè patet: *Multa*, inquit, *faciebam, ut stupida, stolidaue viderer, non secus, ac si aliqua præditа fuissem discretione. Sed eo sanè artificio opus non erat: ultra modum enim talis reipsa sum.* Quibus profectò verbis cõtrarium omnino de ipsa iudicium ferendum esse apertissimè liquet; incarnata dicente sapientia: *qui se exaltat*, vt stultis moris est, *humiliabitur*: *Et qui se humiliat*, vt assolent verè sapientes, *exaltabitur*.

Et certè contrarium tulit Sancta Parens Teresia, in spirituum discretione perspicacissima, cuius sanè sententia irrefragabilis, omnique exceptione digna censeri debet, quæque id in libro Fundationum cap. 28. testatum voluit, inquiens: *Mecum tunc ibant quinque Moniales, & Laica socia quę me semper à multo iam tempore vbique comitatur, magna utique, ac singularis Dei famula, adeò insigni discretione prędita, vt longè melius auxiliarem mihi opem ferre valeat, quam alię choro addictę*. Id ipsum à primo die, quo cum ipsa adhuc Nouitia, & vix dum sacra veste induta familiariter egerat, ritè perspexerat, altaque mente conceperat Mater Seraphica; ex tunc enim illam, tanquã futuram sociam, comitemque sibi inseparabiliter adhęsurã, ad se propiùs admouerat, in eadem cum ipsa cella familiariùs conuiuebat, eamque præ cæteris secretorum suorum conscia faciebat. Quod ipsamet Anna nostra referens, ait: *A quo ferè ad assumendum habitum, Monasterium ingressa sum, me in propria sua cella cohabitare voluit, & semper quoad vixit adfui illi, excepto breuissimo illo tẽporis interuallo, quo Hispali morata est*.

Quotidiana itaq; ac penè cõtinua Annæ conuersatione, nec non etiam plena, omnimodaque obsequentissimæ subditæ cum Prælata summè dilecta confidentia, & ingenuitate, nihil prorsus quod ad Annam spectaret, non patens, ac manifestissimum erat Teresiæ. Nouerat illam vehementissimo, nec vsquam fermè interrupto, diuini amoris impetu extra se ferri. Sciebat ipsam potenti perennis, diuque, ac noctu protractæ orationis vi à sensibus abripi; cibi, potusque obliuisci; noctes insomnes ducere, cæterisque corporis necessitatibus non modo non indulgere, sed nec etiam, vel minimum attendere, aut de ijs vllatenus curare; Timens ergo prudẽtissima, ac peritissima rerum spiritualium magistra, ne si hęc vlterius progredi permitterentur, aut Annæ sanitatem omnino profligarent, aut eius adeò debilitarent vires, vt ad ea, quibus obstricta erat, munia obeunda impotens euaderet: Illam ad se vocauit, præcepitque, vt imposterum statim ac ad quiescendum signum daretur, ab oratione absisteret, & aliarum more cubitum iret. Ne verbum quidem in contrarium intulit humilis, & obedientissima Virgo, etsi hac Matris iussione omni sua consolatione, omni oblectamento priuari se se aduerteret. Succedente deinde nocte se se sola in cellam receperat, & inibi in sublimi diuinarum Cœlestis Sponsi perfectionum contemplatione intenta, tenerrimam cum ipso conuersationem iniuerat, specialibusue ab ipso cumulabatur fauoribus; cum ecce solitum ad cubandum signum dari audiuit. Illicò ab oratione surrexit, & ad ipsummet dilectum Sponsum confidenter conuersa, mira, qua polle-

pollebat, ſimplicitate illum affata: *Parce ſis*, inquit, *Domine, tecum mihi diutiùs conſiſtere non licet. Amplior mihi ad hoc venia non conceditur. Sine me, præcor, cubitum, ac dormitum eam, vt mihi præceptum eſt.* Hoc dicto ſtrato recubuit, & quæ hactenus tota in Deum abſorpta, vel ſupernarum potiùs communicationum æſtu experrecta, nec vllo modo dormire, nec tantillum etiam oculos claudere valebat, adeò alto, tranquilloue ſomno correpta eſt, vt nonniſi cum alijs hora à conſtitutionibus prefixa excitata fuerit. Tunc autem eumdemmet diuinum Sponſum ſibi intùs aſſiſtentem conſpexit, tanquam qui ipſi dormienti inuigilaret, expectaretque illam debito tempore expergefieri, vt familiaria cum ea colloquia continuaret, eamque in obedientiæ præmiũ potioribus gratiarum locupletaret donis.

Ab hac deinceps nocte datum ſibi ad hoc à S. Matre Tereſia præceptum inuiolabili fidelitate obſeruauit, & viciſſim inuiolabili quoque veluti lege Chriſtum Dominum quolibet diluculo adſtantem ſibi, ſeque liberaliſſimè præmiantem inuenit. Huiuſmodi diuinæ bonitatis, Sponſique amantiſſimi complacentiæ argumentis ſtupens ipſa, eaque non ſine admiratione ſcriptis conſignans: *Mirum eſt*, inſit, *quam exactiſſimè velit Dominus Superiorum iuſſis obtemperemus. Me ſiquidem toto tempore, quo cæteræ dormiebant, ſomnum capere, ſuauiterque lecto requieſcere ſinebat: vbi verò ab eo excitabar, ipſum ſtatim in anima mea præſentem; ac, dum ego dormirem, veluti vigilias agentem, reperiebam.* Ineffabile planè, ac ſtupendum diuini amoris, tenerrimæque cæleſtis amantis dilectionis indicium, eò ſanè maius, quo frequentiùs! Porrò modus, quo ſe ſe illi Chriſtus in animæ centro conſpiciendum tradidit, haud abſimilis ei cenſendus eſt, quem, de ſeipſa loquens, Sancta Mater Tereſia cap. vltimo vitæ ſuæ ſub his verbis declarat: *Cum eſſem aliquando, vna cũ cæteris omnibus Religioſis Virginibus recitandis diurnis officij diuini horis intenta, inopinato ſe ſe intra ſe recollegit anima mea, videbaturque mihi tanquam ſpeculum pellucidum; adeò vt nec humeros, nec latera, nec vllas in me partes, ſeu ſuperiores, ſeu inferiores aduerterem, quæ non eiuſmodi claritate reſplenderent: Et in eius centro ſe ſe mihi Chriſtus Dominus cõſpiciendus obtulit; eo propè modo, quo illum videre conſueui. Illum ergo in omnibus, vt ita dicam, animæ meæ partibus contemplabar: & hoc adeo clarè, adeo diſtinctè, ac ſi ipſum in nitidiſſimo, ac præluceuti ſpeculo inſpexiſſem. Sed quod longè mihi mirabilius viſum eſt, quodque verbis explicare non valeo, hoc idemmet ſpeculum Dominum repræſentans, amoroſa quadam, & ineffabili communione, ac reciprocatione, in ipſomet repræſentato Domino abſorbebatur, inſculpebatur, ac repræſentabatur. Neſcio ſanè quo id modo fieri poſſet; at certò ſcio viſionem hanc magno mihi emolumento fuiſſe, quoties eius recordabar*, &c. Hinc inferas velim, quos & quantos Anna noſtra effectus experta fuerit, quæ toties haud abſimili fauore fruebatur.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Cæterum ſi interiori animæ reſignationi, adeo, vt diximus, ſingulare reſpondit præmium; ſua ſimiliter corpori merces non defuit, qua medios inter tot, tantoſque ſeu laicæ muneris labores, ſeu voluntariæ mortificationis rigores ſubleuaretur. Exteriores utique artus earum conſolationum, atque deliciarum, quibus ex amabili Chriſti præſentia perfundebatur ſpiritus, participes fiebãt: Et caro ipſa, quæ terrena mole conſtans, naturali pondere grauis, ac moleſta eſſe ſolet, contrarios omnino naturæ ſuæ ſentiebat effectus. Quemadmodum ergo ſumma diuini amoris vi inceſſanter abrepta, mens eius extra ſe continuò ferebatur; ita etiam corpus eius adeò leue,

Ab anno Christi 604 ad 605.

& ad omne pietatis, & charitatis opus facilè mobile videbatur; vt id tam agilitati dono, quo gloriosa Sanctorum corpora in coeli exoranda sine, potuis videretur. Quo factum est, vt humilis, ac timorata Virgo interdum vereretur, ne Deorum in hoc illam affuet aut dedere sset despere treuaret. Id ipsi ingenuè fatetur dicens: *Corpus meū adeo leue, tantaque agilitate preditum erat ut & minima grauitate expers fuisset. & saepenumer timebam ego, ne alicuid in hoc illusionis esset, quod dum incelendum incumberem, ad instar illusionis poena sortiam forte rem.* At certè nobis quoque ingenuè fatendum est, nil tale à Sacra Virgine pertinuisse dum fuisset, vt potè, quæ à diuino Spiritu adeo impensè diligebatur, adeò casteè, adeò poenitet diuinæ illius gratiæ munerib. atq; cœlestibus charismatibus, vt nullus prorsus inferni illius hostis, ac deceptatoris vafertimis, seu insidijs, seu impugnationibus locus pateret.

Superest enim modi aliquis similitudo, quibus fulcebatur, adiuta dotibus, atque virtutibus, confulendo, imo, & imperante Sancta Matre Teresia, quæ lingularem ipsius curam gerebat, quipluribus vacabat operibus externis: dumque in maiori ruis intendebat, illam cœlestis Sponsa requirere, inuitare, stimulare, præsentia tererare folebat. Die quadam iuxta Monasterij Rotam reclusa quid faceiebat, & ad quelibet actus momenta frequentissimum adiuisebat diuini amoris ardorem. Dum ergo& manum labori, & mentem in amati Sponsi memoria intentam haberet, illico fenit se fe nouo, ac inusitato amoris impetu abripi, meno, maiorique incendio succendi. Dein, vero cuiuldam veluti poli cuis terrigum lenti gradientis, & ad le paulatim accedentis vestigia percepit. Denique verentes se fe ad perficiendum quod eiet, vadat (a vilum adirabilem) Christum Dominum, speciosissimo vultu decorum, ingenijs splendore, diuinaque luce circumfusum, qui ad se proximè accedens sic eam manum super eam fundit admouit. Tum illud ibi videbatur, pectore auellitur, mentisque opinidem, sed aliunde enim, fanissimo dolores finit. Vnde languentis ac mortem finuis in interritum, visque perceptibilem quelum effabilis, tota in ipsumet amantissimum Sponsum, illa eam labatur, ac fenitiuari modo faucitus, transformata remanit. Poltiae ab oculis eius euanuit, at eam mira adeo arum inquietoque amoris fui incido irradiarebat. tam admirandi reliquiæ vel potius fus videretur extinm & corpore inquirere, & dilectum fuum intimo velle. Et mentis hoc id exoptatio existimandum est: vbi enim thesaurus noster est, ibi & quoque cor nostrum esle necesse est.

Per id etiam tempus, dum altera die in Sanctorum quodam oratorio incumberet, intima recollectione à fenibus abstracta est, ac in fuitim coeli, & ipsum excelsi mentis oculis ibipendum plane, ac tamaribus humanorum ingeniorij viribus imaginatum videt quemdam adolescentem, diuinum, Sanctissimæ Trinitatis mysterium immensamque, atque incomprehendibilem diuini numinis celsitudinem, maiestatem, aequa aeternitatem. Hoc autem modo quodam adeo lubrico, adeo perplexo, ac difficili eas, vt Anna ipsa, quæ ad tam mirabilem, gloriosamque visionem meruit elevari, id postmodum verbis explicare nequierit. Nec ego quoque verba inuititer eram, ad aliquidem eius notitiam lectoris animo ingerendam, sufficiet hic paucis ipsiusmet Virginis hæc de re scripta subjecere, quibus dum ingenue fatetur, se fe, quæ tum vidersit, adeo qui minime posse, ea fine similitudine, & ineffabilia fuisse fatis fuperque, nobis innuit. *Ingenue, inquit, recolligere intra memoriam fuisse suae-*

Digitized by Google

cta ſum, & in ea Imago quædam, ſeu ſpecies Aeternitatis, Trinitatiſq; Sanctiſſimæ mihi oſtenſa eſt, quam quidem licet uiderim, uerbis tamen exprimere non ualeo. Res planè mira fuit, quæ in uno ueluti oculi ictu diſparuit, quæque omnem intellectus mei aciem effugit, tranſcendit, exſuperauit.

Meritò ſanè cum Apoſtolo Paulo 2. Corinth. ℣. 12. 2. dicere poterat præclara Virgo: *Scio hominem in Chriſto, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum huiuſmodi uſque ad tertiũ Cælum: Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit: quoniam raptus eſt in Paradiſum: Et audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui.* Corpus namque Virginis, non modo breuiſſimo illo temporis interuallo, quo eiuſmodi viſio perdurauit, ſed etiamnũ multo poſt omni ſenſuum vſu, omni externa operatione deſtitutum remanſit: vbi verò vel audire, vel ſe ſe mouere cœpit; id taliter effecit, vt ſuperna potius ſpiritus vi, quam propria, naturalique virtute videretur impelli. Interea dum in hoc extatico raptu abſorpta conſiſteret, ſignum ad veſpertinam refectionem datum eſt. Surrexit illicò abrepta Virgo, tum miraculoſo Chriſti Domini cor eius occupantis, ſenſuſue ſuſpendentis ductu conceſſit in cœnaculum, neſcia prorſus quid ageret, aut quo pergeret, nihil omnino videns, nil audiens, nil ſentiens, vſque dum Menſæ cum cœteris recũbens, aquæ ſtilla in manus eius cecidit; tunc enim ad ſe protinus redijt, haud ſecus ac ſi à profundo ſomno excitata fuiſſet.

Eiuſmodi fauori penitiſſimi internarum conſolationum affluxus ſucceſſere, quibus tamen non minores intermixti ſunt corporei angores. Deus etenim cõceſſam pridem agilitatis gratiam tunc temporis ſuſpẽdit; & in tantam profligatarum viriũ debilitatem, craſſorumue humorum grauitatem, ac pondus commutauit, vt nec ſe ſe mouere, nec niſi difficulter pedem ſolo efferre poſſet. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

His profectò alijſue contrarijs, ac repugnantibus modis famulæ ſuæ ſpiritum probabat Clementiſſimus Dominus, eiuſue generoſitatis periculum faciebat, vt ſic eminentes illius virtutes clarius emicarent, ſimulque in propriæ infirmitatis cognitione ſolida humilitate fundatæ, nunc verò fauoribus elatæ, nunc ſuffultæ doloribus, in eo, quo pertigerant, perfectionis ſtatu æqualiter ſe ſe, meliuſue, ac firmiùs conſeruarent. Vbi namque ſe ſe diuinis fauoribus, chariſmatibuſque cumulatam cernebat, ſalutari percellebatur timore, ſe ſeque in vilitatis ſuæ centrum humillimè demittebat; vbi verò ſe ſe laboribus, ægritudinibuſque proſtratam videbat, grandi ſe ſe animo, auſuque ſuper ſe ſubleuabat, ineluctabilemque conſtantiam, & inconcuſſam mentis firmitudinem oſtentabat. Certum igitur, & indubitatum eſt, tum ipſam in his euentibus magna, ac planè mira probatiſſimæ virtutis argumenta dediſſe: tum Chriſtum Dominum inſolitis, ac ſtupendis exercitationibus illam ab omni prorſus leuiſſimarum etiã imperfectionum macula repurgare, & ad ſummum Religioſæ perfectionis apicem prouehere voluiſſe.

CA-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

CAPVT XXIX.

Varijs probata Infirmitatibus in indiuiduam S. Matris Tereſiæ Sociam à Chriſto Domino deſignatur: Multaque ipſi in Infirmarum cura, ſeu mira, ſeu miracula ſuccedunt.

SI aliquali comparatione, debita tamen ſemper ſeruata reuerentia, cœleſtem inter Spõſum, eiuſue dilectam Sponſam nobis vti fas ſit, & ab vno ad aliam conuertere ſermonem, hoc ſanè loci proportionalem quandã inter Chriſtum Ieſum, Tereſiamque à Ieſu interceſſiſſe ſimilitudinem, aſſerere nõ ambigo. Quemadmodum enim Chriſtus Dominus, etſi plures habuerit Diſcipulos, itinerum ſuorum atque laborum ſocios, Ioannem tamen ſingulari dilectionis prærogatiua ſemper alijs prætulit, ideoque in toto Euangelicæ Hiſtoriæ contextu, haud alio notior eſt nomine, quàm eius, *quem diligebat Ieſus*: *Sic quippè ipſemet* (vt ait Auguſtinus tract. 119. in Ioann.) *commemorare ſolet, quod eum diligebat Ieſus, qui utique omnes, ſed ipſum præ cæteris familiarius diligebat, itaut in conuiuio ſuper pectus ſuum diſcũbere faceret*. Eodem propè modo, quamquam Sancta Mater Tereſia quamplurimas è filiabus ſuis, dum ad varias Fundationes obeundas, ſeu viæ, ſeu operum comites nacta fuerit, quas omnes impenſo proſequebatur affectu: At certè compertum eſt Annã noſtrã ſpeciali Dei Prouidentis cõſilio, ac nutu in indiuiduam, & inſeparabilem ſibi ſociam, ab ipſamet Fundatrice Sanctiſſima, tum electã præ cæteris, tum præ ceteris dilectam fuiſſe, vt ex hoc, & ex ſequẽtibus capitibus manifeſtum euadet.

A primis ipſis infantiæ ſuæ annis, Deo inſpirante, ardenter exoptauerat Anna, imò & enixis, atque efficaciſſimis precibus ab ipſo expetierat, vt cum aliqua famula ſua Sanctitate conſpicua ſocietatem inire, vitamque degere ſibi liceret. Abundè deſiderio ſuo, votiſque tandem factum eſt ſatis, non tantum cum inter tot, tantaſque Sacras, ac Religioſas Virgines allecta eſt; ſed potiſſimum etiam dum ſingulari priuilegio in perpetuam Sanctiſſimæ earum omnium Parentis Tereſiæ comitem fuit delecta. Cæterum antequam ad hoc eueheretur munus, voluit eam Deus miris modis ad illud præpræparare. A quo Religioni nomen dederat, ſe ſeque totaliter in Dei obſequium mancipauerat, ad labores illius gratia tolerandos inſatiabili anhelauerat ſiti, & ab ipſo continuis, iteratiſque inſtantijs eorum ſibi copiam fieri poſtulauerat. Votorum compotem illam affatim effecerat Clementiſſimus Dominus; Tot enim infirmitatum, ac morborum generibus afflicta fuit, vt & Sorores omnes tenerrimo compaſſionis ſenſu afficeret, & auxiliarem earum opem exigeret. Quamquam igitur de officioſa illarum charitate nullatenus dubitaret, coactè tamen illatã ipſis à ſe moleſtiã æquanimiter ferre non valens, leuiter, ac confidenter aliquando apud dilectum Sponſum conquerebatur, quod ſibi ſoli graues non conceſſiſſet labores, ut ab ipſo ſibi tantummodo precibus obtinendi voluntas fuerat. Tum Chriſtus Dominus ſe ſe optatis eius annuere benignè reſpondit, illoſque in poſterum cum dilecta ſibi Tereſia exanthlandos fore pollicitus eſt. Sic ipſamet iſtud enarrat Venerabilis Mater: *Cum prius, inquit, adeò ardenter labores deſideraſſem, nunc in hæc uerba Dominum affata ſum: Labores equidem, Domine, fateor à te petij; uerum me nunc aduertens non parum ijs incommodi, ac moleſtiæ communitati inferre, cupio, & enixè rogo, me ſolant. aſſi-*

afficiant, ac eo modo torqueant, vt mihi Sororibus inſeruire libeat, nec vllum eis faſtidium ingenerare valeam. Illos itaque tantummodò pro me volo, pro me expoſco. Mox Dominus ad me: Quod poſtulas, inquit, efficiam. Habebis quod patiaris vna cum amica mea Tereſia. Illud amba, ſeu dum iter facietis, ſeu alibi exanthlabitis'. Hac Chriſti pollicitatione conſolatione plena extitit Sacra Virgo, iamque illam adimpletam videre voluiſſet, vt laborum Sanctæ Matris Tereſiæ particeps fieri mereretur.

Hiſpali tum degebat Sanctiſſima Fundatrix, condendo inibi Monaſterio intenta, optauerat vtique cum Abula diſceſſerat, illucque perrexerat, ſecum Annam deducere: ſed ab eiuſmodi propoſito deterrita, & inhibita fuerat, grauiſſima illa infirmitate, qua tunc temporis lecto decũbebat, quæque ab inſolito illo diuini amoris incendio, quo intus adurebatur, quoue etiam corpus eius, non ſine Sacrarum Virginum ſtupore ſimul, ac dolore, conſumebatur, ortum ducebat. Id ipſum ſinceriſſimis fatetur verbis Anna noſtra, dum ait: *Crebro iſto, & ingenti amoris impetu, adeo naturales corporis mei vires profligatæ ſunt, vt me moriturã omnes aſſererent. Medicos aduocarũt, & iſti morbum, quo laborabam, penitus ignorabant, niſi quod aliqui me Phtiſitam cenſerent. Multis me medicamentis exagitarunt potiùs, quàm curauerint. Quin etiamnum, quod mihi ſupererat virium adeò deiecerunt, vt præ nimia debilitate, ne pedem quidem à terra mouere poſſem; totum corpus horrendum in modum ſine plagis, ſine vlceribus apertum erat. Variis illud emplaſtris, vnguentiſque, non tam illinire, quam inficere iubebant, quæcumque enim adhibebantur remedia ad recuperandam ſanitatem nihil omnino proderant. Per id tempus Sancta Mater Tereſia Hiſpalim petijt, meque ſecũ deducere nequiuit.* Dura ſanè vtriq; ſeparatio, qua videlicet duæ illæ Sanctiſſimæ animæ, adeò intimis piæ neceſſitudinis vinculis inſimul vnitæ, atque coniunctæ, ab inuicem diuellebantur, & à familiari conuictu, ab ope ſibi viciſſim præſtita, à reciproca ſeu afflictionum, ſeu conſolationum communicatione abſtrahebantur. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

At enim non paucas, nec leues in hac Hiſpalenſi Fundatione, ſeu aduerſitatum, ſeu infirmitatum moleſtias pertulit Sancta Parens Tereſia, in quibus dilectæ Annæ præſentia non parum attuliſſet ſolatij. Inde effectum eſt, vt quemadmodum decumbenti Annæ Abulæ apparuerat benigniſſimus Dominus, illiq; perpetuam Tereſiæ Societatem ſpopõderat: Ita ægrotanti Tereſiæ eodem propè tempore Hiſpali apparuerit, illique indiſſolubile poſthac Annæ conſortium mandauerit. Hoc vltimum teſtatur Mater Leonora à Sãcto Bernardo, quæ cum Anna noſtra in Gallias profecta eſt, quæque in Relatione, quam de virtutibus eius, ac miraculis ſcripſit, de Tereſia, tunc Hiſpali degente ſic loquitur: *Cùm aliquando Sancta Mater noſtra Tereſia, morborum ſimul, atque negotiorum oppreſſa pondere, vltrà modum afflictaretur, quod è Religioſis omnibus, quos ſecum aſſumebat, vt ſibi opem ferrent, nulla prorſus per dies octo ſubſiſtere valebat, quin grauiter infirmaretur, dixit illi Dominus, Matrem Annam à Sancto Bartholomæo omniũ itinerum comitem ſibi adiungeret, ac ſecũ, quaqua eſſet profectura, deduceret, quippè quæ illam in omnibus adiuuanda foret.*

Itaque diuino conſilio factum eſt, vt Anna noſtra in indiuiduam inſtitueretur Tereſiæ ſociam, atque coadiutricem: Quo poſtmodum munere, grato vtique, atque ſublimi per Reliquum vitæ S. Parentis decurſũ, imo & poſt ipſum quoque, & quoad ipſa vixit, inuariabiliter functa eſt, haud abſque maximo animæ ſuæ gaudio, nec non etiam in omni virtute,

Digitized by Google

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

tute, ac Sanctitate progressu. Sed ipsammet hac de re loquentem audiamus. *Quædam sanè*, inquit, *electis fælicitatis species erat illi inseruire, nullo etenim, nec maiori afficiebar dolore, quàm quod ipsam patientem viderem. A quo siquidem ad sumendũ habitum Monasterium ingressa fuerã, me in cellam suam assumpserat; totoque vitæ suæ tempore illi affui semper, nisi dum Hispali perrexit, & inibi demorata est; tunc quippè, vt dictum est, grauiter infirma iacebam. Totum autem illud, quantumuis longum, ac diuturnum tempus, dies tantùm vna mihi videbatur. Et ipsamet Sancta exilibus meis, ac rusticis ita erat assuefacta seruitijs, atque obsequijs, vt nusquam eam sine me inueniri esset.*

Et certè quàm sincerè de fælici sua sorte loquatur Venerabilis Mater, ex hoc ipso perspicuè patet, quod ipsamet subdit dicens: *Prætermisso amore, quo illam prosequebar, quoue ipsa me vicissim prosequebatur, alia mihi maximæ consolationis occasio erat; quòd frequentissimè, atque assiduè in anima illius videre consueuerã Christum Dominum, tanquam qui cum ea coniunctissimè, ac intimè vnitus in ipsamet, velut in cælo inseparabiliter residebat. Ideoque maxima cum reuerentia coram ipsa stabam, vt in conspectu, ac præsentia supremi numinis fieri debet.*

Hac, alijsue quamplurimis locupletabat illam fauoribus clementissimus Dominus, in præmium laborum, quos in assiduo Spõsæ suo ministerio perferebat; quos vtique fauores ipsa recensens, solito sibi profundæ humilitatis sensu, non suis, sed eiusdem Sponsæ Christi meritis attribuit dum ait: *Hoc, & reliqua mirabilia, in gratiam amicæ suæ carissimæ, efficere solebat misericors Dominus, cum hac misera peccatrice, quæ illi ministrare haud quaquam merebatur. Vnde cum maximo tremore vitam ago, quòd ijs tam male vsa fuerim, tamque ignauiter profecerim. Et sanè dubio procul mihi timendum est: Nam ab infantia puerilibus ludricis propendebã, ac delectabar, cumque scrupulis exagitarer, domino dicere solebam: Si mihi, Domine, cum Sancta aliqua viuere liceret, melior certè euaderem: mores siquidem illius altè perpendens, facerem vtique, quod ipsam præstare aduerterẽ. Harum igitur cogitationum æstu abrepta, memetipsam, dum luderem, intus recolligebam. Cæterum quod mihi postmodum pijssimus Dominus hanc gratiã concesserit, soli eius bonitati, imputandum est, non verò desideryjs meis; quamquam & ea non à me processisse, nec mea fuisse credi possit, sed inspirata mihi potiùs ab ipsomet Domino, qui infinita sua Sapientia, ac Misericordia, id iam tum decreuerat, & ordinauerat, meque illud ex tunc optare impellebat; vt eiusmodi posthac Sancta Societate fruens, meque adeò segniter satis debito meo facere animaduertens, me met humiliarem, atque confunderem, fatererque ingennè vanitatem, ac superbiam meam; quod cum ad tantum, tamque immeritum munus euecta fuissem, haud eum inde emolumentum percipere enixa sim, quod alia quæuis, quæ mei loco hanc opportunitatem nacta fuisset, lucraturam fuisse indubium est.*

Verùm enim verò, vt ad executionem tum promissi, tum mandati diuini, circa præfatam Sanctæ Matris Teresiæ, Annæque nostræ societatem, vtrique à Christo facti reuertamur, vix Fundatrix præstantissima innumeris exãthlatis laboribus, difficultatibusque superatis Hispalense Monasterium instituerat; cum nouam, eoque sæuiorem, quo è natiuo solo, è Carmelo, inquam, laxiori, ortum ducebat, experta est procellã, qua Reformationem suam periclitantem, & in summo ruinæ suæ iam propè imminentis discrimine constitutam vidit. In illam vniuersi mitigatæ obseruantiæ asseclæ reclamabant, ipsamque vix benè stabilitam, bono, vt credere fas est, zelo permoti, funditùs euertere, ac penitùs

rùs extinguere cogitabant. A præcipuis ergo recẽtis Congregationis assertoribus, ac veluti capitibus tãtùm opus adorti in ipsam quoque Teresiam, tanquam in primam eius Parentem, atque artificem conatus omnes conuertere cæperunt; ipsamque, indicto Definitorij decreto, ab vlteriori fundationum propagatione inhibuere, atque ad eligendum sibi conuentum, in quo ab omni negotiorum cura semota, vel vt veriùs loquamur, extorris, ac relegata vitam duceret, coegere. Paruit humiliter Sacra Virgo Superiorum manclatis (hactenus quippè mitigatorum obedientiæ noua Discalceatorum subiacebat familia,) & Toletanum deligens Conuentum, illucque proficiscens, per Abulensem ipsi transire, & inibi diebus aliquot commorari necessarium fuit.

Abulam appellens inuenit Annã in pessimo illo, ac deplorando statu quem supra recensuimus, quoue peritissimi Medici de salute illius conclamatum esse, ac de futuro propè diem obitu haud dubitandum fore pronuntiauerant. Inuisit illam eadem ipsa sui aduentus nocte, iussionisue Christi nullatenus oblita, inassueta quadam perfusa consolatione, spe viua, firmissimaque erecta, superiori demum spiritus acta impetu: *Eia*, inquit, *ò Filia, etsi modo ægerrimè te habeas, omnibusque prorsus destituta sis viribus, surge tamen, & in meam Cellam actutùm veni; vt in quibus te mihi opus erit, valeas opem ferre.* Nil ad hæc Anna, sed (ò prodigium, & irrefragabile Sanctitatis vtriusque argumentum!) stupẽtibus cunctis miraculosè sanatur, & ad efficacem Parentis vocem potenti, ac mirabili planè obedientiæ virtute corroborata, quod sibi imperabatur illicò præstitit. Vtraque postmodum noctem hanc exegere, haud inæquali animi exultatione, quæ non nisi maxima esse potuit, vt potè quæ non aliam sui causam habere poterat, quam ipsummet Deum Optimum Maximum. Exindè ambę in immortales eius laudes effusæ, se se inuicem de laboribus suis, nedũ præteritis, sed futuris quoque certiores fecerunt; & ad illos fortiter, & ineluctabiliter perferendos, superandosque mirum in modum animarunt. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Illucescente mane Annam vocauit Sancta Parens Teresia, & illi: *Volo*, infit, *ò Filia, vt quamquam ex diuturna, ac molestissima ægritudine tua maxima præpedita videaris debilitate, domesticarum attamen Infirmarũ curam assumas; aliam siquidem huic ministerio magis idoneam non reperio.* Obstupuit ad hæc Matris verba obsequentissima filia, hinc profligatas vires, & ægrotantium numerum considerans (quinque etenim acutissima febre laborantes, quibus inseruiendis vix duæ robustissimæ famulæ suffecissent, lecto decumbebant) Inde maximam perpendens inuentis Matris prudentiam, qua nullus ei ambigendi relinquebatur locus, ipsam aut incautè procedere, aut impotentiam suam, ac febricitantium necessitatem non prius aduertisse. Arcanũ itaque nescio quod mysterium in eis reconditum agnoscens, & altiùs demirata, absque vlteriori rationum, quibus moueri poterat, examine, se se ad obediendum humiliter simul, atque alacriter accinxit. Id ipsamet referens, sic fatur: *Tacui*, inquit, *ne contra obedientiam vllatenus obluctari præsumerem: sed intra memetipsam hæc tacita mente recogitabam: Quomodo id efficere potero, quę nec pedes quidem de terra valeo sublenare?* Verùm id ipsi paulò post Benignissimus Dominus, tum virtute obedientiæ, tum efficaci gratiæ suæ vi possibile fore luculenter ostendit.

Vna præ cæteris virtutum præstantia, orationis sublimitate, singulari denique omnigenæ Sanctitatis opinione conspicua, Elisabetha Baptista

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ptiſta nomine, grauiùs infirmabatur; & in tantum ciborum omnium faſtidium deuenerat, vt ſolo eorùm aſpectu ſtomachus illi commoueretur. Cœpit Anna charitatis ſuæ viſcera, erga illam potiſſimùm, vt potè magis indigentem, expandere, atque diffundere. In culinam conceſſit; parauitque meliori quo potuit condimento, obſonium quoddam, quo iam tum deperdita excitaretur ciborum appetitio. Illud ergo poſtmodum præ manibus geſtans, & ad Infirmæ cellam deferre volens, cum ad primos ſcalarum gradus, per quos illi aſcendendum erat, ægrè peruenisſet, adeò ſe ſe debilem, ac defatigatam ſenſit, vt ad illos ſubeundos nec uires, nec animus ſuppeterent. Tum confidenter ad Dominum cōuerſa: *O Domine*, inquit, ***adiuua me.*** Haud mora breuis hæc aſpiratio exaudita eſt. Quippè oculos in altum ſubleuando, ſtantem in ſummo graduum Chriſtum Dominum vidit ingentis ſpeciei præditum decore, immenſa, & inenarrabili gloriæ luce fulgidum, qui amabiliſſimo illam gratioſiſſimoque obtutu reſpiciens, ipſamque ſuauiſſimis, ac blandientibus verbis compellans: *Euge*, intulit, *Filia, aſcende*. Et ecce, Res mira! vno, eodemque momento pauca hęc imperantis Chriſti verba auribus percepiſſe, ſe ſeq; neſcio quomodo, omnique prorſus defatigatione, atque debilitate liberam, ad ſacros eius pedes in ſummitate graduum reperiſſe, idem omnino fuit. Illam exindè idemmet pijſſimus Dominus ad ægrotantis cellam comitatus eſt, & in eam vnà cum ipſa ingreſſus, iuxta cubilis ceruicale conſedit, iacentique Virgini maximæ ſingularis amoris præbens indicia, Annam iterum affatus: *Depone hìc*, ſubiunxit, *quod defers. Vade aliis decumbentibus, quod edant, miniſtrare huius ego curam geram*. His Chriſti verbis toto ſenſibiliter mutata corpore, adeo perfectè conualuit, tantaſque vires artubus ſuis infundi, & inſtillari perſenſit; vt nunquā ægrotaſſe, aut nulla vnquam laſſitudine laboraſſe ſibi videretur. Infinitam ergo diuini numinis, tot modis miris, ac ſtupendis famulabus ſuis fauentis, bonitatem demirata, quod ſibi præcipiebatur præſtitit; quod parauerat, detuleratque obſonium ſuper ægræ lectum repoſuit; & è veſtigio ad alias Infirmas inſeruiendas, curandaſque proceſſit.

Porrò Eliſabetha Baptiſta, ſi non viſibili ſpecie ſibi apparentem ſupremum Medicum, ſuumque, ac ſibi miniſtrantis Annæ Sponſum corporeis conſpexit oculis, at inuiſibilem certè illius præſentiam, arcanamue opem experta eſt. Ipſum ſibi aſſiſtentem, Infirmarumque Miniſtræ vices gerentem in ſpiritu agnouit: Et inde tanta intus conſolatione, tāta cordis lætitia perfuſa eſt, vt ſibi videretur eſſe in gloria: nec mirum ſanè, quippè quæ gloriæ Dominum adeo ſibi proximè haberet adſtantē. Diuina etiamnum hac aſſiſtentia, diuino auxilio languidum, ac debile corpus particeps fuit; nouo quodam & inſolito vigore reſtauratum eſt; nec oblatum ſibi tantummodo cibū de more non abhorruit; ſed illum etiam, tanquam ſapidiſſimum, & inaſſueta humano palato ſuauitate imbutum, maximo cum guſtu, **maxima cum ſtomachi voluptate totū** deglutijt.

Interea dum hęc in cella Eliſabethæ agerentur, maxima, qua poterat, diligentia cæteris infirmis prouidebat Anna; vt quantocyùs ſibi liceret in præfatam cellam reuerteretur, in qua dilectiſſimum Sponſum, vnicum ſolatium, vnicam fœlicitatem ſuam reliquerat, dulciſſima illius præſentia iterum ſe ſe fruituram ſperans. Reuerſa poſtmodum ipsū iam abijſſe comperit: at decumbentem Virginem, tanto animi iubilo exultantem reperit, vt impreſſa in eius vultu interioris lætitiæ veſtigia liqui-

Digitized by Google

liquidò cernerentur. Tum ſplendentes, ac præ gaudio emicantes ægra obtutus in Annam defigens; *Ecquid*, ait, *ò cariſſima Soror, mihi ad edendum attuliſti? In toto namque vitæ meæ decurſu, nihil vnquam tale, nihil tanto ſapore conſperſum me comediſſe recordor.* Ad hæc humilis Anna præciſum, ne ſecretum proderet, reſponſum dare noluit; ſed prudenter diſſimulans, & aliouerſùm ſermonem ſolerter conuertens, ipſam percontata eſt; nemone, dum manducaret, illi affuiſſet? Cui illa: *Nemo*, ſubdit, *ſed me adeo interiùs, exteriùsue corroboratam ſenſi, vt mihi nulla amplius infirmitate laborare viderer.* Et id profectò rationabiliter illi videri poterat, ex hoc enim momento perfectiſſimam adepta eſt ſanitatem; nec ipſa ſolum, ſed & aliæ quotuor Annæ curæ commiſſæ eodem ipſiſſimo inſtanti illam miraculoſè conſecutæ ſunt.

Miraculum hoc tot, tantiſq; circumſtantijs admiratione dignis conſpicuum demiratæ ſunt Moniales omnes, ſed Sanctiſſima præſertim earum Parens Tereſia, quæ altiùs mente verſabat, perpendebatque quam liberaliter, quàm copioſè gratiæ ſuæ dona, affluxuſque huic famulæ ſuæ obſequentiſſimæ communicaret clemẽtiſſimus Dominus; quamque apertè, quam manifeſtè virtutem eius, ac merita propalaret. Idcircò eam coram alijs aduocans, in hanc ſententiam allocuta eſt: *Non ſolùm*, inquit, *Filia, te poſterum ægrotantium adminiſtram volo; ſed earum te veluti Prioriſſam, abſolutamque Præpoſitam conſtituo. Omnimodam illorum curam habeas. De omnibus pro libito diſpone, vniuerſa ipſis neceſſaria, vt tibi placuerit, prouide; nec ad hoc vllam amplius à me licentiam expoſtules.*

Verùm (quod nouo vtique miraculo non caret) nec publicum iſtud maternæ exiſtimationis, ac plenæ confidentiæ argumentum, nec vniuerſalis cæterarum ſanctimonialium admiratio, applauſus, ac veneratio, illam vel tantillum à ſolito profundiſſimæ ſuæ humilitatis centro, ſenſuque remouere valuerunt. Porrò huiuſce virtutis inſtinctu tam infimè de ſe ſentiebat, vt ad præfata miracula haud aliter reſpiceret, ac ſi aut in ipſa, aut per ipſam minimè patrata fuiſſent. Inde factum eſt, vt illa poſtmodum in relatione vitæ ſuæ, non ſibi, ſuiſue meritis, ſed efficaci obedientiæ virtuti, eminentiq; prælatæ, ac Parentis ſuæ ſanctitati retulerit, quemadmodum ex ſubiectis eius verbis clariſſimè patet: *Exercebam me* (inſit) *in charitate, circa quæcumque ſeſe facienda offerebãt. Immortales Deo gratiæ, qui ſanitatem mihi, vireſque conceſſerat, & opportunam inſuper illam exercendi occaſionem ſuppeditabat. Id enim ego nullatenus merebar, ſed benigniſſimus Dominus pro amore, ac beneplacito ſuo, vt mererer, effecerat. Et certè ſorores omnes attonitæ obſtupuerant; vbi Sancta Mater mihi, adeò malè me habenti, præceperat infirmarum curam ſuſciperem, illiſque miniſtrandi munus obirem: ſed idipſum Deus permiſerat, vt & vis illa ſuperna, quam ipſemet Prælatis elargitur, & ea ipſa, qua pollebat Sancta, quæ quod præcipiebat optimè nouerat, clariùs eluceret. Omnes inde admiratione, ac ſtupore perculſæ ſunt, & ego ipſa longè magis, ac potiori iure, quam reliquæ omnes, vt pote, quæ tanto bono me indignam ſciebam.* Eiuſmodi ergo de ſe humilis Dei famula iudicium ferebat; Et hoc pacto excelſum virtutum ſuarum ædificium ſuper ſolidiſſimum hoc proprij deſpectus fundamentum obfirmabat, ſtabiliebat.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Cum corporali Annæ ſalute, cum recuperatis naturæ viribus intantùm creuere in eius anima, tum diuini amoris ardor, feruor, & impetus; tum ſalutis animarum ſitis, æſtus, ac zelus, vt ad illos vtcumque mitigãdos, refrænandoſque exteriora, quibus

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

bus in ægrotantium miniſterio addicebatur exercitia, nedum opportuniſſima, ſed & omnimodè neceſſaria fuerint; id ipſamet fatentedum ait: *Innaſere me iterum impetus illi, atque feruores ſpiritus, quibus antea abrepta, atque exagitata fuerâm: Videbarque haud abſimilis homini ſeu famelico. ſeu guloſo, ante cuius oculos quamplurima apponuntur fercula varijs edulijs referta, ad quæ deglutienda ardentiſſimè anhelat: quæque tamẽ haud abſq; mortis diſcrimine ſe ſe iuxta appetentiam ſuam comedere cernit. Inhibetur ſiquidem à circũſtantibus, ne ſe ad ſatietatẽ cibis ingurgitet. Quoue magis ab edendo deterretur, eò magis fames eius acuitur, & augetur.* Eleganter ſanè huiuſmodi comparatione explicat Venerabilis Anna, tum ingentes animæ ſuæ anxietates, tum zelum ſingularem, quibus pro ſalute proximi vrgebatur, quibuſue tanquam fame inſatiabili, tanquam inextinguibili ſiti, per totum vitæ ſuæ reſiduum laborauit.

Itaque ſub id tempus taliter interioribus contemplatiuæ vitæ exercitijs vacabat, ac ſi nihil ipſi exteriùs faciendum incumberet: taliterque vice verſa externis inuigilabat vitæ actiuæ functionibus, ſeu in miniſtrando Sanctæ Matri Tereſiæ, ſeu in ſubueniendo ſororibus infirmis, vt ad nihil aliud videretur attendere, nec quicquam illis, quantumuis minimum, deeſſe permitteret.

Nec mirum profectò videri debet Sacram Virginem adeò internæ recollectioni intentam, adeò perenni ſpiritus æſtu abreptam, adeò ſupernis abſortam influxibus, tanta tamen ſollicitudine, tanta diligentia, tanta fidelitate, tot tantiſque exterioribus occupationibus, ac miniſterijs potuiſſe ſufficere; quæ Chriſtum Dominum, ſibi apparere ſolitum, in ægrotantium neceſſitatibus, nunc monentem, nunc excitantem, nunc etiamnum auxiliarem operam impendentem, ſtrenuũ veluti ſociũ, vigilemq; coadiutorem nacta fuerat.

Erat aliquando Pia Virgo cum Infirmarum vna, quæ grauiſſimo propè confecta morbo ne vno quidẽ momento quieſcere, aut ſomnum capere poterat. Tunc attamen, ſeu diuturnæ vigiliæ victa labore, ſeu annitentis naturæ neceſſitate coacta, ſenſim obdormire cæpit. Haud parũ gauiſa Anna, ne quieſcentis ſomnũ interturbaret, è cella cautè, nulloue edito ſtrepitu egreſſa eſt; & in caueã quandam aliquantulum ab ea diſſitam ſe recepit, inibique in angulo recondito tranquillo viciſſim orationis veluti ſomno immerſa exiſtebat, intentaque mente ſuprema diuinarum perfectionum ſpectacula contemplabatur, cum ſuauiſſima compellatione excitata, vocem ſibi peramanter dicentem audiuit: *Surge, Filia*. Notam ſibi Domini vocem illicò percipiens, haud mora reſpõdit: *Ecquid tibi vis, Domine?* Nullo tamen habito reſponſo è veſtigio velociter ſurrexit; tum latebra egreſſa, Moniales reperit anxiè ſe requirentes, vt infirmæ ſymptomate correptæ, atq; in virium deliquium labenti, ipſamque interpellanti, opẽ ferret. Quod vtique effecit, dilectiſſimum benedicens Sponſum, qui vices eius in Infirmorum cura tam prouidè ſupplebat.

Altera itidem Religioſa, *Petronilla Baptiſta* nomine, præſtanti virtute pollens, grauiter decubuit. Inde in altero oculorum eius teterrimus excreuit carbunculus, quo nedum corrodendum viſum, ſed & vitam ei adimendam fore artis Medicæ periti pronuntiarunt, illamue morte damnatam ſolius Chyrurgi manibus curandam permiſere. Doloribus, quibus dirè cruciabatur Anna vltrà modum afflicta, etſi omnibus maxima inſeruiret charitate, ſingularem tamen in huius obſequium adhibebat ſollicitudinem. Contigit aliquando tum ad maiorem ægræ probationem, tum ad vlteriorem

Mini-

Miniſtrantis compaſſionem, tum ad ampliorem vtriuſque coronam, vberiuſue meritum, vt Chyrurgus deforis vocatus, ac lucri, vt moris eſt, cupidus extra Ciuitatem abiret. Priùs tamen iacentem iuuiſit, diroue tumori medicamenta appoſuit, Annam admonens ſpecialem infirmæ curam gereret, ne tamen, vſque dum rediret, vlcus detegeret, emplaſtra remoueret, aut quemquam ad ægram permitteret. Iuſſa præſtitit ſollicita Virgo haud abſque penitiſſimo doloris ſenſu, videns Cariſſimam Sororem acerbiſſimè, ac periculoſiſſimè torqueri, neminemque adeſſe, qui illi opem ferret. Sed ecce Deo miſericorditer ordinante Cœleſtis Phyſicę, ſeu potius Supernæ Sapientiæ Doctores Terreſtris Chyrurgi defectum, operamque meliori arte, efficaciori modo ſupplere viſi ſunt. Stabat Anna noctu mærore confecta ad lectum Petronillæ, cùm duos ordinis ſui Religioſos (Sanctos videlicet Prophetas Eliam, & Eliſæum) cellam vidit intrare, & ad cubile iacentis accedere. Tenias dein, cæteraque ligamina ſoluerunt; lintea omnia, & vnguenta abſtulerunt, nouaque, & opportuniora parare, & applicare cœpere, Eliſæo maxima diligentia, ac promptitudine, ad neceſſaria deferenda, deſcendente, & aſcendente, Magiſtroque ſuo ſubminiſtrante. Completa demum operatione appoſita medicamina, panniculoſque iterum religarunt, & ad Annam conuerſi, quæ ipſos attonita, ſuſpenſaque demirabatur: *Sic*, inquiunt, *curandi ſunt infirmi, non verò cum ea negligentia, qua id efficis.* Quibus dictis illicò ab oculis eius diſparuere. Tremenda ſanè verba, quæque cordibus noſtris intimè imprimenda, altaque mente perpendenda ſunt, tum ad confuſionem noſtram, tum ad maiorem in operibus charitatis conatum, tum denique ad eoſdem, quos in Anna videre eſt, effectus inde eliciendos.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Maxima quippe ſollicitudine, ſumma diligentia eiuſmodi charitatis operibus incumbebat Virgo præſtantiſſima, ipſamet fatente, dū ait: *Accurrebam, intendebamque omnibus Monaſterij laboribus, vti mihi ſancta præceperat; ſubueniebam etiamnum, inſeruiebamque ipſimet Sanctæ Matri, cuius amabili fruebar, ac delectabar contubernio, atque conſortio; & hoc ſummo cum oblectamento, maximaque cum agilitate, vt credere, ac ſperare fas eſt à Domino, qui ſolus id efficiebat.* Et paulò poſt de præfata mox infirma verba faciens, ſubdit: *Cum tanta diligentia ad ea, quæ huic Infirmæ neceſſaria erant, accurrebam; vt viderer nullum me, quo grauarer, habere corpus. Præclariſſima hęc erat Dei ſerua, vocabaturque Petronilla Baptiſta.* Et nihilo tamen minus hæc feruidæ Virginis diligentia Sanctiſſimis illis Prophetis, primiſque Religionis noſtrę Parentibus pro mera negligentia habita eſt; vt exēplo Annæ diſcamus, quanta cum ſollicitudine, ac cura erga infirmos nos gerere debeamus; & corā Deo, cui in ipſis inſeruimus, ob teporem noſtrum, inanemque operum noſtrorum extollentiam humiliemur.

Id procul dubio luculenter nos docuit Anna ipſa, dum conceptiſſimis verbis ſubiungit: *Cogitabam in hoc euentu, opera noſtra longè diuerſa, ac diſcrepantia eſſe in oculis Dei, quam ſint in oculis hominum; hoc quippe mihi tum intelligere datum eſt. Præſumebam me optimè agere, hic verò mihi clarè innotuit, id omne quod melius in me videbatur, multis imperfectionibus eſſe obnoxium.* Inde ſe ſe in conſpectu Dei vilipendendo, ac deſpiciēdo, quæcumque operabatur bona in ipſum bonorum omnium Authorem gratanter refundebat, ſibi verò ſoli defectus omnes, omneſque incurias, quibus inficiebantur, humiliter

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

liter referebat. In hanc ergo ſententiam ſic loquitur: *Has mihi gratias non concedebat Dominus, eò quod eſſem bona: ſed ad hoc vt bonitas ſua emicaret, ac videretur in me. Porrò cum adeò gratia illius indigna eſſem, me neſciente quarebat me, ne in perditionem meam vergerem, & vt hoc pacto bonitas eius conſpicua fieret, exteriora eiuſmodi opera, quantumuis ardua, ac laborioſa, intima cum animi conſolatione, atque latitia præſtabam, quotiès mihi ab obedientia iniungebantur. Nec in hoc quicquam merebar, eo quod non aduerterem ad malum, quod in me haud dubiè reperiri debebat. Quanquam autem hac opera mea tot defectibus, tot culpis forent immixta, memet tamen in eis complacebam, mihique non parum conſolationis afferebant: Totum quippe mihi videbatur amor Dei, &c.* Quæ quidem omnia humilis Virginis, ſeu argumenta, ſeu documenta, quid de nobis ſentire debeamus apertiſſimè demonſtrant.

CAPVT XXX.

Supernaturali virtute ſcribere diſcit. A Chriſto nonnulla ad perfectionem documenta accipit. Leproſæ ſanctitate conſpicuæ inſeruit. Purgatorij viſione terretur. A Nouitia Laica, vna cum Sancta Matre Tereſia, variè vexatur. Chriſtum poſmodum Sanctæ Parenti ablandientem cernit.

ELecta deſignataque à Chriſto Domino in indiuiduam Sanctæ Matris noſtræ Tereſiæ ſociam Venerabilis Anna à Sancto Bartholomeo, & ab ipſamet Sancta Fundatrice lubētiſſimè acceptata, ſibique intimiùs vnita, vt hoc ab omnibus mortalibus ambiendo, æmulandoue munere extra Ciuitatem Abulenſem fungi inciperet, ipſam Toletum, qua fuerat relegata, proficiſcentem haud multis poſt diebus comitata eſt. Sub id tempus celebre illud contigit miraculum, quo ſuauiſſima Seraphicæ Parentis conſuetudine perfruens, ſcribendique hactenus neſcia obſequentiſſima Virgo, ſuperna obedientiæ virtute ſcribere didicit.

Vt Reformationem ſuam recenter editam Sanctiſſima Fundatrix firmiter ſtabiliret, & à tot aduerſariorum impugnationibus tueretur, quamplurimis vtriuſque ſexus tum Inſtituti ſui, tum aliorum Ordinum Religioſis, nec non etiam Principibus, ſeu Sæcularibus, ſeu Eccleſiaſticis, illi ſcribendum erat. Huic occupationi omnimodè neceſſariæ, atque ineuitabili acceſſit alia, non minoris ſanè momenti ſibi à Confeſſoribus, imo & interdum à Chriſto Domino iniuncta, conſcribendi nimirum Tractatus illos ſpirituales, ac myſticos, cæleſti doctrina, ac ſapientia refectos, quibus nedum Congregationis ſuæ alumnos, ſed & vniuerſalis Chriſti Eccleſiam tãtum emolumenti percepiſſe compertum eſt. Aliunde etiam perenni capitis grauedine, continuis doloribus angebatur, varijſque alijs grauiſſimis, ac moleſtiſſimis affligebatur infirmitatibus. Vnde res planè portento haud abſimilis videbatur, mulierem vnam, ſolam debilem, morbidam tot, tantiſque ſufficere poſſe negotijs.

Vice quadam inter alias tot illi Epiſtolis inducias non ferentibus reſpondendum erat, vt id ipſi haud abſque mœrore impoſſibile fore videretur. Condolens Anna perplexã illam, & in hac anxietate poſitam con-

contemplabatur; & quamquam alioqui, vt humilis erat, inſcitiam ſuam pluris facere ſoleret, mox ea ſe ſe ab adiuuanda dilectiſſima Parente præpeditam aduertens, ipſam non ægre ferre non poterat. Cogitabundam illam cernens Sancta Mater Tereſia, quaſi quod mente verſabat ex vultu dignouiſſet, in hunc ſenſum arcanis eius cogitationibus conſentientem ipſam affata: *Multum vtique gauderem*, inquit, *ò Soror, ſi ſcribere noſſes, vt in eiuſmodi occaſionibus me adiuuares*. Cui Anna ſubito, ſuperiorique acta impulſu confeſtim reſpondit: *Haud difficile mihi ſi iubes, futurum eſt. Res ſiquidem longè magis arduas, nedum poſſibiles, ſed etiamnum faciles obediẽtia efficit: Ego verò, quidquid mihi obedientia præceperit, exequi parata ſum*. Placuit vltrà modum Sanctæ Matri adeò prompta, fideque, ac reſolutione plena reſponſio; cumque in efficaci obedientiæ virtute non minus ipſa, quam Anna, confideret; non tam vt diſcipulæ obedientiam, quam apprimè nouerat, probaret; quàm vt nobis ſuperiorum mandatis optemperandi exemplum præberet, ſancta quadam authoritate intulit: *Itaque accipe calamum, & ſcribe*. Res mira! Pennam digitis apprehendit, Epiſtolam à Sancta Parente conſcriptam coram ſe explicauit; characteres, ijs Sanctæ Matris quã ſimillimos cæpit efformare; & ad hoc inſtanti, haud vlteriori adhibita diligentia, epiſtolas in poſterum exarauit, vix tantillum ab illis Tereſiæ diſcrepantes, nec non etiam quæcumq; alia ſcribenda ſibi occurrerent.

Adeò euidenti miraculo luculenter declarauit Dominus, quantum illi prompta, & ad omnia expedita placeat obedientia. Nimirum qui ſuperiores alloquens dicit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*: vult etiamnum vt ſubditi eos reuereantur, & eorum mandatis, velut oraculis à ſemetipſo illorum ore prolatis, pareant. Ea propter meritò legiſlator noſter in vltima Regulæ exhortatione, ſeu appendice ait: *Vos quoque cæteri Fratres Priorem veſtrum honorate humiliter, Chriſtum potiùs cogitantes, quàm ipſum; qui poſuit ipſum ſuper capita veſtra*. Sed nec id etiam vllatenus ſufficere indubitatum eſt. Idemmet enim Creator omnium à nobis exigit, vt & in licitis, & in ijs, quæ vel ad charitatem, vel pietatem ſpectant, cæteris omnibus noſmetipſos ſubijciamus, ſeu inditam nobis à natura indolem aliorum genio accommodando, ſiue voluntatem noſtram ad eorum beneplacitum inflectendo. Id ſanè exactiſſimè, ſtrenuèque præſtitit Apoſtolus ille, gentium Doctor, atque Magiſter, qui de ſe ipſo ſermonem tenens 1. Corinth. c. 9. v. 22. *Factus ſum*, inquit, *infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Omnia autem facio propter Euangelium; vt particeps eius efficiar*.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Voluit ergo clementiſſimus Dominus, vt Anna noſtra, quam ad Euangelicæ legis menſuram, Apoſtolicique muneris perfectionem adaptabat, eadem omnino via procederet, & ad Religioſarum virtutũ culmen, faſtigiumque perueniret. Quamplurimis ſimul, eodemque tempore Monaſterij miniſterijs addicta erat, Sanctæ Matri, tanquam eius ſocia, in neceſſarijs ſubueniebat; Infirmarum curæ, ac ſeruitijs incumbebat: condi, promique, ſeu procuratricis, ac diſpenſatricis peni munus obibat; Rotæ demum cuſtodiam agebat: hęc autem omnia laborioſa, arduaue tot officiorũ onera libenter ſubibat, imò verò & lætanter exercebat; ijs tamen interdum ex obedientiæ venia tantiſper eximi peroptaſſet, vt ſecluſo quocumque ſeu obſtaculo, ſeu diuerticulo internæ recollectioni, ſpirituali-

libuſ-

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

libuſque vitę contemplatiuę functionibus vacare ſibi liceret. Eiuſmodi aliquando agitata anxietate ad ſacram ſynaxim acceſſit; ſtatim verò ac diuino illo refecta fuit pabulo, Chriſtum ſibi dicentem audiuit: *Surge, voluntas mea eſt, vt te te caterarum omnium voluntati conformare ſtudeas, in eo quod tibi ab ipſis præcipietur.*

Breuiſſimo hoc ſupremi Magiſtri documento edocta, omne prorſus ſingularis, & inuſitati receſſus deſiderium à ſe procul abegit, firmiterque propoſuit per reliquum vitæ tempus, quod ſibi à Chriſto Domino ſeu imperatum, ſeu propoſitum fuerat incunctanter, inuiolatèque obſeruare. Et id ſanè, priuſquam ſenſum ſuum diuinus Sponſus manifeſtaſſet, ipſamque de beneplacito ſuo certiorem feciſſet, propriæ ipſius inclinationi, natiuoque genio, nec non & interno guſtui valdè cõſentaneum erat, ſed & hoc ipſum ſcrupulum mouebat, mentiq; illius timorẽ ingerebat. Verebatur quippe ne in eiuſmodi charitatis operibus, quibus adeò propendebat, ac delectabatur, ſubtilis amoris proprij lues immiſceretur, eaque perniciosè inficeret. Nunc ergo de diuina voluntate ſecura, nilque ſibi reformidandum rata, omnes animæ ſinus, omnes corporis vires ad huiuſmodi opera explicuit, direxit, effudit. Id ipſamet immediatè teſtatur his verbis; poſtquam ea, quæ iam illi dicta fuiſſe à Domino innuimus, retulit: *Magnam*, inquit, *mihi conſolationem attulit, quod viderim id Domino placere, atque id ipſum velle: Hęc enim certitudo haud vulgarem mihi vim addidit, affecitque vt ſecuriùs, liberiùſue procederem. Innata ſiquidem Indolis propenſione alijs placere, ac benefacere cupiebam: Et multoties intra memetipſam recogitabam, num id à Superiori Spiritus oriretur impulſu, num ab amore proprio. Tunc autem me Dominus hoc pacto ab eiuſmodi dubio, quo angebar, protinus liberauit.*

Sic igitur famulæ ſuæ ſpiritum dirigebat Deus, nunc illam more peritiſſimi Magiſtri inſtruendo, nunc pijſſimi ad inſtar Patris de omnibus, quę agenda erant, admonendo: Sicque illud ipſum alias, haud abſque maxima animæ ſuæ vtilitate, experta eſt. Sedebat aliquando iuxta Monaſterij oſtium, & apud ſe cogitare cæpit, non ſine ratione futurum, ſi Moniales reliquæ nedum antiquitate, choriſtarumue qualitate, ſed & virtute, atque Religionis experientia præcellentes, æquo fortè animo ferre nequirent, quod cum ipſa, & ætate iuuenis, & laicæ conditione cæteris inferior, & in virtutum ſtudio parum verſata foret, illi tamen oſtiariæ munus fuiſſet demandatum. Inde verita eſt, ne obmurmurandi alijs occaſio fieret, earumue contradictiones in ſe ipſam acciret. Hæc animo reuoluẽs Chriſtus Dominus ſe ſe illi conſpiciendum dedit, commonſtrauitque Roſarium ſiccum, aridumque in Conuentus Arca ſitum; candidiſſimis tamen, viuidoque colore emicantibus roſis refertum. Obſtupuit deuota Virgo, intempeſtiuos, & ab emortuis exortos ſenſibus flores demirata; tum Dominus ad illam: *Non colliguntur*, inquit, *hæ roſæ, niſi per ſpinas tranſitus fiat.* His verbis innuens, ſignificanſque, vti Anna probè intellexit, nonniſi contradictionibus, laboribuſue exhantlatis, virtutes perfectiſſimè acquiri poſſe.

Illam etiamnum aliàs edocebat, non expreſſis verbis, ſed miris viſionibus, quibus in eius anima mirabiles producebantur effectus, quæque in maximum illius emolumentum cedebant. Feria quarta ſeu die Mercurij Maioris Hebdomadæ orationi vacabat aliquando pia Virgo, & in contemplatione paſſionum Chriſti defixa, horrendos, quos hoc eodem tempore dilectus Sponſus

Digitized by Google

ſus paſſus fuerat, labores alta mente verſabat: Cum improuisò apparuit illi, non ſecus ac ſi fuga ſe ſe proriperet, quæreretque, quò ſe ſe abdere poſſet. Tanta videbatur perturbatione, & afflictione perculſus; tanto dolore, mœroreue confectus; vt facile eſſet dignoſcere ipſum ab omnibus, non modo derelictum, ſed & diriſſimè infectatum, è perſequentium manibus euadendi locum perquirere, inde apud quem ſe reciperet, & à quo ſolaretur inueſtigare. Illum Anna tam iniquè, immaniterque affectum, afflictumque intuita, intenſiſſimo doloris ſenſu concuſſa eſt, vehementique amoris, & compaſſionis æſtu abrepta, in hæc verba prorupit; *Quid quæris, Domine? Ecce tibi cor meum, Illud ingredere amabo; Illuc Maieſtatem Tuam recondere ne ambigas.* Cæterum nihil ad hæc Chriſtus reſpõdit, ſed aliouerſum pedem inferens, è loco, in quo conſiſtebat Anna, egreſſus eſt; ipſamque penitiori, & ingeminato dolore extra ſe raptam, morientique ſimilem reliquit: nec non etiam illi ſatis ſuperque amplã meditandi poſtmodum diebus iſtis paſſionum, ac tormentorum ſuorum grauitatem, lugubri eiuſmodi apparitione, materiem ſuppeditauit.

His profectò tanti Magiſtri documentis, his tam dilecti Spõſi exẽplis haud multò poſt indiguit Anna noſtra, vt vexationes, atque moleſtias ſibi, Sanctæque Parenti à diſcola, effræne, ac indiſciplinabili quadam Nouitia Laica illatas patienter ferret, æquanimiter tolerare, gloriosè peruinceret. Verum antequam ad hæc ſigillatim enarranda vlterius procedamus, duo nobis ſanctitatis Annæ, ſeu exempla, ſeu argumenta prẽmittenda ſunt.

Iam ſuprà præmonſtrauimus quãtò cum charitatis affectu, ſuperno flagrans ardore, Virgo infirmis inſeruiret ſororibus. Illuſtre ſanè, nec ſatis vnquam humanis laudibus extollendum feruoris huius dedit exẽplum, cum ſe ſe ad cuiuſdam leproſæ miniſterium libenter obtulit; & ad idem charitatis opus vna ſecum præſtandum ſororem aliam blandis, efficacibuſque ſuaſionibus compulit. Ad tam deplorandum, formidabilemue ſtatum virulenta lepra redacta fuerat ægra Virgo, vt horrorem videntibus incuteret, cenſerentque Medici illam è Monaſterio proturbandam fore; ne contagioſa lues reliquas inficeret ſacras Virgines, paſſimque, ac ſenſim irrepens, malignitate ſua irremediabilẽ earum ſtragem produceret. Interim verò vſque dum dimitteretur, cunctaque ad eius exitum neceſſaria forent parata, omnem eius conuictum, ac conuerſationem expreſſiſſimis, ac conceptiſſimis verbis prohibuere. Maxima quidem conſtantia, imo & animi lætitia infirmitatem ſuam tolerabat generoſa Virgo; aſt Phyſicorum ſententiam, qua ad inuiſum, exoſumue adigebatur egreſſum, æqua mente concoquere non poterat. Ea quoque vltra modum erant afflictæ cęteræ Moniales, nec duram hanc ſororis cariſſimæ, ac virtute præſtantis ſeparationem haud ægerrime, ac moleſtiſſimè ferre valebant. In tanto diſcrimine conſtitutæ quid agerent, quid decernerent neſciebant: Cum Anna, cui tantum pietatis opus reſeruauerat Dominus, vna cum altera illa Religioſa Virgine, quam ad illud idẽ obeundum ſuaſerat, ad Prioriſſæ pedes genuflexæ inſtantiſſimè rogarũt, ſibi huius infirmæ curam concederet, ſanctiſſimè pollicitæ ſe ſe illi miniſtrandi onus, nullo prorſus habito mortiferi contagij timore, quã libenter aſſumere. Aedificata itaque, ac ſuprà quam credi poteſt gauiſa Prælata, ſolidam earum virtutem, feruoremque ſpiritus demirata eſt, optatis earum è veſtigio annuit, & officioſam tã periculoſi miniſterij prouinciã ipſis demandauit.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Porrò quæ poſtmodum Annæ noſtræ in huius muneris executione contigerint, cum quanta ſollicitudine, ac vigilantia illi inſeruierit, qualiter contra Medicorum opinionem ſanitatem conſecuta fuerit; quàm denique miro modo ſanctam eius animam omni gratiarum decore, omni virtutum ornamento refulgentem illi Dominus in viſu demonſtrauerit, meliùs me ſermone aſſequi non poſſe reor, quam ſi Venerabilis ipſius Annæ verba ſubijciam. Id ergo recenſens, ſic fatur: *Illâ Medici ordinatis ſudoribus, aliſque medicamentis vehementibus, atque inſolitis curare ſatagebant: Tanta verò erat domus egeſtas, vt pauca admodum ad ea, quibus opus erant, linteamina in ea ſuppeterent: cumque vberiores, ac copioſiſſimi eſſent ſudores, ea ipſa, quibus ad illos extergendos vſa fueram, ad ſequentem diem noctu lauabam. Cæterũ ſanie horrenda, putrique materia madebant, ipſaque necnon etiam totum ægræ corpus corrupti cadaueris fœtorem redolebant; adeò vt niſi propter Deum ſummè dilectum operata fuiſſem, id ſanè ſuſtinere mihi prorſus impoſſibile fuiſſet. Illi de die ſemper aderam, & in omnibus inſeruiebam, nocte verò à ſomno abſtinebam, vt lintea ſpurcitie conſperſa detergerem, aquaue mundarem. In eiuſmodi exercitijs quadraginta dies exegi; Et inſuper, ob paruum Religioſarum numerum, Rotæ Miniſterio incumbebam; Idque omne tanta agilitate, ac facilitate perficiebam, vt videretur mihi in omnibus recreationem Deus elargiri. Tanta itaque graueolentia è marceſcente Infirma corpore emergebat, vt nulli reliquarum Monialium propter ipſam tranſire animus eſſet. At ipſa, vti dixi, optima erat, Deuſque ipſam impensè diligebat. Et certè & illi, & nobis benè, & opportunè fuit, nos illud odoratas, & arbitratas fuiſſe; imo & pro certo, exploratoque comperiſſe. Illa ſiquidem inde nullam omnino moleſtiam, nullum ſomni defectum, nullum cibi faſtidium paſſa eſt: nos verò Deum ipſum nobis ſemper præſentem habere videbamur: quemadmodum ipſamet quoque ſecia fatebatur. His ergo tranſactis quadraginta diebus, adeò perfecta ſanitati ſubito reſtituta eſt, ac ſi nunquam eiuſmodi morbo prius extitiſſet affecta. Multum ſanè, direue per id tempus vexata fuit, cumque ad ſtatum leproſæ haud abſimilem fuiſſet redacta, mira tamen patientia, ac ſuauitate Angelus planè corruptibili, & infecta carne circumdatus videbatur. Die quadam videns ipſam vltrà modum doloribus torqueri, petij à Domino ſedare illos, aut mitigare dignaretur: Tum mihi illam conſpiciendam dedit mira pulchritudine decoratam, & ad altiſſimum perfectionis, ſibique ab ipſo reſeruatæ gloriæ gradum feruenter aſcendentem; dicitque mihi: Nondum integre eiuſmodi gloriam lucrata eſt, nondum ergo laboribus eſt eximenda. Gratiæ iſtæ ſoli Deo, eiuſque bonitati referendæ ſunt, quæ ſi fortè alijs fuiſſent conceſſæ, ipſas vtique meruiſſe cenſere poſſem; ſed illas mihi cum clargitus fuerit, fateri cogor, nec eas me vllatenus meruiſſe, nec petere ſciuiſſe, nec pro debito gratanter accepiſſe. Sit de omnibus benedictus in ſæcula.* Hactenus Venerabilis Anna, quæ ſincera hac enarratione, diuinorum chariſmatum celſitudinem, dum quaſi per tranſennam, & incogitanter tangit, ſolerterque, ac miro artificio tanquam ad ſe non pertinentem diſſimulare ſatagit, humilitatis ſuæ profunditatem, ſoliditatemque ſanctitatis euidenter nobis cogitur propalare.

Verum enim verò alio abſtrahor horrendo, terribilique ſpectaculo, quo ſanè non minus Annæ noſtræ perfectio nota fit, emicatque. Nocte quadam, dum in cella Sanctæ Matris Tereſiæ verſaretur, videre ſibi viſa eſt Chriſtum Dominum Maieſtate maxima, gloriaque circumfuſum, ſeueriſſimi, ac rigoroſiſſimi Iudicis perſonam agentem. Mox improuiſò ſe ſe inuenit in loco formida-

midabili, atque tremendo purgandis animabus deſtinato, quem præterfluebat rapidiſſimus torrens, non vndis, aut aquæ fluctibus, ſed ingẽtibus ignis, flammarumue vorticibus tumidus: in cuius medio innumeram vidit animarum multitudinem, quarum aliquæ omnino, aliæ minus immerſæ exiſtebant, omnes verò intenſiſſimis cruciabantur doloribus. Vltra modum illis compatiebatur pia Virgo, miſerandaque earum ſors, diraue afflictio intima cordis eius, ac viſcerum penetralia penitiſſimè feriebant, crudeliſſimè diuexabant; cum inuiſibili quadam abrepta vi, ſe ſe ſubitò cingulo tenus in eodem ignito flumine tormentoue poſitam reperit. Tum Angelus, eius cuſtodiæ deputatus, ſpecioſiſſima forma præditus, ad illam acceſſit, eamque in hæc verba interpellauit: *Num*, inquit, *tormentum hoc, quo addicta es, multum perſentis?* cui Anna: *Maximè quidem*, reſpondit, *verumtamen ſpe freta, me quamprimùm Beatifica Dei præſentia, ac viſione fruituram, illud haud quaquã moleſtè fero.* Illam nihilominus Dæmones ab eiuſmodi æquanimitate dimouere tentabant, ſe ſe ſub horrendis, ac portentoſis Monſtrorum laruis, atque figuris obtutibus eius obijcientes, ipſamque aduncis, ignitiſque harpaginibus è torrentis ripa in truſta diſcerpere, minitantes. Cæterum quamquam id præſtare niſibus omnibus viderentur ſatagere; ne minimum tamen illi damnum, aut nocumentum inferre valebant: propiuſue ad illam accedente Angelo, fugam è veſtigio Dæmones arripuere, viſioque omnis diſparuit.

Afflictiſſima remanſit Sacra Virgo, videns ſe ſe iterum in hanc miſeram remeaſſe vitam, à qua iamtum ſibi videbatur emigraſſe, & in Purgatorij locum perueniſſe: cæteræque Moniales ipſam poſtera luce adeò pallidam, debilem, extenuatã cernentes, in quantis priori nocte redacta fuiſſet anguſtijs facilè collegere. Porrò ſtupenda apparitione, inſoléti viſu adeo perculſa, adeo à ſolito ſtatu mutata fuerat, vt nedum pallore vultus mortuæ ſimilis, ſed & tota corporis habitudine velut è ſepulchro recens educta videretur. Nulla prorſus id recenſentes exaggeratione vtimur, id ipſamet ingenuè fatetur, & idem ipſum cæteræ Virgines cenſuere. Rei nouitatem demirata Sancta Mater Tereſia, cauſamque percontata, quæ ſibi ſucceſſerant obediens Virgo diſſimulare nequiuit, ac ſinceriſſimè aperuit. Tum Parens Sanctiſſima Superiori acta ſpiritu, mirabile hoc in eius fauorem promens oraculum: *Vade*, intulit, *filia; ſcito te in Purgatorium nunquam fore detrudendam.* Grande ſanè promiſſum, de quo licet Anna ambigere nequiuerit, illud tamen ſolita humilitate excepit. Nec non etiam poſtmodum in relatione vitæ ſuæ ſancta (vti de fauoribus ſibi à Deo præſtitis verba faciens, facere conſueuerat) diſſimulatione contexit. Vbi enim præfatam viſionem, Sanctæque Matris ſponſionem reculit, ſic fatur: *Iſtud ego lepidè mihi per iocum, & recreationis gratia dictum putaui; non ob aliud enim id Sanctam Matrem dixiſſe arbitrari vnquam poſſem. Quin imò firmiter, ac pro certo exiſtimo, me diutiùs in Purgatorio permanſuram, mihique Deum optimum maximum ſingularem miſericordiam præſtiturum, ſi mihi illuc ire concedat, nec me in peius barathrum abigat, iuxta quod peſſima vitæ meæ ratione exigo, meruique.* Ira deſe ſentiebat Anna; grandi hac pollicitatione non ſe ſe ſupra ſe eleuans, ſed infra ſe ſemper magis, ac magis demittens, vt dum ſe ſe illius conſecutione indignam reputaret, eius compos effici mereretur.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Voluit demum, haud multò poſt clementiſſimus Dominus haud vulgarem illam merendi occaſionem, quã ſuperiùs obiter prænotauimus,

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

vtrique Virgini, Parenti, inquam, ac Filiæ hoc pacto fuppeditare. Die quadam in Chorum ad Completorium pergente Tereſia, illam Domenes exhibent, ac vivas fumantes & fimmitare gradum per quos defcendebatur tanto impetu præcipitè deferrent; vt brachiorum alternis miſerando fibi caſu perfregerint, inquod difputatis, communisque officiis incredibiles inde dolores paſſa fuerit. Accurrere illicò Monaſtes omnes dilectiſſimæ Matri opem laturas, deplorandoque caſu in planctum effufe funt. Inter illas cucurrit & Anna, quæ præ cæteris devotioni Sanctam profequebatur affectu, quoque lamentabili ſpectaculo inſuetum vberius prorumpens, laſtimasipſammet Parentem, cui auxiliarem manum prabere veneral, conſolamricem habere debuit. Dici nequit quanto cum amore, quanta cum diligentia in hac cura inſtruitur ipſi deinceps inſervitur uigilantiſſima, focia. Verum per id enim tempus quarundam demundanam ſibi alarifi infirmarum curam agebam, fimulque penus Miniſtræ, culinæque coadiutricis gerebat munus, vnde tot antæquifque diſtenta occupationibus, vix omnibus poſſe ſufficere videbatur. Vt ergo adeo impenſæ diligentiæ illi Sanctæ Matri Tereſiæ, laboribus eius vltra modum compatiens, egit cum Monialibus, altera recipereur Lutcia, cuius ope in eiuſmodi officijs alijquamum fublevaretur; ſignatè autem, Deo ſic ordinante, tam ipſa, quam Seraphica Parens infandum, in modum exaggerare fuere.

Statim ac Monaſterium ingreſſa, eſt infelix Mulier cula, Angelicam, Sacrarum Virginum vtiondi ratione exoſam habuit, manifeſtum, fanè peruerſi ſpiritus indicium. Inquietæ plandi, fed alitere, ac diſſimilare indolis erat. Præcellit ſingulare exercitij fe ſe fanctum hoc Inſtitutum probare, atque diligere, quod intus & in fecreti cordis damnabat, abhorrebat. Ne prima quidem cuiuſcunque mentalis redimenta calleret, ſe ſeque horas in ea integras inſumere vaferrimè fimulabat, audaciter oſtentabat. Hoc pacto alijs aliquam famineo decipiebat malitio, ſimilque arte circumuenebat, tum Monaſterij Conſeſtarium, tum ipſam-met Priorifſam, à quibus impenſè amabatur, habebatque in pretio. Sed ſe dominon idoneam in eo Inſtitutorum ad exercendam rabiem, peſtemque, Sanctæ Matris familiæ pacem interturbandam nactum fuiſſe ratus, in capitale odium, tum erga Sanctam Matrem Tereſiam, tum erga induidum cius ſociam, ipſam incuncanter adegit.

Vile igitur eiuſmodi Dæmonis mancipium, venenoſo cius infectum halitu, infernalique influxu agitatum, falſiſſima ei mendacia, falſa fimulam criminationes effutire cœpit; et Sanctitatis opinionem, qua apud omnes valebatur, ne dum minuere, ſed omnino deleret, Conſeſſarium ſubinde vocauit exhibique de indolis artificioſæ compoſitia, confidoque ſimpliciſſimæ zeli honoris Dei ardentia virtutum conſtis malignitatem celantibus, Annam accuſauit, quod peccata ſua fecreto Tereſiæ confiteretur, Fidem ſtatim, omnimodam mendaciſſimis adhibuit commentis credulus Conſeſſarius, adnotauitque Anna, ipſam ex imaginaria Conſeſſione, tanquam, & perpetratæ ſceleris accuſationis crepuit, vehementibus, ac concepitiſſimis verbis fubiectam ſe à Matre Tereſia deijci, annos à Dæmone deludas quam maximè errantes, fum denique huiuſmodi ad Sanctæ Inquiſitionis Tribunal pertinere. Secuta obiurgatione, velut falmitis ictu, perculſa fuit Anna, eamque non tam ſibi, quam Sanctiſſimæ Parenti contumeliofam cenſens, pa, quadam indignatione acta, illam animoſe refutauit, temeritatemque audaciſſimæ, ac dolore obtrectatri-

Digitized by Google

cis, quæ putidum os in Sanctas. Dei pectore haud eruberans, confiteor cruptor. Durius tunc ab occasu excepea eft Confeffario, qui prioribus non Religiofe modo Tyronis, atque Nouitiofed rabidas ac diabolico furore correptæ Thyadis Menadifue gannitibus præmunitus, perfuafus, ipfam velut alteram Catharinam Senenfem extolleban. Teperfuam vero, Annumque nouum, meas, doliofue, ac deceptionibus fcatentes damnabat. Itaque quidquid veraque falita finceritate, dolofiffima virtute fecta, dixerit, quidquid fecerit, perperam, & inciuilum tenfatic competerum eft; nec vnquam, obftinatus Sacerdos ab inique fententia dimoueri potuit; donec inquieta calumniatrix Religionem vitam petrzia, Saeram velum cum, hypocrify exuit, in facinum mifero exitu remeauit, infauftiffimæ nuptiæ, & a fœcrafiimis Sacræ Inquifitionis Iudicibus verifpellis delatricis fraudes, delatarumque Virginum innocentia detectæ funt, & ad illius confeffionem, harum vera gloriam, in publicum propalatæ. Simile quod etiamnum Hifpali Sacris Virginibus contigit aliquando, vti late recenfet D. Didacus *de Tepes* Tutiaffonenfis antiftes in vita S. Matris Teretiæ, quod hic vnque annocandum cenfui, ne lectoris animus eiusmodi fimilitudine offenderetur, neque de, turpi *anallogia*, feu hiftoriæ imperitia, aut in defignandis locis errore, cauquere.

Ridebat ftultes has inimici techtantas inuida Tereia, ac de Fide fua, minimeque Ecclefiæ eiusmodi veneratione fecura, integerrimorum Iudicium examen haud quaquam reformabbat; Quum illi alsundeo, quod in fuo Tolerani Monaferij, quo exulabat, receffu penuriefcerent, quod ingrem, nunnanum fuit, Apoftolicus Nuntius, prauis ac iniuftis infonationibus circumuentus, adeo in regnum eorum fuum exarfit, vt publicum refcriptum, feu patentes litteras Magiftatu Carmelitis dedicat, quibus potefias illis fiebas, omnes nouæ Congregationis, feu Conventus, feu alumnos ad antiquum, eorum vtuendi normam reducere, & diruere etiammum, & inmanibus vijs cogere. Eainde nouis preftas nouellam plantam vitetuis confervandi fpes affulgebam, eamque intra paucos dies proxima pretuarii, & extinguendam fore omnes arbitrabantur. Acerbiffimum hoc, ingratumque nuntium, fub veperam Nonalis Domini Sanctæ Teretiæ delatum, quotquot eum ea die fuo conuenerunt Monafes peruafit, & a mœftis earum animis fpem omnem auertit. Ipfa folummodo immutabilem Parens animum non defpondit, & in defperatiffimo hoc luctuum fui diffcrimine, fpe quantum occidit, fed in promiffis fibi a Deo factis, omnipotentique illius virtute confidens, ipfum e tuo, tantique cafus iactabatur, procellis, ferifciffimæ emerfurum, propugnaque fuas liberge, fanteque gloriofe pondudum, minimè ambigebat. Verumtamen, animum quoties, infaufto nuntio infeda, gerebat dolorem; præfertimque, quibus delictos filius impeti videbat, perfecutionibus atque auerfaberata diffimilè torquebatur. Tota igitur die intra fe recollecta in oratione perfeuerans, geminabatque, inenarrabilibus diuinæ miferecordiæ fores inftanter, inceffantesque pulfaturat, nullius prorfus consolationis capax, nifi quam forte Anna noftra carifima fua præfentiæ, fuæque, fuauiffimo, alloquio verbis fuppeditaueras: Quum apperent, tum laudum Matrimarum hora, videnti Anna debilem Matrem nihil hactenus, quo tantillum refcreatus deguftaffet, ipfam vt aliquid cibi caperet, priufquam concederet in chorum, enixe rogauit. Affiftebima, & hachrymufque ab oculis vberrim manantibus perfufa Refectorium petijt & in-

Digitized by Google

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

& inibi menſæ ſedere cœpit. Tum Anna Chriſtum Dominum viſibiliter apparentem conſpexit, qui proximè ad deſolatam Matrem accedens, panem ſacra manu prehendit, benedixit, diuiſit, porrexit, bucellamque ori eius inferens, blandiſſimè illam affatus: *Comede*, inquit, *Filia, video equidem te intenſiſſimè angi, aliter fieri non poteſt: ſed animum, amabo, vireſque reſume.* O incomprehenſibilem diuini numinis bonitatem! O fauores mortalibus Virginibus conceſſos, & ijs, quibus immortales Cœli fruuntur incolæ, vix inferiores! illis vtique, alijſue ſimilibus ſponſas ſuas dilectiſſimas recreabat interdum benigniſſimus Dominus, vt tot inter labores non deficerent, & ad vlteriores exanthlandos excitarentur.

CAPVT XXXI.

Sanctam Matrem Tereſiam Fundationibus incumbentem comitatur. Multimodis cum ea gratijs à Deo donatur. Oblatum ſibi ab ea Choriſtarum velum humiliter recuſat. Ipſi denique inter vlnas ſuas morienti aſsiſtit; adſtantemque Chriſtum, cum multitudine Sanctorum, conſpicit.

DEfæuijt tandem, annuente, & operante numine, poſt annos quatuor fera Tempeſtas; redditaque Sacræ Diſcalceatorum familiæ pace, intermiſſus à B. Virgine Tereſia Fundationum labor iterum reſumptus eſt. Ex quo anno 1576. Huic Toletano Monaſterio, quo tunc temporis degebat, condendo incubuerat, rogata fuerat, votorum compotes efficeret nouem Virgines miro virtutum exemplo prælucentes, quæ in oppido Villæ nouæ *de Xàra* in Eremitorij quoddam vnà ſe ſe ſponte abdiderant, nouumque Reformationis ſuæ inſtitutum amplecti exoptabant. Doctor *Velazquez*, P.F. Antonius à Ieſu, alter è duobus primis Diſcalceatis, & P. F. Gabriel ab Aſſumptione, vir planè inter primos reſtituti Carmeli alumnos virtute conſpicuus, rerum conſcij, opus probabant, vrgebantque. At enim procraſtinabat Sancta Parens, quamplurimis haud leuis momenti deterrita rationibus; inter alias verò, mulieres alijs Inſtitutionibus ſemel imbutas recens lac ęgrè ſucturas arbitrabatur. Tum Chriſtus Virgini apparens renitentem corripuit, iuſſit fundationem acceptaret, ſpoponditque futurum ex ea maximum animarũ emolumentum. Ceſſit ergo libenter Sponſa Chriſti, pulſoque timore ad opus ſe ſe incunctanter accinxit.

Toleto eduxit M. Annam à Matre Dei, vt ſtabiliendo Villæ nouæ Conuentui præeſſet, & cum illa, indiuiduaque ſocia Anna à S. Bartholomæo Malagonum profecta eſt. Inde poſtmodum aſſumptis Eluira à Sancto Angelo, Conſtantia à Cruce, & Anna à S. Auguſtino, tot Dei donis, tot miraculis ſuccedentibus tẽporibus clara, die 13. Februarij anni 1580. diſceſſit, & cum hoc ſanctiſſimo, ac lætiſſimo comitatu, ſub Patrum Antonij, & Gabrielis ductu Villanouæ viam carpſit.

Vix dici poteſt quanto cum animi iubilo iter hoc Anna noſtra confecerit, videns Sanctam Parentem nedum è Toletani Monaſterij cuſtodia, velut è carcere, liberam, ſed vbique ab omnibus venerationi habitam, acceptaſque pridem iniurias in honorem uerſas, opprobria in applauſus mutata. Percrebeſcens ſiquidem inſignis Sanctitatis eius fama circumuicinos illius tractus popu-

populos in occurſum eius vſque ad ſtuporem accibat. Porrò quocumque illam tranſituram reſciebant, adeo frequentes concurrebant, vt in oppido *Robleda* cuſtodes ad arcendã turbam conſtitui opportuerit: tametſi illis etiamnum inuitis ſe ſe per parietes gens auida libraret, & incredibili ſpectandę Virginis deſiderio loca quiſque præriperet, miraretur, gratiam inire curaret: Poſthac verò euulgata re, Parentes ipſi non liberos modo, ſed & armenta cõſultò illuc agerent, & ante oculos eius ſtatuerent, vt illa benedictione fauſta fœcundaret. Tanta tum erat Tereſiæ exiſtimatio, quæ licet ipsãmet non leuiter affligeret, Annam tamen noſtram illi adeò affectam vltra modum exhilarabat.

Diuertit obiter Sanctiſſima Parẽs in Cœnobium Fratrum noſtrorum Diſcalceatorum Beatiſſimæ Virgini Mariæ ſub Titulo *Auxiliatricis Domine*, ſacrum; quod in Eremo à Muliere Sanctitate celebri, D. Catharina Cardona, oraculo diuino conditum fuerat; inibique in extaſim elata, ipſam in Angelorum comitatu glorioſam, & hortantem, vt Monaſteria inſtituere pergeret, intuita eſt: Nec non etiam ſumma mentis lætitia Filios ſuos antiquorum Aegypti, ac Palæſtinæ ſolitudinis Patrum auſteritatem, virtutes, exercitia, totiuſque demum vitæ rationem, ęmulantes, ne dicam fortè ſuperantes, conſpexit, ac demirata eſt; vt ipſamet in libro Fundationum teſtatum voluit.

Exindè vlteriùs progreſſa 21. eiuſdem menſis Februarij Villam nouã peruenit; ac feſtiuiſſimè excepta, frequenti ſupplicatione, Monaſterium Sanctæ Annæ, diutiſſimè à nouem Virginibus expectata, ineffabili gaudio ſubiuit; & poſtero die memoriæ Cathedræ Sancti Petri dicato poſſeſſionẽ eius ſolemniori ritu iniuit, cęptamque huius fundationis celebritatem abſoluit. Explorabat, interea dum ibi moraretur peritiſſima Magiſtra, Tyronum ingenia, virtutes admirabatur, quas (vt aiebat) pluris, quàm redditus ampliſſimos faciebat; & eruditionis ſuæ acceſſionibus adaugebat. Et ipſę Matris Sanctitatem viciſſim cum ſtupore perſpiciebãt, cum maximo prouentu ſalutaria percipiebant documenta, amabili illius præſentia, ſuauique conuerſatione cum ſingulari animorum voluptate fruebantur: Quum momento improuiſo, ac lamentabili caſu tota earum lætitia in luctum verſa eſt. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Inuigilabat etiamnum prudens Fundatrix temporalibus noui Monaſterij neceſſitatibus, & ad regularem normam accomodãdę Domui, Clauſuræq; extruendæ operarios addixerat: quin etiã videns tam ipſos, quam filias ſuas aquæ penuria laborare (ex alto ſiquidem, ac profundo tantum puteo domi reperto vi extrahenda erat) Rotam illi, vt faciliùs erueretur, apponi curauit. Cũ ergo die quadam Faber illam, ad aquam è puteo hauriendam, coram circumſtantibus Virginibus adaptaret, manibus elapſa adeò validè proximam ferijt in brachio pridem diffracto Tereſiam, vt ictu proſternerętur, brachijque læſio dirè renouaretur. Attonitus Faber ſic illam ſpectabat, vt eam inopinato ſtupefactus euentu ſubleuare non auderet. Tunc Virgo, quæ mortua credebatur, ſe ſubrigit; & cum eſſet Sanctiſſimi Patris noſtri Ioſeph profeſtum, miraculo verſum eſt, ictu grauiſsimo ſtatim non fuiſſe peremptam. Paucis attamen ab hinc diebus ad latus, quo percuſſa fuerat, purulentum apoſtema intumuit, quo ad extremũ vitæ ſuæ diſcrimen redacta eſt.

Altiùs Anna noſtra in corde icta, quam fuiſſet in corpore Parens dilecta, curam eius in hac infirmitate, maiori ſollicitudine, maiori anxietate, iterum aſſumpſit; & in ea pro debito inſeruienda totos charitatis

ſuæ

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

suæ sinus explicuit, integra dilectionis viscera effudit. Miserandum, ad quem deuenit, vitæ terminum Mater Sanctissima; amarissimumq; filiarum planctum, quo imminentẽ eius obitum celebrarunt, sic Anna ipsa describit dicens: *Exilijt subito rota, lesumue eius brachium intercipiens, ac vehementer impetens, denuò longè grauiùs lasit. Haud multis subinde post diebus dirum ea corporis parte ingeneratum est apostema, quo adeò periculosè affecta est, vt nobis haud dubiè crudeli fato fuisset erepta, ni Deus eam singulari misericordia nobiscum aliquantisper adhuc moraturam à tanto discrimine liberasset. Etenim dum instantem operiebatur mortem, disrupto sponte apostemate conualuit. Et certè immanes, quibus torquebatur, cruciatus Filiabus suis, mihique potissimum morte propria duriores erant.* Igitur non sine nouo miraculo vitæ, ac sanitati reddita est; & ad alias Fundationes obeundas, innumerosue labores fortiter tolerandos iterum se se accinxit.

Villanoua discedens Toletum repetijt. Inibi litteras à Superiore accepit, quibus ipsi iniungebatur actutùm Vallisoletum pergeret, inde Palentiam, vt ibidem iuxta petitionem D. Aluaris *de Mendoza* insignis Reformationis fautoris, ciuitatis huius Episcopi, Monasterium institueret. Fecit quod sibi iubebatur obsequentissima Virgo; vnà cum Anna nostra, indiuidua semper, & carissima socia, Vallisoletum venit. Quò adeò graui morbo correpta est, vt illam omnes breui moriturã existimarent. Eluxit eo in periculo Annæ nostræ amor, & vigilantia; & sub eius cura, ac ministerio, volente Domino (qui vtriusque patientiam probaturus, & ingeminaturus meritum eam ad hoc discrimen deduxerat) ab eo pristinæ restituta saluti tandem euasit. Vbi verò conualescere cepisset, acriter à viris pietate, doctrina, & authoritate præstantibus hinc ad fundationem Palentinam, inde ad Burgensem vrgebatur. Neutra Virgini placebat, de vtraque nonnullis, nec leuibus fortè, de causis ægrè audiebat. Verùm die quadam post Sacrã Synaxim sic à Deo impulsa est: *Quid times? quandonam defui tibi? idem, quem alias fui, sum etiam & modo. Ne oblata tibi Monasteria respuas.* His verbis erecta, animo resumpto, rem aggredi decernit, & ad vtrumque opus ordinatim obeundum se præparat.

Verbis vix explicari potest, quot & quantos ex itinere labores subierint, quot incommoda pertulerint, à quot emerserint periculis per æstũ, per brumam, per medios torrentis Solis ardores, per medias nimbosi & inclementis cæli tempestates gradiendo. Horum aliqua recenset Sancta Mater Teresia, in libro præsertim Fundationum suarum, speciatim verò cap. 17. Verùm ea omnia sigillatim enumerare, Historiæque nostræ cancellis concludere, vltrà quod extra rem esset, ita & nimis longum, & impossibile foret; id expressim attestante Anna nostra, quæ eorum omnium & oculata testis, & particeps fuit, dum ait: *Si mihi labores omnes, quos passa fuit ijs annis, quibus cum ea iter agendo versata sum, percensendi incumberent, nunquam sanè dicendis finem facerem. Pro nihilo siquidem haberi debẽt ea omnia, quæ hac de re in eius libris reperiuntur.*

His insuper accedebant obmurmurationes, irrisiones, & contradictiones multorũ; temeraria aliquorum iudicia, falsissima quorumdam testimonia, contumeliosa aliorum conuicia, quæ omnia tametsi Beata Virgo Teresia inuicto animo, inelucabili constantia flocci faceret, Anna nihilominus æquanimiter tolerare nequibat. Inter hæc, aliaque acerrima experimenta, quibus sincerissimum illud virtutis aurum frequentibus suppositum ictibus, ignitaque veluti probatum fornace perfectiùs

fectiùs enituit ; eò aliquando maleuolorum licentia debacchata eſt, vt ſimilem ei, quam ſupra retulimus, expoſtulationem in Virginem innoxiam, quaſi Annæ confeſsiones excipientem, confixerint, eamque tanquam de Religione malè ſentiẽtem Sacro Inquiſitionis Senatui denuntiauerint. Præualuit equidem productis teſtib⁹ integritas vitæ maledicorum commentis apud integerrimos Iudices : At iniuria adeò iniquè Sanctæ Parenti illata tenerũ Annæ cor intimè ferijt, grauiterque affiixit. Hac de re die quadam, tempore Sacroſancti Miſſę ſacrificij, apud dilectum Sponſum confidenter conquerebatur : Quum ipſummet grauiſsima ſpecie, eaque ipſa forma, qua Pilatus olim eum Hebræorum Populo produxit, capite corona ſpinea transfixo, vinctis manibus, funeque ad collum appenſo, toto denique corpore ſaucio, innumeris plagis affecto, ſacro cruore madido, coram ſe ſtantem vidit. Mox tumultuantes, & horrendo modo obſtrepentes audiuit perfidorum Iudæorum turbas vna voce clamantes : *Crucifige eum, crucifige eum* : Adeo vt validis, & ingeminatis clamoribus caput illi videretur obtundi, & in partes diffringi. Tum Chriſtus propiùs ad illam accedens, blanda, ac ſuaui voce : *Reſpice me*, inquit, *ò Filia, cerne qualis ſim. Tibi ne labores tui, meis æquiparandi videntur ?*

Hanc ipſamet apparitionem recenſet ingenua Virgo ; poſtquam autem præmiſſam Chriſti retulit interpellationem, ſic deinde proſequitur : *Verba hæc, tot veluti ignita iacula cor meum tranſuerberarunt ; & in eo altè infixa tantum incendium excitarunt, vt mihi pro ſolatio fuiſſet, multò maiora pati, quàm ea, quæ patienda tunc ſe ſe offerebant. Hic viſus velociſſimè diſparuit, ſubitoque in mentem venit, quod pridem mihi Dominus prædixerat, me videlicet multos perpeſſurã labores. Eo extra me rapta, ac ſupra naturalem infirmitatem meam veluti euecta remanſi : Eiuſue recordatio tantùm pectori meo vigorem inferebat, vt labores omnes, quos in Sanctæ Matris ſocietate perferri contingebat, nihili prorſus ducerem. Porrò ijs ipſa, vtpotè tot confecta morbis, totque ſimul itinerum incommodis fatigata, longè acriùs, quàm ego, torquebatur : At ego eos, vltra quam dicere noui, perſentiebam ; eò vel maximè quòd nulla ferè, aut valde pauca in diuerſorijs, ad illi opem ferendam facultas ſuppeteret.* Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Sic ergo affecta erat Anna erga Teresiam, ſic illam vnicè diligebat, ſic eius ſanitati, & honori conſulebat, vt ad illam tantum reſpiceret, nec de ſemetipſa vllo modo cogitaret. Neſcio quam aliàs Sancta Mater contradictionem paſſa ſit à perſona quadam ſpirituali, ac deuota. Id ægrè tulit Anna, dum reſcijt ; & licet vltra conſuetæ diſcretionis, ac modeſtiæ terminos haud exceſſerit, pauca tamen verba aliquantum amaritudinis præ ſe ferentia protulit. Haud ita multo poſt in ſeipſam reuerſa, & intus recollecta, quod egerat, dixeratque altè perpendens, ac rigoroſo examini reuocans, ne in hoc offendiſſet verita eſt. E veſtigio itaque ſcrupulo exagitata, priuſquam ad Sacram accederet Synaxim culpam ſuam ſacro Confeſsionis lauacro abſtergere contendit. Tum ad communionis Feneſtellam appellens, Chriſtum ſibi ſeuero vultu apparentem ſpectauit, illumque ſe ſe acriter increpantem, & in hæc verba prorumpentem audiuit : *Perſona illa à qua leſa fuiſti, de me in rebus alijs benè merita eſt ; tu verò haud quaquam places, quod cum ea malè te habeas. Scito, Filia, me magis minimis tuis culpis offendi, quam tu grauiſſimis totius mundi peccatis offendi valeas. Tu namque, quod tua tantum intereſt ſentis ; at ego totius vniuerſi peccatorum ſenſu afficior.* His verbis, tanquam fulmine, icta Sacra Virgo, ſtupens, & immota permanſit ;

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

fit; ac multiplici humilitatis actu depressa, ad grauiora quæque æquo animo perferenda se se in posterum disposuit.

Cæterum vt vicissim quoque Teresia merito compassionis non defraudaretur, & laborum Annæ particeps fieret, eam identidem morbis diuexari sinebat Dominus. Itaque Salmanticam profectura, pridie quàm Vallisoleto discederet, adeò grauiter infirmatur Anna, vt eam illuc comitari ipsi prorsus impossibile foret. Ipso discessus die Sancta Mater cellam eius ingressa, eãque adeò malè se habentem reperiens, vt illam aliquantum solaretur, blandis his verbis affata est: *Ne, amabo, marore afficiaris, filia, aliam mihi ad hanc diem assumpsi viæ comitem; Prioriſſæ verò in mandatis dedi, vt ſtatim ac conualueris, te ad me, quocumque fuero, dimittat.* Hoc dicto, non sine intimo doloris sensu (quem tamen alto corde premebat, ne illam vlteriùs affligeret) cella egressa, nec nisi ægrè ab ipsa seiungi valens, orationi incubuit, eiusue salutem Deo vrgentissimè commendauit.

Non distulit benignissimus Dominus rogantem exaudire, illique quod petebat concedere. Paulo Post in ægrotantis cellam reuersa, quomodo valeret percontata, subrigens se se Anna, optimè, ac perfectissimè pristinę restitutam esse sanitati, respondit. Mirum dictu! momento operata est efficacissima Teresiæ oratio; & ipsam carissimæ sociæ salutem implorare, eamque impetrare idem omnino fuit. Fugata itaque febri, qua dirè vrebatur; resumptisue viribus, non secus ac si ea nunquam affecta fuisset, lecto surrexit; sanctæque associata parenti, cum ea Salmanticam, qua expectabantur, profecta est. Quasi Deus adeò euidenti miraculo indiuiduam earum societatem confirmare, seque illas, dum viuerent, vel tantillum ab inuicem separari nolle, ostendere voluisset.

Verum ad fundationes iterum reuertamur, Sacrasue Virgines ad eas obeundas pergentes prosequamur. Vallisoleto discedens, duxit secum Beata Fundatrix Agnetem à Iesu, Catharinam à Spiritu Sancto, Mariam à Sancto Bernardo, & Ioãnam à Sancto Francisco: euocauit verò Salmanticam Elisabetham à Iesu, vt alijs præesset. Palentiam appulsæ postridie festi SS. Innocentium Monasterium sub Titulo Sancti Ioseph in conducta Domo primùm locauit; quod postmodùm in Templo *B. Mariæ de Via*, continentibusue domibus ære comparatis frequentissima supplicatione totius vrbis, omniumque statuum gratulatione transtulit; vnde nouo priori addito nomine, vtroque Monasterium Sancti *Ioseph B. Mariæ* de Via deinceps appellatum est.

Inibi litteras Oxomensis Episcopi, qui dũ esset Toleti Canonicus, ei à sacris confessionibus fuerat, illamque ex tũ impẽsè diligebat, ac reuerebatur accepit, quibus; enixè exorabatur, vellet pijs D. Beatricis *de Viamonte*, viduæ ditissimæ, liberisue orbatæ, votis fauere; Numantiamq; præclaram suæ Diœcesis Ciuitatem, qua præfata degebat vidua, instituti sui Monasterium erectura, venire. Annuit vtriusque postulatis Sancta Fundatrix: octoque Monialibus, nimirum Catharina à Christo sanctitate illustri, quę loco præfuit, Beatrice à Iesu, quę supprioriſſæ munus obiuit, Maria à Christo, Anna Baptista, Maria à Iesu, Maria à Sancto Ioseph, Catharina à Spiritu Sancto, & Maria Baptista Laica, à V. P. N. Nicolao à Iesu Maria Vicario Prouinciali eò perductis, 14. Iunij 1581. Monasterium sine controuersijs, sub auspicijs, ac Patronatu SS. Trinitatis, in amplis ædibus fuit erectum.

Opere demùm numeris omnibus abso-

abſoluto Sancta Mater Tereſia, vna cum Anna noſtra, Numantia diſceſſit, Abulamque contendit, grauiſſimus obiter itineris aſperrimi exanthlatis moleſtijs. Sub initium Septembris eiuſdem anni illuc cum peruenisſet, à Monialibus tantæ Matris cupidiſſimis lætiſſimè excipitur; & in locum Mariæ à Chriſto, quæ tunc præerat, quæque de Prouincialis venia vltrò ceſſit, ſufficitur. Domus curam ſuſcipiens, nouo feruore concepto, ſimul cum fidiſſima ſocia, ſolitis Religioſæ, vel ut veriùs dicam, propè cæleſtis vitæ exercitijs incumbebat. Ingenti tunc rerum inopia, victuſque egeſtate ſacræ Virgines laborabant: At ſtatim ac affuit Sancta Parens, qua ſi eius præſentia omnes cælitùs benedictiones acciret, affluentem bonorum omnium copiam affatim Monaſterio intulit, ac paſtum animorum ſimul & corporum ſaluberrimum, vberrimumque prouidit.

Plus cæteris particeps erat Anna cæleſtium fauorum, atque chariſmatum, quibus eam tunc temporis locupletabat Dominus; non tantùm quod familiari ſponſæ Chriſti conuictu, ac conuerſatione ſibi de more innoteſcerent; ſed etiam, quod ipſemet Chriſtus Dominus illam miris modis eorum omnium conſciam faceret. Dum in Capitulo Conuentuali exhortationis verba, quibus ſacræ Virgines totæ in amore diuino exardeſcebant, totæ in omnigenarũ virtutum ſtudio mirum in modum inflammabantur, proferret: Anna ipſa incredibili perfundebatur voluptate, tantoque cordis iubilo ipsã loquentem audiebat, vt ſibi iam tum in cœlum degere videretur. Si quando autem illam ſpectaret, oculoſue in eam conuertere cõtingeret, ipſam diuino ſplendore circumſeptam, luciſque radios ſolaribus clariores ex ea erumpentes videbat, quibus obſtupeſcens ſimul, & exultans ad maiorem eius veneratione, ac beneuolentiam, reuerentiam, & amorem agebatur. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Et certè compertum, & exploratum eſt Chriſtum ipſum in eiuſmodi occaſionibus labia eius, vt ita dicam, mouiſſe, eique ſpeciali aſsiſtentia affuiſſe; vt illi, quæ dicenda eſſent, conſuleret, atque ſuggereret. Ipſum aliquando ad latus eius, dum ſermonem haberet, ſtantem conſpexit Anna, formoſiſſimum vtique, ac ineffabili lumine emicantem: adeò vt ſplendor ille ſupernus, qui è ſacrato eius corpore emergebat, per totum Capituli locum ſe ſe diffunderet; & in vnamquamque Religioſarum Virginum incognito, & incomprehenſibili modo inſinuaret: ipſamque intimè penetraret, peruaderet, atque abſorberet; illas omnes adeò ſpecioſas, tantoque fulgore relucentes relinquens, vt in ipſum transformatę, ac ſi mihi hoc vti loquendi modo fas ſit, veluti Deificatæ viderentur. Iſtud equidem Moniales reliquæ non videre, inſolitos tamen eius effectus expertæ ſunt: ingenuè ſiquidem poſtmodum fatebãtur, ſe nunquam tanta perfuſas fuiſſe conſolatione; nec in ſecreto animarum ſuarum arcano tantum dulcorem, tantam cœleſtium deliciarũ ſuauitatem percepiſſe.

Tot Anna ſupernarum gratiarũ, quibus dilectam parentem cumulabat Dominus, compos effecta, vitã cum illa lætiſſimam, ac fœliciſſimã agebat; nullam ab ea editam actionem aduertens, qua non admiratione, ac gaudio afficeretur; nullum verbum eius ore prolatum audiens, quod non ſtuporem adaugeret, exultationem ingeminaret. Quin etiam dum illi in neceſſitatibus inſeruiret, ſupernaturalibus cæleſtis voluptatis inundabatur affluxibus. Id præſertim contigebat, dum illi ad induendam, aut exuendam veſtem aſſiſteret; à quo enim brachium illi haud ſemel diffractum fuerat, eius ad hoc miniſterio, & ope indigebat. Tunc au-

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

autem adeo gratum, adeo ſuauem perſentiebat odorem è puriſſimo illius corpore exhalantem, vt eo extra ſe raperetur; iamque inexplicabilem ſupereminentiũ Paradiſi Thymiamatum fragrantiã pręguſtare ſibi videretur. Iſtud Epiſcopus Turiaſonenſis, eius vitæ ſcriptor celeberrimus, percenſet; ſe ſeque ab ipſamet Anna perdidiſciſſe teſtatur: nec non etiam poſt caſtiſsimæ Virginis obitum perſeueraſſe; tum ſibi, omnibuſque notum, & exploratũ fuiſſe ſubdit.

Non minori ſanè cordis oblectamento, non minori animi ſtupore, Sancta Mater Tereſia, tam naturalia, quàm ſupernaturalia dona à ſupremo bonorum omnium largitore Annæ conceſſa contemplabatur, demirabatur. Magna igitur, quam de ipſa conceperat, exiſtimatione, ad maximum totius Ordinis emolumentum, è re fore rata, ſi Laicæ conditionem mutaret, & ad choriſtarum gradum eueheretur, verbis, qua potuit, efficacioribus illam ad hanc ſtatus mutationem perſuadere adorta eſt. Idem etiamnum tentauit aliàs V.M.Maria à S.Hieronymo dum huic Monaſterio præeſſet. At humilis Virgo, quę in omnibus alijs non niſi dilectæ parenti promptiſsimè obſequi nouerat, hac ſe ſe promotione indignam reputans, conſtantiſsimè reſtitit, nec ad illam vnquam adigi potuit. Hoc animaduertens Sancta Mater, & ad Religionis bonum, Deique gloriam, id omnino expedire, ac neceſſarium eſſe cenſens, fortioribus uti medijs cogitauit. Prouincialis authoritatem, & imperium interponere decreuit, ſuppetias ſibi ab ipſo expoſtulauit: Qui aduocata Anna, nullaque humilitatis eius, aut excuſationis habita ratione, ipſi ſub præcepto, & in virtute ſanctæ obedientię iniũxit, ſe ſe incunctanter Sanctæ Parentis voluntati ſubijceret. Huic Superioris mandato, quo veluti Tonitrui fragore perſtricta fuit obediens Virgo, renuere non eſt auſa. Eo primum, quaſi perculſa fulmine, attonita, ſtupefacta aliquantiſper ſubſtitit; nec vllum in contrarium verbũ inferre potuit. Mox dolorem alto corde compreſſum diutiùs ſuſtinere non valens, in amariſſimum planctum, in ſuſpiria, in gemitus, in lachrymas, mœroris ſui teſtes, effuſa eſt. Tot intimi ſenſus argumentis emollitus Prouincialis, nec non etiã Sancta Mater Tereſia, re maturiùs expenſa ſatiùs crediderunt, illam vlteriùs non vrgere, nec eam maiori vi in ſententiam ſuam cogere, vſque dum Deus ipſe, ſcrutator, ac rector cordium, ſuauiùs illam ad id dignaretur diſponere. Hunc humilitatis effectum, quo ſemel Anna penitiſsimum Tereſiæ affectum ſuperauit, ac de illo gloriosè triumphauit, omnes ſanè in admirationem eius rapuit, & ad ipſam tum laudandam, tum æmulandam compulit. At Tereſiam ipſam ſuperiori abreptã ſpiritu ad Propheticum hoc oraculum pronuntiandum induxit: *Nolniſti*, inquit, *ò filia, quod adeo ardenter deſideraui præſtare. Eſto, nil refert, veniet tempus, quo idemmet Choriſtarum velum ſuſcipies: Tum tibi haud parum diſplicebit, te videns ad id ab alijs adigi, quod mihi denegaſti; meque ea conſolatione fruſtraſſe, quam ex hoc percepiſſem.*

Interea dum hęc in Abulenſi Monaſterio agerentur, Sanctaq; Parens tum eius adminiſtrationi inuigilaret, tum ex eo cætera omnia iamtũ erecta ſuæ Reformationis Clauſtra Apoſtolico ſpiritu perluſtraret, omnibus proſpiceret, omnia fœcundaret: huc acceſſit V. P. N. Ioannes à Cruce, vt eam ad condendum Monaſterium Granatam deduceret. Cum attamen anteuerſo tempore decretum fuiſſet, vt Burgos potius, ad opus ſimile, pergeret; Annam à Ieſu, vt in eius vita retulimus, cum comitibus, ſui vice illuc amandauit.

uit. Poſt hac verò à D. Catharina de Toloſſa, quæ Vrbis Burgorum veniam, ægrè tamen, multiſque peruiſctis difficultatibus tandem obtinuerat, per litteras ſemel, biſue incitata, imo & à Chriſto Domino admonita, animata, quantumuis moleſtiſſimis morbis, aſperrimoque frigore, quo potiſſimum infeſtabatur, à propoſito deterreri videretur, profectionem init.

Poſtridiè Feſti Circumciſionis, anni 1582. vna cum cariſſima Socia Anna à Sãcto Bartholomæo, & duabus alijs Alba euocatis Abula diſcedit: & P. F. Hieronymo à Matre Dei, duobuſue Patribus eam comitantibus Burgos iter inſtituit. Medinam primùm, ac dein Valliſoletũ haud abſque grauiſſimis, tum ex aeris inclementia, tum ex paralyſis ægritudine, qua torquebatur, obortis incommodis, prætergreſſa, Palentiam properè commeauit. Selectis inde quatuor alijs Monialibus, Chriſti Domini ſibi denuò apparentis, diſceſſumque conſulentis erecta verbis, quamquam diſſuadentibus hominibus, iterum viam carpſit, iterque proſecuta eſt: ac demum innumeris propemodùm exanthlatis laboribus, non ſine ſummo, frequentique vitæ diſcrimine, in quod tum ex ingruentibus à celo procellis, tum ex præruptarum callium aſperitate, tum ex inundationibus fluminum incurrerunt; & à quo miraculoſa ſanè Dei protectione, opeue ereptæ ſunt, die 26. Ianuarij Burgos peruenit.

Exerente tum Dæmone vires ſuas, vt (iuxta quod Chriſtus Virginem præmonuerat) opus impediret, ex quo tantum prouentum inferendum fore præſagiebat, multæ, acerrimæque hinc inde emerſere contradictiones, atque difficultates, ad quas ineluctabili, vt ſolebat, animo ſuperandas per plurium menſiũ ſpatium allaborauit Tereſia. Interim infenſiſſimus ille Sacarum Virginum hoſtis, eas ſtrepitu terribili, horrendiſue apparitionibus infeſtare non ceſſabat. Id Anna recenſens: *Vſque dum*, ait, *Sanctiſſimum Sacramentum ædibus Sacris collocatum eſt, multimodis terriculamentis diu noctuque moleſtabamur. Res multas aliquando in fruſta diffringi, & in nos impetu ruere videbantur: Et vice quadam Sancta Parens miſit me, quid rei eſſet, quod diſruptum, & diſploſum fuerat, exploraturam. Sed nihil eiuſmodi inueni: hæc enim omnia nil aliud erant, quam larvæ à maligno ſpiritu conficta, quibus nobis pauorem incutere, ac moleſtiam inferre ſatagebat. Et certè multa, multiſque modis hìc paſſa eſt Sancta Mater.* Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Verùm enim verò Annam, quam maximè oderat, præ cæteris exagitare nitebatur: Et quamquam, vt ipſamet teſtatur hac de re verba faciens, Dæmones omnes ſibi ſub diuerſis figuris apparentes, non ſecus ac muſcas floccifaceret; cœco tamen furore perciti ipſam varijs modis vexare non deſiſtebant. Die quadam lecto decumbens aliquantũ quieſcebat, cum audito inter dormiendum confuſo, veluti multorum in cubiculo exiſtentium ſtrepitu experrecta eſt; ſubleuatoque è ceruicali capite, innumeram vidit Dæmonum multitudinem; qui ſtatim ac ceruicem erexit, ad primum excitatæ Virginis aſpectum conterriti, fuga ſe ſe turmatim proripere, locoue per foramen in eo fortè inuentũ agminatim excedere, & tentabant, & ſe ſe mutuò impediebant. Ridiculum ſanè ſpectaculum ſine riſu aduertere nequiuit Sacra Virgo, vt ipſamet fatetur dicens: *Maximam profectò mihi videndi copiam fecere, quòd à me viſi confeſtim diffugerent, & quiſque primus exilire contenderet.* O Dæmonum ſuperbiam, operante numine, ab infirma Virguncula tam facilè perfractam!

Cæteras Dæmonum infeſtationes ipſiſſimis eiuſdem piæ Virginis ver-

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

verbis ſubijcere libet, quod vtiq; lectori haud iniucundũ fore arbitror. *Altera vice*, inquit, *ad aliquid noctu, pro Sancta Matre noſtra, quæ malè ſe habebat, agendum procedebam; lucernamque manu geſtabam; cum ecce ſub felis figura Dæmon acceſſit, lucernamque ſubiens lumen extinxit, me iam tũ longè à Sancta Parente exiſtente. Aliquantum ego excanduj, adeo vt niſi obſcuritate fuiſſem prapedita, quod pra manibus gerebam procul dubio in eum proiecijſſem. Vbi verò ad Sanctam redij, ridentem ipſam reperi. Tum dixit mihi: Quid tibi accidit, Filia? Quod euenerat narraui, meque aduerſus malignum hunc ſpiritum in iram concitatam fuiſſe liberè faſſa ſum. Mox ipſa ſubiunxit: haud rectè actum eſt, nec vellem efferbuiſſes. Et credidi ſanè ipſam totum in ſpiritu vidiſſe, tametſi nil aliud addiderit. Alias quoque mandauit mihi ſancta, lucem quæſitum irem, dummodo ſolam per medias noctis tenebras non timerem incedere; reliquę ſiquidē Sorores iam cubuerant. Cui ego; nil metuo, inqui, vbi Reuerentia veſtra id imperat. Hoc dicto in caminum conceſſi, cineres, quibus contegebatur ignis remoui; vbi verò lumen clarere cæpit, nigrum vidi Moloſſum caminum ſubeuntem, qui exinde fugam arripuit. Hæc autem Burgis contigere.*

Exactis igitur inter has Dœmonum vexationes, hominumque oppoſitiones tribus circiter menſibus, omnibus demum ſuperatis difficultatibus ad diē 9. Aprilis anno 1582. Monaſterium erectum eſt, & SS. Ioſeph, & Annæ nuncupatum: Cumque iam Moniales requieſcere cœpiſſent, in ipſo Aſcenſionis feſto prodigium accidit, quod ipſis Annæ noſtræ verbis referre non piget. Sic ergo illam loquentē audiamus: *Nihil planè eſt quod narratur ipſam perpeſſam fuiſſe in Fundatione Burgenſi, quæ omnium, quas ipſamet perfecit, vltima fuit. Tanta fuit huius domus indigentia, vt nobis, & victui, & cæteris vitæ neceſſitatibus requiſita deeſſent. Die quadam nihil aliud Sanctę Matri, ad ſummam debilitatem redactæ, ſuppetijſſe recordor, pręter panxillum panis, aqua madefactum. Exundauerat ſiquidem fluuius, & vrbem totamque circumuicinā regionem peruaſerat. Vnde nec à ciuitate nobis opem ferri, nec nobis quaqua verſum, ad auxilium implorandum, mittere poteſtas erat. Domus etenim extra mœnia exiſtebat, ac propè fluminis ripam ſita; aqua verò adeo excreuerat, vt intra domum ipſam irruperit: cumque iam vetuſtate ruinam minaretur, vndiſque intus, foriſue expoſita eſſet; non ſecus nutabat, quam ſi proximè prolapſura fuiſſet. Adeò pauperi, miſeroque Sancta Parens degebat cubiculo, vt per tectum peſſimè ſartum cœli lucem proſpicere liceret. Diruti parietes rimis hinc inde hiabant; adeo vt frigori, quod in hac plaga intenſiſſimū eſt, liberrima vndique pateret via. Intumeſcens iam fluuius ad primas domus contignationes peruenerat: cumque nos in tanto diſcrimine conſtitutas videremus, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramētum in ſuperiorem detulimus; noſque qualibet hora ſubmergendas, & abſorbendas fore putabamus. Imminentem itaque mortem operientes Litanias, preceſque fundebamus; & hoc pacto à Sexta matutina ad mediam vſque noctem in hoc periculo ſtetimus, nequicquam de manducando, aut quieſcendo vel curantes, vel cogitantes: Et certè neutrum nobis poſſibile fuiſſet, cuncta quippè inuenta domi aquis inuoluta fuerant. Afflictiſſima præſertim erat Sancta Parens, quę à paucis tantùm diebus Monaſterium erexerat, vixque fundationis poſſeſſionem inierat. Lux cæleſtis tunc aberat, illamque Dominus ſolam, deiectamque derelinquebat, adeò vt, an nobis remanere, an, vt aliæ Religioſę Virgines fecerunt, Clauſtro excedere conueniret, prorſus neſciret. Eramus autem omnes tanta perturbatione perculſæ, vt nequidem in mentem venerit, aliquid illi, ad eam in infirmita-*

mitate ſua aliquantulum refocillandã, ſubminiſtrare. Iam ergo intempeſta nocte appetente, ad me conuerſa: Vide, inquit, filia, num modicum panis relictum fuerit, mihique buccellam porrige; me namque vltra modum debilem ſentio. Id ſanè cor mihi altè ferijt, viſceraque diſcerpſit. Mox robuſtiſſimã nouitiam in aquam ad cingulum vſque pertingentem, vt ſuppoſitum panem erueret, immiſimus: Et ex eo fruſtulum ei erogauimus; nil quippè aliud ſuppetebat. Et profectò dubio procul periſſemus, ni natatores aduenijſſent, qui Angeli Dei videbantur, nec vnde veniſſent nouerámus. Hi ſubitus aquam demerſi domus fores validè diffregerunt, ac è conclauibus, cubiculiſue, aqua cæpit erumpere: ſed tot oppleta facibus, ruderibus, lapidibuſque à palante flumine inuectis reperta ſunt, vt ad ea omnia comportanda, vix octo Sarracæ ſuffecerint. Vacillabat iam, titubabatque proximè ruitura cella Sanctæ Matris Tereſiæ; cum ignoti nobis, & officioſi natatores opportunè manus auxiliares præbuere. Adeò diruta, patenſque, vti ſuperiùs prænotaui, hæc erat cella, vt dilecta Parens ex rorifero, infeſtoque ſereno propè conſiceretur. Duabus lectus meus lodicibus cõſtabat: Vnam ergo noctu ſuper ipſam expandebam, alteram ad cubilis eius latera componebam: & hoc adeò cautè, vt ipſa non aduerteret, nequaquam enim ſimile quid paſſa fuiſſet. Statim ac ſomno intercipiebatur, paululùm ego ab eius ſtrato ſemota ſedebam, vbi verò ab illa vocabar, quaſi è lecto ſurrexiſſem, ad eam accedebam: Tum ipſa Sancta me aliquando interpellabat, dicens: Quomodo, filia, tam citò huc aduenis? Aliàs eam dormientem relinquebam, & panniculos eius eluere pergebam, vt enim grauiter infirmabatur, maxima mihi conſolationis erat, omnia illi munda adminiſtrare poſſe: vt potè quæ nitorem apprimè diligebat. Multoties inſomnes ducebam noctes, nec id mihi vllatenus moleſtum erat, vt ipſi placere, meque melius debito meo exoluere va-

lerem. Huc vſque Venerabilis Anna.

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Salua itaque noua domo ab exundantis fluminis impetu remanente, haud abſque miraculo ab omnibus Sanctitati, ac meritis Beatæ Virginis Tereſiæ adſcripto: Ipſamet pia Fundatrix extremam eius inopiam, rerumque omnium penuriam, tot inter labores, ægritudines, ac moleſtias, intuita, & experta, Deum obnixè rogare cœpit, vt qui domum dediſſet, ac miraculoſa protectione conſeruaſſet, victum, cæteraque neceſſaria prouidere dignaretur, antequam inde excederet; &, vt impensè exoptabat, Abulam remigraret. Tunc Chriſtus illi apparens: *Quid dubitas?* inquit, *iam huic rei prouiſum eſt: abire potes.* Quibus certè verbis intulit, Deum huius Domus curam ſingulari Prouidentia geſturum. Hinc ergò de diſceſſu ſeriò cogitauit; Præfectaque Thomaſina Baptiſta Monaſterio, quod poſtmodum inſigni virtutum laude reſplenduit, haud ita multò poſt iter arripuit.

Palentiam ergo primùm, inde Valliſoletum, ac tandem Medinam attigit. Inibi præſtolabatur illam P.F. Antonius à Ieſu, vt eam, iuxta petitionem D. Mariæ *Enriquez* Albanenſis Ducisſæ, propoſito mutato Albam deduceret. Nuntium eiuſmodi mœſtiſſimè accepit Sacra Virgo, quòd Abulæ Monaſterium, cui præerat, petere in votis haberet, nec non etiam vtilius cenſeret: At quæ vſque ad mortem, ad quam iam properabat, obedientiam colere decreuerat, ſtatim obtemperauit.

Medina diſceſſit grauiſſimè affecta, vt potè quæ ardentiſſima adurebatur febri, acerrimiſque cruciabatur doloribus. Dirè torquebat Annam, quod illam tot malis conflictatam, videret, nec, quo illi opem ferret, pro viam reperiret. Hac rerum indigentia totum fermè biduũ ieiuna tranſegit: cumque ad oppidulum (cui *Peñaranda* nomen eſt) perue-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

peruenisſent, deliquium paſſa eſt, quod Annam, comiteſue omnes ad commiſerationem vehementer cõmouit. Amariſſimè plorabat afflicta ſocia; cumque pecuniã ad oua, vel aliquid aliud, quo ſubueniretur, quocumque pretio emendum, erogaſſet; nec eſculentum quicquã, præter paucas ficus ſuppeteret, à fletu temperare non valebat. Tum Sancta Mater eam conſolata: *Ne lugeas*, inquit, *ò Filia! Id modo ſic Deo placet. hæ ficus optimæ ſunt: Inopes multi tantundem victus non habebunt.* Proximo die in viculum alterum appellentes heſternam penuriam braſſica cœpis mixta, Sanctæ Parentis morbis haud leuiter aduerſa, compenſare coactæ ſunt: Pridieque tandem feſti S. Matthæi ægra Virgo, cum ſocijs, Albam tota concuſſa, ac penè diſſoluta peruenit.

Paucis poſt diebus hic occubuit ſydus illud Carmelitanæ Religionis totiuſque Eccleſiæ fulgentiſſimum, ſeu potiùs è tenebricoſo hoc ſæculo emergens, ſplendoris ſui radios cælo intulit; vt fauente, præſentiaque ſua lumen ingeminante æterno Empyrei Sole; ſpectantibus, & applaudentibus vniuerſis Paradiſi incolis, clariùs, perfectiùſque in perpetuas luceret æternitates. Dici nequit quanto cum feruore ſublimis ille, ac verè Seraphico amore flagrantiſſimus animus ad optatiſſimum illum, atque expectatiſſimum diem, quo ex hoc corporis, quantumuis Virginei, puriſſimique, exolutus carcere, deſideratiſſimis, fœliciſſimiſque Sponſi Chriſti frui poſſet amplexibus, ſe ſe præparauerit. Haud minus ægrè exprimendum venit, quanto cum mœrore iam certum, iam imminentem hunc cariſſimæ Matris diſceſſum Anna ſpectauerit, pertuleritque. Non tam Sancta Parens, quam ipſa, cum morte luctare, ac conflictari videbatur; adeò vt circũſtantes Virgines tenerrimo vtriuſque permotæ ſpectaculo in lachrymas ſoluerentur, atque liqueſcerent.

Triduò antequam obiret, cum ipſa verba faciens: *Tempus*, inquit, *tandem acceſſit, ò Filia, quo mihi moriendum eſt: appetit hora, qua ex hac vita migrem, & hoc erepta exilio Chriſto fruar.* Verba ſanè proferenti dulcia, & conſolationis plena, quibus candidiſſimus ille Cygnus, tanquam ſuauiſſimo cantu mortem ſuã, dudum ſibi notam, præſagire, ac prænuntiare videbatur: ſed dura, acerbaque audienti, quæ ad inſtar ſolitarij, ac mœſtiſſimi Turturis cõſortis orbitatem perennibus gemitibus celebrare debebat. His Anna auditis, ac pro fatali oraculo acceptis, tam immenſo, vt ita dicam, doloris pondere oppreſſa fuit, vt à dilectæ Parentis cella, lectoue ſe ſe mouere, aut tantillum diſcedere nõ valeret. Ipſi tamen accuratiùs, ac ſollicitiùs in omnibus inſeruiebat; præſcriptaque à Medicis, & à reliquis Monialibus ſubminiſtrata ſibi remedia, proprijs ſola manibus adhibebat.

Itaque nec ipſa moribundam Matrem in tam deplorato ſtatu relinquere; nec moribunda Mater abſentiam ipſius, quantumuis breuiſſimam, ferre poterat; vt potè quæ ſolo eius aſpectu mirum in modum recreabatur, maximumque percipiebat ſolatium. Ipſo obitus die aderat P. Antonius à Ieſu Vicarius Prouincialis, qui vltimãm eius confeſſionem exceperat, cœteraque Sacroſancta Eccleſiæ Sacramenta illi adminiſtrauerat; Annæ compatiens, iuſſit aliquid comeſtum concederet. Paruit obediens Virgo Superioris mandato; & Tereſia, quæ iam loquelæ vſum amiſerat, anxia per cellam circumſpicere cæpit. Percontatus eſt Pater, num Annam vocari vellet, ſigniſque annuente, confeſtim aduocata eſt. Haud mora properauit accedere, cellamque ingreſſa, illam moriens Virgo peramanter eſt con-

tem-

templata, blandèque ſubridens, nutibus, ac geſtis ſe ſe eius aduentu non parum lætari ſignificauit. Mox manibus ipſius apprehenſis, caput ſuum in eius vlnas ſuauiter reclinauit; Crucifixique Chriſti effigiem manu tenens; & eo habitu, quo B. Mariæ Magdalenæ imago depingi conſueuit, in latus incumbens, eo poſitu, vultu vltra modum flagrante, orationi intenta, ſpectaculis diuinis, quæ iam cernere incipiebat, affixa; cœleſtibus, quas iam præguſtabat, perfuſa delicijs, per quatuordecim horarum ſpatium perſeuerauit immota.

Quis viſus ſupernos, quis intimas communicationes, quis amoroſa colloquia, quis blanditias, quis fauores, quis penitiſsimorum affectuũ ſenſus, quis denique ea omnia, quæ toto hoc tempore inter ſanctiſsimã illam animam, eiuſue Sponſum dilectiſsimum interceſſere, aut verbis complecti, & explicare, aut mente aſſequi, & concipere ſufficiet? omnem ſanè verborum, ac naturalis eloquentiæ apparatum, & expreſsionem hæc ſuperant; omnem humanorum ingeniorum conceptum, acumen omne tranſcedunt: ſatiuſque eſt, ea Religioſo ſilentio premere, ſubmiſſo animo reuereri; quam rudi exarare calamo, vel auſu temerario inueſtigare. Ea tamen partim benigniſsimũ Dominum Annæ manifeſtaſſe fatendum eſt. Contemplabatur illam indiuidua ſocia, ſuis, vt ante diximus, brachijs reclinatã, ſuſpenſam, ſignaque animi cum Chriſto agentis, admirantis, & ex oſtenſorum magnitudine ſtupentis exhibentem; & ipſam, à qua totum vitæ ſuæ ſolatiũ vnicè dependebat, è vita emigrantem abſque incredibili doloris ſenſu, cernere nequibat: Cum ecce (ò mirum planè, ac iucundum ſpectaculum!) Chriſtum ipſummet vidit, inenarrabili ſplendore, ac maieſtate refulgentem, innumerabili Sanctorum comitatu ſtipatum, infinito propèmodum Angelorum numero circumſeptum, qui benedictam illam morientis Sponſæ animam ſpectabat, expectabatque, vt illam è Virginei corporis habitaculo egreſſam, in immortalis gloriæ thalamum, eo in æternum fruiturã, deduceret. Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Annæ igitur mœrore hoc viſu in lætitiam verſo (quod ſanè primum, nec infimum fuit decedentis Tereſiç miraculum) ad tertiam noctis horã, die 4. Octobris Sancto Franciſco ſacra, anno 1582. ætatis verò ſuæ 68. Fœlicem illam animam niue candidiorem ſub candidiſsimæ columbæ ſpecie efflauit, & à brachijs Annæ ad Chriſti brachia dimiſit. Sic iſtud oculata teſtis expendit, dum ait: *Per ſpatium, quo Apoſtolicum Symbolum recitari valet, durauit hæc viſio. Ita vt ſufficiens mihi tempus affuerit, dolorem meum, mœſtitiæque ſenſum in maximam reſignationem commutandi, veniamque à Domino exorandi, dicens: Domine ſi Maieſtas Veſtra, illam mihi ad conſolationem meam modo vellet relinquere, nollem ego, vbi ſummã eius gloriam conſpicata ſum. Itaque obnixè deprecor, ne vno quidẽ mihi momento hic illam ſinas. Et hoc dicto Beatiſſima hæc anima expirauit, & ad Deo fruendum candidiſſimæ ad inſtar Columbę euolauit.* Magna ſanè Annæ, omnibuſq; eius vtriuſque ſexus alũnis ſe ſe inuicem conſolandi, Deumque Optimum Maximum benedicendi occaſio! Maior Sanctiſsimæ Parenti in Deo exultandi, nobiſque benefaciendi opportunitas!

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

CAPVT XXXII.

Superiorum, ac Sanctæ Matris, iam defunctæ, sibique apparentis, mandato Abulam redit: Varijsque alijs eiusdem Sanctæ Parentis in Cælo glorioſæ potitur apparitionibus.

VIx è viuis exceſſerat Sancta Mater, orphanamque Annã in Cœlos migratura reliquerat, cum celebre illi nunquam perituri amoris præbuit argumentũ, à Deo impetrans, vt ab omnibus in poſterum creaturis foret aliena, ipſique tantummodo Deo indiſſolubilis neceſsitudinis vinculis coniuncta. Id ipſamet ſcriptis teſtatum voluit, inquiens: *Vt Sancta adeò me ſingulari proſequebatur affectu, ipſam rogaueram, me ſolari dignaretur, mihique à Deo omnimodam obtineret libertatem, qua deinceps à nemine deuincirer. Naturaliter quippè ad amãdum propendebam; Ipſam, vltra quam diligi poteſt, impensè diligebam; cæteriſque Religioſis, quas perfectioni uidebam incumbentes, quaſue ſingulari complectebatur beneuolentia, maximè affecta eram. Idcircò me aliquoties Sancta Parens monuerat, nimiã hanc cum amicis neceſſitudinem ad animæ meæ bonum minimè conuenire. Illam ergo ad animæ prouentum hortabatur deponerem. Id autem ad hanc uſque horam, qua Deus eam uiuis abſtulit, efficere nequiueram. Hanc protinus mihi gratiam impetrauit à Domino. Ex tunc enim liberrima, & ab eiuſmodi expedita nexibus extiti. Quin etiam plus illas, nunc amare mihi uideor, quas abſque vllo amoris proprij contagio, me amare contingit. Porrò cætera omnia non pluris facio, quam ſi ſola in hoc mundo conſiſterem: nec non etiam Sorores ipſas omnes in Domino ſolùm, ac pro Domino diligo. Sed quod magis demirandum eſt, tanta mihi inde animi uis obuenit, vt ipſum quoque Sanctæ Parentis corpus ſepulturæ tradendum haud ſecus præparauerim, ac ſi funeſto illius obitu nullatenus afflicta fuiſſem.*

Ne nimium extra Hiſtoriæ noſtræ terminos calamus illectus excurrat, reliqua, quamplurimaque mira, quæ in hac Sacrarum exuuiarum elatione contigere, volens, lubenſque miſſa facio, lectoremque ad Hiſtoriographos Hiſpanos remitto, quæ Annam noſtram ſpectant, vlteriùs recenſurus. Albæ igitur terræ ſacro corpore magno populi concurſu ſolemniter mandato, pia, & indiuidua ſocia poſt mortem etiam Parentem ſuauiſsimam, qua poterat, comitari deſiderans, nec à cariſſimis eius reliquijs diuelli valens, ibidem ſubſiſtere, reſiduumque vitæ tranſigere cogitauit. *At obſiſtere* pijs Virginis votis Abulæ Moniales, quæ dilecta orbatæ parente, rediuiuamque in fidiſsima eius Socia ſpectaturæ imaginem, apud Superiorem egerunt, vt Abulam reduceretur. Annuit earum petitioni Superior, & Annam ire iuſsit. Ipſa verò, quæ non niſi Superiorum mãdatis obſequi nouerat, huic etiam obtemperare decreuit. Durum tamen, & acre nimis videbatur, pretioſum amatæ Matris pignus relinquere; & amore vrgente, nec non etiamnum reluctantibus fortè Albanenſibus Monialibus, & ad Superiorem recurrendum ſuadentibus, aliquantum quid ageret ambigebat: Cum fluctuanti Sancta Mater apparens glorioſa, cœleſtique lumine circumfuſa, omnem omnino à ſuſpenſa mente dubitationem paucis his verbis abſtulit: *Præcepto pare, Filia, & uade.* Quibus dictis ab oculis euanuit.

Iucundiſſimo Parentis dilectiſſimæ oblectata viſu, conceptiſſimis erudita, excitata verbis obſequentiſſi-

tiſſima filia, ſe ſe incunctanter ad iter accingens, Abulam profecta eſt. Illuc appellens ſumma quidem animorum gratulatione, ſed non minori cordiũ afflictione à ſacris Virginibus fuit excepta. Illam præter morem, ſolam, & abſque Sancta Matre acceſſiſſe videntes, in amariſſimum omnes prorupere planctum: Eiuſque aduentus, quanquam expectatiſſimus, & ardenter optatus, vtrimque tamen iam dudum conceptum renouauit dolorem, ingeminauit luctum, mœrorem exacerbauit, & ab omnibus iterum lachrymas, ſingultus, lamenta acciuit. Omnia huius Monaſterij loca, obiecta omnia primam anteactæ inibi cum Magiſtra Sanctiſſima vitæ rationem præteritæque ſortis, ac fœlicitatis imaginem in mentem reuocarunt. Hìc degens orationi, certiſſimo ſanè in omni tribulatione ſua veluti refugio, impenſiùs incumbebat; totumque in ea animæ ſuæ ſolatium reponebat, reperiebat. Non tantum in ea dulciſſima amabiliſſimi Sponſi conſuetudine, arctiſſima vnione, tenerrimis blandimentis, multimodis demum communicationibus, atque fauoribus cęleſtibus, ac diuinis perfruebatur: ſed cum Beata quoque Parente Tereſia, non ſecus ac dum in eo Conuentu cum ipſa vitã ageret, familiariter conuerſabatur, ſuauiſſima miſcebat colloquia, reconditiſſima quæque pectoris ſui ſenſa promebat, effundebatque. Ad ipſam, cuius tam altè inſculptam cordi gerebat effigiem, in neceſſitatibus omnibus confidenter confugiebat; Ab ipſa, de cuius ſanctitate, ac gloria nullatenus dubitare poterat, opẽ rogabat, implorabat auxilium, gratias poſtulabat: Et eam promptè accurrentem, potenter oppitulantem, liberaliter fauentem experiebatur. Adeò vt non iam ipſi abſens, & mortua, ſed viua, præſenſque videretur.

Verùm (quod timoratæ conſciẽtiæ argumentum irrefragabile eſt) cum ad exemplum Sanctæ Matris Tereſiæ, cuius Magiſterio inſtructa fuerat, quidquid ageret, quidquid cogitaret Confeſſarijs ſinceriſſimè aperiret, eoſque humiliter conſuleret; vt quid fieri deberet, præſcriberent: Contigit vt illum, qui ei tum à ſacris confeſſionibus erat, de omnibus, quæ ſibi in oratione ſuccedebant, & inter alia de implorata ſanctæ Parentis apud Deum interceſſione moneret. Illam hic, profectò non valdè ſapiens, & indiſcreto ſanè ſuccenſus zelo, acriter increpauit; Eique non minus imprudenter, quam ſeuerè iniunxit, ne inpoſterũ Virginem nondum ab Eccleſia faſtis adſcriptam inuocare præſumeret. Siluit, & morem gerere ſtatuit humilis Virgo, ad hoc inhibentis præceptum, quo tanquam iaculo trajecta fuit, cuique iuxta prudentiæ regulas repugnandum erat. Cæterùm ſæuum, ac ſubauſterum viſum eſt, vt quæ dura mortis neceſſitate dilecta parente orbata fuerat, nec non etiam poſtmodum dura obedientiæ lege à ſacris eius ſpolijs diuulſa; nunc demum à mentali eius ſeu conuerſatione, ſeu inuocatione vnicum ſibi relictum ſolatium prohiberetur. Nouum hoc, & inexpectatum vulnus tenerum Virginis cor acerbè torſit, grauiſſimè afflixit: Mox appetente nocte hoc angore affecta in cellam ſe recepit; ac poſt varios cogitationum æſtus, ſomno correpta eſt. Tum Sancta Mater, longam eius vexationem non ſuſtinens, affuit dormienti; ſe ſeque illi ſole clarior, ingentique gloria reſplendens conſpiciendam præbuit. Hic ſtatim viſus omnem prorſus à deſolatæ corde mœroris caliginem abſterſit, lætiſſimamque immenſi gaudij ſerenitatem inuexit. Ad illã demum glorioſa Parens accedens, eamque verbis ſuauibus, & ad præſentem eius anxietatem opportunis affata: *Pete*, inquit, *à me, Filia,* Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

quidquid libuerit, mequè tibi totum impetraturam ne dubites. Ad hæc verba experrecta est Anna; oculosue aperiens sanctam ipsammet sibi adstantem vidit, eadem forma, eodem habitu, eodemque splendore refulgentem, quibus eam in somno apparentem conspexerat; eodemque momento de rei veritate secura, ac de promisso sibi ab ea facto nullatenus oblita, ad modum alterius Elisæi: *Precor*, intulit, *Mater, spiritum Dei mihi obtineas; ita vt semel animæ meæ infusus, semper in ea permaneat, nec ab ea vnquam discedat.* Quo dicto, & annuente Sancta Parente, illamque de impetranda gratia certiorem faciente, è vestigio disparuit, eiusue animum tot prius motibus agitatum, nunc verò sedatum, tranquillumque, maximaque pace, ac lætitia perfusum reliquit.

Haud ita multò post impensè exoptarunt tam Anna ipsa, quàm reliquæ Moniales Abulenses, nec nõ etiam *D. Aluarez de Mendoza* primum Episcopus Abulensis, postmodum verò Palentinus, multique alij viri pietate pariter, ac nobilitate clarissimi, vt Sacrum B. Virginis Teresiç corpus, Albę sepultum, inde Abulam transferretur. Res quidem difficilis, rationabilis tamen visa est. Nam Sancta Parens, dum supremum vitę diem clausit, Abulensi Monasterio præerat; & inibi olim Reformationis suæ iecerat fundamenta: atque ita ab omnibus, contradicẽte nemine, Monasterium illud velut totius Ordinis caput, ac fontalis origo censebatur, ac reuerentia singulari colebatur. Huic desiderio suffragari videbatur ipsamet Sanctissima Fundatrix, in cuius sepulchro strepitus interdum audiebantur, & ex eo festis præsertim Sanctorum, quibus B. Virgo Religiosiùs addicta fuerat, mirus variusque efflabatur odor, modò liliorum, modò violarum, modò aliorum florum fragrantiam repræsentans; & aliquando etiã nulla prorsus odoramenta terrestria, sed nescio quid cœleste redolens. Quæ sanè omnia magnum quid portendere, speciatim vero eius ex hoc tumulo egressum præsagire videbantur. Id Anna, cum instanter Deo in oratione cõmendaret, & vrgentibus, qua poterat, precibus promouere, & ad effectum perducere moliretur; subito extra se rapta, & ab Angelis Albam ad sepulchrum Sanctæ Parentis in spiritu deuecta est: apertoque à cælestibus ductoribus loculo, vidit cũ ingenti gaudio purissimum Virginis corpus integrum, odoratumque, ac eo ipso modo, quo postmodum inuentum est. Dum autem admiratione simul, ac lætitia suspensa pretiosissimas cõtemplaretur reliquias, his verbis ab Angelis interpellata fuit: *An ne sufficit tibi? Quid aliud desideras? Vellem vtique*, respondit Anna, *vt sacrum hoc corpus Abulam transferretur.* Promiserunt Angeli, fore aliquando, vt voti compos efficeretur: Illamque de futura translatione certam, exultantemque relinquentes, disparuere; piaque Virgo sensibus reddita ad se reuersa est.

Porrò Anno 1583. nouem ab interitu mensibus, 4. Iulij die, cum P. Hieronymus à Matre Dei Prouincialis illac transiret, capta opportunitate, tum primum effossa terra, fractoque conditorio, iam putrido, humiditate, ac mucore, ab iniecta calce, aquaue procedente, referto, sacrum tamen corpus mira integritate incorruptum, imo & suauissimum exhalans odorem, vestibus, sarcophagoue communicatũ, haud absque pio, lætoque stupore, repertum est: ac post effusas Deo laudes, mundis vestibus, ac linteis obuolutum, in eodem loco decentiùs, digniùsque reconditum. Sparsa miraculi fama maiorem in modum Annam, ad sacrum desiderandum depositum, accendit. Cùm ergo ad hunc effectum instantiùs die-

qua-

quadam oraret; affuit benigniſſimus Dominus & illi: *Ne angaris*, inquit, *filia, veniet*. Noua quidem hac Angelorum Domini ſponſione, in priori ſibi facta ab Angelis confirmata, nec parum exhilarata fuit. Ea tamen haud plenè conquieſcens, & vlteriùs, quo tempore id foret, ſcire percupiens, percontanti Chriſtus reſpondit, ad feſtum Præſentationis Beatiſſimæ Virginis. Quod poſtmodum, edito hac de re decreto in Carmelitarum Diſcalceatorum comitijs anno 1585. 18. Octobris Paſtranæ coactis, factum fuiſſe conſtat, & exploratum eſt: Siue ſacrum corpus ipſiſſima Præſentationis die tumulo, & Alba elatum, Abulamque tranſlatum fuerit, vt ipſamet Venerabilis Anna in ſua relatione inuit; ſiue vt alij volunt (nec in temporis computo errare cenſeantur) id. 24. Nouembris (quæ intra eiuſdem feſti octauam, apud Carmelitas celebrari ſolitam, numeratur) acciderit, & in hoc ſenſu verba Prædictionis accipienda ſint.

Summa igitur Abulenſium Monialium, ac præſertim Annæ gratulatione intemeratum dilectæ Parentis corpus, exceptum; & conditorio miro artificio elaborato; ſericiſque operimentis, & auratis clauis exornato; addito inſuper Phrygiani operis inſcripto. repoſitum eſt. Et certè iure merito gratulari ſibi debebant tanto, tamq; pretioſo accepto theſauro, à quo mille benedictiones, mille gratias haurire poterant; quoue medio earum animæ diuinis affatim chariſmatibus, cœleſtibus diuitijs locupletandæ, ac cumulandæ erant. Huius rei mentionem faciẽs Anna ipſa, ſic ait: *Tot Domus tota illuſtrabatur luminaribus, vt quandã Cœli ſpeciem repræſentare videretur. Ex tum verò adeò frequenter Sancta Parens Filiabus ſuis fauere, ac blandiri conſueuerat, vt nulla prorſus ſolà per Conuentum valeret incedere; cui non ſtatim appareret, quamue amabili ſua præſentia ſolari non dignaretur.*

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Potiori iure Anna, quæ plus cæteris à glorioſa Matre diligebatur, eiuſmodi potiebatur viſionibus, nec non etiam gratijs alijs quamplurimis ſibi cœlitus ab ipſa impetratis, quarum nonnullæ breuiter, ac curſim attingemus. Die quadam neſcio quæ animæ ſuæ ſenſa Confeſſario, vt ſolebat, aperuit. Tum iſte, ſiue illa haud parum ſapienter probaret, ſiue pœnitentem ſuam probare imprudenter intenderet: *Quæ refers*, inquit, *Matrem Tereſiam redolere videntur. Apage, ſoror, ne illam imitere: eiuſmodi nugas à te longius abige*. His verbis non minus indiſcretè, quàm temerariè effuſis, tot veluti ſagittis transfixa fuit Anna. Vltrà modum afflicta in hortum conceſſit; & oranti Chriſtus apparuit mira ſpecie, miro ſplendore decoratus: ſubleuatoque Pallio ditiſſimo, quo erat amictus, illi Tereſiam, quã brachio peramanter amplexabatur, cordis lateri inhærentem, ac ſtrictiſſimè coniunctam oſtendit, & ſuauiſſimis verbis illam affatus: *Reſpice*, ait, *quo eam loco poſitam teneam: ne velim perturberis, ſine illos quidquid voluerint effutire*. Quo dicto ab oculis euanuit, piamque Virginem tanto gaudio perfuſam reliquit, vt quæ paulò ante mæſtitiam capere nequibat, vim poſteà lætitiæ exultantem vix cohibere poſſet.

Tam ſtupendo maternæ gloriæ ſpectaculo ad illam pro viribus, sãcta virtutum æmulatione, aſſequẽdam adacta; Poſtquàm, cui potiſſimum incumberet, vt Deo impenſiùs placeret, diu deliberaſſet, nec id ſe ſola decernere valeret: ad ſepulchrum Seraphicæ Magiſtræ, tanquam ad oraculum, quo dubia ſua dirimi conſueuerant, confugit; rogauitque inſtanter, hanc animi ambiguitatem reſolueret. E veſtigio affuit Sancta Parens, & illi humilitatem ſignauit: cui reliquo vitæ tẽpore adeò ſtuduit ingenua Virgo,

cuiuſ-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

cuiuſue adeò mira, medios inter honores ſibi ob eminentem ſanctitatē ab omnibus, vbicumque degit, collatos, edidit exempla; vt facilè dignoſci liceat, eam tunc illi cælitus fuiſſe infuſam; & ipſam à Deo tanquam viuum huius virtutis exemplar, ac prototypon conſtitutam fuiſſe.

Cum aliquando ad veſperam diei feſti Clariſſimi Martyris Sancti Sebaſtiani Matutinis laudibus, cum cæteris Monialibus, in choro aſſiſteret, extra ſe rapta, vidit Sanctam Matrem Tereſiam Cœleſti Gloria coruſcantem, ſplendore ſuperno circumfuſam, quæ de Cœlo dilapſa, ac ſuper Prioriſſæ ſedem quieſcens, diuinum cum ſacris Virginibus recitabat officium; & eadem, quæ à Prælata proferebantur, verba repetebat. Huiuſcemodi autem viſionis effectum ſic ipſamet deſcribit, dicens: *Inde animam meam tanto diuini amoris incendio conflagrantem ſentiebam, vt toto Matutinarum laudum tempore non eminentem illam, qua ſancta fruebatur, gloriam cum penitiſſimo voluptatis ſenſu reſpicere nō valerem. Mox infinitas Domino gratias rependere non ceſſabam; ac demum ſummum animam meam ſubijt deſiderium pro tam benigno, ac benefico Deo aliquid patiendi, qui ſeruos ſuos hoc modo remunerare ſolet.*

Modis alijs quamplurimis ſe ſe illi præſentiſſimam exhibebat Beata Parens Tereſia. Paucos exigebat dies, quin cū ipſa familiariter ageret; Ferè ſemper illam ſibi propinquam, lateri ſuo adhærentem, indiuiduè ſecum verſantem, loquentē, incedentem, adiuuantem, nunc internis, nunc externis etiam cernebat oculis, vt ex ſtatim dicendis, & ex reliquo huius hiſtoriæ decurſu luculenter patebit. Si quando verò illius ſe ſe ſubtrahebat obtutibus; alio quodam arcano, ac mirabili modo ſpiritum eius recreabat, corroborabat, extimulabat, ſuauiſſimo videlicet cœleſtis illius odoris, quē ſacrum eius corpus ſpirabat, afflatu, olfactuque. Quod vtique ipſamet ſcriptis tradens, ait: *Multoties quoque vim mihi, ac robur ſuppeditabat intimo quodam amoris ardore cordi meo ſecretò inſtillato; nec non etiam eademmet prorſus odoris fragrantia, quæ à ſacro eius corpore efflabatur; quamque, tametſi amabilis mihi ſuę preſentiæ copiam minimè faceret, haud minus ſentiebam, quàm ſi corpus ſanctiſſimum mihi adhæſiſſet.*

Inſigne ſanè huius rei exemplum extitit, quod cum Deo ad famularum ſuarum probationem, ac meritum ordinante; moleſtiſſima quadā infirmitate omnes ſimul huius Monaſterij Moniales, Anna tantum, & altera ſorore laica exceptis, correptæ, lectoue decumbere coactæ fuiſſent: Et Anna ſola cum ſocia, maximo charitatis, ac ſpiritus feruore omnibus inſeruirent, in tantum demum labore nimio virium defectum deuenit pia Virgo, vt vix mouere ſe ſe valeret. Tunc ad Sanctæ Parentis tumulum pro ſolito accurrens: *Heu!* inquit, *ò mater dilectiſſima, auxiliare mihi. Corpus quippe meum adeò defatigatum, adeò fractum eſt, vt vix mihi pedibus ſubſiſtere liceat. Suppetiare precor, feropem, da vires, quas ſcis me tantum exoptare, vt ſororibus omnibus valeam miniſtrare.* Hæc verba vix protulerat, cum intra ſemetipſam omnimodam de obtenta gratia certitudinem, ac ſecuritatem experta eſt, ipſamque Sanctam Matrem ſibi reſpondentem audiuit: *Vade, quod petis efficiam.* Quàm citò, quamque fideliter effectus ſponſionem ſubſequutus fuerit, ipſa teſtatur, dum ſubijcit: *In culinam conceſſi, cineres ignem contegentes manibus reuellere cœpi, ſtatimque ex eis odor ſacri corporis non ſecus emerſit, quam ſi præſens hic extitiſſet. Tantum verò ſpiritus vigorem, tantum robur defeſſis artubus indidit, vt nulla mihi prorſus laſſitudo, debilitaſque*

que relicta fuerit. Corpus mihi totum, vt ita dicam, commutatum videbatur in ſpiritum: & vſque dum omnes conualuerint, eodem prorſus modo me corroborare non deſtitit. Multoties ſartagines ipſe, & quacumque alia culina inſtrumenta tangebam odoratas ſacri corporis reliquias, haud ſecus redolebant, quam ſi ea ipſa propriis manibus tetigiſſet. Quod mirum ſanè, ac ſtupore dignum erat.

Ad arcam, qua conditum erat Sanctæ Matris Tereſiæ Corpus, quæque meritò ſacrarum exuuiarum incorruptione, liquore, & odore Cœleſti, alijſue prodigijs ad ipſam continuò patratis, Arcæ Teſtamenti, in qua Moyſi virga, manna cœleſte, diuinaque lex includebantur, comparari poterat, tanquam ad oraculum, in dubijs omnibus ſeu ſuis, ſeu aliorum, confugiebat Anna, vt iam paulò ſuperiùs prænotauimus; & inde certa ferre reſponſa conſueuerat. Celebre admodum fuit illud, quod ipſi circa Tereſiam à Ieſu dilectam Sanctæ Parentis neptem contigiſſe refertur. Illam Sancta Fundatrix, ſacro indutam habitu, & nominis, & virtutum ſuarum reliquerat hæredem. Vix benè adhuc primos adoleſcentiæ annos attigerat, quippe quæ decimum tantum, ac ſeptimum ætatis annum agebat: & iam tum ad tam ſublimen ſanctitatis gradum pertigerat, vt omnes illam, velut pellucidiſſimum Religioſæ perfectionis ſpeculum, Amitam glorioſam ad viuum repræſentans, intuerentur.

Multæ diuerſorum Conuentuum Prioriſſæ illam ad ſua Monaſteria pertrahere ambiebant, & re ipſa apud Superiores id aſſequi tentarũt. Vna præ cæteris adeò vrgenter inſtauit, vt res proximè executioni mandanda crederetur. Reſtitit tamen, qua potuit, quæ Abulæ præerat: cumque ſuſpenſus adhuc, pia eius reluctantia, exitus remaneret, Annę iniunxit, ad Sanctæ Matris ſepulchrum contenderet; eamque, quid ad Dei gloriam, ac Religionis bonum agendum eſſet, conſuleret. Iuſſa Virgo è veſtigio paruit, & à Beata Parente hoc accepit reſponſum: *Hinc nunquam Tereſa exitura eſt.* Pauca ſanè verba, ſed profectò efficaciſſima, vt pote, quæ litẽ pietatis obtentu excitatam protinus dirimere valuere, & rerum euẽtum certiſſimè præſignarunt: quamquam enim multoties Superiores eam inde ad varias fundationes obeundas, educere deinceps cogitauerint; improuisò tamen occurrentibus, nec ſine peculiari Diuinæ Prouidentiæ conſilio immiſſis obſtaculis ab intento ſuo fruſtrati ſunt; & exacto paucorum annorum ſpatio præclariſſima Virgo, haud abſque maxima ſanctitatis opinione, ſupremum inibi diem obijt: Anna verò, quæ tum in Belgium degebat, ipſiſſima obitus ſui hora, ipſam, comitante Sancta Matre, & Amita Tereſia, in Cœlum ire vidit.

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

†

CA-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

CAPVT XXXIII.

Multis à Deo reuelationibus, tum circa singulares personas, tum circa publicos euentus, tum circa Religionis suæ Regimen, tutamentum, ac bonum insignitur.

FRuebatur Anna, Abulensi Clausstro, tanquam amœnissimo Paradiso septa, delicijs propè cœlestibus, & ad dilectæ Parentis Sepulchrum intimiora cordis sensa fidenter effundebat, & ab ipsa vicissim illustrationibos supernis, ac blandimẽtis humanum captum excedentibus, maxima animi voluptate perfundebatur, & afficiebatur: cum ecce repentina, & inexpectata procella mentem Virginis perculit, ac tranquillitatem illam lætissimam euertit, interturbauit. In hũc quippe modum ineluctabilem eius constantiam probare cõsueuerat Deus, vt ex supra recensitis liquidò patet. Dominus ergo Ferdinandus *de Toledo*, cui ab absente Patruo D. Antonio Aluare *de Toledo* Albæ Duce, totius Ducatus Prouincia demandata fuerat, quique Alba aberat, dum illinc sacrum corpus exportaretur, rescita postmodum translatione, vehementer fuerat indignatus, de repetendo thesauro seriò cogitauerat, & ad hunc effectũ Sixtum V. Summum Pontificem interpellauerat: qui per Nuntium suum in Regis Hispaniarum curia degentem V. P. N. Nicolao à Iesu Maria Patrum nostrorum Excalceatorum tunc temporis Prouinciali in mandatis dedit, Præfatum corpus in priorem locum restitui curaret. Hic itaque extemplo voluntati Pontificis humiliter se subijciens, per P. F. Nicolaum à Sancto Cyrillo, ac per P. F. Ioannem Baptistam, Manzeræ, ac Pastranæ Priores, illud Albam reportari præcepit. Quod 23. Augusti 1586. factum est: & licet Abula, vnde fuit extractum, litem coram Summo Pontifice hac de causa mouerit, postquam tamen hinc inde, vltrò citroque satis certatum est, definitiua tandem sententia corpus Albæ permansit.

Exprimi nequit quantum cordi Virginis hæc veluti sacrarũ exuuiarum expilatio mœrorem inuexerit. In omnimodam videbatur sibi rerũ omnium solitudinem deuenisse, sublatoque vnico *in hac mortalis vitę peregrinatione relicto sibi solatio*, amarissimas eliquabatur *in* lachrymas; & in orationem plus solito incumbens, apud dilectum Sponsum de abrepto thesauro peramanter cõquerebatur, doloremque suum exhalare solebat. Solabatur *illam miris*, & inusitatis *modis benignissimus* Sponsus; Materno orbatæ corpore, frequentiùs, suauiùsque sui ipsius copiam faciebat, & externam hanc orbitatem internis charismatũ cœlestium compensabat influxibus. Quin etiam multa illi tum diuina, ac stupenda reuelauit arcana, innumerisque eam ditauit illustrationibus, quibus tum secretum priuatarũ quarundam personarum penetrauit statum, tum publicos futurarum rerum prægnouit, ac prædixit euẽtus: quemadmodum ex sequentibus notum fiet exemplis.

Celebre tunc temporis erat per Hispanias, imo etiamnum & per vniuersam Europam, nomen Vlisiponensis illius Monialis, quæ Dæmonis arte confecta sanctitatis larua omnes fermè deluserat, & ipsummet Philippum Secundum Hispaniarum Regem, comparato ingenti sumptu exercitu, sub falsa victoriæ spe, in Elisabetham Angliæ Reginam, aduersus Ecclesiam rebellantem, innoxiumue Catholicorum sanguinem impia

impia barbariè fundentem, armauerat. Illuſionem in ſpiritu detexit Anna noſtra. Vidit ſiquidem nocte quadam in ſomnis validum, ac procelloſùm ventorum turbinem è Monaſterio, quo infęlix degebat mulier, erumpentem; tantamque ſubleuantem, ac diffiantem pulueris vim, vt immenſa propè hominum multitudo ea prorſus excęcaretur, ac ſolo proſterneretur: nec niſi pauci admodum, qui præcelſas conſcenderant arbores, à miſeranda cæterorum ſorte ſe ſe eximere valebant. Tum illi ſupernè datum eſt intelligere, hos vltimos eos eſſe, qui aliorum veſtigijs haudquaquam inhærentes, animoſque ſuos, ac corda altiùs ad Deum efferentes, ſe ſe inani ementitæ ſanctitatis opinione pertrahi; vaniſſima Hypocritæ, ac ſuperbæ mulierculæ fama decipi, vehementi, vniuerſalique, non immeritò minus, quam fraudulenter euulgatarum virtutum aura, pulueręque obduci, obſcurarique minimè permittebant. Voluiſſet quidem Virgo illuminatiſſima, ſupernoque inſtructa viſu, Diabolicas Technas propalare, totque hominũ millia dolosè circumuenta à ſtructis eripere inſidijs: ſed, vt humilis erat, proprioque parum fidens Iudicio; & aliunde etiam inſignis iniquæ deceptricis exiſtimatio, tot doctiſſimorum, cordatorumque virorum ore probata, tam altas apud omnes iam fixiſſet radices, communi tot æmulorum ſententiæ incaſſum contraire non pręſumpſit, ſatiuſque duxit rem tacita Domino commendare.

Porrò cum poſtmodum claſſis portu ſoluiſſet, & anxijs animis victoriæ nuntium expectaretur, infenſiſſimus humani generis hoſtis fraudem ſuam vlterius promouere volens, in Angelum lucis transfiguratus, alteri cuidam arctiſſima cum præfata moniali neceſſitudine, ac familiaritate coniunctæ, apparuit; eam de adepta victoria falsò certiorem reddidit; & in publico Eccleſiæ conceſſu, coram ingenti populi multitudine, ad ſacrum audiẽdum accita, illam ouantis more ad exclamandum compulit: *Victoria, Victoria*. Pernulgata itaque Phantaſticę victoriæ fama remotiſſimas Hiſpaniæ plagas velociſſimè peruaſit, & ab omnibus ſumma animorum exultatione excepta eſt. At quã aliter magno Hiſpaniarum diſpendio ceſſiſſet, Deus fideliſſimæ Seruę ſuę Annæ, de veritate prædictionis ambigenti, vel vt verius loquar, de Dœmonis commento nullatenus dubitanti, portentoſo, ac tremendo viſu demonſtrare voluit. Se ſe illi Saluator ſeuero, & minaci vultu in Cœlo conſpiciendum dedit. Calicem manibus gerebat, nigro coopertum velo, cuius quatuor extremitates hinc inde dependentes, in quatuor veluti flagella deſinebant ſanguine cruentata. Cohorruit afflicta Virgo ad horrendum ſpectaculum, trementeſque manus in altum protendens, iratum numen exorare cœpit, tumentes indignationis fluctus ſedare digtaretur. Adhęrentem ſibi aliam inſtituti ſui ſenſit Monialem, quam tametſi diſtinctè dignoſcere nequiret, dilectam tamẽ eſſe Sanctam Matrem Tereſiam minimè dubitauit, eamque eodẽ feruore, eademque inſtantia diuinam miſericordiam audiuit implorantẽ: Quin etiam ipſammet Beatiſſimam Virginem Dei Genitricem conſpexit, quæ ad Vnigeniti filij ſui latus conſiſtẽs, ipſum obnixè deprecabatur, rigorem in dulcedinem, iuſtitiam in indulgentiam commutaret. Poſtquam autem aliquandiù orationi inſtaſſet, ad ambas demum conuerſa, illas in hanc ſententiam affata eſt: *Grates agite, Filiæ, Dominus exaudiuit vos, iamque illius ira reſedit*. Quo dicto viſio euanuit.

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Percrebeſcente attamen in dies magis mendaci fama victoriæ, cum

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

omnes propemodùm futilibus fanaticarum mulierc ularum ineptijs fidem adhiberent: iterum oranti Annæ Christus apparuit Cruci affixus, totoque corpore saucius, qui confossas clauis manus reuellens, ipsamque edito signo aduocans, mæstissima voce: *Cerne*, inquit, *quod geritur*. Mox Pelagum ostentans; brachiumue dextrum aquæ immittens, multaque mortuorum cadauera educens: *Ecce*, subiunxit, *tot delusorum vocibus celebratam victoriam. Hi sunt victores illi præclarissimi, quos infestum, & naufragum mare fluctibus iusto iudicio exasperatis absorbuit*. Deplorando visu adeò afflicta remansit pia Virgo, vt per dies multos nullam omnino consolationem admittere potuerit, luculenter perspiciens, quantum Deus offensus extitisset temerario eorum consilio, qui nefandis, nescio an execrabilis dicam incantatricis, an vilissimæ somniatricis, suasionibus tantum opus aggedi ausi fuerant. Postmodum enim, quanquam intempestiuè, infœlicissimus rei exitus nimiam eorum damnauit credulitatem, flagitiosi dœmonum mancipij fraudes detexit, sinceramque præuisionis Annæ veritatem manifestissimè comprobauit.

Sed ab hoc horrendo spectaculo oculos retrahamus, & ad iucundum aliud conuertamus. Sub id tempus Iubilæum Abulæ institutum, ac promulgatum est. Omnes Christifideles seu Ciuitatis huius incolæ, seu circumquaque accolæ se se ieiunijs, eleemosynis, orationibus, alijsue pietatis operibus, præsertim verò Sacramentorum Confessionis, ac Communionis frequentatione ad Indulgentias lucrandas accingunt. Id præ cæteris Anna maiori cura, maiori sollicitudine præstat. Cumque præfixo ad sacram synaxim die diuino refecta cibo, statim à sumpta Eucharistia feruenter in oratione apud Deum instaret, supernam Ciuium Abulensium mentibus dignaretur lucem infundere, qua se se ad tanti thesauri participationem disponere valerent: pijs Virginis votis extemplò fauens Benignissimus Dominus, animas illi maioris eorum partis conspiciendas obtulit, mira pulchritudine decoratas, mira puritate nitentes, vt facilè colligeret, eas omnes diuinæ gratiæ compotes, aut effectas fuisse, aut effecturas esse. Quòd sanè insolitam æstuanti pectori lætitiam intulit, vt ipsamet sub his verbis fatetur: *Ostendit*, inquit, *mihi Clementissimus Dominus maiorem ciuium partem, quorum animæ candidissimarũ ad instar columbarum micabant. Inde maximam ego in anima mea voluptatem percepi: Idque singulare mihi motiuum extitit, tum in vehementissimũ diuini amoris impetum prorumpendi, tum grates diuinæ bonitati haud secus rependendi, quàm si ego sola tot gratiarum affluxibus perfusa fuissem.*

Non immeritò hic annectendum est, quod illi cum quadam Monasterij sui Moniali contigisse memoriæ proditum est. Hæc, à quo Religionem professa fuerat, occultis quibusdam affecta peccatis, quę nũquam sacra Confessione purgare ausa fuerat, grauissimis exagitabatur tentamentis, mœstissimam, ac miseram planè vitam agebat, nec sibi tantum molesta erat, sed multas etiã alijs inquietudinum occasiones suppeditabat. Nemo vnquam animæ secreta ægritudine laboranti opportunum remedium afferre valuerat: quantumuis enim anniterentur, tum Confessarij non imperiti, tum ipsi quoque Superiores in spirituum discretione haud parum versati, illam tamen ad meliorem mentem reducere frustrà tentauerant. Res prorsus desperata videbatur: cum Superior Monasterij visitationi incumbens, salutique infœlicis subditæ prouidere ardenter exoptans, illam inspirante Deo in manus Annæ, tãquam

quam vltimum, & efficaciſſimum in rebus deſperatiſſimis perfugiũ, commiſit; abſolutoque illius regimini ſubiecit. Demandatum munus, quamquam obtento indignitatis, & imperitiæ prætextu, profundo humilitatis inſtinctu detrectaret initio humilis Virgo; iterato tamen coacta ſuperioris mandato, eodem humilitatis ſenſu ſubijt, fauſtoue exitu adimpleuit. Ad Deum è veſtigio in oratione confugit, ſibi lucem, ſorori medelam expoſtulatura, ipſumq; ſibi dicentem audiuit: *Pete ab illa, num ſe ſe de tali, ac tali materia confeſſa fuerit.* Pari ſimul prudentia, ac lenitate paruit Anna, infeſtatam hac de re percontata, negatiuum reſponſum tulit: Iterumque ad orationem reuerſa, illi Deus inquietæ Monialis animam patefecit, tanta fœditate, ac nigredine deformatam, tanta caligine, & obſcuritate circumſeptam, vt eius aſpectus haud vulgarem ei horrorem incuſſerit. hoc viſu tanquam acerrimo transuerberata iaculo, miſeram conuenit, blandè alloquitur, tenerrimè hortatur, & ad peccata, de quibus illam interpellata fuerat, quanto citius confitenda compellit. Quo facto denuò illi clementiſſimus Dominus animam eius, ad modum pellucidiſſimi chryſtalli, perſpicuã, aliquibus tantummodo leuium imperfectionum conſperſam næuis, oſtendit. Quod ipſamet referens hoc modo teſtatur: *Poſtquam ſe ſe Pœnitentiæ Sacramento expiaſſet, ad me redijt, & Dominus iterum mihi animam eius propalans, ipſam vidi, non ſecus ac clariſſimum chryſtallum, prænitentem. Aliquas ſolùm in ea venulas ipſam ab vna in aliam partem, ad modum fili ſerici ſubtiliſſimi, interſecantes, ac permeantes aduerti. Quid rei eſſet ignorabam, Confeſſariumque percontata, nil aliud eſſe reſpondit, quam imperfectiones, paſſioneſque, quibus naturaliter affecti ſumus. Haud mediocri perfuſa fui conſolatione, ob gratiam cariſsimę huic Sorori à Domino conceſsam, quam illa adeò grato erga Deum, imo & erga me ipſam, cui cura illius iniuncta fuerat, accepit animo, vt gratitudinem ſuam ad hodiernum vſque diem perſeueranter manifeſtare non ceſſet; & ſpero, quod ipſomet opitulante Deo ſancta futura ſit.* Hæc Anna, quibus ſanè, non ad demirandam tantum diuinam bonitatem, ſed ad tanto proficiendum exemplo permoueri debemus. Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Alia quædam eiuſdem Monaſterij Monialis in non minori profectò ſe ſe vidit redactam anguſtia, quamquam id minori cum eius culpa cõtigerit. Moleſtiſſimis infeſtabatur tentationibus, internis conficiebatur ærumnis, incredibili in oratione angebatur ariditate: nec à Confeſſarijs, alijſue quibuſcumque, quantumuis conantibus, vllum prorſus accipiebat aut remedium, aut ſolatium. Cum ergo in tam miſerando immerſa ſtatu, neſcia quid ageret, diutiùs fluctuaſſet, repentina Annæ cogitatio mentem afflictam ſubijt: è veſtigio ad illam accurrit, tanquam ad ſecurum in omnibus neceſſitatibus azylum. Rogauit, apud Sanctã Matrem Tereſiam opem imploratura inſtaret. Pollicita eſt Anna; dumque die quadam ad hunc finẽ orationi incumberet, improuisò vidit moloſſum immanem, totoque corpore, collo excepto, nigerrimum, è Monialis corpore prorumpentem. Tum ſtupens, ac tremens, totaq; in contemplatione teterrimæ ferę defixa, Sanctam Matrem Tereſiã iuxta ſe ſtantem cernit, ſibique dicentem audit: *Nullam illi amplius crudelis hęc beſtia inferet moleſtiam.* Eodẽq; inſtanti cuſtodem conſpicata eſt Religioſę Virginis Angelum, mira ſpecie, ac luce refulgentem, ipſamque protegentem, & ab internis angoribus eruentem: Et ab hoc inſtanti ab omnibus prorſus libera euaſit, vt ipſa poſtmodùm faſſa eſt.

Grauiſſimis altera torquebatur tenta-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

tentationibus aduerſus Catholicæ Fidei myſteria pugnantibus. Id cum ſuperiori luce illuſtrata reſciſſet Anna, illam adijt, blandis ſermonibus affata eſt, efficaciſſimis rationũ momentis peruincere diffidentem, labantem confirmare, erigere labẽtem, afflictam conſolari, qua potuit, ſategit. Verum infenſiſſimus humanæ ſalutis hoſtis illam iam tum ad tam deploratos adegerat terminos, vt Phreneticorum more, non ſolum opportuna reſpueret remedia, ſed & piam Virginem malo ſuo commiſerantem, illique totis viribus mederi, ac conſulere conitentẽ abhorreret, & ab ea diffugeret. Multoties ab ipſa repulsã paſſa, nec tamen ab officioſo propoſito deterrita, cum illam ſuauibus, vt ſolebat, adhortationibus die quadam vrgeret, inopinato hęc æſtu excandeſcens: *Apageſis*, inquit, *à Soror, nec amplius mihi verbis importunis aures obtundas. Perperam id egeris; nihil enim horum, quæ effutis, credere valeo.* Præceps, ac parum ſanum peruicacis effatum æquanimiter tolerans humilis Virgo, ſedatè, ac leniter reſpondens: *Cenare*, ait, *dilectiſſima Soror, nec animum deſpondeas. Crede precor, & firmiter adhærere omnibus, quę nobis ab Eccleſia, à fide proponuntur, tanquam veriſſimis, certiſſimis, & à quibus ne minimum quidem aberrare fas eſt.* Cui alia pertinacius replicans: *Sat eſt*, ſubiunxit, *quantumcumque annitar, intellectum ad credendum excæcare non poſſum.* Mœrore percita receſſit Anna, nec tam damnabili indignata obſtinatione, quam deflendum ſororis ſtatum miſerata, ad ſacram ſynaxim acceſſit; ſumptoq; Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, cum Dominum pro infœlici nutantis ſororis ſorte enixè exoraret, ipſum ſibi dicentem audiuit: *Dic illi, eam optimè poſſe, verum non eſſe quod imprudenter ingerit, me vobis liberum reliquiſſe arbitrium, gratiam meam malo quocumque fortiorem eſſe; ac proinde nullo modo ambigendum, quin credere valeat, ſi velit.* Verba ſanè notatu digniſſima, vt pote ab illius ore prolata, qui cum prima, æternaque veritas ſit, nec falli, nec fallere vllatenus poteſt, quæque haud dubiè fœlicem habuiſſe exitum arbitrandum eſt.

Innumera planè alia ſuppeterent exempla ſupernæ huius illuſtrationis, qua illuminatiſſima Virgo latentes eorum, quibuſcum verſabatur, affectus introſpiciens, opportuna dabat conſilia, ægriſue animis efficacia remedia ſuppeditabat. Vltrà quod ea omnia, quæ in hoc genere contigere, ſingulatim percenſere, prolixum procul dubio foret, ac fortè tædioſum; neminem etiam eſſe reor, qui ea vel numero, vel pondere ſcriptis poſſit æquare. Vnde ſatius eſt ea Religioſo venerari ſilentio, quam hic confuſa, & indigeſta congerere. *Vnum tantum* ad communem totius Reformationis ſtatum ſpectans præteriri non licet. Sæuiebat tempeſtas illa grauiſſima, è medio renouati Carmeli ſinu exorta, de qua ſuperius huius libri cap. 19. mentionem fecimus, quæque totam Diſcalceatorum vtriuſq; ſexus familiam perturbauit, & aliquas præſertim Moniales, Primatũ, imò & ipſius Summi Pontificis, inaudita parte circumuenti, authoritate fretas, ad legitimis ordinis ſuperioribus renitendum, adegit. Impermota ſtabat Anna, dilectæ Parentis, ac Magiſtrę Tereſiæ veſtigijs inhærẽs, pro parte Superiorum, quibus humiliter obſequi inconcuſsè cenſebat; nec non etiam Conuentum Abulenſem, tot inter agitationes, mira pace, ac tranquillitate fruentem, in ſuam ſententiam pertraxerat, fouebat, ac tutabatur: cum ecce Sancta Mater Tereſia in viſu illi apparuit, ſeuero, ac minitanti vultu, quæ à reluctantibus Monialibus geſta fuerant, improbãs, earumque præcipuam *toruis* reſpiciens

ciens oculis, ſe ſeque ab illa veluti remouens, & abſcondens. Vt inde Anna noſtra facilè collegerit, quemadmodum ipſamet teſtatum reliquit, quantum in hoc Sanctæ Parenti diſplicuerit Monialis illa, quæ alioqui haud vulgari ſanctitate pollebat, & hinc maiora poſtmodum in virtute, ac meritis accepit incrementa.

Opportunam hanc, Conuentum Abulenſem, ad quorũdam aliorum exemplum, ſubuertendi, eademque procella exagitandi, occaſionem nactus veternoſus ille Cœleſtium bellorum excitator, ab Anna viſus eſt, infinito propemodum rebellium, malignorumue ſpirituum ſtipatus ſatellitio, qui Monaſterium obſidebant, ſepta eius circuibant, maxima muros agilitate ſubibant; In illud furore perciti, ad modum exundantis torrentis, prorumpebant; per illud effreni audacia vagabantur, & aduſque reconditiſſima illius loca, peruadere, permeare, perluſtrare, omniaque in illis inuenta peruaſtare, peruertere, ac diripere tentabãt. Horrendo ſpectaculo perculſa Virgo, infauſtum ex eo præſagiebat, pertimeſcebat rei exitum, cum in tanto rerum diſcrimine, auidis oculis, læta mente, Sanctum Ioannem Euangeliſtam, Sanctum Ioſeph, Sãctum Iacobum, ac S. Bartholomeũ Monaſterium vidit intrare. Pretioſiſſimis omnes Sacerdotalibus ornamentis amicti erant, alioſue præcedebat Sanctus Ioannes, & aurato, quod manu geſtabat, ſceptro totam domum aqua benedicta reſperſurus procedebat. Tum ad Annam conuerſus: *Nos*, inquit, *Monaſterium hoc à Dæmonum inſultibus intemeratum ſeruabimus*. Hoc dicto à Virginis obtutibus ſe ſe Sancti Protectores eripuere: Sed quam inuiſibiliter præſentes adſtiterint, quamque fideliter promiſſionem compleuerint, effectus probauit; Toto quippe tempore, quo ſupradictæ ſæuijt procella, Conuentus hic tanta pace, tanta tranquillitate potitus eſt, vt facilè dignoſci poſſet, eam cælitus inuectam, ſeruatamque fuiſſe. Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

CAPVT XXXIV.

Matritum amandatur cum V. M. Maria à Sancto Hieronymo, quæ, vt Monaſterio præeſſet, electa fuerat. Multa ibidem ad Religioſarum Virginum profectum præſtat, multa patitur, multis à Deo gratijs cumulatur.

OPortebat ſanè animum tot ſupernis donis, tot diuinis Chariſmatibus, tot cœleſtibus affluxibus, & illuſtrationibus locupletatum, in Abulenſi Clauſtro, velut ſub modio deliteſcentẽ, inde extrahi, & ad Ciuitatem Matritenſem, Regiam Hiſpaniarum Curiam, deduci; vt ad inſtar lucernæ ſuper candelabrum collocatæ, toti Hiſpaniæ, imò & toti orbi in eam confluenti, lucem afferret pietatis, ardorem charitatis inferret. Illuc ergo perrexit vna cum V. M. Maria à Sancto Hieronymo, Sanctæ Matris Tereſię Conſanguinea, & inter primas eius Diſcipulas nulli inferior, quæ in locum V. M. Annæ à Ieſu, eius ſuaſu, ſacrarumque Virginum votis ad Monaſterij regimen ſuffecta fuerat, vt libri huius cap. 19. prænarrauimus.

Vix nedum dici, ſed nec etiam credi poteſt, quanto cum animorum mœrore Moniales Abulenſes cariſſimam ſibi Annam amiſerint, quantoue cum gaudio à Matritenſibus excepta fuerit. Illic eam amantiſſimus Dominus, in præmium obedien-

Digitized by Google

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

dictiæ, quæ vt Superioribus obtemperaret, non ſine aliquo doloris, ac repugnantiæ ſenſu, Monaſterium Abulenſe reliquerat, cœleſtium cõmunicationum, ac viſionum ſublimitate, atque frequentia in dies magis, ac magis ditauit, cumulauitque. Illud in primis celebre eſt, quod ipſi circa nouæ Prioriſſæ gubernium reuelaſſe, ipſamet teſtatur his verbis: *Tantam Prioriſſæ gratiam, tribus primis adminiſtrationis ſuæ menſibus, conceſſit Dominus; vt Sancta Mater Teresia in eius locum conſiſteret, eiuſue vices gerens Monaſterium regeret. Ipsã ego non minus clarè, diſtinctèque videbam, quam dùm nobiſcum in viuis ageret. Tantam verò menti meæ reuerentiam ingerebat, vt fixis illam oculis reſpicere nec poſſem, nec auderem. Quoties ad Prioriſſam aliquid expoſtulatura accedebam, non Prioriſſam ipsã, ſed Sanctiſsimam cernebam Parentem. Eiuſmodi viſu cęteræ Monialis non fruebantur, ſed regiminis ſuauitatem demirantes, ad inuicem dicebant: Deus bone! quæ Prioriſſa hæc, quam nobis adeò tetricam fingebamus,* (Talem enim eſſe neſcio qui maledici obgannierant, & iniqua obtrectatione Sacrarum Virginum mentes aliquantum ab ea abhorrentes, & auerſas effecerant) *nunc verò tanquam Angelum potiùs, quam creaturã mortalem experimur? Vt quid tam acriter reluctatæ fuimus ad illam aſſumendam? ſtupebant omnes, nec nouerant, quid dicerent. Domus porrò quandam veluti cæli ſpeciem præferebat, & in ea habitantes ad aliqualem cæleſtium gaudiorum participationem translatæ videbantur. At ego præ cæteris itimiùs, ſuauiùſque oblectabar, vt potè quæ ſecreti conſcia eram, quod tamen nemini vnquam volui propalare.*

Interea hæc ægrè ferens hoſtis inuidentiſſimus; Religioſam pacem interturbare tentauit. Igitur tam Prælatæ, quam ſubditarum cordibus ſuſpiciones quaſdam fraudulenter immiſit, quibus hinc inde de reciproco affectu ambigere cœperunt. Inde immoderati motus, dubitationes, diffidentiæ, timores, mœſtitiæ, anxietates, inquietudines, vtrimque ortum duxere; & ſi non mutuam charitatem omnino extinxere, haud parum ſaltem diminuerunt. Quin etiam pernicioſiores exinde dubio procul pertimeſcendi erant effectus, niſi Anna inter atras has nubes, tanquam Angelus pacis, ſeu radius quidam diuinus affulſiſſet, notum turbinis authorem fugaſſet, excitam ſedaſſet tempeſtatẽ, ſerenitatemque priſtinam reduxiſſet. Id ipſamet fatetur dum ait: *Cum maximo pacis deſiderio incedebam; maximoue cum amore, ac ſingulari alacritate Monialibus inſeruiebam, eaſque in neceſsitatibus ſuccurrebam. Vnde mihi multum fidebant, arcanaque cordis cum omni ſinceritate aperiebant: tametſi ego à debita obſeruantia, & obſequij lege, qua Prælatæ meæ obſtricta eram, ne tranſuerſum quidem vnguem diſcederem. Cum aduerſis in eam tentationibus permotæ ad me accedebant, illas ego in hanc ſententiam alloquebar: Mater noſtra, ò cariſsimæ ſorores, vos omnes impensè diligit: ne, precor, aliud de ipſa ſentiatis. Id vos ipſæ probate, ite confidenter, ac ſincerè ad ipſam; certò quippè ſcio, nil eam magis peroptare, quam vobis in omnibus, pro poſſe, ſuę charitatis exhibere obſequia. Cum Prioriſſa verò verba faciens, à minima contra Moniales querimonia exactiſsimè abſtinebam; & Deo ſoli, ac charitati intendens, illam ſic quoque in eundem ſenſum affari conſueueram: Mater mea dilectiſsima, ipſam ſanè ſorores ſpeciali proſequuntur affectu; enixè R. V. exoro, illas ſolari velit, dum ad eam confugiunt. Verè optimæ ſunt; ſed aliquantula, vt video, premuntur anguſtia; illas, amabo, ad te venientes ſereno, ac gratioſo vultu excipe. Integrum hoc Triennium in eiuſmodi charitatis exercitijs inſumpſi, quidquid laboris, quidquid moleſtiæ occurrebat, lubenter amplectens, vel potius, vt verum ingenuè fatear,*

fatear, lætanter, & alacriter ferens. Vt enim ea omnia ob amorem dulciſsimi mei Ieſu, vel audiebam, vel efficiebam, non dura, non grauia mihi videbantur, ſed pro ſuauiſsimo Muſicæ concentu, ac pro delicijs erant.

Miro itaque ſupernæ Prudentiæ erudita dictamine, Anna noſtra, quę ſanè prudentes inter Virgines, charitatis lampades lenitatis, ac commiſerationis oleo ritè fouentes, meritò computanda eſt, his, alijſue ſimilibus idoneis, & opportunis medijs, detecta infenſiſſimi hoſtis machinamenta eluſit, ipſum à Sacris ædibus cum probro abegit; & Religioſas Virgines, quas vi, dolouę exagitare conabatur, tot inter infeſtationes, profunda fecit pace gaudere. Id ita Deo acceptum fuit, vt illud multimodis præmijs remunerare voluerit. Quæ ipſamet Anna deſcribit in hæc verba: *Quandoque in his occaſionibus anima mea adeò intima abſorbebatur oratione, vt illud nõ aliter explicare valeam, quam exemplo hominis in Arce quadam munitiſsima, & inexpugnabili dormientis. Quamplurimi ſiquidem hinc inde venti in eam quidē fremere, & ingruere poſſunt; at ingens eorum murmur, ac ſonitus, viro illi in imo, ac tuto poſito, & quieſcenti ſuauiorem ſomnum inuehere conſueuit. Aliàs me benigniſsimus Dominus, haud ſecus omnipotenti manu efferre videbatur, quam lignum ſubtiliſsimum, aut leuiſsimum ſuber aqua ſuſtineat: Quantumuis enim fluctus procellis intumeſcant, immergi quidem, ſed non ſubmergi poteſt, ſemperque ſupernatare ſolet. Pari modo me Deus ſubuehebat, tantaque familiaritate animam meam regebat, agebatque, vt nunquam à latere meo, vel tantillum videretur diſcedere Et certè dicere nequeo quot gratias, quot fauores tunc temporis mihi conceſſerit; quamque ſuperabundanter, atque magnificè remuneratus fuerit labores illos leuiſsimos, quos ob eius amorem viliſsima hæc peccatrix perpeſſa fuerat.*

Ineffabilibus his fruebatur Anna delicijs, cum in dies illi Sponſus amantiſſimus nouas ſeu patiendi, ſeu merendi occaſiones ſuppeditare voluit. Hæc inter alias præſertim emicuit. Rotæ, culinæ, alijſue laborioſis Monaſterij officijs de more incumbebat; potiſſimum verò, quod illi ſemper pergratum extitit, malè valentium ſimul curam gerebat; cũ die quadam, poſtquam illarum vni, quæ alioqui haud vulgari virtute prędita erat, edenda ſubminiſtraſſet, ab illa ſeu vi morbi, prauorumque humorum exaſperata, ſeu auerſo ab ea, & à Prioriſſa genio acta, ſeu etiam, vt credere fas eſt, à maligno ſpiritu inſtigata, acerbis vltrà modum verbis excepta fuit: *Nihil ego illi reſpondi, nec vllum planè commotionis internæ, aut offenſi animi ſignum edidi, vt potè, quæ Deum cordi meo inſidentem gerebam; quin imo in ſecreto animæ meæ, haud parum ipſi compatiebar, nec tam me, quam Dominum læſiſſe videbatur.* Aegra poſtmodum ſurgens, in hortũ deambulandi gratia conceſſit; & Anna in cellam ſe recipiens, orandi gratia genuflexit, ſe ſeque internè recollegit. Mox Chriſtus Dominus ſub formoſiſſimi ſpecie Hortulani, ſeſe illi cõſpiciendum tradidit; & ad illam accedens, brachio capiti eius peramanter ſuppoſito, ipſaque ſuauiter ceruicem reclinante, ſic eam blandè affatus eſt: *Experieris inde, quid ſit, & quantum valeat abſque altercatione viuere; necnon etiam, quid, & quanta ſit charitas, dignoſces.* Tum illi, altero veluti Ioanni, mira reuelauit arcana, & inter alia clariſſimè aperuit horum verborum ſenſum: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Poſt multa demum, de quibus hoc in viſu dilectiſſimus Sponſus Sponſam cariſſimam participem effecit, quæque nec calamus ſcribere, nec intellectus capere ſufficit, ſic ipſamet concludit: *Significauit tandem*

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

dem ſe ſe gratè admodum, quod in hoc euentu egeram, accepiſſe. Cæterum, quod in hoc raptu, temporiſue ſpatio anima ſentiebat, nec dici, nec credi poteſt; imò nec ferri potuiſſet, ni Deus, qui tanto amoris igne ſpiritum incendebat, vim illi addidiſſet. Simile quid ſpeciali hac Dei gratia tum cum anima agebatur, quod in Canticis Canticorum actum cum ſacra Sponſa ſub his verbis refertur: Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. O fœlix Anna, quæ dulciſſimas inter Cœleſtis Spõſi vlnas requieſcere meruit! ò cœleſtes, ò diuinæ virtutes, quibus ipſemet Deus ſe ſe offert, ſe ſe tradit in præmium.

Sub id tempus voluit etiam benigniſſimus Dominus tum famulæ ſuæ humilitatem, & obedientiam, tum orationis eius efficaciam, virtutemq; miraculoſo ad bonum publicum pluuiæ acceſſu teſtatam facere. Diutina ſiccitate campi arebant, & ad magnum totius Hiſpaniæ diſpendium Agricolarum labor & opera ſpe ſua fruſtrari timebatur. Iam perperam publicæ preces, ſupplicationes, peregrinationes indictæ fuerant, nec vllum tamen tanto malo remedium affulgebat. In hoc deſperatarum rerum diſcrimine, Annæ Confeſſarius illam conuenit; & illi: *Non precaris*, inſit, *Deum, ò Soror, vt pluuiam dignetur erogare?* cui illa, conſueto humilitatis ſenſu reſpondens: *Minimè*, inquit, *Pater, alij enim ſingulari bonitate ac pietate præſtantes, id poſtulant.* Adeò nimirum humiliter de ſe ſentiebat, vt ſupplices manus ad cœlum ob ſola ſua peccata induratum extollere non auderet; nec ſuis, ſed aliorum tantum orationibus emolliri poſſe putaret. At peritus Sacerdos, qui puritatem animæ, vimque orationum illius apprimè nouerat, illam ad exorandum ſub obedientiæ præcepto adegit: & humilis Virgo ſe ſe ad obediendum accingens, alio Prioriſſæ iuſſu ad locum Confeſſionibus audiendis deſignatum, quo alteri Moniali, quæ inibi conſanguineos allocutura erat, Auſcultatricis vice aſſiſteret, amandata; vt vtrique morē gereret, ſe ſe tacita ibidem intra ſe recollegit, Diuinam miſericordiam implorare cœpit, & ſtatim, quod petere iuſſa fuerat, obtinuit. Id ipſamet atteſtante dum ait: *Mihi Mater Prioriſſa iniunxit, Sororem aliam comitarer, & Auſcultatricis munere fungerer. Parui, nec illi, quod mihi prius à Confeſſario mandatum fuerat, aperui, decernens ibidem orationi intendere, quod vtique præſtiti toto tempore, quo in loco Confeſſionibus ordinariè audiēdis deſtinato, permanſimus, hoc eſt, per mediam circiter horam. Tum enim inde egreſſæ, tanto impetu, tantaue copia depluere vidimus, vt calum ipſum in aquam reſolui videretur. Ego quidem intra me met ipſam ſpiritum colligens, intenta mente apud Deum inſtaueram, firmiter ſperans obedientiæ virtute fore quod Confeſſarius efflagitandum indixerat: Et certè ita factum eſt: Porrò nullum prorſus pluuiæ cernebatur indicium. Sed Deus pro infinita ſua miſericordia nos edocere voluit, quanta vi polleat anima ſimplici obedientia innixa.*

Superna alia, quibus illam tunc tēporis locupletauit Dominus chariſmata, ſtupenda ſanè, & humanis mentibus incomprehenſibilia, ſatius erit ipſiſsimis eius verbis ex illius Relatione tranſcribere; quam meis ad tam alta, tamque ſublimia attingenda, exponendaue ſecreta parum idoneis velle deprimere, ac detur-pare. Poſtquam ergo præcedentem gratiam ſibi à Deo factam percen-

ſuit,

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

ſuit, hæc ſubnectit: *Pridiè feſti Sancti Ioſeph ad veſperam, cum mihi hac hebdomada culinæ adminiſtratio incũberet, & ſequenti luce cum Miſſæ, tum concioni quietiùs adeſſe peroptarem, facultatem ſurgendi impetrani, ſtatim ac expergiſcerer. Summo mane in culinã conceſſi, & quidquid agendum erat, tanto intimæ orationis, ac præſentiæ Dei ſenſu perfeci; vt mihi nullo prorſus grauari corpore, ſed ſolo imperitante ſpiritu agi viderer. Cuncta quippè pro libito mihi abſque vllo pænè labore ſuccedebant. Appetente poſtmodum hora Miſſæ, expeditis iam omnibus, ad illam audiendã acceſſi: quone progrediebatur vlteriùs Sanctum hoc ſacrificium, eo magis in me ſpiritus impetus, internaq; recollectio augebantur. Vbi verò ad Sacroſanctam communionem ventum eſt, tanta ſubijt animam tremendi Sacramenti reuerentia, vt ſimul, & me nihil omnino eſſe coram Deo manifeſtè agnoſcerem, & quæcumque in me eſſent, tot veluti linguæ Deum venerantes, viderentur. Sumpta tandem Sacra Euchariſtia, eiuſmodi affectionum æſtus omnimodè reſederunt, meque in altiſſima quiete, mentiſque ſuſpenſione reperi: in qua quatuor ad latera mea conſpicata ſum animalia candidiſsima, agniſue ſimillima, quæ ore terræ affixo proſtrata Deum, quem ſuſceperam, adorabant; vocemque mihi dicentem audiui: Reuerentia tua, iſti quam ſimillima eſt.*

Poſtmodum verò eandem proſequens materiam, Virgo præſtantiſſima, longè ſublimiora in hæc verba myſteria recenſet: *Quamquam anima, in hac Domini præſentia, cæteriſue gratijs, quas mihi miſericorditer elargiebatur, intra ſemetipſam collecta, ac veluti immerſa foret; realis tamen ſuę vilitatis, vel (vt ita dicam, veriuſque quod reipſa eſt exprimam) nihilitatis ſuę velut oppreſſa pondere, ac ſenſu multò intimiùs, profundiùſque ſe ſe intra ſe retrahebat, demittebat, & abſorbebatur. Hoc in ſtatu poſita interiori quodam ſilentio, quod verbis vti eſt, exprimi nequit, fruebar. De illo, ni fallor, Paulum ad Timotheum fuiſſe locutum, memini me legiſſe. Magnum ſanè, ac mirum quid eſt, quod animam quidē experiri, ac veluti ſentire indubium eſt, at intellectui concipiendum dare prorſus eſt impoſſibile. Eo ſemper quidquid agerem, quocumque irem, & vbicumque conſiſterem potiebar; nec vllo poteram impedimento ab illo dimoueri, perinde ac ſi ſola in domo extitiſſem. In hac animi diſpoſitione, cum tranquillam admodum vitam ducerem, vice quadam nil prorſus de fundendis precibus cogitans, nullaue diſtenta cura cellam quandam ingrediens, adeò repentina ſuſpenſione abrepta fui, vt qua ratione id acciderit aduertere nequiuerim. Improuiſo neſcio quo modo in ſpiritu erecta fui ante conſpectum æternæ Dei eſſentiæ, quam nec nomine vllo inſignire, nec vlla exprimere figura, nec vlla vnquam meditatione aſſequi fas eſt. Nebula quædam, ac veluti caligo extitit obſcura pariter, ac lucidiſſima, quidquid hic intelligi poteſt, infinito ſuperans interuallo: Nec ante, nec poſt quid ſimile in anima mea conſpicata ſum. Viſus hic in vno propemodum ictu oculi euanuit; adeo vt, in tam breui ſpatio eiuſmodi rem cernere, incredibile videatur. Altera vice, cum lectionem quandam S. Bonauenturę meditarer, ſubito raptu ſpiritus pariter elatus eſt, viſioneque potita ſum priori aliqualiter ſimili, niſi quod hæc illius plenitudine carebat: In ea ſiquidem ſuprema illa, & incomprehenſibilis eſſentia à limine tantum, ac velut à foribus videbatur mihi demonſtrari; nec in hac ſanè, quemadmodum in præfata, ſed longè aliter me habui,* &c. Excelſa profectò, ac mirabilia ſunt, quæ refert hìc ingenua Virgo. Te tamen lector benęuole, admonitum velim, ea accipias iuxta communem Doctorum ſententiam, qui licet, cum Angelico Præceptore, Diuinam eſſentiam in hac mortali vita per modum, vt aiunt, tranſeuntis immediatè videri haud impoſſibile

Ab anno Chriſti 1604 ad 1605.

cenſeant; id tamen quamrariſſimè contingere cõſtanter aſſerunt: Ideoque dum viri contemplationi dediti hunc loquendi modum vſurpant, fatenturque ſe diuinam eſſentiam ſpectaſſe, id intelligi debet, abſtractiuè, vt loquuntur Scholaſtici, ac per ſpeciem creatam, eminentem vtique, ac materialia quæque ſuperexcedentem; quæ quod corporea non ſit nec nomine, nec figura, nec Phantaſmate imaginationi familiari, ac peruio conſtare dicitur; Nec ampliùs Annam noſtram voluiſſe, nos ipſi pro comperto eſſe volumus.

Verùm enim verò ab admiranda fœliciſsima illius ſorte ad demirãdam efficaciſsimam eius in patrandis miraculis potentiã reuertamur. Quædam per id tempus huius Matritenſis Monaſterij Monialis, virtute conſpicua, & orationi potiſſimum ac mortificationi addictiſſima, indiſcreta procul dubio Confeſſariorum, nimio eius feruori vltra modũ fauentium licentia, ieiunijs, vigilijs, verberibus, alijſue inaſſuetis pœnitentiæ generibus, virgineum adeò contererat corpus, vt non modo vires omnes, ac ſanitatem profligauerit, ſed in amentiam tandem prolapſa ſit. Ex inſania dein in tantum furorem, verſa eſt, vt illam in obſeratam cellam includere, imo & ferreis catenis alligare neceſſe fuerit. Spectaculum ſanè teneris Virginum cordibus eò miſerabiliùs quò diuturnius; ſeptem ſiquidem continuis mẽſibus perdurauit. Vnaquæque interim Monialium neceſſaria illi per hebdomadas ſingulas ſubminiſtrabat. Cum ergo ad Annam noſtram id charitatis opus ordine ſuo ſpectaret, die quadam adeo efferbuit furioſæ rabies, vt nuſquã ſedari potuerit. Vincula diſrumpebat, in omnes irruebat, has calcibus impetebat, illas pugnis validè feriebat, nec multæ ſimul in eam inuehentes, ad ipſam detinendam, ſufficiebant. Illam demum flagris rigidè caſtigatam in cellam ad noctẽ adegerunt, obſeratoque, vt ſolebãt, deforis oſtio ſolam reliquere. Tum Anna penitiſſima commiſeratione percita in propriam cellam ſe ſe recepit, ac pro infelici Sorore Deum impenſiùs exorauit, qui pijs eius votis benigniſſimè annuens, quod petebat concedere non diſtulit. Poſtero ſiquidem diluculo, cum eodem quo dormitum ierat, mœroris ſenſu ante alias Moniales experrecta, vix è lecto ſurrexit; cum Sanctam Matrem Tereſiam, in eadem forma, qua dum in viuis ageret, ad cellæ ianuã ſtantem, ſe ſeque non voce, ſed manu, ac ſignis ad ſe vocantem, atque, vt illam ſequeretur innuentem vidit. Nutibus paruit pia Virgo, & ambæ ad Demẽtis cellam proceſſere, cumque ad oſtium peruenisſent, extemplo Sancta Parens diſparuit. Aliquantum ſuſpenſa, perplexaque ſubſtitit Anna, quid *facto opus* eſſet ignorans, timenſque ne, ſi oſtium recluderet, Sacrarum Virginum cõmunitatem in ſilentio quieſcentem ſolito ſtrepitu fremens Infirma perturbaret. At ipſa accedentem Annam odorata, quaſi eius anxietatem penetraſſet, illam in hæc verba adhortata eſt: *Aperi*, inquit, *Soror, ne metuas, perfectiſſimam ſiquidem ſanitatem conſecuta ſum*. Quamquam dementi credere dementia ſit; Anna tamen eius verba cum præcedenti viſione conferens, fores reſerare non dubitauit; eamque non tranquillam modo, ac ſanam, ſed exultantem, ac de præſtito beneficio Deum laudantem reperit, ſibique lætiſſimè dicentem audit: *Hac nocte, Soror mea Cariſſima, Sanctiſſima Dei genitrix, Sancta Matre noſtra Tereſia comitata, huc accedere non eſt dedignata: mihique ambę priſtinam ſanitatem impertitæ ſunt*. Fœlix profectò infirmitas, quę à tantis medicis meruit ſanari! Fœlix Infirmarum Miniſtra, quæ earum acceſſum, ægræue ſalutem orationibus ſuis meruit impetrare!

Cæte-

Digitized by Google

Cœterum Clementiſſimus Dominus, qui mira quadam viciſſitudine huius famulæ ſuæ vitam, nunc laboribus, nunc gaudijs cœleſtibus contexere ſolitus erat, illam tum ſupernis ſpectaculis, ſublimibuſque nunc imaginarijs, nunc intellectualibus frequentiùs oblectabat. Illum ſemper, ſed in oratione præſertim, ſibi præſentem, ſecumque familiariter agentem, aut videbat, aut ſentiebat; mirabili illius conſuetudine ineffabilibus modis perfruēs, incredibili illius pulcritudine capta exara ſe ferebatur, & in vehementiſſimos amoris impetus, quibus paulò minus animam exhalare videbatur, ſæpe ſæpiùs prorumpebat. Horum conſcia V.M.Franciſca à Chriſto, filia *D.Inigonis de Cardenas* ordinum Præſidis, & *D. Eliſabethæ de Auellaneda*, Virgo Sanctitate conſpicua, & arctiſſima cum ipſa amicitiæ neceſſitudine coniuncta, ad eam, dum oraret, accedere, & ab ea, num Dominus adeſſet, percontari conſueuerat. Tum illa adſtare reſpondente, propter ipſam oratura genuflectebat, ſibique ab ea ſingulare diuini amoris incendium ſenſim inſtillari poſtmodum faſſa eſt. Idem omnes, qui è ſacris illi cōfeſſionibus erant, experti ſunt; Et tametſi ſpiritualibus rebus haud multum dediti eſſent, quotidiana illius cōuerſatione, tanquam perenni, ac fœcundo gratiarum cœleſtium fonte potati, in ſpirituales protinus viros euadebant. Quod vtique multorum exemplo; fideque dignorum teſtium depoſitione exploratum eſt.

Denique cum prefata Mater Frāciſca à Chriſto de inſtituendo in oppido *Luches* Patrio ſolo Monialium Conuentu, ſecumque illuc deducenda Anna noſtra, cum Germano Fratre ſuo *D.Inigone de Cardenas*, ordiniſq; Superioribus ſecretò ageret; Illam Anna inopinatò affata: *Quid cogitas*, inquit, *quid agis, ò Frāciſca, Franciſca? Ab intentato, velim, negotio deſiſte, nec vlteriùs profectionē meam promoue. Libenter ad tuam fundationem pergerem; ſed opus eſt, ad Matrem noſtram, quę ſola hìc relinquitur adiuandam, remaneam.* Interpellata deinde Antuerpię procurrentibus annis à Matre Leonora à Sancto Bernardo, eius per Gallias, ac Belgium ſocia, quam ſecretorum ſuorū participem fidenter faciebat; qua ratione intentum prædictæ Matris Franciſcæ reſciuiſſet, illud ſibi diuinitùs à quodam Sancto reuelatum fuiſſe ingenuè confeſſa eſt. Itaque perſtitit inibi toto tempore, quo M.Maria à S.Hieronymo illic præfuit, quo exacto ambæ Abulam remigrarunt. Sed hoc, aliaue à Veuerabili Anna noſtra in Hiſpania geſta ad ſequens caput remittimus. Ab anno Chriſt.1604. ad 1605.

CAPVT XXXV.

Abulam reuertitur. Multis à Deo ſauoribus locupletatur. Ad Gallicam Profectionem miris modis diſponitur. Ab Inſtitutione Conuētus Eremitici indiſcreto zelo intentati deterretur. Nonnullis aliis viſionibus haud ſpernendis ante diſceſſum ſuum ex Hiſpania illuſtratur.

ABſoluto à M. Maria à S. Hieronymo, quæ Madritēſi Monaſterio præerat, officij ſui Triennio, non ſine maximo, tum Curiæ Regalis, tum Religionis totius applauſu, ipſa pariter, & Anna de repetendo Abulenſi Conuentu ſeriò cogitarunt. Obtenta remeandi facultate Matrito diſcedūt, Abulamque regrediuntur, interea dum Madritenſes Moniales earum, ſed

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Annæ præsertim absentiam summo prosequuntur mœrore; Abulenses verò earumdem reditum singulari animorum exultatione concelebrãt. Annam potissimnm, quam reducem videre tot votis exoptauerant, mox aduentantem cernentes, maximo lætitia exceperunt, speciali amoris exhibitione amplexatæ sunt. Vna tantum, mirum dictu! quæque illi beneficio pridem sibi ab Anna præstito ad eius cultum, ac veneratione præ cæteris obstricta erat, & altiori titulo tenebatur; Deo haud dubiè, ad maius, ac cumulatiùs famulæ suæ meritum, arcano quodam inscrutabilis Prouidentiæ consilio, seu ordinante, seu permittente, illam abhorruit, & non frigidè modò, & invrbanè, sed toruo, ac truci vultu respexit, immo & etiamnum postmodum multimodis auersionis argumentis patientiam eius exagitauit.

Hæc illa fuit Monialis, quam superiùs diximus Annam mira orationum vi ab internis Dœmonis, sub specie teterrimi canis ab eius corpore depulsi, infestationibus liberasse; quæque dum Anna Matrito degeret, ad Abulensis domus regimen euecta fuerat; & à quo præerat, varijs affecta infirmitatibus, lecto decumbebat. Illius statim curam assumpsit pia Virgo recens Abulam reuersa, illique impensiori sollicitudine, ac charitate in omnibus inseruiebat. At illa seu prauorum humorum alteratione, seu Dœmonis instigatione commota, & in dies magis, ac magis in Sanctam infirmarum Ministram recrudescens, exhibita sibi ab ea tenerrimæ charitatis officia, non gratè tantùm, ac parum grato animo suscipiebat, sed tanquam inuisa, & exosa acerbis vltra modum verbis dedignabatur, ac respuebat: quin etiam aliquando efferuescente inueterati odij æstu in tantam protrudebatur mentis impotentiam, vt illam à se longè propelleret, eique conspectum suum acriter inhiberet. Quæ tamen omnia humilis Virgo ineluctabili patiebatur constantia, nec tantillum inde à consuetis seu debiti obsequij, seu pij ministerij operibus remouebatur.

Die quadam, inter alias sanè notatu digna, cum nescio quod genus obsonij maiori, qua poterat, cura parasset, & infirmæ placiturum minimè dubitaret, illud alacriter in eius cellam deferre properauit. Verùm cellæ vix pedem intulit, cum Prælata ad eius statim visum cœco furore percita, non solùm ad gustandum edulium, vel precibus, vel blanditijs flecti nõ potuit; sed tenerè offerentem, & humiliter supplicantẽ iterato imperio de cella proturbauit. Excesit imperturbata Virgo, & è vestigio in Oratorium Capitulo cogẽdo designatum, gratias Deo optimo Maximo de perpessa repulsa, tanquam de beneficio sibi præstito actura, se contulit; & inibi ab ipso præmium patientiæ meruit obtinere; vt ipsamet sub his verbis enarrat: *Ipsam*, inquit, *reliqui, & in Capituli locum maxima cum animi lætitia, ab amore, quo flagrabam, proueniente, concessi; gaudens, quòd talem mortificationis occasionem nacta fuissem. Tanto siquidem mentis iubilo percellebar, vt vix maiori, si Dominus ipsemet me allocutus fuisset, affici posse, mihi tum videretur. Sacellum ingressa genua flexi; cumque orationi intenta constitissem, se se Dominus spectandum exhibuit, proximèque ad me accedens, sic me affatus est: Videtur ne tibi, te à me, velut à mortalibus, in hoc mundo degentibus, remuneratam iri?*

Perpende velim, lector, quantum consolationis ex hoc visu, quantum ex his verbis exultationis affluxum perceperit Anna nostra, quæ tantum ex efferato Prælatæ aspectu, probrosisue increpationibus hauriebat, vt hunc illi æquiparare non vereatur. Effectus porrò inde exortos sic sub-

ſubiungit: *Verbis profectò explicare non poſſem admirabiles, ſeu theſauros, ſeu effectus, qui in animæ meæ ſinum confluebant, ac relinquebantur, ex his Domini ſeu verbis, ſeu frequenti acceſſu, quibus illi blandiebatur.* O anima verè fęlix, verè Beata, cuius auribus verba acerbitate plena ſuauiſſima veluti gloriæ cantica reſonabant, cuius gloriam verba poſtmodum cæleſti condita dulcedine, teneritudine diuina conſperſa mirum in modum adaugebant; quæque ideò inalterabili gaudebat pace, quod amabili Regis pacifici perfrueretur conſuetudine: ac viciſſim ideò ineffabili pacifici Regis potiebatur contubernio, quod ſe ſe inter aduerſa quæque pacificam ſemper, tranquillamque ſeruaret.

Hoc pacto amæniſſimam Abulæ vitam agebat Anna, mortificationibus pro delicijs habitis, cum Ocannam, vbi nouum erigebatur Monaſterium, miſſa fuit. Inibi degens, cum aliquando feria quinta maioris hebdomadæ, quo tempore Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ Eccleſiaſtico ritu arcæ recondebatur, quod Chriſtus Dominus ijs diebus pro ſalute noſtra perpeſſus fuerat, intenta mente meditaretur; tãto doloris ſenſu traiecta eſt, tanto compaſſionis, amoriſue impetu extra ſe acta, vt vehementiſſimo raptu, ſubłtoque virium deliquio à ſenſibus abſtraheretur, ac mortuæ ſimilis procumberet. Tribus integris diebus hoc in ſtatu permanſit, nec buccellam panis, nec aquæguttam haurire valens. His tranſactis grauiſſima correpta infirmitate decubuit; cumque cibos omnes faſtidiret, malaue aurea ad excitandam appetentiam idonea ſibi viderentur; ea tamen, ægrè forte tunc temporis reperienda, mortificationis ergo, petere non eſt auſa. Tum Sponſus Cœleſtis de ſecreta dilectæ ſponſæ cogitatione haud quaquam ignarus, neceſſitati eius miro modo prouidit. Eo quippe inſtanti, quo infirmarum miniſtra tædioſum ei cibum ſubminiſtrabat, ignotus quidã Mendicus ad Monaſterij Rotam acceſſit, ſtipemque exoratus, Virginẽ reſpondentem in hæc verba affatus eſt: *Ecce*, inquit, *tibi tria aurea mala, accipe illa, & infirmæ decumbenti ætutum defer.* Quo dicto, nec expectata eleemoſyna, abijt, nuſquam comparuit, nec quis fuerit, aut vnde venerit reſciri vnquam potuit. Anna ſola cuncta optimè nouit, vt ex eius verbis liquido conſtat; ſic enim hac de re loquitur: *Quando illa* (hoc eſt mala aurea) *vidi, debitas Domino laudes, gratiaſue rependi, non tam ob mala aurea, mihi tum neceſſaria, tamque opportunè ſubminiſtrata, tametſi me nunquam adeò ſpecioſa vidiſſe memini, quàm ob ſingularẽ eius bonitatem, qua in ſe ſperantibus adeò ſollicitè prouidet. Et certè rerum temporalium abdicatio, magnum quid eſſe fatendum eſt, quam Deus adeò liberaliter compenſare, ac præmiari nouit.*

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Verùm non ſemel tantum, & in hoc ſolummodo euentu ſpecialem Diuinæ Prouidentiæ curam experta eſt Anna noſtra. Aliàs ſiquidem cũ cubili ægra iaceret, & in deliquium pęne deducta aliquid ad reficiendas vires ab infirmarum miniſtra poſtulaſſet, nec in tota domo, egeſtate maxima laborante, quicquam, quo illi ſubueniri poſſet, ſuppeteret: Ad Monaſterij ianuam pulſatum eſt; cumque Rotæ cuſtos reſponſum datura confeſtim accurriſſet, inuento nemine, Rotæ tamen poſitum reperit vas fictile optimis condituris oppletum, quo infirmæ neceſſitati opportunè prouiſum eſt, quoue ad grates benefico Prouiſori ſoluendas Sacræ Virgines ſuauiter compulſæ ſunt.

Per id tempus, quo Ocañæ demorata eſt, illi ſecundò Dominus in ſpiritu ſub procelloſi maris ſpecie, miſerandum Galliarum ſtatum, debac-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

debacchantium hæreticorum furore infeſtatum, ſuamque in hoc Regnum profectionem præmonſtrauit; quemadmodum ſub finem cap. 7. huius libri prænotatum eſt. Cumq; mirabili hoc viſu ingens martyrij deſiderium cor Virginis ſubierit, & aliunde infirma caro exanthlandos labores perhorreſceret; Chriſtus Dominus ſe ſe illi in viſione intellectuali ſpectandum exhibuit, eique: *Oliua*, inquit, *& vua torcularis martyrio conterenda ſunt, vt liquorem ſuum valeant effundere. Sic plerique amici mei hanc viam tenuere*: *Sicque ego te volo*. Et hoc dicto diſparuit. *Tum Ego*, ſubdit Anna viſionem enarrans, *animum reſumpſi; me ad omnia, quæ Deo placita forent, libentiſſimè obtuli, cor meum in eius manus ſinceriſſimè remiſi, meamque reſolutionem acceptiſſimam illi fuiſſe luculenter agnoui*.

Hæc viſa Conuentus Supprioriſſæ, quæ ſpiritu, ac feruore haud vulgariter prælucebat, cum communicaſſet, illi etiam, & deſideria ſua communicauit, & eam ad idem Inſtituti Tereſiani per Gallias propagandi intentum totis viribus amplectendum accendit. Verùm cum illam poſtmodum inde eduxiſſent, ac Monaſterio Matritienſi præfeciſſēt, prioris oblita propoſiti ad aliud, bono quidem, ſed immoderato, & indiſcreto conceptum zelo, parumq; Religioſarum Virginum ſtatui conueniens, animum, & conatus conuertit. Cogitauit nimirum & quæ potuit enixa eſt Conuentum Eremiticum, ad inſtar eorum, quos Carmelitæ Diſcalceati inſtituerant, in loco deſerto, & à Ciuitatibus diſſito fundare, quo ſanctimoniales, tot veluti de tumulo excitatę Euphroſinæ, atque Euphraſiæ, ſolitariam, & ſuo videri Angelicam vitam agerēt. Iam pœnè pro votis imaginata ſucceſſerant, plerique omnes ſeu ſæculares, ſeu Religioſi nouo inuento applaudebant, Anna ſola, nouitates abhorrens, eiuſmodi commentum à Sanctæ Parentis Tereſiæ ſpiritu adeò alienum improbare haud quaquam verebatur. Illam ergo, non tam vt conſuleret, quam vt in ſuam pertraheret ſententiam, Matritenſis Præpoſita litteris primùm ſollicitauit; Mox verbis efficere poſſe rata, quod ſcriptis nequiuerat, à ſuperioribus obtinuit, Matritum accedere iuberetur.

Ocaña diſcedens curru vecta, Matritum verſus, iter inſtituit. In medio viæ tractu ſe ſe cum comitibus in maximo vitę diſcrimine conſtitutam vidit, à quo tamen omnes ſalui, & *incolumes*, non ſine miraculoſo Diuini Numinis auxilio euaſere. Latè procurrens, ſed vt videbatur, parum profundus traijciendus erat fluuius, aquâ curru ſcindere non ambigunt; ſed ecce vix ad aluei medium peruenerant, cum ſubitaneo, & *improuiſo* æſtu vltrà modum excreuit. Tum repentina de cœlo tempeſtas ingruit, fluctuumque iam vehementer currum concutientium, & abſorbere minitantium impetum ingeminat. Vnde comites omnes præſentiſſima mortis imagine perterriti, actum de illis eſſe conclamant. Anna ſola in tanta omnium perturbatione imperturbata extitit, ſpe firma in deſperatiſſimo euentu conſiſtens animum non deſpondit, menteque in Deum erecta, ac de bonitate, potentiaque pariter illius ſecura, nec tantillum diffidens, præſto ſibi affuturum ab eo auxilium nullatenus dubitauit. Et ſanè vt ſperauerat, miraculosè ſucceſſit, quemadmodum ipſa teſtatur, dum ait: *Pertimeſcebant omnes, Deus verò tantam mihi fiduciam, ac ſecuritatem largiebatur, vt anima mea videretur mihi æquè ſecura eſſe, ac ſi fuiſſet in gloria. Et certè vti ſperaueram ita factum eſt, ex hoc ſiquidem periculo haud ſecus emerſimus, ac ſi Deus propria manu currum duxiſſet, ac in tuto conſtituiſſet*.

Tan-

Digitized by Google

Tanto demùm fauſtè ſuperato diſcrimine viam proſequuntur, & in die feſto Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi ad Eremitorium quoddam peruenientes, Deo gratias acturi, ſacellum ingrediuntur. Tunc Anna habitis Deo gratijs, Sanctoſq; Apoſtolos ardẽtibus precibus exorata, apud ipſummet interceederent, ne vana Matritenſis Prioriſſæ aduerſus Sanctæ Matris Tereſiæ Inſtitutum excogitata effectum ſortiri permitteret; ſubito raptu in medium immenſæ propemodùm lucis ſe ſe vidit euectam, audiuitque vocem dicentem ſibi: *Ne timeas, quod intendit, intentatque non erit.* Quo luculenter intellexit, ea omnia in fumum abitura. Effectum verò in eius anima inde productum ſubiunxit Anna dicens: *Inde remanſit anima intimius recollecta, & in Dei amorem vltra modum accenſa: Eiuſmodi verò diuini numinis affluxus toto itineris reſiduo perduranit, adeò vt tanquam in Paradiſo conſiſtere viderer.*

Madritum appulſa omnibus eam ad nouum vitæ genus inducere conantibus conſtantiſſimè reſtitit; nec ad illud ſeu amplectendum, ſeu etiã approbandum, vel precibus flecti, vel rationibus peruinci vnquam potuit. Hæc Virginis in nouitatibus reijciendis conſtantia, hic in tuendo antiquo Sanctæ Parentis Inſtituto indiuiduæ illius ſociæ zelus, multorum malè ſentientium animos nõ modo non ſanauit, & ad meliorem frugem reduxit, ſed exulcerauit potiùs, illique infenſos reddidit; Ipſamet atteſtante, dum ait: *Multo doloris ſenſu cruciabar, quod earum ritus, ac cæremoniæ, aduerſus Sanctæ Matris Tereſiæ ſtatuta pugnarent. Interiori ſpiritus dictamine pro certo, ratoque cenſebam, abſque peccato præſumi non poſſe, aliquid maioris perfectionis aggredi, quã id quod ipſamet præſtiterat, & in Religionis reformatione ſtabilierat. Aliter itaque opinantes obtrectare ſinebam; omnes ſiquidem reluctantiam meam audientes in me obmurmurabant; meque, tanquam laxitati ſtudentem, vnanimi ore damnabant. Vnde Comitiſſa quædam me aliquando alloquens, in tantum exæſtuantis animi exceſſum deuenit, vt impos ſui in hæc verba proruperit: Mihi profectò, Soror, non leuem ſcandali anſam præbes, nec de te vnquam tale quid cogitaſſem. Id ego ob amorem Dei, à quo de ijs, quæ iam prædixi, edocta fueram, æquanimiter tolerani. Poſtquam ergo tres menſes in his ſolitariæ vitæ exercitijs exegiſſent, luculenter Deus oſtendit, eiuſmodi commenta voluntati ſuæ haud quaquam eſſe conformia: Inſtoque illius iudicio factum eſt, vt tota hæc nouitatum machina funditus ruerit, ac euerſa fuerit, non ſine maximis auerſi numinis inditijs, adeò perſpicuis, & euidenter patentibus, vt ea vel celare, vel diſſimulare impoſſibile fuerit.* Hæc omnia ſeu mira, ſeu miracula ab Hiſtoriographo Hiſpano fuſiùs, ac ſigillatim recenſita, curioſus lector petere poterit.

Ab anno Chriſt. 1604. ad 1605.

Abulam poſtmodum redux Anna noſtra, quo tempore Capitulum Prouinciale Fratrum renouati Carmeli Valliſoleti celebrabatur, mirabili viſione fœlicem, lætumque comitiorum exitum portendente donata eſt. In omnibus Reformationis Cœnobijs preces Deo fundebãtur pro fauſto huius Capituli ſucceſſu, in quo ad bonum nouæ familiæ regimen ſtatuta condi, ac ſtabiliri debebant. Anna, vna cum cæteris vtriuſque ſexus eiuſdem inſtituti Religioſis, negotium hoc ſupremo cordium Rectori continuis orationibus commendabat; imo & præ cæteris inſtantius vrgebat, impenſius, maioriue, quo poterat feruore promouebat: cum die quadã, poſt Sacram Communionem, in ſpiritu rapta ad Conuentum vſq; Valliſoletanum, quo gremiales conſeſſus Patres congregati erant, vidit nubem igneam, flammarumue vortices circumquaque eructantem,

Con-

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

Conuentui incumbentem, & in eius medio Sanctissimum Prophetã, ac Patriarcham nostrum Eliam Pallium suum supra præfatum locum protendentem, expansisque brachijs alumnos suos veluti protegentem, in eorum amplexus veluti tenerrimè ruentem, & in ipsorum pectora spiritum suum veluti imprimentem, ac instillantem. Rerum euentus visionis probauit veritatem. *Reuerso siquidem Abulam Prouinciali* (verba sunt ipsius Annæ successum describentis) *Matrem, quæ tum præerat alloquens, ingenuè fassus est, Capitulum propè cœleste celebratam fuisse. Fratres quippe designatum confessui locum intrantes adeo suspensos, & intimæ recollectioni intentos gerebant animos, vt eorum nullus ab altero uisus sit discrepare. In omnibus, quæ statuenda occurrere, uno, eodemque spiritu consentiebant omnes, tametsi mutuis, ut fieri moris est, uerbis nullatenus ad inuicem conferrent. Dividendæ tum erant Prouinciæ, & omnes una uoce dixerunt: Hanc à Sancto Elia indigitemus: In quo sanè spiritum eius quasi persensisse uidebantur. Prouincialis igitur in hanc sententiam sermonem concluſit: Istud psofectò Capitulum diuino afflante numine perfectum est: eiusue effectus à Spiritu Sancto processisse censendum est, quemadmodum omnes mihi sincerissimè fassi sunt, meque idipsum expertum fuisse liberrimè fateor.*

Quamplurimis alijs per id tempus Anna nostra illustrata est visionibus, supernisque reuelationibus. Tunc etenim Religiosam quandam pari nobilitate, ac virtute præstantem, qua cum Vallisoleti familiariter egerat, quęque nimio, parumq; ad prudentiæ trutinam librato maioris austeritatis æstu, de Summi Pontificis licentia ad Sancti Francisci Religionem tranſierat, sibi mæsto vultu apparentem vidit, flebilique voce sibi dicentem audiuit: *Heu! Soror mea carissima, quanto angore torqueor, me uidens in loco, in quo sto!* Tunc etiam Sanctam Matrem Teresiam, Matribus Maria, à Cruce, & Maria à Sancto Ioseph comitatam spectauit, seque ad instituti sui propagationem in Gallias reseruatam ab ea iterum didicit, vt iam lib. 1. cap. 12. superius enarrauimus. Tunc Dominus ipsemet illam à proposito illo Gallicanæ profectionis à nescio quo seu parum cordato, seu parum sapienti viro deterritam excitauit, confirmauit, animauitque, vt huius 3. lib. 8. cap. pariter recensuimus. Tunc demum à V. M. Catharina à Christo, celeberrima illa, torque virtutibus, miraculis, reuelationibus, alijsque diuinis passionibus Clara Virgine, cuius precibus negotium istud instanter commendauerat, resciuit; se se à Christo Domino responsum accepisse, expedire omnino in Galliam proficisceretur: cumque illi labores in exteraneis, ac dissitis Regionibus ab ea exhanthlandos se se reformidare obiecisset, dilectum Sponsum hæc verba adiecisse: *Qui ab Apium alueis mel extrahunt, earum aculeis interdum feriuntur: At hoc pacto dulcissimo fruuntur melle.*

His ergo ad ardua quæque nedũ obeunda, sed & exhauriendа supra modum accensa ad profectionem præfatam se se, cum sociabus accinxit, iter arripuit; ac tandem, vti libri huius cap. 9. dictum est Parisios faustissimè peruenit.

Et certè non conueniens modo, sed modis etiam omnibus necessarium fuit, iret cum alijs Virginibus ad tantum opus designatis, aliàs iuxta prædictionem sibi à Christo factam, infecta re aliæ recessissent, vt aliquando fortè opitulante numine, dum de reliqnis eius vitæ gestis sermo redibit, fusius expendemus. Hæc pro nunc satis superque sufficiet exarasse: ad cœterarum sociarum cursim contexenda elogia properemus.

CA-

CAPVT XXXVI.

De quatuor aliis Sacris Virginibus, quæ vna cum V. M. Anna à Ieſu, & Anna à Sancto Bartholomeo, ad inſtituti Tereſiani dilatationem, in Gallias tranſmigrarunt.

VOlucrant, diutiùsque inſtauerant Galli Procuratores in Hiſpaniã ad Tereſianas Virgines deducendas profecti, vt Anna à S. Bartholomeo, tanquã Primaria nouæ Propagationis Fundatrix, ac Parens, cæterarumque velut caput & dux, à ſuperioribus Hiſpanis inſtitueretur, ac concederetur: ſed humilis Virgo laborum auida, honorum inimica, titulum hunc conſtanter detrectauerat, & alteri Annæ, illi videlicet, quæ à Ieſu agnominata eſt, deferri procurauerat. Vtramque tamen eo reuera munere, quaſi indiuiduè, vt ita dicam, functam fuiſſe, ex hiſtoriæ noſtrę decurſu, & ex dicendis in alijs eius Tomis luculéter patebit. Hoc ductus motiuo, ad vtriuſque vitam prolixiùs deſcribẽdam, calamum aptaui; nec niſi hoc Caput, ad aliarum geſta, accuratiùs ſuis locis tradenda, mox verò ſub epitomen ſtrictim redigenda, ne lectoris animus ab earum notitia omnino vacuus, ac veluti ieiunus exiſtat, reſeruaui.

Prima itaque earum fuit V. M. Eliſabetha ab Angelis, quæ dum ad Gallicam miſſionem aſſumpta eſt, Salmanticenſis Monaſterij Supprioratũ exercebat. Hæc in oppido Caſtellæ veteris, Diœceſiſue Segobiẽſis, vulgo ab Indigenis *Villa Caſtin* indigitato, Parentibus tum nobilitate, tum pietate claris nata eſt, anno Domini 1565. die 5. Februarij S. Agathę Sacra. Pater eius, qui *D. Ioannes Marques Meſſia* vocabatur, ob eximiam, qua prælucebat, Prudentiam à Rege Catholico ad Magnum Etruriæ Ducem miſſus, ea legatione per quinquennium cum vtriuſque Principis laude perfunctus eſt. Mater verò, *D. Maria Ibagnez* dicta, virum pijſſimum in omnigenarum virtutum ſtudio æmulabatur; eoque præmatura morte orbata viginti trium annorum viduitatem illibatã ſeruauit; atq; ex octo prolibus ſibi à Deo ex caſtiſſimo matrimonio conceſſis, ad inſtar alterius ſanctæ Felicitatis ſeptẽ ipſi ſacrauit. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Eliſabetha in Baptiſmate ab Auiæ maternæ nomine vocata, ab ipſa, nec non etiam ab omnibus dilecta eſt, vt pote, quæ ſpecie, ac gratia ſingulari ab ortu ſuo prędita fuit, tantaq; manſuetudine, & æquanimitate, vt iræ pariter, ac fletus veluti incapax, ab omnibus *Pacificæ* titulo vulgo inſigniretur. Ab vberibus ablactata ab Auia in propriam domum aſſumitur, inibi ad octauum vſque ætatis annum ab ea educatur; eiuſue exemplo, in tenerrima adhuc ætate illa, miram in alendis pauperibus propenſionem, ac ſollicitudinem gerebat: miram in colenda B. Virgine concepit deuotionem filialemque affectum. Si quando Auia quotidianã mendicis erogandi eleemoſynam, aut obliuiſceretur, aut vltrà præſtitutum tempus differret; ipſam Puerula monebat, ſe ſe illi ad hoc charitatis opus adminiſtram offerebat, egenos ætatis ſuæ pueros in ædium area ſub veſperam cogebat, illiſque ad cœnam diſcumbentibus maxima animi alacritate proprijs manibus inſeruiebat. Die quadam appetente iam nocte audiens à domeſticis, ſe ſe poſtera luce ad ſacellum B. Virgini ſacrum, nec parum ab oppido diſſitum profecturos, vt Sacroſancto Miſſæ Sacrificio inibi intereſſent, eiuſdem ipſa piæ peregrinationis cupida, ſummo mane ſurrexit, furtim ſe ſe domo eripuit,

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

illuc properanter perrexit: cumque præ foribus sacelli, quas occlusas inuenerat, orans consisteret, ingens in eam coruorum horrendo modo crocitantium caterua irruit, qui circumquaque illam adorti, oculos è capite eruere tentabant. Tum ipsa cælitus inspirata, Angelicam Salutationem alta voce, feruentiq; corde pronunciare cœpit, & è vestigio infernales volucres disparuere. Septimo ætatis anno grauiter lapsa, & in oculis læsa, dirum, ac diuturnum dolorem, medicamentorumue acerbitatem animo plusquam virili, patientia ineluctabili, ac propè Angelica tulit.

Patre postmodum Florentia in Patriam reduce post absolutā laudabiliter quinquennem legationis administrationem, octennis tum Elisabetha ad paternos lares reuertitur, & inibi, vna cū Sorore Beatrice natu maiore sub piorum parētum custodia, ac disciplina in omni virtutum studio adolescit. Decimum nonum ætatis annum attigerat, cum Pater eius læthali morbo correptus per tres integros menses lecto decubuit. Illi semper in diuturna ægritudine generosa, & infatigabilis Virgo diu noctuq; seu vigilans, seu laborans affuit, quousque tandem Christiana morte animam efflauit.

A multis postmodum procis tum ob generis nobilitatem, tum ob corporis, animique, seu naturæ, seu gratiæ dotes, tam ipsa, quam Beatrix eius Soror, in sponsas appetebātur: Cum Cœlestis Sponsus miro quodā modo illas sibi prælegisse ostendere voluit. Iam se se piæ Sorores per Aduentus decursum ad festa natalitia dignè celebranda, ieiunijs, pœnitentijs, orationibus, piorumq; librorum, præsertim verò S. M. N. Teresiæ operum lectione, præparare curauerant: cum D. Beatrix in diem expectationis B. Virginis adeò ardēti, Deo inspirante, Instituti Teresiani desiderio incensa est, vt illud ex tunc executioni mādare decreuerit. Elisabetha verò, cū à Generali peccatorum confessione describenda defatigata sororem ad hortum inuitasset, iussaque præcedere, lectioni epistolarum V.P. Abulensis intenta sub arbore stetisset, internam Dei vocem se se ad terrena omnia proculcanda monentem, & ad ineundū spirituale cum Christo Domino spō salitium compellantē audiuit. Quæ statim ad idem sororis propositum efficaciter permota, & in extasim rapta, à superueniente sorore immobilis, & à sensibus abstracta inuenta est.

Aegrè admodum ab inuicem diuelli poterant piæ sorores, vt potè arctissimis tenerrimę dilectionis vinculis coniunctæ; ratæque id Religiosa vocatione futurum, eam sibi vicissim propalare verebantur. At leue etiamnum istud obstaculum mystico somnio remouere voluit benignissimus Dominus. Dormiens siquidem nocte quadam Beatrix videre sibi visa est tenebrosum quendam locum, & in eo profundissimū æquæ turbissimæ lacum, varijs, ac tremendis horridum monstris, in quem subtilissimo filo ad auricularē manus digitum alligato se se pertrahi sentiebat. Territa visu, & ab imminenti periculo se se expedire satagens, filum quo tenebatur soluit, exclamansque: *O Domine, quod me ligatam tenet, soror mea est*, à somno excitata fuit; & ab omni prorsus carnalis affectus nexu libera, primo diluculo intentum sustum sorori fidenter aperuit, & ab ea quoque se se in eundem scopum cōspirare perdidicit. Matrem postmodū ambæ, primùm per consobrinū quēdam probatæ virtutis iuuenem, qui Elisabetam deperibat, eiusue nuptias ardenter ambiuerat, mox per se ipsas de vocatione sua certiorē fecere: Illamque inter teneritudinis lachrymas Christiana pietate annuentem, se seque in votorum cō-

diutri-

diutricem offerentem audiere. Salmantinum præ cæteris Monaſterium, vt pote remotiùs, propinquorumue frequentationi minus peruium, ſuperiori ductæ genio elegerunt: Rebuſque vtrimque compoſitis die 6. Maij anni 1589. habitu ſacro donatæ maior natu Beatrix ab Incarnatione, Iunior verò Eliſabetha ab Angelis cognominatur.

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Hæc veſte ſacra induta in omni Religioſarũ virtutũ ſtudio maximo feruore, nec leuiori profectu cæpit incumbere. Obedientiam exactiſſimè colebat, humilitatem in omnibus affectabat, rigidiſſimum ſingulari cura obſeruabat ſilentium, vt potè quæ dum monaſterio pedẽ inferret, ſanctum quendam ordinis ſibi apparentem, illudque digito ori admoto inculcantem, conſpicata fuerat. Viliora quæque lubentius exercebat officia: tritas, centonibuſque reſarcitas veſtes geſtare geſtiebat, ambiebatque, promptè, alacriterque in arduis ſororibus opẽ ferre conſueuerat: cumque Pulmonicæ cuiuſdam miniſterio addicta, die quadam vas fæculentibus, ac fætẽtibus eius ſputis refertum deferret eluendum, ſtomacumque ſibi naturali horrore moueri perſenſiſſet, ſuperioris æſtu abrepta, ſordida ori ſuo intulit excrementa, & magnanimo auſu omnem naturæ nauſeam procul à ſe abegit.

Exacto Tyrocinij anno, & ob Superiorum Mitigatorum renitentiam, reformatam familiam extinguere cogitantium, facultatemque profitendi negantium, dilata ad ſequentis anni 1590. menſem Auguſtum eius profeſſione, eam tandem, obtẽta prius à Præpoſito Generali licentia, præfati menſis die vltima ſolẽniter emiſit: Dumq; vota ſcriptis exarata perlegeret, quædam eximiæ ſanctitatis Monialis totum, quo ea nuncupabat, locum ingenti, ac mira luce circumfuſum, ac reſplendentẽ vidit. Voluerat humilis Virgo inter Laicas tantum conſcribi, ac profiteri, & ad hoc diutiùs, vrgenterq; inſtauerat, donec à Matre Prioriſſa, & à R. P. Ribera Viro Societatis Ieſu clariſſimo, eiuſue tum Confeſſario, maius aliquid ab ipſa expectãtibus, ab humilitatis propoſito dimota eſt.

Profeſſione emiſſa maiori, quam prius, ſpiritus vi ad omnigenarũ virtutum faſtigium contendit. Per quatuordecim annorum curriculum in ſupra dictæ Pulmonicæ obſequium, etiamnum ad Suppriorisſæ munus electa, continuam, & indefeſſam eximiæ charitatis operam impendit, vſque dum maximo cum doloris ſenſu, eo ægrę morte auulſa eſt. Alijs itidem infirmis per ſex annos, tametſi ad eius patientiæ exercitium nonnullis id improbantibus, ſingulari cura, teneraue ſollicitudine inſeruijt. Cætera demum humilia, & laborioſa Monaſterij munia generoſo, & infatigabili obiuit animo; quo vſque horrendis ſeu mortificationũ, ſeu ægritudinum generibus protrita prorſus, ac profligata, ad leuiora Sacriſtiæ adacta eſt.

Multis interim à Domino Cæleſtibus locupletata fuit chariſmatibus, quæ tamen alto ſemper quapotuit preſſit ſilentio. Die quadam poſt Sacram Communionem extra ſe rapta, intelligibili voce exclamauit: *Heu! Domine, quo abieras?* Quod audiens V. M. Anna à Ieſu, quæ tũc Conuentui Salmantino præerat, eã in cellam reduxit, ac ſecreti conſcia, ipſam inibi tota die corporali quidem cibo, potuque ieiunam, ſed ſpirituali ſupernarum deliciarũ reficiẽdam pabulo dereliquit. Vidit præterea nocte quadam conſobrinum illum, de quo ſuperius mentionẽ fecimus, quiq; paulo poſt eius in Religionem ingreſſum Societati Ieſu nomen dederat, atq; in ea ſeptẽ annos ſanctiſſimè exegerat, è vitijs ereptũ, ingentiq; perfuſum gloria ſibi apparentem, ac veluti vale facientẽ. Vidit etiam ſuperiori lumine illuſtrata

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

illuc properanter perrexit: cumque præ foribus sacelli, quas occlusas inuenerat, orans consisteret, ingens in eam coruorum horrendo modo crocitantium caterua irruit, qui circumquaque illam adorti, oculos è capite eruere tentabant. Tum ipsa cælitus inspirata, Angelicam Salutationem alta voce, feruentiq; corde pronunciare cœpit, & è vestigio infernales volucres disparuere. Septimo ætatis anno grauiter lapsa, & in oculis læsa, dirum, ac diuturnum dolorem, medicamentorumue acerbitatem animo plusquam virili, patientia ineluctabili, ac propè Angelica tulit.

Patre postmodum Florentia in Patriam reducte post absolutã laudabiliter quinquennem legationis administrationem, octennis tum Elisabetha ad paternos lares reuertitur, & inibi, vna cũ Sorore Beatrice natu maiore sub piorum parẽtum custodia, ac disciplina in omni virtutum studio adolescit. Decimum nonum ætatis annum attigerat, cum Pater eius læthali morbo correptus per tres integros menses lecto decubuit. Illi semper in diuturna ægritudine generosa, & infatigabilis Virgo diu noctuq; seu vigilans, seu laborans affuit, quousque tandem Christiana morte animam efflauit.

A multis postmodum procis tum ob generis nobilitatem, tum ob corporis, animique, seu naturæ, seu gratiæ dotes, tam ipsa, quam Beatrix eius Soror, in sponsas appetebãtur: Cum Cœlestis Sponsus miro quodã modo illas sibi prælegisse ostendere voluit. Iam se se piæ Sorores per Aduentus decursum ad festa natalitia dignè celebranda, ieiunijs, pœnitentijs, orationibus, piorumq; librorum, præsertim verò S. M. N. Teresiæ operum lectione, præparare curauerant: cum D. Beatrix in diem expectationis B. Virginis adeò ardẽti, Deo inspirante, Instituti Teresiani desiderio incensa est, vt illud ex tunc executioni mãdare decreuerit. Elisabetha verò, cũ à Generali peccatorum confessione describenda defatigata sororem ad hortum inuitasset, iussaque præcedere, lectioni epistolarum V. P. Abulensis intenta sub arbore stetisset, internam Dei vocem se se ad terrena omnia proculcanda monentem, & ad ineundũ spirituale cum Christo Domino spõsalitium compellantẽ audiuit. Qua statim ad idem sororis propositum efficaciter permota, & in extasim rapta, à superueniente sorore immobilis, & à sensibus abstracta inuenta est.

Aegrè admodum ab inuicem diuelli poterant piæ sorores, vt potè arctissimis tenerimę dilectionis vinculis coniunctæ, ratæque id Religiosa vocatione futurum, eam sibi vicissim propalare verebantur. At leue etiamnum istud obstaculum mystico somnio remouere voluit benignissimus Dominus. Dormiens siquidem nocte quadam Beatrix videre sibi visa est tenebrosum quendam locum, & in eo profundissimũ æquæ turbissimæ lacum, varijs, ac tremendis horridum monstris, in quem subtilissimo filo ad auricularẽ manus digitum alligato se se perrahi sentiebat. Territa visu, & ab imminenti periculo se se expedire satagens, filum quo tenebatur soluit, exclamansque: *O Domine, quod me ligatam tenet, ferer mea est*, à somno excitata fuit; & ab omni prorsus carnalis affectus nexu libera, primo diluculo intentum sutum sorori fidenter aperuit, & ab ea quoque se se in eundem scopum cõspirare perdidicit. Matrem postmodũ ambæ, primùm per consobrinũ quẽdam probatæ virtutis iuuenem, qui Elisabetam deperibat, eiusue nuptias ardenter ambierat, mox per se ipsas de vocatione sua certiorẽ fecere: Illamque inter teneritudinis lachrymas Christiana pietate annuentem, se seque in votorum cõdiutri-

diutricem offerentem audiere. Salmantinum prę cęteris Monaſterium, vt pote remotiùs, propinquorumue frequentationi minus peruium, ſuperiori ductæ genio elegerunt: Rebuſque vtrimque compoſitis die 6. Maij anni 1589. habitu ſacro donatæ maior natu Beatrix ab Incarnatione, Iunior verò Eliſabetha ab Angelis cognominatur.

Hæc veſte ſacra induta in omni Religioſarũ virtutũ ſtudio maximo feruore, nec leuiori profectu cæpit incumbere. Obedientiam exactiſſimè colebat, humilitatem in omnibus affectabat, rigidiſſimum ſingulari cura obſeruabat ſilentium, vt potè quæ dum monaſterio pedẽ inferret, ſanctum quendam ordinis ſibi apparentem, illudque digito ori admoto inculcantem, conſpicata fuerat. Viliora quæque lubentius exercebat officia: tritas, centonibuſque reſarcitas veſtes geſtare geſtiebat, ambiebatque, promptè, alacriterque in arduis ſororibus opẽ ferre conſueuerat: cumque Pulmonicæ cuiuſdam miniſterio addicta, die quadam vas fæculentibus, ac fœtẽtibus eius ſputis refertum deferret eluendum, ſtomacumque ſibi naturali horrore moueri perſenſiſſet, ſuperiori æſtu abrepta, ſordida ori ſuo intulit excrementa, & magnanimo auſu omnem naturæ nauſeam procul à ſe abegit.

Exacto Tyrocinij anno, & ob Superiorum Mitigatorum renitentiam, reformatam familiam extinguere cogitantium, facultatemque profitendi negantium, dilata ad ſequentis anni 1590. menſem Auguſtum eius profeſſione, eam tandem, obtẽta prius à Præpoſito Generali licentia, præfati menſis die vltima ſolẽniter emiſit: Dumq; vota ſcriptis exarata perlegeret, quædam eximiæ ſanctitatis Monialis totum, quo ea nuncupabat, locum ingenti, ac mira luce circumfuſum, ac reſplendentẽ vidit. Volnerat humilis Virgo inter Laicas tantum conſcribi, ac profiteri, & ad hoc diutiùs, vrgenterq; inſtauerat, donec à Matre Prioriſſa, & à R.P. Ribera Viro Societatis Ieſu clariſſimo, eiuſue tum Confeſſario, maius aliquid ab ipſa expectãtibus, ab humilitatis propoſito dimota eſt. Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Profeſſione emiſſa maiori, quam prius, ſpiritus vi ad omnigenarũ virtutum faſtigium contendit. Per quatuordecim annorum curriculum in ſupra dictæ Pulmonicæ obſequium, etiamnum ad Supprioriſſæ munus electa, contiuuam, & indefeſſam eximiæ charitatis operam impendit, vſque dum maximo cum doloris ſenſu, eo ægrę morte auulſa eſt. Alijs itidem infirmis per ſex annos, tametſi ad eius patientiæ exercitium nonnullis id improbantibus, ſingulari cura, teneraue ſollicitudine inſeruijt. Cœtera demum humilia, & laborioſa Monaſterij munia generoſo, & infatigabili obiuit animo; quo vſque horrendis ſeu mortificationũ, ſeu ægritudinum generibus prottita prorſus, ac profligata, ad leuiora Sacriſtiæ adacta eſt.

Multis interim à Domino Cæleſtibus locupletata fuit chariſmatibus, quæ tamen alto ſemper quapotuit preſſit ſilentio. Die quadam poſt Sacram Communionem extra ſe rapta, intelligibili voce exclamauit: *Heu! Domine, quo abieras?* Quod audiens V. M. Anna à Ieſu, quæ tũc Conuentui Salmantino præerat, eã in cellam reduxit, ac ſecreti conſcia, ipſam inibi tota die corporali quidem cibo, potuque ieiunam, ſed ſpirituali ſupernarum deliciarũ reficiẽdam pabulo dereliquit. Vidit præterea nocte quadam conſobrinum illum, de quo ſuperius mentionẽ fecimus, quiq; paulo poſt eius in Religionem ingreſſum Societati Ieſu nomen dederat, atq; in ea ſeptẽ annos ſanctiſſimè exegerat, è viuis ereptũ, ingentiq; perfuſum gloria ſibi apparentem, ac veluti vale facientẽ. Vidit etiam ſuperiori lumine illuſtrata

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

Fratrem ſuum abſentem, ac dũ Roma Hiſpaniam repeteret, grauiſſima correptum infirmitate, & in extremo vitę diſcrimine conſtitutum; diuinaque demum reuelatione didicit, ipſum Carmelitam Diſcalceatum futurum, quod vti præulderat factum eſt. Nam inter præcipuos renouati Carmeli alumnos annumeratus, vita inter ipſos ſanctè traducta, multiſque laudabiliter perfunctus prælationibus, Prior tandem Pompeiopolitanus, vulgaris luis tempore, totus in peſtiferorũ, ac potiſſimũ Religioſorum obſequium inſigni charitate incumbens, eodem ipſe ictus contagio interijt, fœliciterq; obdormiuit in Domino, ab eo in ęternum pręmiaturus.

Ad Salmaticenſis poſtmodum Supprioriſſæ munus, ob ſingularem ſeu charitatis, ſeu prudentiæ opinionem electa eſt. Per id tempus de miſſione Tereſianarum Virginum in Galliam agebatur. Itaque feſto die S. Ioſeph ſe ſe vnam ex illis fore diuinitus admonita; bis ſcriptis ad R.P. Franciſcum à Matre Dei Reformationis noſtræ Præpoſitũ Generalem litteris, ad alijs tantum in hac expeditione inſeruiendum, ſe ſe obtulit; & quamquam nullum datis litteris reſponſum tulerit, ad eã tamen non ſolùm aſſumpta, ſed & maturiori conſilio, vt in futuro Pariſienſi Conuentu Supprioriſſæ munere, vti Salmanticæ, fungeretur, deſtinata fuit. Salmaticenſes Moniales Eliſabetham amittentes, diſceſſum eius omni, qua potuere, via, impedire conatæ ſunt. Prouincialis etiam Caſtellæ non niſi ægrè, ac ſupernè coactus illi valuit aſſentiri. Ipſa verò nunc internis tentamentis, nunc externis etiam Dœmonis artibus, ſibi nocte profectionem præcedente ſub ſpecie nigerrimi, ac teterrimi Corui viſibiliter apparentis, ipſamque lecto iacentem horridis crocitationibus, interatiſque ſaltibus infeſtantis, iactata, à propoſito deterrebatur: donec ad orationem coram Sanctiſſimo Sacramento confugiens, ab omnibus infernalibus moleſtijs, ac machinis liber, ac victrix euaſit; & ſequenti luce quæ S. Bernardo ſacra erat, vnà cũ V. M. Annna à Ieſu, ac Beatrice à Conceptione Salmantica lætanter diſcedens, Abulam primùm, & inde Pariſios profectura iter arripuit.

Beatrix igitur à Conceptione tertia fuit è Salmaticẽſi educta Monaſterio. Hæc in oppido Hiſpaniæ *Arenalo* Patre *D. Petro de Zuniga*, Matre verò *D. Antonia Palomeca*, ambo ex illuſtriſſima Ducum de Bajar ſtirpe oriundis, die 5. Nouembris, anno 1569. nata eſt. Illam Mater vtero geſtans, à viro Sancto ſpiritu prophetico loquente accepit, ſe filiam parituram, quæ & Monialis, & Sancta futura eſſet. Vix ad rationis vſum peruenerat, cum orationis ſtudium, exercitiumque pœnitentię mira abſtinentia, ac ieiunijs exeolere cæpit. Tenerrimum ex tum erga B. Virginem, ac præſertim erga immaculatam eius Conceptionem, cuius officium à pia Matre inſtructa deuotè recitare conſueuerat, concepit affectum. Septimo ætatis anno genitrice orbata, in eius locum Chriſtum Crucifixum, perantiqua, tritaque imagine expreſſum, præceptorem elegit.

Quarto decimo ætatis anno, cum aliquando coram ipſa tranſiret, hãc internè percepit vocem ex ea prodeuntem: *Reſpice me nudum in Cruce.* Qua efficaciter permota, ſe ſe ad Carmelelitarum excalceatarum inſtitutũ à Domino vocari intellexit, obſequi propoſuit; vires ad propoſitum Patri impensè ſibi affecto, & à ſe viciſſim ſummè dilecto propalandum, poſtulauit; nec non etiam annuente tum Confeſſario, prius id exoptanti aduerſo, Caſtitatis votum emiſit, quo ſe ſe Sponſo Cœleſti in perpetuam Sponſam mancipauit. Euellens poſtmodum paruam illam

è Cru-

è Cruce Christi iconem, eaque se se muniens, Patrem adit, intentum Religionis aperit precibus, lachrymisque pro explendo desiderio vrget; cumque ab illo, à quo præ cæteris liberis tenerrimè amabatur, etiamnum collachrymãte, nihil impetrare posse aduerteret, ingenti feruoris æstu succensa, in hæc verba prorupit: *Scito, Pater, Deum in cęlo esse, qui & suam in te indignationem effundere, & suam super me protectionem ostendere valet*. Quibus vltra modum offensus & exæstuans Pater, præcipiti furore lanceam arripuit; &, incredibile dictu! in se se propientem gnatam valida manu vibrauit, qua dubio procul, & icta, & peremptа fuisset, ni validiori tum Dei manu, & ab ictu protecta, & à morte fuisset erepta.

Conticuit ad tempus, consulente qui ei è Sacris Confessionibus erat, afflicta Virgo, tum ob propositi sui dilationem, tum ob afflictionem Parentis, qui subsidente ira, eam blandis post hac verbis perennibusue flectibus, ipsum nollet relinquere, exorare non cessabat. Salmanticam interea ad publica Festa deducta, notæ sibi apud Teresianas Moniales Nouitiæ Professioni interfuit; & quamquam ad aspectum Imaginis Iesu, Mariæ, ac Ioseph haud vulgare mœrori suo solamen, imo & interiorem fælicis propositi sui successus certitudinem perceperit; se se tamen hactenus tanto bono priuatam cernens, eam solemnitatem non sine profusioribus lachrymis, pectoris sui ardorem velut exacuentibus, spectare valuit. Domum reuersa, negotium apud Deum, cælicolasque instantiùs vrgere cœpit; & ad hunc finem inscijs omnibus Ecclesiam B. Virgini Sacram, quatuor circiter, aut quinque milliarib° ab oppido diffitam nudis pedibus frequentare; circa quod notatu sanè dignum est, quòd cum ab ea multoties pluuia intercepta rediret, ab ipsa intacta, quin etiam, & inuisibiliter inter domesticos incedens, domum, ac cubiculum repetebat. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Itaque paulò post Salmanticam reducitur ad ludicra spectacula ab Auunculo suo Marchione *de Flores* Bacchanalium tempore indicta, quãuis ipsa non tam recreationis gratia quam promouendæ vocationis animo illuc procederet. A Deo obtinuit, vt ingruentibus pluuijs, fluminumque exundatione reditus eius in Patriam per totam Quadragesimam differretur: Cumque maiori hebdomada germanus Frater D. Petrus *de Zuniga* ipsam remeãtem comitaturus accessisset, ipsa verò quinta feria in Cœna Domini Ecclesiã S. Augustini communicatura petijsset, orationi intenta, diuinitus certior facta est, se se hac die ad Monasterium Sanctæ Mariæ Dominarũ commodum futuræ, ac percupitæ fœlicitati exordium daturam; quapropter de reliquo protsus nescia, sciscitanti cuidam nobilissimæ mulieri, quando nam Monasterium ingrederetur? hac ipsissima die fore asseueranter respondit. Sub vesperam igitur varias, vna cum Sorore natu minima, sacras ædes, stationes christiano ritu coram Sanctissimo Sacramento celebratura, inuisens, cum ad præfati Monasterij Ecclesiã ventum est, vocem se se in hæc verba excitantem audiuit: *Vade ad Monasterij ianuam, tuamque oportunè desiderium adimplere poteris*. Iuit è vestigio feruida Virgo, foresque ob importata, ac soluenda edulia recluſas inueniens, in Monasterium subito introrupit, propositum suum Monialibus aperuit, & ad Chori cratem ab ipsis deducta, quantumuis plangente Sorore, cæteriſque consanguineis reclamantibus, intẽtum suum inconcussa constantia liberè propalauit, nec ab eo vllatenus dimoueri valuit.

Breui vocationis eius facto periculo, nullo tamen præuio suffragio-

rum

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

rum ſcrutinio, de verbali ſolùm Monialium conſenſu, poſtero Paraſceues diluculo ſacra veſte indutæ eſt; & inter nouitias adſcripta, ſingulari gratia, eximiaque virtutum præſtantia Sacris Virginibus vltra modum cœpit placere, ipſaque viciſſim in Sancta earum conuerſatione ſibi complaceri: Donec ad optatum prius Carmelitarum excalceatarum inſtitutum interiùs ſtimulata, aliundè verò ad perſeuerandum in eo Monaſterio, leuiſſimo cõmodæ, & ad receſſus ſpiritum, quo ferebatur, idoneæ cellæ obtentu pænè inducta, à Chriſto Domino, dum oraret, his verbis increpita eſt: *Ergone pro cella vis me deſerere?* Quibus territa, ac perculſa verbis, incunctanter reſpondit: *Nequaquam, Domine, ſed quod à me petis, niſi tu opem feras, exequi nequeo.* Et certè præſtitit illicò Clementiſſimus Dominus; Pater ſiquidem, eo ordinante, grauiſſima correptus infirmitate, ſtatim ac conualuit, ſcrupulis agitatus, quòd ipſam Tereſianas inter Moniales recipi vetuiſſet; quantocyùs potuit eam apud ipſas admitti procurauit. Quod myſtico ſomnio ipſa præuidit.

Nouo in die Feſto Sãcti Thomæ Aquinatis inuecta Monaſterio, nouis in eo virtutum incrementis cœpit proficere, nouaque futuræ Sanctitatis ſigna præferre. Exacto Nouitiatus anno, dilataque ob parentis abſentiam eius profeſſione, in die tandem Exaltationis Sãctæ Crucis, tametſi patre ob animi mœſtitiam adeſſe non valente, eam ſolemniter emiſit. Poſtquam autem nuncupatis votis, ſe ſe totaliter in Dei ſeruitium deuouiſſet; poſtquam per plures annos in omnigenarum virtutum exercitio in Hiſpania præluxiſſet; poſtquam plurimis, nec vulgaribus emicuiſſet diuinis charismatibus, ſuperniſque affluxibus; poſtquam audito Conſanguinei teſtamento, illud præter intentionem mente verſans, Chriſtum ſe ſe his verbis arguentẽ audiſſet: *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos*; poſtquam orans coram Sanctiſſimo Sacramento, & dilecti genitoris obitum, & familiæ paternę luctum in ſpiritu vidiſſet: ac demum poſtquam, vt illum iam elatum à Purgatorij tormentis eximeret, ſe ſe ad illa omnia perferẽda generoſo pietatis actu obtuliſſet; ſtatimque è loco orationis ſecedens, pij voti compos effecta diris, & incognitis cruciatibus per biennium integrum exagitata fuiſſet, eoſque omnes ineluctabili patientia toleraſſet, decimo tertio poſt profeſſionem anno, à V. M. Anna à Ieſu, per S. Matrem Tereſiam ſibi apparentem; ac Beatricem noſtram, vnà cum Eliſabetha ab Angelis teneriimè amplectentem, præmonita, ad profectionem Gallicam aſſumpta fuit.

Abulam ſimul peruenientes, Leonoram à S. Bernardo è Conuentu Luechenſi iam ibidem appulſam inuenere. Hæc nobilibus orta parentibus, Domino videlicet, *Ioanne Maria Corbario Spinula* Genuenſi, ac *D. Leonora de Bauaria* in Prouincia Leodienſi ad aquas medicinales Spatanas, ad quas grauida Mater profecta fuerat, nata eſt 24. Martij, anno Domini 1579. Ex Matris nomine Leonora vocata eſt, & in Italiam deducta Genuæ in domo Auorum maternorum, *D. Caroli de Bauaria*, & *D. Blanchę Lotòna*, primos pueritiæ annos exegit. Ab ipſis incunabilis cum ea concreuiſſe videtur commiſeratio; adhuc enim ab vberibus pendens, ſi quando, vt infantibus moris eſt, ipſam fiere contigiſſet, ſtatim ac illi aliquid pauperibus erogandum porrigebatur à planctu abſtinebat; geſtibuſque, ac vultu internam qua perfundebatur lætitiam exteriùs demonſtrabat.

Superato octauo ætatis anno, Matritum in Hiſpaniam à Parentibus illic manſuris tranſuecta eſt, vbi creſcente

ſcente cum ætate, imo & ſupra ætatem ipſam, mira in pauperes miſericordia, pretioſam die quadã eorũ vni elargita eſt gemmam, monens quantocyùs abiret, parentesq; poſtmodum rogans, ne, quem reperiri non poſſe aſſerebat, fruſtrà perquirerent. Cœpit ex tunc in paruo, ac iuuenili pectore ingens Religionis accendi deſiderium, eoque permota, vna cum puellis natu propèmodum paribus exigua in paternis ædibus delineabat Monaſteria, Regularia imitabatur exercitia, & interdum maiori, quam ferret ætas, auſu, diris ſeſe ad vſque effuſionẽ ſanguinis flagellis verberabat. His, alijſque ſimilibus ad excolendam pietatem idoneis intenta exercitijs ad 12. ætatis annum pertigit. Tum ad modum alterius B. Virginis Tereſiæ, maligna febre, cum maximo doloris eius ſenſu, amiſſa matre, ad imaginem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, melioris ſanè ſibi matris futuræ, cõfidenter recurrit, multaque lachrymarum vi adoptionem ab ea poſtulauit.

Prouectior euadens piorum librorum lectione conceptum in teneris annis Religioſæ vitæ deſiderium, & fouit, & promouit. Illud approbans Clementiſſimus Dominus, ipſi Tereſianarum Virginum Monaſterium in oppido *Luches* à ſex tantummodo hebdomadibus opera D. Ignatij *de Cardenas* inſtituti, ac tribus tantum leucis Madrito diſſitum, ſacraſque Virgines in eo degentes, & ab ea poſtmodum recognitas in viſu præmonſtrauit. Recuſato ſiquidem oblato ſibi honorario Imperatricis obſequio, in Monaſterium S. Bernardi maioris receſſus, & educationis gratiã aliquandiu delituit, lectiſque inibi tum S. Matris Tereſiæ libris, tum inſtituti ſui conſtitutionibus, ad illud amplectendum confirmata eſt, ampliuſue ſuccenſa. Cæterum pio Virginis propoſito renuebat pater, qui eam ſæculo deſtinauerat, obſiſtebãt & Bernardinæ Moniales, quæ Ipſam apud ſe modis omnibus retinere tentabant. Aſt ægrè tandem peruicta harum renitentia authoritate Regis, & Apoſtolici Nuntij, eam è Monaſterio extrahi imperantium; Parentiſq; conſenſu medijs inſignis Cõcionatoris ſuaſionibus impetrato, ad præfatum Carmelitarum Excalceatarum Cõuentum à P. Prouinciali deducta eſt & in vigilia S. Matthæi Apoſtoli 20. Septembris anno 1597. inter præuiſas, præcognitaſque Moniales ſacra veſte donata. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Inter hæc Pater Virginis, qui, dũ ſolemni ritu indueretur, velut immobilis, ac ſtupefactus interetat, cõpleta ſtatim ſolemnitate de ſomno velut expergiſcens, datiq; conſenſus intempeſtiuè pœnitens, eam ab hoc ipſo inſtanti ad vſque vltimum annui Tyrocinij terminum, variis, & inſolitis modis, imo & obtento Summi Pontificis Breui, ad egreſſum perperam ſollicitauit: Quin etiam tentamentis omnibus incaſſum adhibitis, appetente profeſſionis tempore, nouum ad hanc conſenſum præbere, inuincibiliter recuſauit; donec dilecta Filia grauiſſima præmerore intercepta febre, & ad extremum vitæ redacta diſcrimen, illum tandem ab eo, in poſterum Monaſterio benè affecto, ac vltra modum benefico, extorſit. Tum læto Patrimi conſenſus exhilarata nuntio, indictoque Superioris mandato obſequens, ipſiſſimo die omni febre ſoluta perfectiſſimè conualuit, & 14. Octobris anni 1598. vota ſolemnia nuncupauit; Facta prius à Chriſto Domino M. Agatha à S. Ioſeph Nouitiarum Magiſtra, tum exitus eius è Clauſtro inhibitione, tum futuræ per eam gloriæ ſuæ, ac Religioſæ propagationis exhibitione.

Vix credi poteſt, quantos poſt emiſſam profeſſionem in omnium virtutum ſtudio progreſſus fecerit. Inter alias autem mortificationem præſer-

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

præſertim, & obedientiam mitis, & inauditis profectò modis excoluit. Illius inſtinctu, præter conſuetum in Religione ieiuniorum, vigiliarum, verberum, ciliciorum, aculeatarum catenularum vſum, à Parente ſecreti inſcio ferream obtinuit veſtē, qua delicatos, ac virgineos artus dirè macerabat, quamque, dum infirma iaceret, haud quaquam exuebat. Hanc verò, nimirum obedientiam, oraculum diuinum, non ſecus, ac proprium iudicium ignorantiam, & fatuitatem vocitare ſolita erat. Huius impulſu, ſemel à Prioriſſa caſu interpellata, num ex præalta feneſtra abſque læſione ſaltare animus eſſet? exilijt ſtatim obſequentiſſima Virgo, nec miuimum inde cunctis ſtupentibus, & admirantibus Monialibus nocumentū accepit: ſemel etiam ab eadem in Choro proſtrata poſt matutinas laudes incogitanter relicta, ad poſteram vſque lucē perſeuerauit, & in eo ſtatu à ſuperuenientibus Sacris Virginibus inuenta eſt. Alia denique multa huius generis virtutis exempla edidit, quæ longum foret percenſere, quæque aliquando, Deo dante, in ſequentibus Hiſtoriæ noſtræ Tomis, dum integra eius vita conſcribenda occurrerit, enarrabimus.

Cœteris igitur hìc ex compoſito prętermiſſis, ad ea quæ ad Gallicanam Miſſionē pertinent, veniamus. Decumbebat aliquando febre correpta præclara Virgo, cum illi maximum V.F.N. Franciſcum à Puero Ieſu tunc viuentem videndi, & alloquendi, ſubijt deſiderium. Annuit dilectæ Virginis votis R. P. Elias à S. Martino Præpoſitus Generalis. Inuiſit illam Ven. ille Frater, mitæ planè ſimplicitatis vir, ac ſingulari tum Sanctitatis opinione per omnia Hiſpaniarum regna, nunc verò orbe toto Chriſtiano percelebris: cumque à concurrente præ deuotione populo veſtis illi hinc inde diſciſſa fuiſſet, reſeruatam apud ſe particulam Infirmæ perrigens ſolita ſimplicitate: *Ecce*, inquit, *Soror noſtra parunla, hoc tibi reſeruani, accipe, ac diligenter cuſtodi*. Mox impertita ipſi benedictione, è veſtigio ægra cōualuit. Tum demum illam aliquantiſper pijs ſermonibus adhortatus, & ab ea valere iuſſa diſcedens, ſic illi prophetico ſpiritu affatus eſt: *Scito, Soror, noſtra parunla, te in Galliam ad Inſtituti noſtri propagationem profecturam, matremque parunlarum Sororum futuram*. Id quidem per iocum tum accepit humilis Virgo, ſed procurrentibus poſtmodū annis ad prædictam miſſionem electa, prædictioni veritatem experta eſt, atque ex oppido Lueches diſcedens, inſalutato etiamnum obiter Patre, ne ab ipſo detineretur, prima omnium Abulam venit.

Inde quinque ſimul aſſociatæ Gallicanum iter capeſſunt, burgoſque pertranſeuntes, degentē illic aſſumunt M. Eliſabetham à S. Paulo, præclaram vtique, ac virtutibus cōſpicuam Virginem, de qua hactenus ſpecialem relationem habere nequiuimus, ſed de qua in ſequentibus huius Hiſtoriæ Tomis fuſior, ſi Deus dederit, ſuo loco ſermo redibit. His igitur, quæ ad has Fundatrices Gallicanas pertinent ſatis ſuperque recenſitis, illas nouis fundationibus incumbentes relinquimus; & è Gallijs in Italiam reuertentes, ad ea, quæ inibi in Congregatione noſtra geſta ſunt enarranda procedimus.

CA-

CAPVT XXXVII.

Succeſſus Reformationis per Italiam reſumuntur: & V. P. N. Dominicus à Ieſu Maria, poſt impetratas Lodani à Deo gratias, Romam vocatur, ac Nouitiorum educationi præficitur.

PAter Frater Ioannes à Ieſu Maria continuis infirmitatibus ingraueſcens, ac ſollicitudine Vicariatus, quem gerebat, curam integram Nouitiorum educationi impendere non poterat, & Pater Fr. Albertus à Sanctiſſimo Sacramento, qui ſociale præſtiterat auxilium, Conuentus Tuſculani primordia locabat. Alium itaque tam neceſſario operi ſeligere oportebat Religionis obſeruantia, & primarijs qualitatibus præditum.

Iam lib. præcedenti Venerabilis Patris Dominici à Ieſu Maria merita deſcripſimus, & qualiter ad menſem Iunium in nouæ Congregationis ſubſidia peruenerit ex Hiſpanijs in Italiam, Genuequeſubſtiterit, vbi priuatam quidem agebat vitam ſub P. Fratre Ferdinando à Sancta Maria, qui mox vt aduenit omnem aditum concurſui populorum adimere decreuit, amore ſolitudinis, ac receſſus tantopere in Regula noſtra commendati, & Fratribus interdixit, ne cui notum facerent eius aduentum, ne gratias à Domino præſtitas euulgarent, ne quem admitterent, ſed omnibus modis eniterentur, vt hominibus incognitus, Deo ſecuriùs, ſublimiùſque deſeruiret.

Paruerunt ad amuſſim obedientiæ præſcripto, & confluentem populum eliminauerunt Conuentu, magna Patris Dominici exultatione, ſuauiſſima quiete: Niſi quod neceſſe fuit procerum reipublicæ honorificam ſalutationem, ac congratulationem admittere, & Marchionem de Torriglia ex Familia Doria Principem Melphitanum, ſupra memoratum à nobis Lodoanenſis Conuentus Fundatorem, in Conuentũ ſæpe ſępius ad communicandas cum Patre animi ſui afflictiones, ac deſideria recipere. Hac tamen lege, vt ſolus ad cellam Patris Dominici ſecreto conueniret, ne paulatim alij pedem inferrent. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Veniebat pius Marchio ad Eccleſiam, & dimiſſo famulorum comitatu, ſolus ſe ſe abdebat in cellam Serui Dei, aſſidebat humiliter in lecti tabulis, & intima cordis ſenſa promebat confidenter, audiebat admonitiones, concipiebat afflictis in rebus fiduciam, & maiori in dies deuotione incendebatur in Deum, & reuerentiam in Religioſum Patrem.

Contigit vt die quadam coniugis ſuæ, ſuamque, ac totius familiæ grauiſſimam exponerent afflictionẽ, eo quod deſideratiſſimo matrimonij fructu, prole maſcula per tot annos orbati, tot orationibus, tot votis diuinæ miſericordiæ fores pulſaſſent irrito hactenus euentu. Adeoque fiducialius inſtaret, vrgeretque Patrem, vt cauſam ſuſciperet, apud Omnipotentiæ thronum intercederet, enixis ſerijſque precibus commendare non deſineret.

Commouit Patrem Dominicum pietas, & gratitudinis debitum, quod Cõgregatio erga Lodoani Cõuentus fũdatores agnoſcebat, acrius ve incendit, vt tã deuotis parentibus filios pietate ſimillimos exoraret. Moxque ſpiritus impetu raptus in extaſim perſtitit immobilis ad horæ circiter quadrantem, & Marchio vocato Fratre Iacobo à Sancto Bartholomeo, qui extra portam cellæ promptus aſtabat ad obſequij nutũ, mira deuotione ſuccenſus eſt, & ora-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

orationes suas vna iungentes præstolabantur exitum rei. Tandem copiosum præ raptus vehementia sanguinem pectore euomuit, & ad humana remeans sensuum officia, Marchioni cum exauditum esse, gratiam à Deo impetrasse respondit; adeoque excurrentibus annis, Domina Ioanna Columna tres filios masculos ei peperit, magna familiarum nobilissimarum, ac totius reipublicæ consolatione.

Relatum à Cœlesti Curia nuncium Principis animum accendit, vt secum ad Lodoanam fundationem, Genua eueheret animi sui iucundissimum consolatorem, adeoque à Commissario Generali Roma per litteras impetrauit, ad noui Conuentus fabricam more nostro dirigendam mitteretur.

Tanti hospitis aduentus desideratissimus, consolationem non modicam attulit Familiæ Illustrissimæ, ac præsertim iam dictæ Dominæ Ioannæ, quę post paucos menses intercessionis fructum incepit agnoscere. Nam & primam prolem masculam edidit in lucem, & insemetipsa experta est, quanto merito, & virtute polleret apud Deum.

Etenim à partu recentem grauissimus morbus inuadit, & suffocatio cordis, ac delirium aliaque symptomata manifestum indicabant periculum: præsertim cum cibum, ac medicinam omnem stomachus abominaretur. Versabatur in angustijs extremis Marchio, deplorans dilectissimæ coniugis desperatam salutem, nisi quod viuam aleret in Deum fidem, quem Patris Dominici interuentu sperabat fore propitium. Auxit gratus hospes orationis feruorem, pœnitentiæ rigorem, vigiliarum diuturnitatem, & summo diluculo responsum tulit: *Non morietur*, inquit, *coniux tua. Dominus enim exoptatę salutis gratiã elargitus est*. Eademque luce paroxismum solito molestiorem passa, Patris Dominici benedictione melius habere cœpit, & post modicum temporis integrè conualuit.

Dum hunc in modum conflictabatur Domina, & animam exhalare crederetur, aderat paruulus infãs pedagogæ filiarum Marchionis, & amarum prorupit in plãctum; quem vt aduertit Pater Dominicus inquit: *Abducite Puerum istum lachrymantẽ: prius certè ipse morietur, quam Domina*. Implerunt iussa, notarunt verba domestici, & cum post breue tempus viderunt Puerum vita defungi, Dominam superstitem euasisse, mirati sunt, & Deum laudauerunt in mirabilibus suis.

Interim Marchionis filius inualescente morbo vix dum ex vtero deducebatur ad mortem. Accurrerunt ad Patrem deprecantes, vt pro filij salute clementiam diuinam interpellaret, sed *negabat id* se præstare posse, insinuans supremi Rectoris imperio in cœlum euocari. Paruuli mortem celabant domestici, ne matrem nondum pristina valetudine confirmatam granius affligerent, modicam salutem profligarent. Verum ille timorem mittere, securos esse iussit, Dominam, qua decet Christiana, religiosaque generositate, casum acerbum laturam. Tulit illa constanter eo confortante, Deumque laudauit, ac benedixit, quod dignatus esset famulæ suæ partum cælestis gloriæ muneribus exornare.

Promisit Pater Dominicus non elapsurum integrum anni circulum, quin Deus alteram prolem masculam elargiretur elegantia formæ præstantiorem. Cuius prædictionis lętissimus euentus, noua admiratione, & gaudio, ac effusa diuinæ magnificentiæ laude totam familiam impleuit.

Mense Octobri eiusdem anni peruenerunt ad eum Lodoani existentem litteræ, quibus Pater Noster Petrus à Matre Dei Romam euocabat,

Digitized by Google

bas, ſtatimque Genuam enauigauit, quamuumis pelago rumoribus, & vi-
tijs plus æquo ferocibus, Vrgebant nobiliſſimum Principem, vt commo-
dioribus aurium opperiretur, Verum ſimplicia obſtinatiæ reſponſum de-
dit, & facilis impleuit: *Omnem enim impiorum ſuperioris præcepti contemptum eſſe, eamque nobis iniuriæ cauſſam, quòd ſimplicitatem, quæ candidiſſima obedientia.*

Ad Annum Chriſtianum 1609 ad 1613.

Gemuerunt porta ſolum cum tribus Patribus, quos ſecum ex Hiſpania, duxerat, nec non quinque alijs ex Conuentu S. Annæ Romanæ per-
mutarant 26. Menſis Octobris 1606. vbi nouæ fundationis Fratres iuxta modum celebrarunt, & præſertim P. Noſtrum Petrum à Matre Dei, & Patrum Fratrum Ioannem à Sti Maria, Implicuit in hanc modum, S. Tereſia primam illam fuæ pro-
pagatæ pietatem, qua multos ante annos Dominicum illum à pelli con-
tagio ſanctæ, Romam venturum, eſſe prædixerit.

Gaudebat in mediterraneo Romanæ Curiæ deſiderata ſolitudine, & ſa-
cellula S. Mariæ de Scalis delectari Thebaidis incolebat, populo, Ro-
manique progenibus incognitus: Etenim Superiores noſtri concanta
odorant religioſæ quietis inimicum, inchoatæque modis omnibus eatenus celebritatis. Etenim vere Seraphicus lotuliuter inſidiantem, & ipſi veræ humilitatis cultore hoc ſuperbum, habebat in votis hoc eſſoſſa latebra-
mis implorabat apud Deum, & ho-
mines, hoc ſolitudo ſaxoſque & ſe tinam aperuit minimum, nottu-
tinæ fecalitati commentatas ibi ta-
bulationis refcire uolebat.

Innuuerat ex Hiſpania diſcedi-
ti Philippus Rex, & Regina Marga-
rita vt Beatiſſimus Clemens VIII. populos coram nomine venerabundas oſculaturus, poſtulare benedictio-
nem, & certarum indulgentiarum, gratiam. Verum ſolitudinis amatior ſimplicium Regis religioſi re-
gis obſeruantiam poſtulabat, illud-

que, ne clienti cluſtris ſolitus in-
Hiſpania concurſus irrumperet.

Supplexarbitr animo defiderium ad diſcendi idiomatis Italici. Ver-
ſum ne hanc etiam per portam ſoli-
tudo parcerentur indiſtas, animus, reſipuuit loquendi occaſiones ano-
puuant, & ſua fe cella continuit.

Nobilem Patrem Petrum à Matre Dei cœcrediuin à Deo P. Dominico ta-
lorum duntaxi remanere otioſum, adeoque intra domeſticos lares mi-
nere apoſtolice percipiuo, quod eſt Nouitiorum in ſpiritu educando-
rum cura.

Iam olim à profeſſione recens, P. Bartholomæus à S. Baſilio eodem in officio fuerat datus in ſocium, maximo fuctu Nouitiatus. Ve-
rum fudatum grata Compoſitus, miſſus alijs poſtmodum fuit diſtan-
tis. Et quamuis extra communem ſpiritus ordinem per ſublimium ra-
perium, aliarumque rerum ſupernu-
raralium ſemitam ducerentur, abhor-
ruit etiam frequenti mentis elena-
tione, propriis non poſſet ſenſibus hominibus, ſui tamen abunde duo remedia ſuppeditare. Primum cu-
tinua aſſiduitas Patris Noſtri Ioan-
nis à Leon Viri, cui fuere ea admi-
miratem, aut alia mentis Magiſte-
rij parte omnes admodum nouæ, poſſet; femper tamen, quod tanta talentum incomparabile Nouitio-
rum gratioſiſſimus cura impendia, & fatientiſſimum mentem apponat.

Alterum fuit, quod Deus parti-
cularij prouidentia reddebat, quod auferebat rapiebat, & arcendorum ad diuina fruenda abhorrans ſupplex hæ infatigabiliſ occhus, quos humana non poterat peringere, prudentia, promouebat P. Dominici ſimplicis gratia. Adeoque Nouo-
rum quoq; ipſius ferocis acen-
dit, tum exhortationum virtute, tum ſemetipſorum operum efficacia, vt ſyno opus eſſet ehio curentibus vias duris auſteræ reformationis.

Hiſt. Gen. Carm. Diſc. I. tom. I. Dddd 2 CA-

Digitized by Google

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

CAPVT XXXVIII.

Singulari gratia pollet V. P. N. Dominicus in detegendis cordium penetralibus; Eaque mira prudentia vtitur in iuuandis Nouitijs, pro emundanda conscientia à peccatis, tentationibusque peruincendis.

ACceperat V.P.N. Dominicus peculiarem à Deo gratiam pro conuersione peccatorum etiam hæreticorum, & infidelium. Turcam victas manus eius charitati dedisse cum Barcinonam tenderet supra retulimus lib. præcedenti. Duos hæreticos Anglos diuinæ sapientiæ virtute deprehensos, conuictosque ad lucem fidei redijsse.

Sed singularis est gratia, quam à Deo obtinuit pro conuersione sex Infidelium, qui patibuli supplicio mox afficiendi, cum Socium Magistri Nouitiorum Madriti ageret, fuerunt ad Ecclesiæ gremium adducti, & diuinæ gratiæ conciliati. Nam cum septem Mauri cum Hispano grauissimum ob delictum, vltimo supplicio forent adiudicati, ne pertinacia Mahumeticæ superstitionis, à temporali morte deuoluerentur ad æternum; vocatus est P. Fr. Dominicus, qui miserabilium causam Deo commendans, desuper infusa prudentia, primo aggressus est eum, qui cæteris sagacior, & docilioris ingenij videbatur. Hunc cum ab instituto patrio dimouere non posset, hoc saltem obtinuit, vt gratum, haberet, preces pro eo ad Deum funderet, pro impetranda veræ fidei luce. Totam illam noctem vigilauit in oratione, & magnam vim lachrymarum fundens ob ingentem compassionem, qua erga pereuntes animas ferebatur, optatam gratiam impetrauit. Etenim illucescente die baptismi lauacrum Mametus magno feruore petijt, eiusque exẽplo quatuor alij fidem amplexi sunt & in caulam adducti gregis Dominici.

Cruciabatur animo, quod reliqui duo in æternum se præcipitarent exitium. Cum ergo carnifex vnum obstinatorum vrgeret ad patibulũ, collum asini, quo vehebatur apprehendit, tenuit, effecitque, vt Hispanus optimi Patris opera præparatus, libenter se offerret ad supplicium primo loco luendum. Cumque per scalas ascenderet affigendus, Maurum coram Christiano, hunc. in morem est allocutus: *Quandoquidem tam obstinatus hæreas in tua perfidia, nec persuaderi tibi valeat Christi fides, rogemus hunc fratrem nostrum, qui animo libenti, constantique in eius fide, & amore patibulum ascendit, & vt verus Christianus peccatorum suorum absolutione percepta properat ad cæleste Regnum; rogemus, inquam, vt quam primum ante thronum diuinæ maiestatis aduenerit ante omnia exoret salutem animæ tuæ, & si pro hac consequenda sit necessarium ablui baptismi lauacro, tibi lumen infundat, vt cognoscas gratiam, quam recipias.* Maurus ad salutis verba mẽtem exhilarans, conditionem accepit, Hispanum obsecrauit. Et hic quidem pijs sermonibus confortatus, promisit se facturum, ac contriti cordis excellenti fiducia vitam laqueo finiuit; sed animæ ad Deum euolantis efficacem gratiam Maurus agnouit. Statim enim exclamare cœpit: *se Christianum fieri, se baptizari velle*; Ideoque sex illi Mauri per prudentiam Patris Dominici cœlitus infusam oculos mentis aperuerunt, & deposita Mahometi spurcitia, Christi puritatem induerunt, modicum corruptibilis vitæ, quod per humanæ Iustitiæ seueritatem perdiderunt in glorioſæ æternitatis incõprehensibilem misericordiam transferentes.

Dum

Dum Valentiæ Confessarii munere obiret à Sacro Fidei Tribunali hæreticus imponitur brachio laicali relaxatus, & ignis supplicio condemnatus fuit; pluresque animarum zelo, ac sermonis gratia præclaruerunt omnem mouerant lapidem, vt excoctam mentem nulio veritatis illustrarent, fed obstinatam acien, eluino lumini claruere. Ad fupplicij locum educitur & carceribus. Pertinacem veritatis hoftem duo Patres Societatis fefe non deferentem monent, orant, obtestantur, & repofitis fidei notis, errorum caligini aliebrgere nnuntur, ac poli mortuum in tenebras ejiciatur aeternas. Occurrit Superni Rectoris arbitrio. Pater noiter Dominicus, cunas celebrem pietatem, & mifericordiæ vifcera Religioni Patres obtellari funt, vt ipfe quoque alibertati inobstinati consuleiune. Mores virorum authoritate, qua pollebant, & reflexioio flagrabat animum in Deii cleuans, & fidei certamen incantatæ Sapientiæ Matri commendans, hæreticum aggreditur. Ita *hæreticus, charissime in Christo Frater, Idcirco ex malo in melius non convertitur facienz, & extremum infixit clauum Deus*, inquit, *parum I.C. Evangeliorum perfonet, à vobis deprauatum, qui Dei verbum humanis traditionibus pollubatis. Vtquid enim cum illo, qui dicit, Ego sum vitis, per fimilitudinem vitiqua veniet intelligendus? Vos cum illo iungit, hos eft carpus meum, per propriatatem explicauit* Offendit P. Dominicus, latum effe, euidenique dilcrimen inter veram, quæ fanctitatem, & pietas quidem, loci contextum, excludere femonem proprietatem. At vero reftituens tabulas metaphoram omnem reficare, clariorem verborum exprefsionem Chriftl in prædicto mortis myfterium, dominique vltimum, rem maximam humanis viribus impares. Dei virtuti condignam, redemptionis prodigio congruam, populare. Adiunxifle Salvatorem: *quod pro vobis tradetur*, ad omnem mouetet aditum fignis, vmbris, figuis: Clarius non potuiffe loqui pro Ecclefiæ Catholicæ fenfu, nec valuiffe luculentiùs errorum omnium nebulas diffipare. Hæc aliaque plura ratiocinia mouentia, ac aliter obstinatum cor emollire:

Quam fi dura filex aut fax Marpesia cautes

At pius Carmelita Difcalceatus ex phætera regula fue telum arripuit penetrabilius, oratione, quæ nunquam inmarcabilem in cælum effluuits vnde vigore concepto redieret in hæreticum. Chrifti fanguine redempeiam, & lachrymarum vin fundens fugeiicem peccatrix eiluæ fi fua ille peruicacia dinationi fubijcerer infernali, & in æternum à Diuina inteftatis gloria excluiai patereiur: *Si me istum conuertere*, refpondit hæreticus, *fiat vita mihi fuperstiti falutis aeterna, sin, tamque tuorum oppreffa peccatis* Verba emollit cordis ipem dederunt amplectem, lacrymarum fontes fegnicr

Ab Anno Christ. 1604 ad 1605.

rum adiutorio christiana morte perfunctus, criminum maculas libenti supplicio luit.

Quendam in Theologia cathedraticū proprij iudicij præsumptio, dum in extremis vitæ tentaretur, ad extrema præcipitauit errorum. Monitus interna inspiratione P. Dominicus accurrit. Ibi ab Angelo moribundi, & duobus Angelis suis feruenti ad Deum oratione Dæmonē in furias agi, & cubiculo se proripere vidit. Sed cum post modicum temporis integra legione stipatus, redijsset; Sancti Angeli affectu singulariſſimo protexerunt agonizantē, & Patri inspirabant argumenta efficaciſſima, quibus facilè reductus est ad sanam mentem, & confessus errorem, ac superbiam, qua sua in doctrina confisus humani ingenij viribus mysteria fidei librare præsumpserat, & aduersus instantem Dæmonem disputare; religioso fine quieuit.

Duo nobiles extranei, & incogniti venerunt ad Conuentum, & Patri Fratri Dominico iussit Prior eos adiret, ac spirituali colloquio solaretur, vt apud nos est vsitatum. Iam antea Deus, in visione Seruo suo statum vtriusque damnabilem ostenderat. Mox ergo, vt eos vidit, ex demonstratis imaginibus agnouit, singulos separatim ad pœnitentiam exhortatus, occulta crimina, quibus inforduerant, aperuit: compunctos, ac Dei magnalia admirantes, laudantesque dimisit.

Duo alia huius generis exempla à R. P. N. Philippo in suo Carmeli decore sub his verbis referuntur. Accidit quadam die, vt mitteretur à Priore ad excipiendum illustrem Dominum, qui fortè recreationis potius, quam spiritualis profectus causa ipsum postulabat, cuius vita in tota illa curia multum erat scandalosa: Sic sermonem prudens Pater direxit, vt ipsum suauiter moneret de periculo, de communi scādalo, de æterno animæ damno, alijsque similibus. Sed Nobilis ille in malo obstinatus, aures habens nō audiebat, sermonem salutiferum in affectatam recreationem diuertebat. Hoc aduertens V. Pater post breuem aliquā recollectionem, suauem agendi modum dimittit, magnoque spiritus feruore dixit: *Eia Domine, Vestra Excellentia demittat oculos, & videat, quid ipsum expectet.* Oculos ille demittens, terram vidit apertam, & Infernum patens. Hoc spectaculo sic coram domesticis, ac seruis turbatur, vt in facie apparuerit, propositum emendationis fecit, ac deinceps cum ædificatione totius Curiæ laudabilem vitam duxit.

Cum alia vice quandam Dominam visitaret, eam in aliarum societate reperit, inter quas vna *plurimum* emicabat *naturæ dotibus* singularis. Non nouerat ipsam, nec vnquam viderat V. Pater, quam tamē fixis intuens oculis, animam eius rapuit, & ad claram mali status sui notitiam perduxit: Breui peracto pietatis negotio, discessit Pater, de quo inquirit vulnerata illa, & inquieta Domina: Quisnam esset talis Religiosus? Audiuit quanta esset in curia sanctitatis eius opinio, quanta virtus, & quàm benè in bonis operibus, & factis miraculosis fundata; ipsum deinde procurauit alloqui, ad quem cum accessisset, & antequam nomen, & causam aduentus manifestasset, V. Pater eam superiori luce penetrans, suasit, vt à peccato quodam grauissimo, ac fœdissimis eius circumstantijs recederet, sub minis æternæ damnationis. Ipsa tùm verecundia, tùm occulti criminis certitudine voluit semel, & iterum obiecta dissimulare; sed nouo feruore spiritus, & cum nouis prolata circumstantijs audiens conuincitur, peccatum cōfitetur, & emendationem firmiter proponit. Hanc mutationem dex-

teræ

Ab Anno Christi 1063 ad 1663.

ierat Excelli cum dedicisse ille, qui particeps erat, in peccatis, ex illusionibus Hispaniæ nobilitatis, & quamplures monstris Militis Ecclesiastici, & feculares audebant, & exarticulabat externus vociferatet. Ad V. D. epistolam scripsit, sine subscriptione, cruciclisimam ei nuntians mortem. Nouit collinis Patres, quis esset author illius; respondum & dedit illo nomine fabricatum talibus verbis attemperatum, quod miser ille anter perfectam religionis professionem, & Leone rabido, & feroce factus fit Agnus mitissimus, & cum summo desiderio profitemendi fe ad pedes eius, quem ita poenitem in verbis falutiferis expenebatur.

Ad portam Conventus clemolynam ftatim bibitabat aliquando (nam & Fratrum parfimonia, & Dei benignitas locum dant, vt etiam pauperum fimus, Christo pauperi aliquid largiri valeamus) cum ecce perfrangit vir clamide obuolutus, eorpo vultu, incitato geftu, tumultuentus, ac minax. Vociferat, Pater volens in Conuentum deduceret. fed ille non fuftinuit moras. Cucurrit hic, & apprehenfa clamide deduxit in Eccleliam: cumque furoris caufam aperire detrectaret, *Fr. inquit, Amice, cognofcas quanto officio Deus falutis tuæ inuigilet, Ego qui mihi videbaris verbis tuis fiorem pendere. Tu matrimonium abhorrebaris, a confortè violatum, imo fanguinem tu vindicaturus abibas. Sed falfitatis ille fiderarum cognitor iubet effe fincerum. Innocenti coniugi tua famam infidiatur, magnas te criminis tentauit abrarere, & in defperationis barathrò cum fuum præcipitare.* Obftupuit, tum depofuit, mentema ferenauit, Deo gratias egit, peccati confeffus eft, & deinceps immaculati thalami fecuritate lætitiæ magnam aluit familiæ tranquillitatem.

Similia Venerabilis Magifter officia nouimus fuis Deo fuggerentem præftabat. Nam nobilem virum, Dauidem Rhoeoftot ex Scotia, magnæ Britanniæ Patritiorum Scriptericuiacitet ab incunabulis inhærentem, pu dentia defuper inftillata, adeo conuicit, vt poft paucos ab eiuratis hæreticibus menfes Religioni nomen daret, vitamque conlecraret, deinceps vocatus Frater Georgius Nazarenus à Sancta, Ex fodalem Romanis tertiæ P. Dominicæ vnum fidem experta ac fingulare domum hæreticos conuertendi, quos ex nationibus à lumine veritatis alienis Roman adducentabans, & partibus erroribus pertinacius inhærebant, ad Sanctæ Mariæ de Scala remittebere, & in manus eius confignare, animarum fructu fcilicet allectus.

Nouitiorum conlcientias tanquam in nitidiffimo fpecula, confequabatur Magifter illuminatus, & vique adeo perfpectas habebat, vt dum confeffione generali fe fe vellent expiare, ac per obliuionem quædam omitterent peccata, nonnisi fuggerebat fua vefta tempora, locorumque circumftantias, vt pœnitentes ad calcitæ lamen obfcuritatis amarifimum effe compungerentur, & confcientiæ pacem, hauirent dulciffimam.

Colebat vir inculfimam peccatorum adocatam Sanctam Mariam Magdalenam deuotionem præcipuecumq; nouitiis inter vix purgatiuæ excrcitia inculcabatpro cuius honore, & memoriæ feliciter ftitionem Angelicam transfumauerat in hunc modum. *Ave Maria Magdalena, gratia Chriſti plena. Dominus te delexit multum, beneditta tu in pœnitentibus, & beneditus Dilectus tuus Iefus. Sancta Maria Magdalena ora pro nobis pecatoribus, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.*

Dromondum formidabilis erat P. Frater Dominicus, cofque ab energumenorum corporibus precibusque exorciftorum virtute profligabatcorum in peccatores Domi-

Digitized by Google

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

nium multis modis expugnabat.

Puellam forma præcellentem, moribus, & familia honeſtam, ſed cæco teſtudinis ſonatori deſpõſam, antequam matrimonium conſumaret, in forma iuuenis elegantiſſimi, ac pretioſis veſtibus ornati præuenit Dœmon. *Et non pudet*, inquit, *parentes tuos te nuptui tradere homini abiecto, mechanico, oculis capto? Tuam illam formam, gratiam, ingenuamque indolem paruifacere, concalcare? Dignam certe meliore marito. Et Ego ipſe, ſi conſenſeris, te meam recipio in coniugem, & in felicitatem proueham omnibus puellis inuidendam.* Tot adulationes, tot promiſſa deprõpſit mendacij pater, vt allexerit, perſuaſeritq; verum in caſſes protractam, vt eſt Dœmonum genius, non ſolũ fefellit, deluſitque, ſed mille vexatam moleſtijs, afflictam doloribus, attritam verberibus, omni venuſtate, & gratia exuit, vt in viuo corpore mortis, horroriſque imaginem circumferre videretur. Plures à parentibus adducti exorciſtæ malignũ expellere nequiuerunt. Obtinuerũt tandem à ſuperioribus, vt Pater Dominicus mitteretur. Et quia Incubus aſſiſtens, eos etiam, qui vexatã tenebant, ſolebat eleuare in aerẽ, primo iuſſit ad immobilem Sedem alligari, deinde cum vires animi recollegiſſet in Deum, Crucifixi effigiem accepit manibus, & Chriſti nomine præcepit ſpiritui, vt ſui cõpotem, quietamque relinqueret. Mox puellam diſpoſuit, adiuuitque, vt pro præteritis peccatis dolorem conciperet, & ad egregios contrictionis actus ipſe præiens toto corde compunxit, ob multiplices Diuinæ Maieſtatis offenſas, ad amorem Dei accendit, alijſque feruentibus virtutum propoſitis animum aduerſus vitia confirmauit. Cumque in afflictam ſalutiferæ Crucis ſignum impreſſiſſet, Dœmon noſtræ redemptionis vexillum, & animæ à Chriſto redemptæ ſinceram conuerſionẽ non ſuſtinens, euaſit, erupit. Proſecutus eſt pijs exhortationibus, & documentis aduerſus diabolicas tentationes, ſuggeſtiones, ac moleſtias obfirmare. Et cum nihilominus Dæmon ad priores immunditias redire tentaret; coronã Beatæ Mariæ Virginis, quam geſtabat, puellæ dedit, vt quoties tentator ingrueret, eam collo circumdaret. Præſtitit fiducialiter puella, Dœmone ad aſpectũ coronæ conſternato, & procul abſiſtente, vſque dum tandem à grauiſſimi Iucubi moleſtijs in totum eſt liberata.

Erat ergo Nouitijs ad Sanctæ Mariæ de Scala ſcutum inexpugnabile, aduerſus omnimodas tentationes inimici, qui ad Dei ſeruitutem accedentes infeſtiùs vrgere ſolet, niſi præparatum pectus inueniat, niſi experti directoris prudentia, ac virtute propulſetur. *Victorias* quas de carne triumphans toties retulit, non eſt neceſſe recenſere, neque modos, quibus Nouitios ſuos ſub Beatiſſimæ Virginis patronatu muniebat à luxuriæ titillantis illecebris, vt in candidiſſimam regenerarentur infantiam.

Aduerſus Mundi pompas, honoreſque profundiſſima certabat humilitate. Exurgentes vanæ tentationes, propriæ vilitatis, & culparũ ſuarũ intima cognitione ſuperabat. Has tam humiliter, tam ſincere, tam opportunè nouerat coram omnibus explicare, agrauare, vt niſi ſanctitas ex operibus ſe proderet in vitam, peccatorum omnium maximum ex verbis non immerito ſuſpicareris.

Inuentis varijs ſecretum Diuini Regis, & ſingulares abſcondebat gratias, non ſibi, ſuiſque meritis attribuens, ſed Sãctorum Reliquijs, quas in hunc finem collo appenſas ſecum deferebat. Nec non Effigici Chriſti pendentis in Cruce, quam ære fuſam geſtabat ad pectus, infirmis præbebat exoſculandam. Et

quam-

Digitized by Google

quamuis non rarò profusa nominis celebritate, à populis acclamaretur, vt Sanctus, coleretur à magnatibus, & Regum coronas supplicibus votis videret inclinatas; attamen tam viliter, tam abiectè sentiebat de se ipso, ridebatque, veluti si quis asinũ cerneret à concurrente multitudine varijs submissionis, & reuerentiæ signis honorari.

Talem sui contemptum discipulis instillabat celebris Dei seruus, & mundanæ gloriæ contemptor eximius. Vnde ex humillimi Magistri schola prodierunt excellentes humilitatis cultores, qui familiæ nobilitatem, virtutum merita, factorum gloriam, ne nominari quidem sustinerent: Et ad Ecclesiæ dignitates euitandas, cum aliter nequirent, mortis effugium à Deo impetrarunt.

Radiabat in Magistri pectore Diuina Sapientia, qua Nouitiorum occultas tentationes, auersiones, suspiciones Deo reuelante cognoscebat, & in intimo cogitationum deprehendens, solatium simul adhibebat, & curam. Imo Nouitios quosdam, quod nonnullam de eo cordis in secreto sensissent auersionem, lepore gratiæ, qua valebat, admonuit, & tentantem spiritum deinceps exclusit. Quorum omnium necesse non est exempla referre singula.

CAPVT XXXIX.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Efficacissimis, ac feruentissimis seu exhortationibus, seu exemplis, Nouitios suos mirum in modum instruit, animat, accendit, & ad Dei præsentiam, orationem, deuotionem, virtutumque omnium studium promouet.

PAtris Dominici exhortationes non humanæ sapientiæ verba sonabant, sed intima pollebant virtute Dei, gestusque non Rethoris arte compositi, sed in feruore spiritus diuinũ ignem spirare videbantur. Præcipua vis, & energia sermonis eius in aureis vitæ spiritualis documentis insistebat, quæ experientiæ sensu à tanto viro probata, mirum, quam profundè penetrarent in animam, quam in altam exurgerent bonorum operum segetem.

Hortabatur Nouitios, vt creata omnia, quæ amore, aut beneuolentia fuerant olim prosecuti, procul eliminarent à memoria, obliterarẽt à Phantasiæ speculo, & cunctas animæ facultates toto conatu recolligerent in Deum, dicerentque creaturis: *Vos mei gratia condita estis: sed me nequaquam in vestri gratiam, sed propter semetipsum fabricauit Omnipotens.* Assiduis, feruidisque precibus Patrem luminum implorarẽt, vt diuinum eis amorem instillare dignaretur, quo ipsum, & proximos diuina diligerent charitate. Certo sibi persuaderent prosperitatum, ac dignitatum mundanarum splendorem instar fulguris momento perstringere oculorum aciem, moxque in tenebras, tempestatesque resoluũ. Hanc ob causam veros Dei seruos, honoris plausum

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

pauere, & horrere, vt fulmen nubibus euibratum ab irato Numine. Voluntatem ſuam in omnibus reſignarent Dei nutui, ac Superioris Chriſti loco ſedentis: & ab eius manu tum proſpera, tum aduerſa reciperent æquanimiter. Nulla in re proprium guſtum exquirerent; ſed Diuinæ Maieſtatis beneplacitũ. Vigiles, armatique in mortalis vitæ ſtadio decertarent, quemadmodum, qui ad exercitus inimici frontem fixere tentoria. Cogitationibus ſanctis munirent pectus, latus accingerent, mortificationis conſtantia induerent; virtutum, ac Beatiſſimæ Virginis, Beatorumque cum Chriſto regnantium, Sacramentorum etiam præſidio circumquaque ſemetipſos vallarent.

Dicere ſolebat inordinatum ſui amorem, & honoris vanitatem ponderа eſſe, quibus ſublimium animarum alæ deprimuntur in terram, & ne ad culmen perfectionis aſcendant, opprimuntur. Zelotypum eſſe animarum noſtrarum ſponſum, qui ſocium non ferat in amore, integrum cor ambire, faſtidire dimidiatum. Et ab vna anima vnicum requirere amorem. Solum maluiſſe naſci in ſtabulo, quam comitatum in palatio. Eum, qui creaturas non amat, earum non amare conſortium, non curare memoriam. Religioſos veros Dei amatores, non de rebus ſæculi, ſed de cœleſtibus inire ſermonem. Religioſæ obedientiæ exercitium appellabat nobilium Chriſti teſſeram, qua veluti honoratiſſimi equites, verbo datam Deo fidem exoluebãt. Proprios intellectus oculos excæcarent, nec in rebus agendis alijs oculis vti vellent, quam oculis Superiorum, & obedientiæ.

Ex his alijſque dictaminibus ſententiarium emerſit ſpirituale in viã purgatiuam, illuminatiuam, vnitiuam diſpertitum, quod poſterioribus annis euulgatum eſt Romanis typis, ſimul cum ſpirituali conſortio, ad ſubleuandas proximi ſpirituales neceſſitates. Quæ Summus Pontifex Gregorius XV. ſpeciali diplomate: *Paſtoris æterni*, laudauit, approbauit, & copioſo ditauit indulgentiarum theſauro.

Sed ad duo præſertim diſcipulos ſuos erudiebat, animabat inſignis Magiſter. Primo ad indefeſſam, continuamque Dei præſentiam. Sẽcundo ad Sanctiſſimi Sacramenti deuotionem præcipuam. De quibus nonnulla nobis dicenda reſtant.

Ad continuum internæ recollectionis ſtudium, & affectuoſam diuinæ præſentiæ memoriam fratres ſuos maximo feruore ſolebat exhortare. Illum eſſe Paradiſum hæreditatis Tereſianę, quem incolere, & excolere debeamus, ſi ſuauiſſimo orationis fructu, & ſpiritualium deliciarum theſauro *eſurientem animam* explere *velimus*. Hoc iam olim viris perfectionis auidis datũ à Deo præceptum: *Ambula coram me, & eſto perfectus*. Hoc exercitio Sanctiſſimum Eliam Religionis Noſtræ primordia poſuiſſe, diſcipulos in conſpectu Domini ſtare, verbo, & exemplo docuiſſe, & ideo tandem igneam de Cœlo promeruiſſe quadrigam. Hoc Regulæ noſtræ præceptum, punctumque grauiſſimum, vt in Lege Domini die, noctuque meditemur, verum Carmelitam à falſo diſcernere, primitiuum ſpiritum à relaxato, ac torpente.

Imbiberat Elianum hunc, & Tereſianum ſpiritum adeo Pater Frater Dominicus; vt diuinæ præſentiæ nectare, plerumq; ſuauiter inebriatus, ad neceſſaria ſenſuum munera vix aduerteret. Iam ægrè patiebatur corporalibus naturæ exigentijs ab eo diuelli; vt Seruum ſuum Deus ſolari voluerit, deputato ex Choris ſuperioribus Angelo, qui die, noctuque à naturali diſtractione, ſomnoque reuocaret ad Diuini Numinis deuotam recordationem,

nem, hoc præsertim tempore, quo Nouitiatus Magisterium obiuit ad Sanctæ Mariæ de Scala.

Beneficij plane singularis originē paulo altius repetere, nec mihi fuerit graue, nec lectori iniucundum. Reuerendus Pater Noster Thomas Aquinas Definitor Generalis frequentes vomitus patiebatur ob diruptam venam in pectore. Contigit vt post celebratum missę Sacrificiū, ex medici præscripto potionē sumeret, eāq; stomacho reluctāte cogeretur eijcere, simul cū speciebus sacris nondum ab infirmi modico calore consumptis. Consternatus animo deuotus Pater, inops auxilij surrexit è lecto, confugit ad Patrem Fratrem Dominicum, tanquam ad sacram rebus in afflictis anchoram, casum narrat, viri à Deo illuminati prudentiam, auxiliumque implorat. Consolatus infirmum Dominicus reducit in cellam, bono animo esse iubet, lecto reponit. Mox materiam vomitus contemplatus, cernit Sacratissimas species sole splendidiores inter reliquas sordes emicare, genuflexus adorat, diligenter segregat, reuerenter ponit in calice, medicinam, reliquasque fæces vasculo vitreo colligit, vtrumque in Altari maiori, secretò, decenterque recondit, eo fine, vt totum ipse resumat ad Diuini Sacramenti reuerentiam post diei sequentis sacrificium, iam enim missam celebrauerat, & ob sumptam ablutionem ieiunium soluerat.

Totum illius diei tempus, quod ei vacuus remanebat ab exercitijs religiosæ disciplinæ, coram sacratissimis illis speciebus in oratione cōsumpsit. Cumque noctem integram ibidem protraxisset, præ contemplationis dulcedine, & gratiæ cælestis abundantia, visus est sibi non amplius, quam dimidiata vnius horæ parte perdurasse. Ad primum albicantis auroræ candorem missam celebrauit, in qua post calicis à se consecrati sumptionem, ad honorem ampliorem, & decentiam Sacrosancti Corporis Christi mysterio ineffabili pro nostra salute recondi-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

ti, nauseam, & naturæ reluctantis impetum coercens, primo quidem è repositio calice sacras species, mox etiam è vase vitreo reliquas sordes ab infirmo reiectas constanter exhausit.

Qui sacrificio ministrabat accolythus tanta stomachi reuolutione perturbatus est, vt deliquium animi passus, per aliquod spacium immobilis hæserit, & sensuum impos. Et ecce, cum peracto missæ sacrificio ad idem Altare deuote genibus flexis gratiarum actionem deuoto feruore persoluit, Sanctissimam ei apparere Trinitatem in sublimi, fulgentique throno maiestatis, ineffabili gloria, & innumerabili circumdatam Angelorum corona, in nouem choros distributa. Demittebat se Dominicus humiliter in abysum proprię vilitatis, reuerenter adorans altitudinem diuinitatis: Aeternus Pater fideli seruo blandius ait: *Congruum equidem est, & nostram decet magnitudinem, vt cum, qui pro amore nostro tanto teneatur patiendi desiderio, & tam ardua molitur opera speciali fauore dignemur, ac præcipuo insigniamus honore.* Mox è sublimioribus Choris vnum Beatorum illorum Spirituum aduocans, iussit, vt vna cum Angelo Custode P. Nostro Dominico deinceps assisteret, cælesti lumine præueniret, grauioribus in rebus adiuuaret, & ad heroicą virtutum opera incunctanter excitaret: Denique benedictionem impertiens in manus duorum Angelorum, disparente visione, dimisit.

Ab eo tempore, secundus hic Angelus nunc inuisibilis, nunc visibilis familiariter conuersatus, confortabat in arduis, dirigebat in dubijs, præueniebat in agendis, cogitandisque, reuelabat diuina mysteria

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

ad propriam consolationem, & humanorum secreta cordium ad aliorum conuersionem. Excitabat, reuocabat ad Dei præsentiam: ideoq; præcursoris, & excitatoris nomine, à natiuo custode distinguebat. Ambo nonnunquam se se præbebant glorioso splendore conspicuos, claritate tamen dispari, & inæquali.

Cum verò ad Sanctæ Mariæ de Scala Magistrum Nouitiorum ageret, maiori quodammodo sollicitudine præcurrebat, promouebat, admonebat in omnibus ad tyronum profectum vberiorem: Ac præsertim nocturno tempore ad diuinæ præsentiæ renouandos affectus, excitabat à somno, naturæ grauedinem excutiebat tam frequenter, & punctualiter; vt integro spatio, quo Psalmus *Miserere* recitetur, interruptæ quieti non sineret indulgere: nec in totum plusquam per duas horas somnum capere permitteret, vt reliquum tempus vel orationi tribueret, vel Nouitiorum necessitatibus impenderet.

Emulabantur normam indefessæ orationis fideles discipuli, & quod in Magistro præstabat singularis fauor diuinæ gratiæ, hoc per diuinam gratiam adiuta supplebat industria, vt varijs modis affectum alligarent sommo bono, & euagantem ad exteriora mentem in Dei societate consuescerent.

Alterum caput, quod exhortationibus suis præcipuè moliebatur erat, vt tyrones ad dignam Sacrosanctæ Eucharistiæ Communionem tota vita continuandam efformaret, quam illa dæmonibus formidabilis, quam amica spiritui; quantum præstet incendium charitatis; præsidium castitatis; quantam apud omnes virtutes gratiæ efficaciam. Adeoque persuasit, vt eius discipuli in morem duxerint, ad Sacram Altaris Victimam non prius accedere, quam se se spirituali sacrificio humiliati cordis, & mortificatæ carnis immolauissent, nec ab ea recederent nisi post dignam gratiarum actionem, renouato spiritu, & feruore charitatis accensi ex diuino carbone, quem manducauerant in Altari.

At Pater Dominicus, dum Romæ illorum obiret curam tres noctis horas, quas ducebat insomnes, impendebat præparando se se ad tam sublimis mysterij dignum, fructuosumque ministerium: verberibus in carnem suam crudelissimè sæuiebat, sanguinem dabat, vt acciperet Incarnati Verbi spiritum: cibum modicum, & vix naturæ parcitate cõgruum inspergebat *absinthio*, ne dulcedinem excluderet epuli cœlestis. Quod in morem plerisq; permansit. Aliaque multa mortificatæ carnis sacrificia præmittebat, vt semetipsum emundaret, acceptabilem hostiam æterno sacrificio.

Sedulæ præparationis exercitio promeruit Ven. Magister, vt infirmitatis impedimento lecto detentus, communicaretur ab Angelis. Etenim cum ob pœnitentiæ rigorẽ, & raptuum violentiam vires corporis profligatæ, neruorumque conuulsio lecto tenerent immobilem, die festi Sancti Andreæ Præcursor Angelus innumero Beatorum Spiritum Choro stipatus, vna cum Glorioſissimo Apostolo, Sacram Hostiam solemni processione desumpsit Ecclesiæ sacrario, detulit ad infirmum iacentem in dormitorij Nouitiatus cella tertia, ad sinistram oratorio exeuntibus, & in extasim eleuato communionem sacram impertijt: adeoque & spiritu ineffabiliter consolatus est, & vires corporis resumpsit ad Nouitiorum curam impigrè prosequendam.

Huic Capiti coronidem imponam non iniucunda, sed deuota narratione iubilationis, & tripudij, quo simul cum alijs duobus Fratribus nostris Pater Dominicus exultauit Madriti Sanctissima Nocte Natalis Domi-

Domini, ad præsentiam Pueri Iesu pulcherrima forma apparentis, sub speciebus Sacramentalibus in Missæ consecratione, vt miram eius deuotionem erga Sanctissimum Sacramentum ostendam, atque confirmem, quamquam id supra lib. præcedenti iam ex P. N. Philippo suo loco tetigerim: Dulcia siquidem & amœna semel etiam repetita placent, dummodo ægro palato, aut malè affectis auribus recipi non contingat.

Ob neruorum conuulsionem impediebatur V. Pater à Missæ celebratione. Attamen antequam ad matutinas laudes Fratres conuenirent, ad locum Chori vicinum deportari postulauit, atque inde per actis officijs deferri ad Oratorium, vbi Pater Frater Franciscus Indignus Missam, Fratre Francisco à Puero Iesu ministrante, celebrauit. Mox vt Sacerdos consecrationem peregit, apparuit sub hostiæ sacris velaminibus Puer Iesus, visibili specie, forma venustissima, suauissima gratia. Et amatores suos ineffabili consolatione replent. Frater Franciscus amoris impetu succensus, quo mirum in modum ferebatur in immensum Dei Patris Verbum, pro nobis infantilibus membris abbreuiatum, continere non potuit, quin exultans spiritus secum traheret membra corporis, & in medium Oratorij exiliens choreas duceret, caneretque congratulantis in morem:

Fælix aduenias nobis pulcherrime Iesu:

Fælix aduenias dulcis amice Puer:

Idemque Patres, celebrans quidem ex Altari, & alter ex grabatulo succinendo replicarunt, præ amoris excessu iubilantes: Et Puer Iesus postquam blando lepore gratum se se habuisse monstrauit festiuum suorum amatorum tripudium, ac concentum, visibili forma dispa-

ruit: tanta amoris teneritudine liquefactis eorum cordibus, vt reliquas Missas, deuotionesque protraxerint vsque ad horas duas ante meridiem. Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

CAPVT XL.

V. P. N. Dominicus ardentissima in Tyronum necessitatibus charitatis paternæ viscera pandit; & ad aliquorum vocationem supernaturali modo confert.

FRustrà gloriamur ardere in corde nostro charitatem erga Deum affectiuam, nisi erga proximum nostrum resultet in flammam, prodeat in effectum. Quamuis igitur in præsentiæ diuinæ spectacula persæpè videretur absorptus P. Fratris Dominici animus; Fratrũ tamen consolationi præsens vbique reperiebatur.

Hinc die noctuque patebat Magistri cella, vbi suarum oblitus, aliorum spiritualibus necessitatibus prõptus, alacerque medebatur, confessiones peccatorum excipiebat, scrupulos quietabat, recreabat afflictos, tentatos roborabat, informabat rudes, & corrigebat errantes. Horum instigabat lentam segnitiem, illorũ præcipites impetus refrenabat; Hos reducebat in stadium, illos egregiè currentes amplius incitabat ad perfectionis brauium, & omne adimplebat sollicitæ charitatis obsequiũ.

Pollebat etiam singulari virtute, qua mundi vinculis innexos ad religiosæ Vocationis gratiam, aut disponebat, aut promouebat; vt amputatis, omnibus impedimentis colla subderent iugo Christi.

Olim Reformationi nostræ pepererat præclarissimum illum Dei ser-

uum,

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

uum, sancta simplicitate morum, ac miraculorum gloria conspicuum Fratrem Franciscum à Puero Iesu. Hic etenim, mox vt audiuit Patrem aduentasse Complutum, elegit in animæ suæ directorem, consuluitque super voto, quod emiserat, Teresianam Reformationem amplectendi. Quamuis enim Summus Pontifex ad instantiam Magistratuum dictæ Ciuitatis in eo dispensasset, iterumque ad instantiam Philippi Secundi; nihilominus ob conscientiæ scrupulum iam tertia vice renouauerat, adeoque instanter rogauit, vt diuinę Maiestatis beneplacitum hac in re declararet, cui constanter obediret. Pater Dominicus diuinam implorauit lucem orationi feruenti, renunciauitq; omnino Reformationis habitum susciperet, postquam ad hospitalis obsequium duos instruisset, qui locum illius supplere possent.

Accepit vt diuinum oraculum Frater Franciscus, relictis omnibus, salutato nemine, sola percepta Patris benedictione Madritum se contulit ad Generalem, habitumque Fratrum nostrorum suscepit: Reprobantibus plerisque, qui prudentiæ specie videbantur excellere; sed sancta conuersatione fratris, & glorioso exitu manifestum euasit, à lumine, ac virtute superiore vocationem, directionemque fluxisse.

Hac igitur cælesti virtute præditus Magister, egregios milites ad Sanctæ Teresiæ vexillum incitauit, allegit; qui deinceps reliquorum duces effecti, spirituale bellum in varias Orbis partes intulerunt. Vrget me gratitudinis debitum, vt hoc loco, quam R.P. Isidorus à S. Ioseph (primus huius Historiæ nostræ Tomi maiori ex parte seu Scriptor, seu Collector) expertum se fuisse in sua Vocatione singularem ab Omnipotente Deo, per merita Patris nostri Dominici, gratiã fassus est, ad Fratrum meorum ædificationem exponam, & ipsissimis eius verbis adiungam.

Post obtentam, inquit, *aduersus Germaniæ Protestantes victoriam sanè miraculosam, per Belgium, Galliamque repetebat Romam, & ad celebrem Vniuersitatem Duacensis Oppidi Augusto mense peruenit. Hic ego sub eximys in omni scientia Magistris per annos octodecim humanioribus litteris, Philosophicis, ac Theologicis disciplinis imbutus, integro quinquennio vocanti Deo reluctabar. Etenim religiosæ inspirationis hostis magni nominis vmbris offuscabat, vinculis tenebat inextricabilibus, sæcularis vitæ libertate, deliciysque incescabat, terrebat austeritate Regulæ, prętendebat habitualem infirmitatem, qua tenebar. Adeoque superno lumini, gratięque resistens ad quinquennium, vt dixi, procrastinabam. Aduentantem ergo Patrem Dominicum vna cum eximio, ac sapientissimo Sacræ Theologiæ Magistro Domino Gaspare Nemio, quem integerrimæ vitæ probitas, prudentia singularis, & omnigena scientiarum eruditio ad Antuerpiensem euexit Episcopatum salutandi gratia conuenimus ad Vesperam in Fratrum nostrorum Conuentu. Ob itineris lassitudinem, ac populi obruentis tumultum familiarem, peculiaremque non potuimus cum eo nocte illa cõferre sermonem; Cum tamen eius me precibus commendarem, prębuit osculandam Crucifixi imaginem, quam ære fusam manibus tenebat: & quamuis à multitudine distraheretur, deflexit, fixitque nihilominus in me, nihil tum de mea Vocatione cogitantem, toruum aspectum, indignatione plenum, ac minacem. Confestim uisus sum exaudire, quod tarda molimina, & reluctantes diuinæ gratiæ moras tacitus exprobaret. Tum ego uersis ad increpantem oculis compuncto corde respondi: libera me Pater infirmitate qua laboro, & mox uictas prębeo manus. Et ille serenatis oculis annuere uisus, ad alia ab impellentibus est auulsus. Eadem nocte no-*

xia

xia dyſuriæ materia, quæ à puerilibus annis acri dolore torquebat, nec ulla medicorum opera profligari potuerat, ſenſibiliter mihi uiſa eſt mutaſſe ſedem, & in coxendicem defluxiſſe: ſtatimque quos hactenus ignorabam experiri cæpi Sciaticæ cruciatus, & uix difficiles, claudoſque moliri greſſus. Conſulti medicinæ periti conſtanter negauerunt ullam patere uiam præteritæ noxæ in Sciadem, adeoque cum nullum rediret tam pertinacis morbi ueſtigium, potentem erga me reueritus Dei manum, manifeſtam interpretabar increpationem, qua claudicantem, uacillantemque animum dirigebat in uiam Religionis. Ad octo tamen menſes lentum in ſæculo greſſum coxæ dolor obliquauit, donec diſruptis ſæculi vinculis, inſalutatis omnibus in Conuentum me abdidi, & die quarta Aprilis Sancto Iſidoro Hiſpalenſium Epiſcopo, ac Religioſiſſimo Doctori Sacræ, Sanctæ Tereſiæ nomen dedi, anno quo Sanctorum Cathalogo fuit inſcripta 1622. & ab eo tempore dolor ſciaticus, ureticuſque procul euanuit, nec amplius minimam intulit moleſtiam, vt profectò humanitùs timendum erat, ab auſteritate Reformationis: vndè nec immeritò, nec illibenter beneficio ſingulari diuini Numinis, & meritis V. P. Noſtri Dominici, per quē ſupremo bonorum omnium fonti laudē, & gloriam concino ſempiternam, meæ Vocationis gratiam, & à peruicacibus morbis liberationem debeo, & agnoſco.

Corporalibus Fratrum infirmitatiabus expandebat viſcera charitatir, aderat obſequio, vilioribus in officijs miniſtrabat, adeò diligenter, amanter, ſollicitè, vt carnalis mater filio vnigenito ſemetipſam amplius impendere non valeret. Sæpius etiam accidit, vt vel precibus à Deo remedium impetraret, vel obedientiæ imperio morbos fugaret, reduceret ſanitatem, de quibus ſuo loco dicturi ſumus.

CAPVT XLI.

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Marchio de Nereſtan, vir inter Magnates Gallos clariſsimus, precibus, & auxilio Patrum noſtrorum Romę degentium fretus, prima Militaris Ordinis, ſub Titulo, ac vexillo Beatiſsimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, Fundamenta iacit.

INter eos, qui Nouæ Reformationi nomen dederant, vitamque conſacrauerant, erant nonnulli iuuenes ex primaria nobilitate Galliarum. Reſpexit autem Deus per idem tempus oculis ſuæ miſericordiæ benignioribus concuſſam, attritamque in Gallijs Catholicam fidem, dum cæleſtis lucis radio Henrici Quarti Regis inuictiſſimi perfudit mentem, & Eccleſiæ ſponſæ ſub Clemente Octauo ſuo in terris Vicario reconciliauit.

Hinc quæ zelo fidei Gallicana Nobilitas in ſuum Regem arma diſtrinxerat, recondi opportuit, aut in alios Eccleſiæ perturbatores exacui. Itaque ſublimes, ac generoſi ſpiritus noua ex ſopitis bella commenti, quam in Principem ſuum fidei gratia iniuerant Ligam Catholicam in hoſtes fidei præparant militiam Religioſam.

Author, inuentorque operis tam præclari Marchio Philibertus de Nereſtan Eques Ordinis Regij, eique à Conſilijs ſtatus, ac priuati, qui in Galliarum caſtris cohortibus armatorum præfuerat, & Mareſchalli exercitus officio perfunctus, refulgebat apud omnes, & militari gloria, & vita verè Religioſa. Regi perſuadet honorificum fore, & ad tuendam Catholicam fidem opportunum, Ordinem Militarem Sacrū, & Reli-

Ab Anno Chriſt. 1604 ad 1605.

& Religioſum erigi in ſuo Regno pro ſua nobilitate contra ſuæ fidei perturbatores, hoſteſque, in quos fulmineum impetum ſuæ Nationis à ciuilibus bellis auertat. Modum quo fundari, dotarique poſſit partim offert, partim facilem oſtendit: ſi dignetur Regiam authoritatem, ac liberalitatem interponere, ac vt Regio Nomine à Summo Pontifice diploma poſtulet mandare. Laudauit Rex pium, ac nobile propoſitũ, & ex tunc Militiæ Sancti Lazari (ſub cuius inuocatione ſtabiliendam decreuerat) creauit Magnum Magiſtrum, cum amplitudine adminiſtrationis, & præeminentia nobiliſſimorum priuilegiorum.

Huius ergo rei gratia Romæ cõmorans, cum ibidem cuncta curioſiùs inueſtigaret, vt ferè vſu venit illius Nationis nobilibus, incidit, Deo diſponente, in aſſurgentem Beatæ Mariæ de Scala nouum Conuentum, & diligenter ſciſcitatus ab Oſtiario Reformationis inſtitutum, rogauit an aliquis Gallicæ linguæ Frater, tam auſterum vitæ genus amplexus foret, quocum vlteriùs conferre liceret? A Priore miſſus eſt Frater Cæſarius à Sancto Ioſeph, qui ex nobili Regaldorum familia Claremontis in Sabaudia exortus, ſpretis illecebris labentis mundi duram elegerat pœnitentiæ viam, & ſpes caducas commutans æternis, egregiæ indolis, ac præclaræ educationis talenta, Reformationis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo nuper ſolemni profeſſione conſecrarat, feſto Omnium Sanctorum die anni 1604.

Marchio Religioſi modeſtia, ac deuotione delectatus, de negotijs, quæ ſollicitaturus aduenerat, diſſeruit, & tandem ſinum mentis aperiens, afflictionem non mediocrem faſſus eſt, quod ea, quæ in effuſam vergebant Dei gloriam, in fidei exaltationem, infidelitatis depreſſionem, quotidiè inuoluerentur difficultatibus nouis, ſe eas ſuperare non valere, animum deſpondere. Tum Frater Cęſarius, blandis, pijſque ſermonibus nobilem conſolatus, vſitatum eſſe oſtendit, Dœmonem eo plures nocendi artes exerere, machinis potentioribus aggredi, impedimenta difficiliora obijcere, quò veretur auſpicati operis fructus ſanctiores, & vberiores: *Fratres noſtri, & ego*, inquit, *annuente Superiore noſtro, rem totam Deo, ac Beatiſſimæ Virgini in oratione commendabimus, diſciplinis, ac ieiunijs, eum ob finem adhibitis; interim ne cede difficultatibus, ſed audentiores animos pro cauſa Dei ſume.*

Deinde Pater Petrus à Matre Dei Conuentus Prior, & nuper in locum Cardinalis Monopoli in Prędicatorem Apoſtolicum aſſumptus, à Marchione, & Fratre rogatus, ob cauſam tam piam ab omnibus Religioſis inſtantes ad Deum preces fundi iuſſit, & ipſe apud Clementem VIII. egit, vt obſtacula omnia remouerentur.

Et iam diploma expediendum erat niſi Pontificem Optimum Deus ad Beatam Vitam euocaſſet; ſtrauit tamen viam, qua faciliùs mediante gratia eiuſdem Patris, qua apud Succeſſorem non minus valebat, Diploma Pontificium à Paulo Quinto in ſequentibus tandem annis fuerit expeditum, vt ſuo loco dicemus, eius tenorem afferentes.

Vbi tamen aduertendum venit hanc Militiam non ſub inuocatione Sancti Lazari, vt equidem ſub initium à Rege, & Marchione ſtabilitum fuerat, ſed ſub Titulo, & Regula Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo fundatam, & erectam. Et hoc in gratiam eorum, quæ in Conuentu Sanctæ Mariæ de Scala contigiſſe iam diximus.

Nam ſperans Marchio ſe per Fratres Diſcalceatos Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo adiutum iri apud Deum,

Deique

Deique Vicarium, eidem Beatiſſimæ Virgini Titulum, ac inuocationem promiſit, ac inſuper ſe, ſuoſque Milites voto obſtricturum, ſub eiuſdem Virginis de Monte Carmelo Regulæ vexillo militare cum Gladio materiali, nec non aliquando Conuentum Ordinis noſtri ſub eodem titulo Lugduni conſtructurum: Glorioſiſſimum ducens habere ſub eodem Vexillo Commilitones ex Gallicana, totiuſque Orbis Chriſtiani nobilitate, qui Gladio ſpirituali orationis, & mortificationis eos adiuuarent, & interim dum illi viſibiles Eccleſiæ hoſtes impugnãt, hi ſtrenuiſſimè eamem ſuam, ac Dæmonem debellarent; ac dum illi præliantur aduerſus Edom in Valle, hi ad Deum extendant manus in monte.

Quam ob cauſam ad Regem reſcripſit, qui aſſenſum ſuum non ſolùm præbuit, ſed affectum ſingularem erga eundem titulum teſtatum in Diplomate ſuo loco referendo voluit his verbis: *Denominatione, ſeu Titulo, ac Regula Glorioſiſſimæ, ſempergue Virginis Mariæ de Monte Carmelo, quã prædictus Henricus Rex ſui protectricem, & Aduocatam ſingulari deuotione ſemper habet, & veneratur*. Quæ Henrici IV. ſenſa Summo Pontifici explicata, pro tãti Regis deuotione erga B. Virginem noſtram, non immeritò hic, etſi præmaturè apponenda cenſuimus.

Ne verò arbitreris benigne lector, ſacrum contra hoſtes fidei bellum Eliano inſtituto videri contrarium, aut ſaltem extraneum, quaſi bellica fortitudo, aut Militaris Gloria exhorreat humiles, fugiat deuotos. Tribus argumentis ab Hiſtoria noſtra petitis facilè conuincam, vt concedas non potuiſſe Religioſũ hunc Ordinem conuenientiùs militare ſub alio, quam Deiparæ vexillo, quod S. Elias ad honorem nondum in terris exortæ Virginis ſuper Monte Carmeli plantauit.

Primo, namque huius Inſtituti fundator quadringentos Prophetas Baal, populum Iſrael in Idolatriam impellentes, propria manu trucidauit ad radices Montis Carmeli. Cũque in ſpelunca à furore Iezabel deliteſcens Diuina voce interpellatur, nondum ſacrilegi ſanguinis ſatur, dolens, lamentanſque prorupit in hæc verba: *Zelo zelatus ſum pro Domino meo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & ego derelictus ſum ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam*. Et audiuit Diuinam reſponſum: *Vade & reuertere in viã tuam, per deſertum in Damaſcũ, cumque peruenieris illuc, vnges Hazael Regem ſuper Syriam, & Iehu filium Namſi Regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abelmeula, vnges Prophetam pro te. Et erit, qui fugerit gladium Hazael, occidet eũ Iehu, & quicunque fugerit gladium Iehu interficiet eum Eliſeus. Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt curuata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum, oſculans manum*. 3. Reg. 19. Ecce quomodo conſoletur Deus Eliæ ſpiritum promiſſa hoſtiũ fidei interfectione, & fidelium defenſione, non ſolum per Reges, ſed etiam per Eliſeum à ſe ad talem finem inungendum, ſuoſque in prophetico ordine ſucceſſores, vt ei panegiricè concinit Eccleſiaſticus: *Qui vngis Reges ad pœnitentiam*, id eſt in vltionem, pœnam, & exterminiũ impiorum, *& Prophetas facis ſucceſſores poſt te*, id eſt vindices iniuriarum Dei, vt explicant interpretes.

Huic conforme eſt quod 4. Regum cap. 9. miſſus ab Eliſeo ex filijs Prophetarum vnus (quem Ionã fuiſſe tradunt Hebræi in Chronolog. cap. 18. & 19.) ad inungendũ Iehu in Regem, hæc inaugurato Diuina mandata pronunciet: *Vnxi te Regem ſuper populum Domini Iſrael*,

Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Ab anno Chriſt. 1604 ad 1605.

& percuties domum Achab Domini tui, & vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum Prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Domini de manu Iezabel. Perdamque omnem domum Achab, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clauſum, et nouiſſimum in Iſrael. Et dabo domum Achab, ſicut domum Ieroboam filij Nabat, et ſicut domum Baaſa fili Abia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrael, nec erit qui ſepeliat eam.

Quæ cum, aſſumpto in ſocium Ionadabo Eliſei collega, fortiter expleſſet, meruit à Prophetа gratulante diuinũ audire promiſſum 4. Reg. 10. *Quia ſtudioſè egiſti, quod rectum erat, et placebat in oculis meis, et omnia, quæ erant in corde meo feciſti contra Domum Achab: filij tui vſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.*

Denique quod profugos à gladio Iehu militari ſpiritu interfecerit Eliſeus, multa poſſem ex ſcripturis allegare; ſed quia non vacat diutiùs immorari compendio, dicam Eliſeũ adeo in Infideles legis, Cultores Baal, adoratoreſq; vitulorum exarſiſſe, vt bellis, obſidionibus, cædibuſque contriuerit, inque impiorum parentum pœnam, ad lacerationem puerorum ſua maledictione feras aduocauerit, armaueritque.

Secundo lege, Lector, bellicam Aſſideorum virtutem, & prælia Domini, quæ pugnarunt, fortitudinem in ſuſtinendo, audaciam in aggrediendo, in Dei auxilio fiduciã, in primo, & ſecundo libro Machabeorum. Et conſidera eos, cum S. Ioãne Chriſoſtomo ſuper Pſal. 43. *Tanquàm generoſos quoſdam catulos ex antris exilientes, et e latebris emergentes, qui ſtatuerint non ſe amplius ſolos ſeruare, ſed etiam alios quoſcumque poſſent, et ciuitatem, et omnem regionẽ obeuntes, collegerunt quotquot inuenerunt adhuc ſanos, et integros: et multos etiam, qui laborabant, et corrupti erant, in ſtatum priſtinum redegerunt, eis perſuadentes redire ad legem Patriam.*

Deinde mecum inquire quales fuerint Aſſidei? Ex ſacra pagina reperies non cognationis nomen eſſe, ſed Congregationem Iſraelitarum voluntariorum in lege. primi Machab. 2. & 7.

Denique ab Eſſenis non fuiſſe diſtinctos, ſed cum eiſdem Prophetalis Ordinis, ab Elia, & Eliſeo in monte Carmelo fundati, aſſeclas, & profeſſores fuiſſe; nos lib. 1. fuſiùs oſtendimus.

Audeo etiam Nobiliſſimis, ac Religioſiſſimis Equitibus huius ſacræ Militiæ B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo in domeſticum virtutis bellicæ ſpeculum adducere Iudam Machabeum, tanquã Aſſideorum magnũ Magiſtrum 1. Machab. cap. 14. Neque enim Machabei nomen, aut gentis erat, aut familiæ, ſed vexilli bellici religioſa teſſera, quatuor litteris ſignata. M. C. B. I. initialibus verborum, quibus legebatur, quis ſimilis tibi in fortibus Domine?

Nec eorum inſtituto, aut Eliano Militari diſconuenit accipere vxores, nam iam tum ab initio, vt Ioſephus 2. de bello Iudaico cap. 7. teſtatur, quidam erant ordinis prophetalis, qui tria vota nuncupabant, alij vnum, alij duo. Et ea propter S. Hieronymus Euſtochio ſcribebat: *Virgo Elias, Virgo Eliſeus, Virgines multi filij Prophetarum.* Non omnes dixit, ſed multos. Et Vbaldenſis 3. Doctr. Fid. art. 1. cap. 1. *Antiquitùs dum Religio infans erat, alij quædam, alij vnum, alij vniuerſa ſeruabant vota magnis de cauſis. Religioſi tamen dicebantur omnes, quia ſingulariter præ alijs concinibus diuino cultui ſe dederunt.* Ita Vbaldenſ. & Boulducus 1. lib. de Eccleſia ante legem c. 12. *Eſſenorum alij in tam ſtricta ſolitudine, & temperantia cælibes viuebant. Alij gignendis vacantes filijs, bello, & armis dediti, negotijſque ſacula-*

gularibus ſub eodem nomine mediocritatis vitam in mundo ſectabantur, quales fuiſſe Machabeos ſæpe iam diximus.

Tertiò Illuſtriſſimam, ac Religioſiſſimam Militiam Hoſpitalis S.Ioānis Hieroſolymitani ab Eliana Religione primum accepiſſe magiſtrū, & Fundatorem S. Gerardum Hiſtorici noſtri aſſeuerant. Adeoque neceſſe eſt non amplius his immorari.

CAPVT XLII.

V.P.N. Alexandri à S.Franciſco Leonis XI. Summi Pontificis Nepotis Vitæ primordia, vſque ad Religioſam vocationem deſcribuntur.

GRatias equidem non debere, exiſtimo non infimas Omnipotenti Deo, quod inter cætera beneficia in nos munificentiſſima manu congeſta, Nonitiatuum noſtrorū primordia prodigioſo voluerit, & hactenus inaudito honorū contemptu exornare. Vidit olim Roma Sanctum ſuum Alexium ipſa nuptiarum die reliquiſſe ſponſam intactam; & nunc Alexandrum noſtrum diem lucidiſſimam, ac celeberrimam familiæ ad ſupremum dignitatis culmen enectæ, illibato honorum nectare, in obſcuram noctem condidiſſe paupertatis, & humilitatis: niſi quod intimus titillat ambitio, quam voluptas, & nos ad mūdi contemptum potenter animet rarum exemplum.

Quapropter locum in Hiſtoria noſtra ſingularem poſtulat Vocatio ſingularis, & viri merita præclariſſima. Non deſcribo vitam eius religioſiſſimam niſi vſque ad hoc tempus traductam, relictis reſiduorum annorum geſtis ſuis alibi locis ob oculos ponendis, ne ſequentes hiſtoriæ tomos emutilem. Ab Anno Chriſti 1604 ad 1605.

Pater Fr. Alexander à S. Franciſco parentibus ortus eſt, non ſolùm generis nobilitate, ſed etiam morū Sanctitate præclaris. Nam Pater eius Marcus Antonius Vbaldinus S. Philippi Nerij ſpiritualis filius, operum piorum laude in proximum excelluit, ac præclara mentis deuotione in Deum. Celebris ex eadem familia viget Florentiæ memoria Beatæ Claræ Vbaldinæ Monialis Ordinis S.Franciſci. Piſis S.Guidonis Eremitæ. Mater Lucretia ex Comitibus Gherardeſcę inſigni pietate Matrona paterna ex ſtirpe Beatum Ghaddum numerat Ordinis Sancti Dominici, & Beatam Gherardeſcam Piſanam, lineam maternam ducit ex Mediceis, & exinde Pater Noſter Alexander Leonē XI. Pontificem Maximum agnoſcit auię maternæ fratrem.

Natus eſt Romę 15.Kal.Nouembris ad annum circiter 1588. in Regione Pontis S. Angeli, & in Palatio cuius frontiſpicium patet ex oppoſito Eccleſiæ S. Celſi. Baptiſmi lauacro regeneratus in Eccleſia Nationali S.Ioannis Baptiſtæ Florentinorum Lelij nomen accepit.

Fratres natu maiores habuit Robertum Cardinalem Vbaldinum, Vgonem S. Petri Romæ Canonicū: Sororem Magdalenam, Ferrando Albizi nuptui traditam, atque ex ea nepotes Marcum Antonium, & Leonem, ac neptem Barbaram Monialem ad S.Mariæ Magdalenæ ſub Monte Quirinali. Fratrem natu minorem Octavianum cui deſponſata fuit Iſabella Accorambonis, qui omnes Illuſtriſſimi ſanguinis proſapiam meritis præclariſſimis exornarunt.

Galeottus Vecchi Presbyter exēplatis vitæ Fratrum ſeniorum peda-

Ab anno Christi 1604 ad 1605.

gogus, dum Lelius infans vbera nutricis auidè premeret, fugeretque missæ præfationem priuatim concinebat, & ecce subito puer ad Ecclesiæ modulos à lactendo destitit. Animaduertit Sacerdos, & sæpius iteratis vicibus, obseruauit toties infantem mamillas relinquere, quoties tono Ecclesiastico, vel Missæ præfationem, vel Pater Noster decantaret. Vnde & ipsa nutrix recreationis gratia, quam sibi, vel alijs præbere volebat, mamillas auidè sugentem abstrahebat quoties vellet, eo tono decantans, quo solent Sacerdotes in Missa: mox etiam lactis oblitus attentus ad Ecclesiæ cãtum, mamillis abstinebat, iterumq; post modicum ad lactendum properans, si rursus eosdem modulos intonabat, iterum ceu animo suspensus abstinebatur à lacte. Creditum est à plurimis, qui sumpserunt experimentum, non carere præsagio futuræ Sanctitatis, nec immeritò censuerunt infantem aliquando tam attento studio diuinæ voci obeditum, vt mundani lactis dulcedinem omninò repudiaret.

Dum quinque vel sex annos impleſſet ætatis, degebãt Parentes Augustæ Perusinorum, & Mater ad festa natalitia Saluatoris Lelio, reliquisque filijs, ac domesticis strenam elargita est nummorũ aliquot, quos ad libitum ludo, aut dulciarijs impenderent. Cum ergo totam familiam duxisset ad visendum præsepe, quod Moniales Capucinæ eleganter deuotèque parauerant, Lelius noster Incarnati Verbi mysterium deuotiùs adorauit, & ad infantis in præsepio positi latus nummos deposuit, fiducialiter dicens: *Do tibi, Iesu dulcissime, quidquid habeo, quidquid dare possam, & recreationes meas tibi libenter affero: sub pacto tamen, & conditione, vt mihi reddas promissum à te centuplum.* Audijt tenerrimum votum ex monasterij seruientibus vna, Matrique renunciauit: Et illa domum reuersa; *Cui*, inquit, *rei, ô fili, nummos imposuisti? meliori vtique*, respondit, *& viliori, quam reliqui; nam infanti Iesu illos obtuli, cum eò pactus promissum centuplum.*

Erat certè pius puer modestia præditus, nihil puerile in opere, nihil ludicrum spirabat in sermone, sed tenerrimo cordis affectu diligebat Iesum, parentibus obediens cũ punctualitate: bonis consentiens in charitate: omnibus se submittens in humilitate.

Cum nouem esset annorum ob morbi diuturnitatem, ac malignitatem desperatus à Medicis ad mortem anhelare videbatur. Aduertit sollicita mater filium sæpe sæpius in digitos fixis oculis intendere, & exhilarari; causamque percunctata responsum tulit: *Video, ô Mater, pallidos digitos verti in liuorem, mortem instare, properare me ad videndum Deum: effusam ideo mentis lætitiam continere non possum.* Tantum certè conceperat animo de transitu instante gaudium, vt efflorescret in facie, prorumperet in risum. Morbo in agonem vrgẽte, voluit disponi candelabra veluti ad funus præsentissimum. Cumque Mater apparatum intuita funebrem plangeret, exclamaret: *Ita ne fili nos deseres? vis, optas mori?* modesta, ac serena voce respondit: *Ita profectò: Neque enim beato Dei conspectu frui quis potest, nisi prius oppetat mortem.* Voluit tamen Deus morti præmaturæ eripere, vt diutinâ mortificatione sibi continuò moreretur in Religione.

Anno 1602. in vigilia Sãcti Laurentij Martyris, pater è vita mortali transijt ad immortalem, ad quam ardens in Deum pietas, & in proximum profusa charitas viam strauerat inoffensam, adeo vt Cardinalis Florentiæ dicere soleret: *Nescire se quis è sæculo ratus in cælum gressus ferat, si Marcus Antonius Valdinus aberrauerit.* Mœrebat familia dilectissimo orbata parente, solus Le-

lius

lius, à Patre plus cæteris dum viueret dilectus, iucundam faciem præ se tulit, atque ea propter à Matre correptus, humiliter respondit: *Nunquid ô Domina, Patrem meum probi, ac Christiani Viri officium numeris omnibus expleuisse nosti? Non arbitraris mercedem operum bonorum accepisse in cælis?* Equidem ita se nosse, & sperare respondenti, intulit. *Ad quid ergo mœror, & planctus vester? nonne gaudendum potius nobis est, & de Patris æterna salute gloriandum?*

Non solùm indole pollebat optima, sed ingenio docili, ac perspicaci coetaneos facilè superauit. Humanioribus in litteris audiuit Perusiæ M. Antonium Bonciarium, quem Lipsius Italicum Homerum indigitat: Nam corporeis oculis captus, literaturæ politioris luminibus Italiam illustrauit, & græco, latinoq; sermone nobiles Ausonios insigniter expoliuit. Huius in gymnasio, græca, ac latiali elegantia mentem imbuit, vt in Musarũ choro non infimo loco coleretur, cuius argumenti duo penes me seruo specimina.

Primum: nam cum Romam ad grauiora Philosophiæ studia reuersus, Bonciarum officij gratia elegãti epistola salutasset, reddita ei fuit in conuiuio, adeoque inter pocula dictatum accepit ab eo responsum Rethorico flore, saleque respersum, in quo à libero patre ablatum sibi Lelium, & simul ab eodem redditũ, festiuo lepore ludit. At Lelius se se Baccho nuncium remisisse, nullũ cum eo fœdus habere, in vino reperiri non potuisse, lepidè simul, & religiosè respondet.

Fortasse lectori non iniucundum fuerit proprijs oculis integram epistolam vsurpare. En igitur subijcio.

Lelius Vbaldinus.

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

Marco Antonio Bonciario salutem.

O Quales dapes ex tua illa lautissima mensa ad me misisti, Bonciari? è tù optimus earum Artifex beasti me tam exquisitis epulis, beasti fratres, beasti amicos, quos ego ad eas degustandas vocaui omnes, credas mihi licèt, nusquam lautiùs. Illud tamen habent sibi proprium, & peculiare, ac præter naturam etiam suauissimorum ciborum, quod centies repetitę, centies placent; & quo magis eduntur, eo esuriuntur magis, illo autem à te retento excogitato ferculo, Deus bone! quid potest esse iucundius, quid conditiùs? non si sexcenti reuiuiscerent Vitelli, nõ si omnes palati elegantes artifices simul cogerentur, tale quiddam vnquam fabricarent. Sed heus tu, Bonciari, ecquo pacto cum vino me reperisti? nam quod in eo me perdideris, facilè adducor vt credam, qui iam diu liberum Patrem res suas sibi habeat ipsi, neque vnquam deinde cum eo in gratiam redij. An ignoras, quandiu familiaris meus fuit, quas ego clades, quę damna sim passus? nescis, quam pessimè corporis mei condus, ac promus ab eo acceptis sint, vt propterea tota familia malè se habuerit, & quotidiè per id tempus fuerit in querimonijs, nunc caput, modo latera, mox pedes, denique totum corporis mei seruitium, nunc nocua, nunc exigua sibi ministrari alimenta querebatur, ita vt parum abfuerit quin me omne planè destituerit, adeo peruersè à promo, condoque habebatur, cum quibus Bacchus continuum bellum exercebat? Itaque ipsi Baccho planè penuarium meum interdictum volui; quod vbi factum est, statim tota familia in maxima perstitit tranquillitate; & tu me nunc ad Bacchum inuitas? insipiens ego, si annuem. sed quid? da poculum, en ac-

Ab anno Christ. 1604 ad 1605.

en accipio propinationem, vel sim stultissimus, quid enim?

Misce stultitiam consilijs breuem,
Dulce est desipere in loco.

Vale, mi Bonciari, & à fratribus plurimum salue. De Voto tuo ad Beatam Virginem nihil dico: quid enim meum præconium ad illius exornationem valet? Ago quidem gratias, quod illud ad me miseris, eiusdem verò pulchritudinem, grauitatemque doctioribus me iudicandas relinquo. iterum vale. Romæ Pridiè Idus Nouembris 1603.

Ex his, velut in speculo, legas Lelij nostri natiuum leporem (procul enim absistebat animo generoso nubilum omne melancholici humoris) grauitatem, ac modestiam, in passiones imperium, abstinentiam, ac sobrietatem, & in omne virtutis genus expeditam promptitudinem.

Eodem anno celebris Insensatorum Accademia adolescentem nostrum, inter viros nobiles eruditione, ac dicendi gratia præstantes adlegerat in socium, & honorifica legatione salutauerat, inuitauerat, vt munus oblatum acceptaret: Qué honorem sic quidem non recusauit, vt tamen eleganti responso simul indignitatem obtenderet, & ostenderet meritum. Hoc etiam adiungo, haud equidem pio lectori, vt reor, ingratum.

ACCADEMICIS INSENSATIS

Lelius Vbaldinus S. P. D.

VOs igitur me in Academiam vestram cooptastis, & cooptastis summa omnium, vt audiui, acclamatione, & de tam immenso beneficio gratias à me vobis agi aliquis vult. Præclarum illud mihi quidem, & glorioſum, hoc verò arduum, atque difficile, quantoque illud præstantius est, tantò hoc laboriosius, vt negarem à me fieri posse, vt debeo, nisi tantum deberem, vt possum; non enim sum adeo puer, vt me quid acceperim lateat, non adeo parua mente pollens, vt quid sit Lelium Vbaldinum inter Academicos insensatos recipi non intelligam. Ingrederer in huiusce simplicissimæ Academiæ laudes vel immensas, nisi vererer, ne magnum opus infans aggrediendo, de illius existimatione multum minuerem. haud illam altissimis radicibus, maximoque robore firmam arborem existimamus, quam imbecillus quisque conatur euellere; non vastum fontem, qui ex angusto ore emanat; parui ea quidem res ponderis est, quam suis quisque viribus comprehendere se posse confidit. Per annos centum sexaginta nullam Dei simulacrum Romani, vt accepimus, habuerunt, nefas putantes augustiora exprimere humilioribus, neque aspirari aliter ad Deum quam mente posse iudicantes. Hoc igitur ego, sicut in simili eorum causa aspernendum, ita in hac imitandum duxi. Intactas huius præstantissimæ Academiæ laudes relinquam, & quasi sacrum quiddam profano ore non polluam, non Acies humana assequitur excelsos vestrarum animum ad cælum volatus, non potest illa tam diuina præstantia vllis humanis sensibus comprehendi. Enumerare

pre-

præclaros, rerumque omnium peritia insignes viros, qui inter vos floruerũt, idem esset, ac eorundem inopes vos esse denotare. Cum tamen omni semper ætate in hoc eruditissimo cœtu summorum heroum extiterit copia, & in præsentia existat. De vestris igitur laudibus ne verbum quidem facere satius indicaui; non eas verbis amplificabo, ne ijs, quę summa sunt, modum tribuam; non recensebo, ne quæ sunt innumerabiles, eas vllo numero concludam. Illud potius efficiam, vt quam non possum accepti beneficij magnitudinem ex rei, quæ datur, vel dantis dignitate satis intelligere, ne dicam demonstrare, eamdem videam an ex accipientis tenuitate possim aliqua ex parte cognoscere, & declarare. Est enim in illius, cui datur, persona quoque augeri, quoque minui beneficium possit; nam & magna nostra in eum merita sunt, quem humi iacentem sublenamus, maiora si è profundis, obscurisque cauernis eruimus, maxima verò si vt ita dicam, penè ab inferis excitamus. Præclarum est, atque honorificum omnibus in talem, qualis vestra est, Academiam ascisci pluribus nominibus, hæc tamen multo in me euidentius cerni, perspicique possunt vniuersa. Vnam, eandemque lucem multò maiorem noctu, quam interdiu videmus; Sic vestrum beneficium multo in meis tenebris eluceſcit maius, quã in cuiusuis eximio splendore posset apparere, si à vobis, aliquis insigni doctrina, dignitateque vir adscriptus esset in Academiam; vt multum tribuisset is, aliquid certè accepissetis. Itaque beneficij magnitudinem minueret aliquantulum, accipientis. Esti multo inferior, aliqua certe compensatio, nec tantum Vobis deberet, qui aliquid retulit. In eo autem, vt ego à Vobis exceptus sim, nihil est nisi vestra humanitas, nihil nisi vna vestra beneficentia. Hæc eo maior est, quo ad meam tenuitatem descendit magis; quantoque minora sunt mea merita, tanto vestra sunt erga me maiora promerita. Fuit igitur hoc mecum beneficium, non aliqua faneratio; neque Vos mihi quidquam mutuum, sed omnia gratis dedistis. Illud verò quantum etiam est, quam inusitatum; quod longè à Vobis degentem, quod vix de facie cognitum, quod adolescentiam vix ingressum, ad vestrum numerum aggregastis? Eccui enim vnquam, nisi egregys, spectatæque virtutis hominibus, fieri hoc consueuit? Quales igitur vobis gratias agere debeo, qui vni mihi dedistis, quod aliorum, & doctrinæ, & dignitatis summo splendore dari vix solet? neque enim vos dum me tam humaniter amplexi estis, vllam meam in bonis litteris facultatem, qui adhuc Tyro sum; non dignitatem, qui domesticis, priuatisque penatibus educatus, nunquam eductus sum; nihil denique sublime in mea mediocritate, sed vnum me vestra singulari benignitate voluistis, nihil Vos quidquam famæ, nihil existimationi, nihil honori, sed vni mihi omnia tribuistis. Vereor ne quod de vobis, & grate, & verè loquor, de me nimis dicere videar ambitiosè; sed subeam quoduis famæ periculum, priusquam vestra vnquam erga me sileam promerita. Satius est nimis ambitiosum, quam parum gratum videri. quamquam quid vnquam à me vel de vobis dici, vel in vos præstari potest, quin tamen semper non sim visurus ingratus? Restat tamen, vt in eo, quod à me præstari re ipsa non posset; Conatus tamen meos desiderari nõ patiar. Adscripsistis me in Academiã, nihil fateor egregium, nihil adhuc perfectum adduxistis, omnia nobis fortasse in una spe, quam mediocre ingeniũ potest afferre, posita sunt; hæc ego, Vos ne frustretur, pro viribus conabor; non enim ego de Vobis ita sentio, vt existimem inter adeò præstantes, insignesque viros aliquem recipi, qui si minus sit omnium litterarum genere excultus, atque perfectus, saltem ad aliquod aptus, atque idoneus non videatur. Colam igitur vobis hunc ingenij mei agrum, omni studio, omnique indu-

Ab Anno Christi 1604 ad 1605.

stria

Ab anno Chriſt. 1605 ad 1606.

ſtria curabo, ut qui non poteſt, hoc quaſi uere fructus ferre, det ſaltem flores; ueniet aliquando fortaſſe, ſi placet Deo, autumnus, quo referat etiam fructus, ſi minus quos meretur dignitas Veſtra, certè quos poterit tenuitas ſua. Valete Romæ 6. Idus Septembris 1603.

Plura alia penes me ingenij efflorentis monumenta reſeruantur, ſed hæc duo ſufficiant, quæ noſtro propiùs accedunt argumento.

CAPVT XLIII.

Exemplo Vincentij Creſcentij Religioſæ vitæ deſiderio accenditur V. P. N. Alexander; habituque noſtro induitur eo ipſo tempore, quo eius Auunculus ſuper Altare Sancti Petri Summus Pontifex adoratur.

DVm Romæ Philoſophicis diſciplinis imbuitur, quamuis delicatiſſimam complexionem pertinaces affligerent morbi, magno nihilominus ardebat deſiderio proprias commoditates abnegandi, ac ſeruiendi Deo in aliqua Religione ſpiritu, ac ſanctitate florente. Deferbuerat adeo natiuus calor, vt hieme tria paria tibialium frigus arcere non poſſent, æſtate vix duo ſufficerent. Attamen Camaldulenſium Eremitarum vitam multo tempore ambiuit, ſed Cardinalis auunculus, vires prudenter cum ordinis auſteritate conferens, à propoſito dimouit. Verũ amore Dei ſemper inflãmatus animus Societati Ieſu ſe conſecrare ſategit; quorum etiam inſtituto complexionem adeo debilẽ ſuccubituram arbitrati ſunt Patres. A Fratribus noſtris Sanctæ Mariæ de Scala (arridebat enim Tereſianę Reformationis norma) idem reſponſum tulit, ac nonnihil quieuit.

Interim nobilis, ac morum integritate conſpicuus Iuuenis Vincentius ex Familia Creſcentiorum, Mẽſe Octobri 1604. relictis ſæculi delicijs, honoribus ad Sanctæ Mariæ de Scala Nouitiatum confugit. Excitauit adoleſcentis animum generoſus contemptus rerum mundanarum, & degenerem ſe ſe exiſtimabat Romano nomine, *niſi* eius exẽplum ſequeretur *in* Nouitiatus auſteritate, quem parem habebat, & ſociũ in ſanguinis nobilitate. Certè nobiliſſimum hoc par, quam reliquerunt, familiæ purpuram in fulgentiſſimum verterunt candorem; & Romanam Prouinciam, ſua *virtute*, labore, *prudentia* ſuſtentarunt, ac mirum in modum promouerunt.

Et quidem de Patre Fratre Iacobo à Sancto Vincentio (hoc enim nomen ſortitum fuit) ſpacioſus occurrit campus omnigenæ laudis: ſed odoratos flores obſeruantiæ *in* rigore Religionis, pœnitentiæ *in* laboribus, mortificationis in pœnitentijs, manſuetudinis in corripiendo, gratiæ in exhortando, aſſiduitatis in orando, ardoris in Deum, cõpaſſionis in proximum, *in* propria loca reſeruo, tum variarum fundationum, quas peregit, tum in Prouincialatus Romani primitijs, quẽ initiauit, ac denique in tempus, quo Sanctæ vitæ coronide reliqua virtutũ opera ſigillauit Romę 1622. 6. Nouembris. Nunc ad Patrem Fratrem Alexandrum reuertamur.

Audiebat præterea Lelius deuota attẽtione Patris Noſtri Petri à Matre Dei, conciones, altiuſque in cor dimittens, maiori in dies ardore flagrabat, eiuſque vitæ deſiderio accenſus, quam à Fratribus Sanctæ Mariæ de Scala videbat exerceri.

Iam

Digitized by Google

Iam enim nonnullos pœnitentiæ rigores expertus, melius se se habere compererat, & quemadmodum abdicatus vini vsus multis infirmitatibus remedium attulerat, ita experiebatur in dies delicijs eneruari corpus, austeritatibus obdurari, ac vires acquirere.

Nam cum ad Beati Ignatij Societatis Iesu Fundatoris Altare preces funderet, medullitùs implorauit à Deo robur, quo consequi posset, quod inspirabat, statimque eas, quas penes se habebat pecunias, insumpsit in tabellam votiuam; domumque reuersus noluit super culcitra somnum capere, sed super arca lignea deinceps quieuit; & Quadragesima sequente anni 1605. leguminibus, alijsque vilioribus cibis, quos antea stomachus abhorrebat, innoxiè vescebatur.

Pia Mater de corporali filij salute trepida, de rigoribus insolitis angebatur. &, *ô Dilecte natorum*, inquit, *delicatam illam tuam complexionem uis enecare? Recens ille, qui tibi suggeritur, membrorum uigor, ultimus est naturæ impetus scintillantis in uicinum interitum. Nec tamen ille sufficiat exantlando nouitiatui, totoque uitæ tempore Discalceatorum innumeris austeritatibus expugnandis. Heu quantus uerecundiæ rubor in tuam, meamq; facie insiliet, quando imprudẽs incæptum uires desituent, restituẽt sæculo, in fabulam uulgi, & sociorum!* At ille afflictam blando sermone consolans: primo quidem se in Deum confidere, qui per Sancti Ignatij merita iam incæperat robur addere. *Quod autem uereris nõ sufficturas uires; Ideo inspirauit*, inquit, *altissimi spiritus, ut ad arduaReligionũ rudimenta spatium annuum Ecclesia daret, & si quidem Deo placitum fuerit, addet necessarium robur, sin minus reuertar ad te: Deo retribuam, quod tribuit, uocantem sequar: si reuocauerit, sub ipsius remaneo manu; uiam ostendit, quam eligam; seruitutẽ, qua deinceps obsequar: uulgi, sodaliumque risum ego rideo: Vnicum nobis est cauendum, ne in sempiternum interitum eiectos derideant Sancti.*

Ab anno Christi 1605 ad 1606.

Consolabatur deuotissimam Matrem punctualissima obedientia, qua siue scriberet, siue legeret, siue etiam oraret, relictis omnibus, eodem momento properabat ad iussa, fideliter, humiliterque adimplebat, iam tum religiosè præludens, seque præparans obedientiæ, quam profiteri moliebatur, & ad extremum vsque spiritum seruauit exactissimam.

In eandem etiam sententiam mox relatam, matrique manifestatam, Fratri suo Vgoni, qui Florentiæ tunc ad domestica negotia degebat, & eum scripta epistola à proposito remouere tentauerat, respondit, nec iniucundum lectori fore existimo, si eius responsum de verbo ad verbum hic transcripsero.

Lælius Vbaldinus Vgoni Fratri salutem.

PRæteritos hos dies ob matris aduersam valetudinem adeo fui occupatus, vt tuis mihi gratissimis litteris respondere non licuerit; nunc quoniam in dies conualescens nõ tam assiduam operam meam illa requirit, etsi alię me sexcentæ detinent occupationes, tamen vt potero tibi rescribere conabor; atque amori quidem erga me tuo, quem in ipso exordio tuę mihi litterę præseferunt, animo potius quam verbis respondendum censeo; sententię vero, quam reliqua omnis nõ minus apertè, quam eleganter declarat epistola, his litteris respondebo. Parum enim mihi videris probare consilium meum de Religionis ingressu, quod iam pridem susceptum, deinde confirmatum, mox re ipsa perficere, cogito. Ais difficile cognitu esse an hac sit vox Domini; Ego igitur meam

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

agens cauſam ſic ratiocinabor. Ea eſt omnium ſententia, eum, qui ad Religionem vocatur, non niſi à Domino vocari; itaque non hoc tu de me vereri potes, ne alia me vox, quam ea, quæ à Deo eſt, ad Religionem inuitet; ſed illud tantummodo dubio tibi eſſe poteſt, an hæc, qua ad Diſcalceatorum, quos vocant, inſtitutum adducor, vox Domini ſit, quam tibi dubitationem hac ego ratione quæram auferre. Nam ſi me Deus, quod demonſtrauimus, ad Religionem vocat, ergo ad aliquam vocat, nam ſi ad nullam, neque omnino ad Religionem; Igitur ſi ad aliquam, cum non ad vllam tam conſtanter, tam ardenter, tam apertè, certèque vocer, quam ad hanc, quid dubitem an hæc ſit vox Domini, vox Altiſſimi, cui iam diutiùs non credere impium ſit? Quæ quidem omnia, etſi vt ego arbitror ſatis tuentur cauſam meam, tamen reliquę etiam epiſtolæ tuę parti conabor ſatisfacere. Ais nihil mihi impedimento eſſe domi, quominus adhibeam cuſtodiam, ac diſciplinam animæ meæ, non matrem, non fratres, non rem familiarem, cuius tenuitatem non minus laudabile dicis æquo animo ferre, quam contemnere; Atqui ego chariſſime Frater, opes meas, quas tu tenues putas, maximas cenſeo; nam ut ſuppellex, ac cenſus modica facultas ſit, uos certe ſuauiſſimi Fratres, una cum Matre optima, tales eſtis opes, quas ego dum relinquo, non parua relinquere uideri uobis debeo. Stylum hìc ego meum à narratione ueſtræ humanitatis, dulciſſimique conuictus retineo, ſileo beneuolentiam, beneficiaque erga me ueſtra, ut tempori inſeruiam, melius apud eum ueſtra in me merita commemoraturus, qui æterna uobis referre pro ijs præmia poteſt. Verum quamuis ego unum tantummodo quadrantem poſſiderem, tamen hanc quantumuis exiguam facultatem, laudabilius omnino eſt ob Dei amorem contemnere, quam ferre. Non enim dixit Deus, qui non renuntiauerit multis, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe Diſcipulus, ſed qui non renuntiauerit omnibus; itaque dummodo totum relinquam, nihil intereſt quam multum. Quod uero ais, ſi me uoluntatis meæ abnegandę amor tenet, eſſe domi matrem, cui obediam; facerem ego quidem multa ad matris uoluntatem, ſed à mea multo plura penderent. Non poſſum longius excurrere ob temporis anguſtias, feſtino igitur ad ultimum. Vereri te dicis, ut tam aſperum uitæ genus ferre non poſſim; ſed cum me ad illud Deus uocet, meum eſt obedire Deo, ipſe dabit, ut quod iubet perficere poſſim; non enim uerendum eſt, ne oneri ſuccumbam, quod ille imponit, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Plura non licet. Tuum Frater eſt iugiter orare, ut Dominus cuſtodiat introitum meum nunc, & exitum meum in hora mortis meæ. Vale, Romæ quinto Calendas Februarij 1605.

Aduertit Pater Petrus Dei vocātis auxilium, ſperauitque vim emergentis adoleſcentię in firmorē iuuētutis ſtatum euaſuram. Differebat tamen, vt bona cum gratia Cardinalis anunculi Fratribus noſtris aggregaret. Perſuaderi non potuit Princeps pientiſſimus, non ob carnis affectum, aut ſanguinis; ſed ob prudentiæ dictamina, quæ conuincere videbantur: Vſque dum Romam rediens ipſe, proprijs oculis Lelium ſuum in pœnitentiæ rigoribus vigorem acquitere maiorem miratus, matri dixit exiſtimare, ſe ſe non poſſe ſine graui peccati noxa amplius impedire vocationem, quam euidentibus ſignis Deus à ſe eſſe demonſtrabat.

Gauiſus nepos pia Cardinalis intentione Deum laudabat, & præ deſiderij vehementia premebat, vt quantocitius veſtiretur: Cum ecce poſt paucos dies obitu Sanctiſſimi Pontificis Clementis Octaui Sedes Apoſtolica vacat, & Cardinalis Patri Noſtro Commiſſario Generali renunciari iuſſit, ſe ſe celebrata Pontificis electione licentiam daturum:

rum: Interim se se ordinasse, vt simul cum Principe Octauiano Fratris filio Lelius matri assisteret, dum conclaue absoluitur; similia in mandatis nepoti dedit, promisitq; se se mox à conclaui permissurum, vt Fratrum Sanctæ Teresiæ desideratum habitum indueret. Osculatus Cardinalis manum, gratias, quas potuit, reddidit maximas. Suscepit Cardinalis: *Sed quo animo fueris, si forsan ad Papatum auunculus assumatur? Et tum*, inquit, *uel maximè me ab honoribus Mundi, ac Curiæ tumultibus abscondi, & uolupe mihi fuerit, & utilissimum.*

Prima die Aprilis, tribus horis post Solis occasum, communi suffragio Patrum Purpuratorum, in Summum Ecclesiæ Pastorem renunciatus est Alexander Cardinalis de Medicis, & nomen assumpsit Leonis Vndecimi; confestim à Patre Petro, qui confessarij munero fungebatur in Conclaui, Pontifex admonitus, promissum confirmauit; iussitque vt habitu Religioso vestitum ad se duceret, se nomen ei suum, quod relinquebat, imponere velle; & sequenti die aperto Cõclaui ad Sancti Petri Altare deportatum adorauerunt.

Volauit fama per Vrbem, & magna omnium consolatione susceptа est. Eadem nocte Legati, ac Principes Viri ad Dominam Lucretiam venerunt, de Pontificis assumptione congratulatum. Vocatus etiam Lelius, vt honorabilis officij, ac communis lætitiæ particeps fieret, adesse noluit, respondítque se se iam Sanctæ Teresiæ candidatum, ad nouos honorum titulos attendere non debere, tunc se lætissimum diem acturum, cum procul fugerit à lætitia sæculari.

Attamen summo mane, Matre iubente Summum Pontificem adibat, cum ei occurrens P. Noster Petrus à Matre Dei, de habita licentia certiorem reddidit. *Eamus igitur*, inquit, *iubilans præ gaudio; Eamus ad Conuentum, & me sacra uestie induens, quam totis uisceribus concupisco.* Deduxit ad Conuentum: eodemq; tempore, quo adorationis noui Pontificis solemnitas explebatur ad Altare Sancti Petri, Imperatoris, ac Regum Oratoribus, Principibusque, tum Ecclesiasticis, tum Sæcularibus beatos pedes osculantibus, totamque familiam submissis obsequijs honorantibus; Lelius noster ad Sanctæ Mariæ de Scala attrondebatur in Monachum, & veteri, tritoque habitu, qui ad manum haberi potuit, summa tum sua, tum nostrorum Fratrum lętitia vestitus fuit ab eodem Patre Nostro Petro à Matre Dei; A quo post meridiem ductus est ad Sanctissimum; Cumque Patrem ad intimius cubile comitari vellet, vnus ex cameræ assistentibus manum pectori illisit, abstinuitque ingressu, indecens esse ratus ad secretã audientiam sodalem admittere: Verum vt aduertit Lelium esse, toto corpore expalluit, trepidauitque.

Liquefactus est ad Discalceati Nepotis aspectum Pontificis animus, & præ teneritudine, qua diligebat, deciderunt in genas lachrymæ, & post oscula pedum magna amoris significatione complexus, nomen ei suum imposuit, Alexandrum à Sancto Francisco appellauit; & singulari verborum emphasi, ac intimi sensus applicatione: *Hæt*, inquit, *est mea promotio: Hic mens est Cardinalis, quem creo.* Gaudebat enim affatim de Nepotis egregia pietate, cum ipse foret virtutum omnium, ac præsertim deuotionis in Deum laude præstantissimus.

Vaticinium, omenque mirabilis rei probauit euentus. Nam 27. die post assumptionem abijt è viuis, nullo alio ad Cardinalatum euecto: Neque enim vnquam adduci potuit, vt morbo, lectoque detentus promotionem celebraret: Quæ Ba-

Ab Anno Christi 1605 ad 1606.

Ab Anno Christi 1605 ad 1606.

ronij verbis libentius audienda de promo, simul cum egregio laudis testimonio, quod P. Nostro Petro à Matre Dei celeberrimus author inscribit. Sic enim tom. 12. annalium ad annũ salutis 1187. nu. 20.

Sed quod dies diei eructat Verbum, & nox nocti indicat scientiam: Exemplo Euangelici Patris familias, qui profert de thesauro suo noua, & uetera, agere nobis liceat. Quid miramur, spatium duorum mensium Gregorium non implesse? Ecce his diebus, quibus ista cudenda reuoluimus, Leo sanctæ memoriæ Papa Vndecimus nec vnum quidem Põtificatus mensem expleuit. O rerum humanarum inconstantiam! creatus Pontifex Kalendis Aprilis, esse morte desijt vigesima septima eiusdem: sed qui verè egregio ac singulari virtutis exemplo, consummatus licet in breui, expleuit tempora multa. Quippè quod posteris dignum planè reliquerit imitãdum exemplum, dum ægrotans suasionibus plurimorum adduci non potuit, vt nepotem suum modestissimum adolescentem, quem penes se educauerat, & vnicè diligebat, crearet S.R.E.Cardinalem, quique amplissimæ dignitatis iam candidatus, cæterorum Cardinalium impensis officijs, iam Cardinalis videri poterat designatus, perindeque ac si eadem etiam esset initiatus, visitabatur, ac tractabatur ab omnibus. Vicit licet infirmus corpore, robore animi id studiosè petentium, importunè exigentium, & extorquentium violenter quorundam Cardinalium, atque etiam Regiorum Legatorum summam potentiam: superauit, qui adhibitus fuit ad id perficiendum, Confessarium suum, hoc ipsum suadere conantem Religionis, qua ex munere sacro fungebatur, auctoritate. Quem ista ingerentem longè longiùs repulit, expulit, & ad se amplius accedere vetuit, vt quem magis indulgere affectui conuictorum, quam animæ suæ saluti consulere cognouisset: delecto posthac ad sacrum munus pœnitentiæ impendendum viro dignissimo Petro de Matre Dei à Rocca (Darocha legendum est, quæ P. N. Petro patria fuit in Aragonum Regno) *Hispano, Carmelitano Restituta Obseruantiæ custode, & propagatore, Sacrique Palatij à Clemente VIII. delecto Concionatore, quo vix aliquis Romæ Sanctior hoc tempore posse reperiri crederetur, sub cuius ministerio animam feliciter Deo reddidit victor, & triumphator amplissimus. Expugnauit enim pugnans fortiter, & se ipsum ad plenissimam victoriam (quod durioris certaminis fuit) coercens vinculis timoris Dei, propensiorem suum erga nepotem affectum: vt quod plurimum exoptasset, id ipsum constantiùs denegaret, atque vehementius facere recusaret. Sic igitur in triplici certamine, triplici victoria gloriosus, triplici palma triumphans, eluso mundo, contuso Satana, sibi dominans, migrauit in cælum.* Hæc Card. Baronius.

Ex quo colligas, & Leonis XI. summam pietatem, qua dilectum nepotem Religioni dedit, & P. Petri celebritatem, ac Sanctitatem: Et quomodo quæ noster Alexander spontè dimiserat, momento difilata honorum fastigia subsederunt. Attamen Paulus V. ne familia prædecessoris Cardinalitia dignitate remaneret orbata, ne eam patrua pietas mundanis oculis obscuraſſe videretur, Robertum Vbaldinum Alexandri nostri fratrem, primò quidem Pontificij Cubiculi Præfectum constituit, deinde ad Galliarum Regem Nuncium amandauit Apostolicum, ac tandem Collegio Patrum purpuratorum adlegit. Cuius promotionis lætissima, vt arbitrabatur noua, cum Mater ad Fratrem Alexandrum Cremonam, vbi morabatur, allegasset; piam reddidit epistolam, in qua neruosè admodum, & eleganter ostendit, tunc sibi, qui crucis opprobrium sit amplexus, impensè gaudendum, cum immissas à Deo tribulationes fortiter à suis fratribus acceperit exantlari.

Deinde

Deinde cum Romæ Priorē ageret, & purpurā iam insignitus ad fratrem in Conuentu veniret, modestè se se excusare solebat, per ostiarium rogans, vt aliquem eligeret ex Patribus, quo cum animi sui sensa conferret, ac proinde P. Fratrem Iosephum à S. Gabriele religiosa prudentia, ac pietate præcipuum in animæ suæ directorem assumpsit. Atque hæc de mirabili Vocatione, ac prodigioso mundi contemptu, quo Ven. Dei seruus è supremis honoribus ad infima descendit humilitatis exercitia, hactenus dicta sufficiant.

Hæc solùm adiungam Alexandrum nostrum toto vitæ tempore, si paucos exceperis dies occurrētium morborum, tum Reformationis rigores in delicata complexione sanū exegisse: tum multo plures patiendi desiderio supererogasse: Tum denique in se veri Carmelitæ Discalceati normam numeris omnibus absolutissimam expressisse: præsertim verò humilitatem, quam amplexus fuit, ita semper excoluit, vt ea in virtute semetipsum excedere videretur; adeovt etiam Superior existens, viliora exercitia sibi reseruaret, & contigerit aliquando, vt multo tempore duodecim infirmorum excrementa ipse solus efferret, elueret, vasa mundaret, extergeret, tempore, quo Fratres somno vel quieti vacabant. Nec patiebatur ab alijs sibi præripi ansam vllam humilitatis, cuius thalamum tantoperè ambierat, cuius delectabatur suauissimis amplexibus. Historiæ in decursu reliqua virtutum, & officiorum passim erigemus insignia: Verùm antequā hoc caput absoluam Lectori haud ingratum fore arbitror, nec muneri meo alienum, vltimam illi manum imponere eleganti epistolæ à Bonciario ad amicissimum sibi Testium, super eius vocatione scriptæ fragmento, quo & promeritæ Alexandri nostri laudes, & iustæ clarissimorum huius ætatis virorum demirationes facilè conijci poterunt. Sic ergo loquitur Bonciarius. Ab Anno Christi 1605 ad 1606.

Obsecro te, quod hoc dici potest, vel fingi mirabilius? Adolescens ingenio excellenti, & iudicio acri, & doctrina multiplici, & aspectu corporis eleganti, & supra cæteros aunnculo carus, cum maximè imperij obtinendi, & ætatis fruendæ tēpus aduenerat, proiectis omnibus, & calcatis delicijs, blandientem oculis purpuram deformauit in saccum, & exquisita edulia, quæ non dico helluositas appeteret, sed delicatus corporis habitus requireret, in betas mutauit, & fabas. O animi magnitudinem singularem! O rarum atque eximium exemplum continentiæ! parum fuit si regalem aulam non agnoscere, etiam patrios pænates sibi censuit relinquendos, puto, quia vidisset tandem post hac futuram, & regiam, & domum. Ille verè aulicam ostentationem sic perhorrescebat, vt præoptarit domestico carere solatio, ne in laqueis propinqui hostis incurreret, quare sacularem, atque prophanam viuendi rationem mutare statuit in magis religiosam, & magis piam. Sit ita, Leli, oderis aulam, oderis curiam, augusti animi adolescens, qui argentum cum innocentia, imperiū cum modestia, delicias cum frugalitate non cupis. Ergone ad genus vitę contrarium, sic laborioſum, sic asperum transire properasti? præsertim cum esses valetudine parum valida, & stomacho pro infirmo? potuisti ergo pullamtogam induere, si horreret cerulea, & quæ tibi de pinguioribus Sacerdotijs superfluerent, in vsum pauperum erogare? At tibi satis non fuit egredi aulam, domum, vrbem, Monasterium intras, & Monasterium eiusmodi, vbi mensæ, quietis, somni, & rerum planè omnium experiaris penuriam. O animi robur, ò inuictum pectus, ò abstinentiam propè dixerim nihil abstinentem, sed dissolutam atque infrenem! quæ tam anxiè quærit à quibus tibi temperet,

Ab Anno Christi 1605 ad 1606.

ret, quam solent alij, quibus fruantur. O superbam humilitatem, quę dignata non est subseruire Christi Vicario in delicijs, sed cum Christo ipso versari maluit in laboribus, in angoribus, in vigilijs; denique in omni genere incommodorum. Miror, ò adolescens, ista indole, isto proposito, ista constantia. Ego tuam solitudinem magnę Principum frequentiæ, tuum tuguriolum Pōtificijs ædibus æstro auroque fulgentibus, tua istic panis fragmenta ostiatim emendicata cōquisitissimis Regum epulis; denique tuū saccum fraternę purpuræ libenter anteposuerim. O animi tranquillitatem ab omnibus quidem exoptatam, sed à nullis fermè ibi quæsitam, vbi habitat; dicam aliquid mirabilius; ibi quæritur, vbi aut nunquā fuit, aut si fuit aliquando, nunc certè non est, olim repulsa, & damnata exilio sempiterno. Sed me contemplatio egregij facinoris, Testi suauissimo, sic abduxerat, vt quodammodo me mihi admirarer, vt ad quem scriberem vix meminerim, quare autem scriberem, & quid te vellem, aut non vellem, prorsus nihil in mentem rediret. Quod hic tamen minus mirabere, si cogitabis hęc me scribere mirabundum. Vale.

Perusiæ,
&c.

CAPVT XLIV.

Prima in Monte Tusculano Conuentus Sancti Siluestri à Carmelitis Discalceatis fundamenta locantur: Postmodum verò varijs muneribus destinatur.

ANno 1605. decimo quinto Kal. Maij Fratres nostri possessionem inierunt Conuentus S. Siluestri in Tusculano, ad cuius fundationis enarrationem me non inuitum vocat, & ordo temporis, & species amœnitatis, qua & meum, & lectoris animum huius Historiæ nostræ Tomi decursu defatigatos quiescere, ac recreari licebit.

Clemens VIII. prudentissima sua sollicitudine ad omnem occasionem fælicis regiminis nouæ Congregationis intentus, prouidè statuerat in hæc verba: *Cum alij duo Conuentus (præter Gennensem & Romanum) tam conditi, ac decenter stabiliti erunt (ad quos condendos specialem licentiā concedimus) omnes Superiores, cum eorum socijs, & discretis canonicè electis, per eundem Petrum ad Capitulum conuocari, & iuxta Constitutiones, ad electionem Præpositi, & Definitorum Congregationis, & ad reliqua, quæ ad Cōgregationis bonum expedire crediderint, procedi debere; Præpositumque ritè iuxta Constitutiones electum, eo ipso confirmatum esse, & authoritatem Cōmissarij expirare, totamque in Præpositum (iuxta tamen Constitutiones) refundi statuimus, & ordinamus.*

Hinc R. P. Petrus à Matre Dei Commissarij Apostolici munus, sua pro humilitate, in alterius humeros exonerare desiderans, vnicam hanc, solamque videbatur curare curam, vt locum inueniret quarto Conuentui stabiliendo, quo se se gubernandi

di poteſtate, conuocatis Capituli Patribus, quantocyùs exueret, & Deo liberiùs deſeruiret.

Contigit interea temporis graue Religionis negotiũ vrgere, pro quo Summus Pontifex erat adeundus. Morabatur ille in Tuſculano, & mẽtem ab vrbanis curis defatigatam recreabat ruri in ameniſſima Villa Montis Draconis: Aderat Cardinalis Baronius, cumque, vt fit, per exedras palatij proſpicerent in adiacẽtes colles, ac villas, atque exindè animum ad cæleſtis patriæ manſiones attollerent: laudarent etiam eos Principes, qui à negotijs Vrbium recedentes ſic animum ſubleuabant in ſolitudine Villæ, vt promptiores redderẽt obſequio Maieſtatis Diuinæ; Indè gradum fecit P. Petrus, Deo diſponente, vt oſtenderet, *Non ſolum ſæcularibus, ſed etiam viris Religioſis animarum ſaluti alleborãtibus remedium hoc eſſe ſaluberrimum. Nam vt Sanctus Leo Papa ait: oportet à mundano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere. Adeoque conſeruanda, augendæque puritatis Tereſianæ obſeruãtia, à ſuis anteceſſoribus vſurpatum eſſe; vt ij præſertim, qui concionibus, prædicationibus, aliiſque ſimilibus charitatis officijs incumbunt, ſubinde recedant, elongentque ſe ſe ab hominibus, vbi ſoli Deo, ſibique vacare poſſint: Hoc ego nunc mearum partium eſſe iudico, vt tribus Conuentibus Romano, Genuenſi, at Neapolitano, in quibus plurima debemus, multa impendimus ſubſidia charitatis, vnum adiungam à conſortio humano remotum; vbi ſolitudo corporis, mentem vniat Cœli ciuibus, & abſtractio ab externis reuocet ad interna: vbi omni ſtrepitu terrenarum ſilente curarũ, in meditationibus ſanctis, & delicijs latemur æternis.*

Vix ſermonem finierat, cum ſuſcepit Cardinalis: *Non procul abeſſe locum ameniſſimum, in eminenti colle ſitum, à mortalium conuerſatione remotum, quo nonnulli priorum temporum Pontifices, ad ſubleuandum animum diuertere ſolebant: Eccleſiam habere S. Syluęſtro ſacram, domum capacem, & prædia: modernum poſſeſſorem ex familia de Aualos, Prælatum nobiliſſimum iuxta, ac piiſſimum, forte non difficulter ceſſurum.*

Ab anno Chriſt. 1605 ad 1606.

Locum ergo tribus millibus diſtantem cum inuiſiſſent, ſummoperè placuit. Et prima occaſione, poſtquam intentum ſuum Deo, ac Beatæ Virgini commendaſſet, Pater Petrus vna cum Cardinali Baronio Dominũ Thomam de Aualos conuenerunt, ei piæ cauſæ merita, obſeruantiæ Tereſianæ conſeruationem, Fratrum conſolationem, deuotionis augmentum, denique Dei gloriam ob oculos poſuerunt, & ad omnem pietatem pronum nobiliſſimi viri animum adeo permouerunt, vt nihil in votis deſiderabilius habuiſſe crederetur, quam ſe ipſum, ſua voluptate priuare, vt ſeruorum Dei ſpiritum recrearet.

Immo ipſemet Summo Pontifici ſupplicauit, vt ceſſionem in fauorem Fratrum factam Apoſtolica authoritate firmare dignaretur. Qua de re ſummoperè gauiſus fuit Clemẽs Octauus: vt potè cui omne noſtræ Congregationis emolumentum, vt proprium arridebat, & irrefragabili robore muniri voluit, ac in perpetuum temporis tractum edito diplomate, cuius initium: *Inter curas multiplices*, ſolidari.

Vnde ad dictam diem decimam ſeptimam mẽſis Aprilis anno 1605. R. P. N. Petrus incruenti ſacrificij ſalutarem hoſtiam Deo in gratiarũ actionem, & primitias immolandorum ibidem cordium offerens, poſſeſſionem Eccleſiæ Sancti Sylueſtri apud Montem Compatrum accepit, ſtipulãte iuridica inſtrumenta Ioãne Baptiſta Martelli Notario Apoſtolico. Et ad Altare maius decenti admodum tabernaculo Chriſtum Dominum ſub Sanctiſſimo Sacramento collocauit: deputatis ad eius cultũ Fratribus, qui in nouo Conuentu

die,

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

die, ac nocte Domino deſeruirent, ſub regimine, ac cura R. P. Fratris Alberti à Santiſſimo Sacramento, ad officium Prioris nuper electo.

Hunc V. P. Nicolaus à Ieſu Maria Vicarius Generalis, ex Hiſpanijs ad Capitulum totius Ordinis Cremonam proficiſcens, profeſſione donauerat die 28. Maij, Genuæ in Natali ſolo, ad annum reparatæ ſalutis 1593. Poſt paucos annos, cum maturæ vir eſſet ætatis, & ſolidas virtutes violenta, perpetuaque ſui ipſius mortificatione, quaſi armata manu, & pretio ſanguinis comparaſſet; primum quidem in officio Procuratoris Conuentus Genuenſis exercitatus eſt, in quo, quantas occaſiones vincendi ſe ipſum auidiſſimè arripuerit, nõ eſt facilè numerare.

Refertur inter cætera, quod cum ad negotia expedienda, toto matutino tempore defatigatus foret; vt vix pedibus conſiſteret, & naturæ infirmitas quietem poſceret, & refectionem; ipſe optimam occaſionẽ ratus eam domandi, ſolebat flexis genibus in pauimento Refectorij, pane ſolummodo, & aqua prandere: quod maiori tunc præſtabat alacritate, quando acriori ſtimulabatur auiditate.

Romam vocatus ad annum huius ſæculi primum, P. Fratri Ioanni à Ieſu Maria, Vicario Conuentus Sãctæ Mariæ de Scala, adiunctus eſt in ſocium pro Nouitiorum educatione: Ex quo huius Religioſi virtutes facilè licebit arguere.

Præcipuè tamen elucebat in eo charitas, cum profunda humilitate, & ingenua ſimplicitate, qua omniũ animos ad amorem alliciebat, mœſtos, afflictoſque conſolabatur, & in vilioribus, ac difficilioribus officijs, aut adiuuabat, aut præueniebat. Sed zelo Religioſæ Obſeruantiæ deflagrans, defectus in ſemetipſo acerrimè caſtigabat, nec in alijs ſuæ curę commiſſis ſerpere ſinebat. Sub tam ſtrenui Ducis cura in Conuentum Sancti Silueſtri pedem intulit obſeruantia Carmeli primitiua, & maiora in dies incrementa ſumpſit: vt in decurſu videbimus.

Arbitrabitur non immeritò quis, cerberum illum infernalem, Omnipotentis Dei manu religatum fuiſſe, ne Religioſæ Fundationi allatraret; vt præclarioribus aſſolet Diuinæ Maieſtatis obſequijs: ſed mox, cùm radices ponere cœpit, permiſiſſe, vt vires exereret, machinas admoueret, & aperto Marte certaret. Commouit itaque cuiuſdam Principis miniſtros, & miniſtri Principem, vt in Sancti Siluestri potiorem partem ius, dominiumque prætenderet. Hinc ob auctoritatem, & poteſtatem partis aduerſæ, circumcirca recentem Conuentum latè dominantis, non paucæ ab officialibus, & vaſſallis præſtitę fuerunt occaſiones, quibus patientiam Deo offerebant, ſemetipſos ſuperabant, & in proximorum ſibi aduerſantium capita carbones charitatis congerebant.

Romæ lites ex litibus naſcebantur, controuerſiæ, ſumptuſque multiplicabantur, cauſa tandem ad Tribunal Rotæ conuerſa. Verùm enim verò Patrum Sancti Siluestri pietas, & manſuetudo iam perfregerat miniſtrorum duritiam: & P. Petri reuerentia, generoſum, ac deuotum Principis animum ita conciliauerat; vt iura Fratrum æquis auribus acciperet, laudaret inſtitutum, ac viuendi normam, & tandem, ſi quid principatus prærogatiua prætendere poſſet, libenter cederet cauſæ principali, nolletque amplius ius ſuum experiri per iuſtitiam, ſed præferre in omnibus ſecuram pietatem.

Ad varia Religionis munera deſtinatus fuit hic Conuentus à Superioribus, prout exigebãt, vel diuerſitas temporum, vel occurſus neceſſitatum. Mox à principio deſeruire voluerunt efformandis in miſſionarios

narios ijs Religioſis, qui ad Dominicanū meſſem cenſerentur aptiores: vt in eo diuerſarum linguarum peritia imbuerentur, ediſcerent controuerſiarum ſcientiam, qua Hereticorum, atque Infidelium errores redarguere, Catholicam veritatem edocere, populos in tenebris poſitos Euangelij luce valerent illuminare, errantesque in caulas ouilis Dominici deducere: Maioribus etiã abſtinentijs, orationibus, alijſque virtutum exercitijs aſſueſcerent, & ſecuriùs, firmiùſque ad tantùm munus ſe ſe armarent.

Nam in primo Capitulo Generali, quod Romæ hoc eodem anno Menſe Maio celebratum eſt, iam in Præpoſitum Congregationis electo R. Pr. Noſtro Ferdinando à Sancta Maria, ad diem quartum menſis iam dicti decretum eſt omnium ſuffragijs: *vt Monaſterium aliquod* (quod tunc voluerunt eſſe Sancti Silueſtri, donec aliter cenſeat Præpoſitus Generalis) *deputetur, vt ſit tanquam ſeminarium, quò conueniant Religioſi viri ad diſſeminandum in varias prouincias Euangelium*, vt habetur in 3. p. Conſtitutionum cap. vlt. & ſimul decretum eſt, *vt detur opera, vt hæc omnia auctoritate Pontificis, & ſpeciali Bulla confirmentur.* Et Summus Pontifex Paulus Quintus magnoperè gauiſus ob pium zelum noſtræ Congregationis, Apoſtolicas litteras libenter dedit: In quibus, quod de Conuentu Sancti Silueſtri in Tuſculano diximus, ſpecialiter approbat. Habentur in Bullario noſtro incipiũtque, *Totius Terrarum Orbis.* Datæ Romę apud S. Petrum die 15. Decembris 1605.

Verùm cum hæc deputatio temporaria fuerit, & donec in Vrbe, aut propè illam Seminario erigendo facultatem præberet Deus; interimque Domus S. Silueſtri in Monaſterij formam redigeretur, vix duobus elapſis annis ad hunc effectũ cõparatus fuit locus in Mõte Quirinali.

Seruiuit igitur ſucceſſu temporis, modo Nouitiorum, nunc ſtudentiũ educationi, nunc profeſſorum ampliori profectui: ſemper verò pauperibus illis ruricolis, per circuitũ degentibus, fuit ſpirituale refugiũ: vbi afflictis in rebus conſolationem inuenirent, remedium peccatorum per Sacramenta ſuſciperent, pietatem, moreſque Chriſtianos ediſcerent, nonnulli etiam perfectionis vitæ exemplar emularentur, & deuotas animas tegerent ſub vili pallio. Ab Anno Chriſti 1605 ad 1606.

CAPVT XLV.

Quanta ſit Tuſculani noſtri amœnitas, ſalubritas aeris, quies ſolitudinis; quantaque Populorum ad Sanctum Silueſtrum, & Sanctam Tereſiam Deuotio exponitur.

AMœnitas loci, ſalubritas aeris, & quies ſolitudinis tria ſunt, quæ deſiderari poſſunt ab eo, qui contemplatiuæ vitæ ſuauiſſimos fructus quærit. Hæc autem iuxta ſtatus noſtri paupertatem, fæliciter in receſſu Tuſculano noſtro ſic attemperauit Deus, vt nec amœnitas officeret ſolitudini, nec ſolitudo ſalubritati.

Nam ad meridiem ſilua denſarũ arborum cædua, priuſquam aſſurgat in montem, ne proximum Conuentui aerem occupet, decuruatur in vallem: in cuius vmbilico robora caſtanearum ſiſtunt, & leui arundineto iugera aliquot limoſæ paludis, non grauatim fruenda, concedunt. Inde cum in foſſam Vallis vniuerſa ſubſederit; Crux in baſim erecta eſt à Fratribus, vbi Mons Compatrum, Porticuſque in via publica pedem ſociant: vt tranſeuntes populi ſignum

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

gnum ſalutis adorent, & ad ſalutem compungantur.

Rurſus vbi euaſeris ad ardua, Boream verſus, occurrent tibi pulcherrimarum arborum ordines varij, Hinc in orbem circumſtantes, illinc excurrentes in parallelos: Hic denſitate ſua quietem à ventis, ab ardoribus refrigerium: Illic mira varietate, vel vmbram captare licebit, vel apricari ad ſolem, vel tenuẽ auram reſpirare, aut aeri frigidiori æſtuantes aperire ſinus.

Ad orientem Solem in Eccleſiæ proſpectu planities diffunditur, germinatque in pratum oculis delectabiliſſimum, ſemper virens, ſemper gemmans, ſemper floribus arridens. Et quamuis per ſublime mõtis dorſum extendatur, venulis tamen ſcatet aquarum dulcium, quæ in vnum collectę, & horto irrigando ſeruiunt, & Fratrum refrigerio.

E prati meditullio verſus Eccleſiam acclamantibus Echo reſpondet, plurium ſillabarum diſtinctis articulis: vbi iucundiſſimam animi recreationem hauriunt ſubindè Religioſi, dum amoris intimi ſenſa clamantes ad Dominum effundunt, & quaſi è Diuini habitaculi ſacrario, reſponſa per vltimarum vocum repercuſſionem ferunt.

Prati extrema latera, ſeminales campi verſus Affricum erigunt: atque inde in Conuentum remeantibus ſilua recurrit, & in ea Eremitorium de quo infra dicemus.

Pone Conuentum vinea, ac pomarium arborum frugiferarum, hortus olerum, florum, herbarumque odoratarum arcolæ, quas duplex pinus exornat: vna ad honorẽ Beatiſſimę Virginis conſita, & comis æquabiliter, ac venuſtè flexis in orbem, cæleſtem illam Spiritus Sãcti ſponſam repreſentare cenſetur. Altera tribus è ſublimi trunco diffuſa ramalibus, non inelegans veſtigium Sanctiſſimæ Trinitatis exprimit in ſublimi aere; vt eius imaginem Fratres per amorem imprimant in profunda mente. Et quod mirũ eſt, notaui ego curioſior fortaſſe rerum Romanarum inſpector, non ſolùm ex editioribus palatijs vrbis has arbores ſe ſe præbere contuendas: ſed extra vrbem nullam eſſe viarum Romanarum, quæ ambulantibus eas non offerat ſua vltrò proceritate conſpicuas. Imo plerumque nec Conuentus ipſe, nec vicini Montes dignoſci poſſent, niſi inſigni pinorum nota.

Proſpectum iucundiſſimum, quo fruitur in ſubiectos latij campos, in obuerſam montium coronam, in ſiluas, in lacus, in mare, in varias ciuitates, arces, caſtella, oppida, atque adeo in ipſam Vrbem Romam, infra delineabimus in reſiduo vitæ Ven. Patris Noſtri Ioannis à Ieſu Mariâ, cum viale contemplationis deſcribendum occurret.

Salubritatem aeris experientia tot annorum aſſeruit. Nam ad Auſtrum, & collaterales ventos, hominibus ſatiſque infeſtos, cacumen montis obuertit: quorum vbi afflatum ſenſeris, videbis montium, & camporum ſpatia herbis, arboribuſque viduata, peſtifera crudelitate venti, quem incolæ vocant marinum.

At verò verſus Eurum ſe ſe aperire incipit, & totos à Fauonio ad ſubſolanum explicare ſinus: vnde fœcunditatem hauriat, & tribuat ſalubritatem. Hinc etiam ſummis Caniculæ ardoribus, venti ad verticem montis, ex toto latio occurrentes, ſibilant refracti, auram refrigerant, humidum radicale contemperant, Ver iucundiſſimum æſtati conſociant, & Fratribus occaſionem præbent attentiùs, quietiuſque in lege Domini meditandi.

Fructuum qualitates, & genera vſquequaque ad ſanitatem aptiſſima, quid neceſſe fuerit ſigillatim enucleare? Habent in eo Religioſi noſtri, ceu Carmelum alterum terræ Pro-

ræ Promiſſionis, in quo benedicentes Deum in operibus naturæ, aſcẽdunt ad promiſſiones gratiæ: & vtriuſque factori indeſinenter adhęrent in contemplatione Maieſtatis Aeternæ.

Ad quietem ſolitudinis noſtræ Tuſculanæ, non tam confert diſtantia ab Vrbe, quæ eſt quindecim milliarium, quàm quòd ante ſe amœna loca offerat quamplurima, palatia, villaſque magnificas, à natura, à pretio, ab arte laudatiſſimas, Conuentus aliorum Ordinum peramplos, commodoſque, quibus omnibus ſatiata curioſitas, facilè negligat pauperem Diſcalceatorum caſam, & nullo pretio, aut arte veſtitam naturæ amœnitatem.

Mons arduus, & rhedarum commoditate difficulter ſuperabilis prohibet pleroſque talibus aſſuetos: neque Patribus iter applanandi cura fuit, ne frequentia quietem ſolitudinis interturbaret.

In toto Sancti Silueſtri Monte nulla alia domus eſt; Vicinus in obiecto Colle Pagus, Mons Compatrum dictus fermè milliario diſtat: Mons Portius, duobus: Villæ quas diximus cum Ciuitate Tuſculana, tribus: totidem, ampliaſque Rocca priora, & Rocca Papalis.

Magna eſt ad Sanctiſſimum Silueſtrum Pontificem, qui Conſtantino Imperatore pacem Eccleſiæ reddidit, & hic ſubinde latitaſſe perhibetur, circumiacentium populorum deuotio, antiquitate Venerabilis, Sacramentorum frequentia commendabilis, & pleriſque ad domeſtica ſolatia camporum, agrorumque fertilitatem procurandam admodum ſalutaris. Eius feſtum diem magno omnium concurſu, ac deuotione pridie Kal. Ianuarij celebrare ſolent.

Sanctam etiam Tereſiam Ordinis Noſtri Reſtauratricem præcipuo venerantur honore, inuocant in neceſſitatibus, ſentiuntque ſæpe ſæpius Omnipotentem Dei manum, per merita Caſtiſſimæ Virginis, operari ad ſalutẽ corporis, animæq; ſolatium, & pro recepta gratia, referunt ad Eccleſiam deuotionis ſuæ vota. Feſtum vero diem eius in menſe Octobris, quam magna poſſunt ſolemnitate, ac deuotione procurant, celebrantque: quod vbi fecerint fęlicia quæque à Diuina Maieſtate, per interceſſionem ſuę Sponſæ dulciſſimæ, ſperant obtinere: Secus verò imbres, grandines, tempeſtates, fulgura, morbos, ſterilitates.

Ab Anno Chriſti 1605 ad 1606.

Et ne cuncta proſequar, relictis popularibus, in Principe fæmina vnum inſtar omnium proferam exẽplum, quod aliquando contigiſſe memoratur. Domina Virginia Burgheſia Mater Principis Marci Antonij Pauli Burgheſij, glorioſæ memoriæ Pauli V. Nepotis, commodum ſibi, ſolitumque habitaculum elegerat in Mõte Compatrum, vbi à tumultibus Curiæ remota, & à varijs obſeruationibus ſæculi libera, viduales annos orationi vacans, Deo dedicaret ſanctiùs, quietiuſque. Apud Patres Sancti Silueſtri ſe ſe confeſſione expiabat, eoque amplius, ac viuacius antiquum familiæ Burgheſiæ affectum erga Religionem auxerat, quo in deuotionis exercitijs ijs frequentius vtebatur: Verum, vt euenire ſolet, ob nonnullos ęmulorum rumores, & opinionum diſcrepantiam refrixit deuotio.

Cumque nihilominus, inſtante ſolemnitate Sanctæ Tereſiæ, ad 15. Octobris anno 1636. Religioſi Dominam Principem humiliter inuitaſſent, vt pro honore Sanctæ, pro ſua antiqua deuotione, pro exemplo ſuorum Vaſſallorum, feſtum diem ſua præſentia redderet celebriorem; Ipſa cauſata impedimentum quoddam equi currulis, difficulter ſe venire poſſe reſpõdit: adeoque in excuſatione perſtitit, nec in

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

tota feſtiuitate comparuit; non modico Fratrum ſenſu, nonnullo piorum ſcandalo, æmulorum quorundam gratulatione. Et ecce nocte concubia ſerenum ſubitò denigrari, & condenſari Cœlum, mugire tonitrua, coruſcare fulgura, atque ex affracta nube ſagitta deſiliens in Palatium, corruit in Conclaue Dominæ: Cortinas lecti, ſtragula, perizomata, tabulas, picturaſque vel conſumpſit, vel afflauit incendio, ipſamque parietum incruſtraturam abraſit: ſola remanſit illibata effigies Sanctæ Tereſiæ, quam tenebat ad ſtrati caput: Quamdam etiam ex familiaribus fulmen nonnihil læſit, ac defigurauit: Ipſa Princeps timore, ac tremore concuſſa, mille votis Diuinam Clementiam implorabat, Sanctæ Tereſiæ gratiam ſupplicabat: Depulſoque periculo, illuceſcente die, votis redditis, gratiarum actione perſoluta, ac in priſtinam deuotionem reuerſa; ſolebat Principes alios monere ſuo exemplo, vt Fratribus iuſta petentibus acquieſcerent, neve eos contriſtarent; alioquin Sanctam Tereſiam exoraturos, vt fulmen è Cœlo iaculetur, fortaſſe non tam innoxium, quam ipſa ſenſerit.

Antequam ad aream Eccleſiæ accedas, viſitur in peruetuſta arbore, deuota Imago Beatæ Virginis, cui de caſtanea nomen indiderunt; ad quam vicini populi confluunt confertim, & cum fiducia impetrant in neceſſitatibus leuamen, in rebus afflictis ſolatium, in morbis ſalutem, in tentationibus robur, in caſibus deſperatis auxilium. Ipſa enim eſt arbor vitæ in medio Paradiſi ſituata, omnibus anni temporibus vberrimum ferens fructum ſalutis.

Sed modus quidam mortificationis, atque humiliationis, quo ſe Deiparæ deuouere ſolent pauperes illi clientuli compunctionem mihi non modicam inſinuauit. Intueri licet viros, ac mulieres (appetente præſertim feſto die Beatiſſimæ Virginis) appenſum collo ſaxum geſtare, vſque dum finem acceperint dies, quibus ſpecialiter ſe B. V. ſeruituros promiſerunt. Saxum, inquã, in ſignum ferunt humiliationis, & pœnitentiæ, quo durum eorum cor Dei gratia conteratur: ferunt ob oculos, vt recordentur promiſſorum, ſæpius excitentur ad implorandum Virginis auxilium, augendam viuam fidem, actuſque contritionis renouandos; ferunt propalam, vt omnibus proteſtentur ſe ſpecialiter Dei, ac Beatiſſimæ Virginis ſeruitio nuncupatos, ad ludicra non eſſe inuitandos; finitoque ſtatuto tempore lapidem ſub imagine collocant, aut arbori affigunt, ſenſu, quo poſſunt, teneriore.

Teſtatam faciunt deuotionem ſuam erga Fratres noſtros eleemoſynis frequentibus, quas per totum illud Latium erogant, proprium genium defraudantes, affectu tam pio pauperes ruricolæ; vt merito Viduę Euangelicæ comparari poſſent.

Debemus gratam, & ſingularem memoriam Clementiæ Roſati. Hæc enim mediocre prædium donauit in vineam Fratrum neceſſitatibus aptam, & Conuentui Viam Latinam verſus fermè adiacentem: quæ deinde paucis hinc inde portionibus, aliorum liberalitate, ſiue coemptis, ſiue commutationis titulo coniunctis locupletata, ſolitudinis Tuſculanæ quietem, & paupertatem ex parte fouet.

Exiſtimo non abſq; Diuinæ Prouidentię nutu factum eſſe, vt cum in præcedentibus annis Venum exponenda foret in Conuentus fabricam, effectu fruſtrata, euanuerit huiuſmodi reſolutio: & nihilominus Dei liberaliſſima manus, per Superiorum noſtrorum, ac præſertim P. Noſtri Eugenij à Sancto Benedicto Præpoſiti Generalis curam, affectionemque; vſque in hanc diem ſup-

ſuppeditat, quod impendatur congruæ habitationi, ſine diſpendio eius, quod deſeruiebat tenui ſubſtentationi. Glorioſum enim eſt, & magnificentiæ plenum benefacere: ſed beneficentiæ ſuæ trophea, deiectis aliorum benefactis, erigere probroſum.

Certe ſicut eos ſæculares, qui eleemoſynis, alijſque beneficijs Cœuentus noſtros exornarunt debita laude defraudare non poſſum, ſed in totius hiſtoriæ decurſu grata ſignificatione recolo; ita eorum Religioſorum memoriam exhorreo, qui quæſitis prætextibus ea, vel alienare, vel obliterare prætendunt; & calamum vix continere poſſum, quin tacitè ſaltem aliqua nota perſtringam. Sequor in vtroque Sanctorum Hiſtoricorum exempla, & præſertim Sanctæ Matris noſtræ Tereſiæ, cuius vtinam in deſcribendis fundationibus, & ſtilum aſſequi valeam, & à longe meritum ſalutare.

CAPVT XLVI.

Cur in Congregatione noſtra celebris admodum habeatur Tuſculanus Sancti Silueſtri Conuentus? Vbi antiqua loci ſanctitas propalatur.

PRæter ſuperiùs dicta, alijs de cauſis, celebrem in tota Religione famam Conuentus Sancti Silueſtri in Tuſculano, præ cæteris eſt promeritus.

Prima quod eius ſolitudinem Religioſi noſtri cõuerterint in amæniſſimum Orationis Paradiſum, & multorum millium Angelorum frequentiam. Nam ſuperiores à negotijs officiorum ſuorum tantillum otium nacti, quantocius ad Sancti Silueſtri montem auolantes, ibidem cum Domino negociari ſoliti ſunt, omnium negociorum maximum, ſalutẽ animæ ſuæ, & Religionis augmentum, pro ſe, ſuiſque Fratribus à diuina gratia procurandum. Imo probi rerum æſtimatores arbitrantur, longè amplius, meliuſque pro rebus etiam ad externam Curiam ſpectantibus, fuiſſe negotiatum in Sancti Silueſtri receſſu mediantibus Angelis; quam in media Roma multiplici ſollicitudine, fauore Principum, aut emendicata, humanitùs gratia fuerit impetratũ. Atque adeo ſæpius P. Noſter Petrus à Matre Dei, P. Frater Ferdinandus à Sancta Maria, P. Frater Ioannes à Ieſu Maria, P. Frater Dominicus à Ieſu Maria, ac reliqua Religionis capita in hodiernum vſque diem ibidem feriati, ſoli Deo, rebuſque diuinis vacare ſolent, quorum exemplum alij Religioſi, Definitores Generales, Priores, ac ſubditi libenter inſequuntur.

Ab Anno Chriſti 1605 ad 1606.

Secunda, quia exteris præſertim ijs, qui Romam ad Seminarium miſſionum gratia conueniunt, liberaliter amœnitatis, ac ſalubritatis ſuæ ſinum, ac viſcera charitatis aperit: ne aeri Romano nondum aſſuefacti, qui tenerioris complexionis ſunt, detrimentum ſanitatis incurrant. Hinc factum eſt, vt plures ex ijs, qui in partibus Infidelium ſtrenuiſſimam nauarunt operam, & adhuc Deo proſperante nauant, in Eremitorio Sancti Silueſtri ſe ad tantum opus accinxerint, armauerintque Spiritus Sancti gratia abundanter affluente: Quorum aliquos in decurſu hiſtoriæ recenſemus.

Agnoſcunt & grata memoria recolunt Fratres noſtri, in hoc Sacro Eremitorio piam liberalitatẽ Marchionis de Villenas, Regis Hiſpaniarum Oratoris ad Clementem Octauum Pontificem Maximum, Principis æterna gloria digniſſimi.

Cum

Digitized by Google

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

Cum enim in Proregem Siciliæ ſublimatus foret, voluit ante ſuum ex Vrbe diſceſſum, ſub directione V. P. Noſtri Dominici à Ieſu Maria, generali confeſſione temporis anteacti peccata in Diuinæ Miſericordiæ fontibus expiare; quod vt à Curiæ tumultibus liberior aſſequeretur, vna cum prædicto Patre in Tuſculanum noſtrum ſeceſſit, vbi meditationibus ſanctis, in vberem contritionis gratiam, & pœnitentiæ dolores effuſus, propoſitis pijſſimis obfirmatus, ad tanti regiminis molem in ſuam, populique ſalutem exantlandam, Diuina opitulante Gratia diſpoſitus fuit: ac in Vrbem regreſſus, quadringentorum ducatorum eleemoſynam elargitus eſt in Fabricam Eremitorij, quod medio ſyluæ colli impoſitum, muroque circumdatum, Eremitis noſtris egregiam præbet opportunitatem Deo Iiberius, operoſiuſque vacandi.

Celebri quoq; memoria digniorem hunc Conuentum reddit, Capitulum totius Congregationis celebratum ad annum Domini 1611. ad quod conuenerunt præſtantiſſimi Patres, qui religioſam nobis obſeruantiam exemplo magis, quam verbo tradiderunt. Ibidem electus eſt in Præpoſitum Generalem Venerabilis Pater N. Fr. Ioannes à Ieſu Maria, nitidiſſimum Reformationis Tereſianæ ſpeculum, vnum exemplar. Simulque cum alijs Patribus multa de nouo condiderunt, plura confirmarunt ſtatuta in Congregatione ſeruanda, ad fouendum Regulæ Primitiuæ ſpiritum oportuna: Vnde reuiſæ conſtitutiones, iam altera vice typis euulgatæ fuerunt eodem anno,

At vero etiam Paulus Quintus, Eccleſiæ Catholicæ Pontifex verè Optimus, & Maximus, ad preces P. Fratris Dominici à Ieſu Maria, Conuentum Sancti Silueſtri ſua præſentia dignatus eſt honorare: nō exiguo temporis ſpatio, cum Fratribus, per arborum conſita deambulare, de rebus ſpiritualibus verba facere, ex frigida ciſternæ deguſtare, Beatos Pedes oſculandos præbere, & Benedictionem Apoſtolicam affectu paterno elargiri.

Omnipotens etiam Dei virtus, per ſeruum ſuum iam dictum Patrē Fratrem Dominicum, voluit in Eccleſia Sancti Silueſtri in Tuſculano magnificare miſericordiam ſuam, in gratia ſanitatum, in morborum, ac ſterilitatis depulſione: & oſtendere potentiam ſuam, quam ſubinde tribuit carni mortali ſuper crudeliſſimos ſpiritus inferni.

Nam Martha coniux Maximiliani, ex vicina Ciuitate Tuſculana, quæ vulgari idiomate *Fraſcati* nominatur, extremis ſtomachi doloribus, plures per annos excruciata, iam ſola pelle, oſſibuſque hærebat: colore flauo, liuidoque, *tota corporis figura*, humanam vmbram repræſentare magis videbatur, quam ſpeciem: & matrimonij fructum, iam à multis annis deſperare didicerat, quæ propriam ſperare non poterat vitam. Verum contra ſpem, ad Diuinum ſe auxilium erigens, ad Sancti Silueſtri Montem ægrè contendit, cuadit in Eccleſiam, P. Fratri Dominico à Ieſu Maria morbum aperit, afflictionem exponit, remedium eius precibus à Deo poſtulat. Ibi Seruus Dei commiſeratus mulieris ſtatum ope humana ſuperiorem, compaſſionis teneritudinem in ardentiſſimam precem effudit, ſeque exauditum confidens: *Vade*, inquit, *& mente iucunda domum reuertere: reddet enim tibi Deus priſtinam corporis ſanitatem, ac non ita pridem etiam concedet filium*: Cumque mulieri in Dei Nomine benedictionem impertijſſet, mox melius habere cæpit: adeoque iuxta Patris promiſſum breui conualuit, & antequam anni curriculum expleretur, maſcula progenie cumulata; duplicem gratiam, & ſalutis propriæ, & fru-

fructus matrimonialis, Diuina liberalitate ſuſcepit.

Pauci dies effluxerant cum Ioannes Baptiſta, Marthæ carnalis frater, cernens in ſorore miraculum, cum ipſemet cruciatibus ventriculi ſæuum in modum torqueretur, & tibiæ dolores extremi iam ab anno ſeptimo greſſum prohiberent, & motum, ad Conuentum deportatus, ſanitatis gratiã conſecutus eſt.

Angelicæ, Ioannis Baptiſtæ Suadoni filiæ, tuber enatum erat in humero dextro, magnum, & difforme: coxa ſic obrignerat ob ſciaticæ dolores, vt genu inflectere non valeret. Acceſſit ad Sancti Silueſtri Eccleſiam, & ſigno Crucis à Patre ſignata, cœpit ſine dolore genua inflectere: & paulatim conſumpto tubere, ac ſciatica eam dimittente, perfectam adepta eſt ſanitatem.

Eodem modo Prudentia, filia Capitanei Bernardini Bartoli, malo ſtomachi, quo lentè exedebatur, ita vt magicis artibus adſcribendum crederetur, in Sancti Silueſtri Conuentu, per dicti Venerabilis Patris preces, à Deo remedium petijt, & obtinuit.

Celebrius eſt, quod ſubiungo, & potentiam ſeruorum Dei in rebelles ſpiritus inſigniter demonſtrat. Nam mulier quædam ex Tuſculano, nomine Critia, coniux Pauli *Pace*, per decennium crudeliſſimè à Dæmonio vexata; ita vt in rabiem ſubinde verteretur: nonnunquam cadaueris inſtar, prorſus omni motu, ac ſenſu priuata iacere videretur: alias etiam inſolitas pateretur, ac moleſtiſſimas exagitationes; ad annum 1616. Romam petijt, & in Sanctæ Mariæ de Scala P. Fratrem Dominicum conuenit, ſperans ſe eius interceſſione liberandam: P. Dominicus nihil moratus, mox, vt eius poſtulationem intellexit, reſpondit: *Nondum petitæ gratiæ tempus aduenisse: Deum velle, eius carnem amariore ſale ſaliri, condiriqne; vt ſeruorem impoſterum concipiat, ac marceſcat.* Et explicata ſimilitudine, & bonis documentis præmunitam, ſigno Crucis armatam ad propria remiſit. Incepit illico mulier melius, quietiuſque habere, cibum ſumere, cum quiete dormire, manibus laborare: quæ officia egrè, & quãtum vix naturæ neceſſitati ſufficiebat, ante hac permiſerat Dæmon.

Ab Anno Chriſti 1605 ad 1606.

Anno deinde 1619. cum intellexiſſet Patrem Fratrem Dominicum in Sancti Silueſtri Conuentu commorari, eo ſe transferre conata eſt: ſed ecce, dum iter aggreditur, tanta vi Dæmon ſe ſe oppoſuit; vt moleſtè admodum duo viri ad Conuentum trahere molirentur. Pater coram ſe genuflexam, ſubmiſſa voce, vt à circumſtantibus non exaudiretur, interrogauit: *Vellet ne ſana fieri*; & reſpondenti, *quam maximè*, cauſas aperuit, quibus ipſa ianuam Dæmoni patefecerat, ad eam inuadendam, ac moleſtandam: moxque ad pœnitentiam adhortatus, ad plures, feruenteſque contritionis actus eliciẽdos, ipſe adiuuit, ipſe præiuit: promiſſaque emendatione vitæ, conceptoque vĩrutis exercendæ, fugiendiq; peccati propoſito: *Eia*, inquit, *filia ne dubites, poſthac te immunem fore ab omni moleſtia Dæmonis*: quod à miſericorde Dei gratia præſtitum, tranquillus reliquæ vitæ probauit excurſus.

Interim Critiæ ſoror, ſanguinis fluxum patiens, deuota cum fiducia, Patris Dominici ſcapulare exoſculata, melius habere cœpit, & poſt paucos dies integrè conualuit. Alia Critiæ conſanguinea à ſpiritibus immundis plurimum per annos octo perpetiebatur, fructu matrimonij defraudata, Iumento vecta, venit ad Sancti Silueſtri Cœnobium: ibi accepta à Patre benedictione, ac melioris vitæ documentis imbuta, ad virtutum actus animata, redijt in Tuſculum, ſanitatem recuperauit, filios procreauit.

Deni-

Digitized by Google

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

Denique potitur hic Conuentus, inſigni theſauro incorrupti corporis V. P. N. Ioannis à Ieſu Maria. Elegit enim Generalatu defunctus hãc ſolitudinem uir ille omnibus bonis à Deo exornatus: In ea tractatus ſuos vltimos, ac ſuauiſſimos exaratuit: in ea die, ac nocte cum Domino cõuerſatus, Myſticæ Theologiæ Doctor ad æterna ſpectacula, puros mentis figebat obtutus: in ea, ſanctum otium ſectans, operoſiſſimum negotiorum omnium exegit, vt à mundano puluere remotus, defęcatam ad amplexus Sponſi prępararet animam. Iam enim Roma diſcedens, non obſcuris oſtendit verbis, quod Domino reuelante cognouerat, diſſolutionem ſui corporis imminere. Hic extremum agonem fidelis athleta certauit: certanti Ven. P. Dominicus animũ addidit, ſua præſentia recreauit; donec fęlicem in manus Domini efflaret animam, quam Ven. Pater glorioſis ſplendoribus circumfuſam meruit intueri.

His igitur de fundatione Conuentus S. Silueſtri, in vltima ſolitudine Tuſculana præpropero licet calamo, ad laudẽ Dei, ac conſolationem Fratrum commemoratis; Relictis alijs ſuis locis, ac temporibus inſerendis, duo mihi dicenda ſuperſunt. Primum eſt, vt venerandã huius loci antiquitatem, ac ſanctitatem, antequam eum Fratres noſtri, dono Sedis Apoſtolicæ, & Illuſtriſſimi Domini Thomæ de Aualos reciperent, ex veterum traditione, aut codicum monumentis aperiam, quod hoc capite perficiã. Secundum eſt, vt nonnulla contexã elogia Religioſorum noſtrorum, qui ibidem virtutum obſeruantia claruerunt, ac mortificatæ carnis ſarcinam depoſuerunt, Reſurrectionem vitæ expectantes in Gloria; quod ſequenti, & vltimo huius Tomi Capite abſoluam.

Retulerunt nonnulli veterum incolarum Montis Compatrum, & Rupis Prioris, ſe ſe à ſuis maioribus accepiſſe, locum Sancti Silueſtri cenſeri maximè ex eo capite Venerabilem, quod antiqua traditione didiciſſent Chriſtianos non paucos, in vltimo hoc Tuſculani latibulo, fortaſſe alicuius pij Nobilis prædio, perſecutionum impetum, tempeſtateſque declinare conſuetos: vbi velut è ſpecula, à longè aduentãtes Tyrannorũ Satellites, & prouidere poſſẽt, & in Viam Latinã, aut Lauicanam, Latium verſus, aut Campaniam excurrere, vel ad ardua vicinarum Alpium euadere. Hic Sãctum Silueſtrum latentes oues inuiſere, confortare, Sacramentorum, ac Verbi Dei pabulo reficere ſolitũ: donec data populo Dei pace, ingrati animi ſymbolum poſſeſſionem hanc in Eccleſiam dedicarunt.

At vero, quæ humanarum rerum eſt caducitas, & viciſſitudo, Tuſculum, vna è celeberrimis Vrbibus Latij, eo quod Friderico Aenobarbo ſuppetias attuliſſet, ſæculo vndecimo in Occaſum vergente, à Romanis obruta, populoque viduata, ſecum Eccleſiam Sancti Silueſtri in eandem traxit vaſtitatem, quo tempore ex Sancti Franciſci ſodalibus nonnulli, vitæ Monaſticæ ſtudio incenſi, loci ſolitudinem elegerunt ad Religioſam exercitationem.

Verum ab his quoque iam olim derelictus eſt, qua præcipue de cauſa tacetur. Exiſtimo quod quemadmodum celeberrimum Sancti Silueſtri latibulum in Monte Soracte; ita & hoc in Monte Tuſculano, duabus præſertim de cauſis deſeruerũt. Prima quoniam fama ſanctitatis, & virtutum odor populorum animos attraxit: vt vltrò offerrent in Oppidis, ac Ciuitatibus loca, ad ſalutem animarum procurandã aptiora. Hinc ad ſecundum gradum facio: quoniam creſcente numero Conuẽtuum, ac Fratrum immenſi laboris me indicato cuncta deferre, difficilius

inue-

inuenire. Vacauit ergo locus Prælatorum à negotijs Curiæ vacationi ceſſit, & ſpecialiter Cardinali Gambaræ, ac Cardinali Piſano. Extant adhuc monumenta, quibus fabricam magnificam extruxiſſe, auxiſſe; fontibus exornaſſe, rigaſſe traduntur.

A Summis Pontificibus nonnunquam habitus eſt in delicijs: quod & Baronius non obſcurè atteſtabatur ſupra à nobis relatus, & nonnullæ inſcriptiones affirmant, de Paulo Tertio, qui frequenter animi cauſa ex innumeris Pontificatus curis eo contendere conſueuerat. Cuius rei memoriã Cardinalis Gãbara marmore curauit inſculpi.

Canales, conductuſque, qui ſub terra diuerſis in locis reperiuntur aptati; nec non vaſa, fragmenta, inſcriptioneſque indicant vberiorem aquarũ copiam Montẽ illum tunc irrigaſſe. Vel enim, vt vſu venit, paulatim ſubſedit, aut quæ in alia nunc loca deriuatur, tunc ad Sancti Silueſtri decurrebat. Nam in cacumine montis, qui mari mediterraneo obuertitur, variæ viſuntur fontium origines, quas alibi nunc prorumpere eſt neceſſe. Certè ſi ſtillantes illæ ex ampliſſimo prato venulæ partim altiùs, partim cautius includerentur, nemini dubium eſſe debet, quin & in ipſa Eccleſiæ area, ac Sacriſtia fons exiliret mediocris: in reliquas Conuentus officinas vberior effluueret: in pomaria, hortos, floralia abundanter incurreret, Fratribuſque ſæpe ſæpius occaſionem præberet Cœleſtis vitæ fontem ſitiendi, & cum Sancta Matre ſua Tereſia de profundo cordis ad Ieſum ſuſpirandi: *Domine da mihi hanc aquam.*

Ab eo tempore, quo Sancti Franciſci ſodales, locum hunc incoluerunt, excelſam illam Pinum in tres ramos diffuſam, de qua ſupra diximus, à Beato Bernardone Seraphici Patris comite Sanctiſſimo plantatam fuiſſe, Montis Compatrum, & vicinorum locorum incolæ conſtanter affirmant; eam in laudem, & confeſſionem Sanctiſſimæ Trinitatis, habentes in pretio, & veneratione. Ab anno Chriſt. 1605 ad 1606.

Iacent etiam in eodem loco humata corpora trium Fratrum Ordinis eiuſdem Sancti Franciſci, Sanctitatis fama celebrium. Quorum primus eſt Frater Angelus de Monte Leone; alter Frater Raynaldus de partibus Reatinis: Tertius, Fr. Sanctus de Parma: omnes vitæ ſanctimonia, & miraculis clari. Quorum facta memoranda, vt habentur in ſecunda parte Chronicarum Fratrum Minorum lib. 2. cap. 29. & l. 6. cap. 30. hic exſcripſimus.

Libro primo conformitatum Beati Franciſci ad vitam Chriſti. In Codice Conuentus *Araceli* fol. 152. & ſeruatur memoria in Noſtro Conuentu Sancti Silueſtri in Tuſculano.

PRouincia Romana habet ſeptem cuſtodias: locum Sanctæ Mariæ de Araceli: locum Montis Compatrum, in quo Sancti Patres plures fuerunt, & præcipuè Fr. Angelus de Monte Leone, & Frater Raynaldus de partibus Reatinis, qui cum multis alijs in eodem loco quieſcunt.

Item fol. 77. eodem libro.

IN Monte Compatrum iacent Sancti Patres: Videlicet Frater Angelus de Monte Leone pauperrimus, & deſpectus. In eius morte, vt quidam Frater vidit, clara luce pro ipſius anima venit quidam ſolemniter paratus cum Fratrum magna multitudine.

In eodem loco iacet Sanctus Frater

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

Raynaldus, de partibus Reatinis, Vir perfectionis, & ſanctitatis. Hic ambulans iuxta Ciuitatem Reatinam, cum Fratre Bernardo ſocio ſuo, & Guardiano, obuiam habuit quendam cæcum eos ſalutantem, & deprecantem humiliter, vt ſuper eius oculis ſignum faceret Crucis: qui Frater Bernardus dicti ſocij mandato, eidem Crucis faciens ſignum, ſtatim ille cæcus lumen accepit.

Poſt modicum deinde ſpatium, infirmatus hic Frater ad mortem: cum multi, audita eius graui infirmitate, ad cuſtodiendum eum circa tranſitum Fratres conueniſſent, cumque iam Cælo videretur affinis; cæpit corpus eius ſudore perfundi, & apparuerunt in facie eius, & habitu quaſi flores, ad inſtar pruinę deſuper concreſcentes, de quo Fratres, qui aderant plurimum admirantes, ſudorem huiuſmodi ſæpius extergebant: Sed eodem iterum recreſcente, vſque poſt obitum in eius corpore perduranit, & cum eo poſitus eſt in Sepulchro.

Qui cum per triennium quieuiſſet; contigit quendam alium Sanctum Fratrem decedere in eodem loco, in cuius tranſitu tanto odore repleta eſt domus Fratrum, & regio circumquaque, quod de animæ beatificatione ſignum eſſet certum. Hunc in Sepulchro Fratris Raynaldi collocare volentes, aperto tumulo inuenerunt corpus Fratris Raynaldi iam trienio poſitum, ita cancellatis manibus inconſumptum, ac ſi die ipſa eſſet humatum, & cum mouere ipſum tentaſſent, vt daret locum tumulando, non potuerunt: ſed corpus dicti Fratris Raynaldi inferius deſcendit tanquam vinum, dans locum Fratri verſus partem occidentalem, in foſſa ſe erexit: Et quandiu ſemel poteſt dici oratio Dominica ſic permanſit. Itaque videntibus cunctis tam Fratribus, quam ſæcularibus, qui ædſtabant, verſus partem Orientalem ſe ex latere declinauit, ac tandiu ſic perſtitit quoadusque corpus alterius Fratris in eadem ſecum foſſa clauderetur. Quod videntes Fratres, & Sæculares Deum laudauerunt.

In eodem loco iacet quidam Sanctus de Parma, qui qualis eſſet meriti apud Deum oſtendit Saluator. Nam in die Oliuarum Palmam, quam accepit, plantans, de mane creuiſſe inuenit.

CAPVT XLVII.

Quorundam Fratrum noſtrorum virtute præſtantium, qui Tuſculanum Sancti Siluestri Conuentum pretioſa morte illuſtrarunt, Elogia breuiter perſtringuntur, & coronidis loco adijciuntur.

FRatres ergo *noſtri*, qui in ſolitudine Sancti Siluestri ad ardentem in Rubo humanitatis Diuinitatem, per contemplationis gratiam, appropinquare nituntur, audiant libenter, & intelligant meritò illis acclamari poſſe: *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt: ſolue calceamenta de pedibus tuis*: Videant ne protectionis ſuæ diuitias ab indignis hæredibus auferat Deus, detque genti *facienti fructum eius*.

Quemadmodum à nobis ſuperiori capite commemorati Religioſi, ſuis virtutibus, & obſeruantia, Eccleſię illius, quam Sancti Siluestri tempore in hoc monte latitantem tradunt, veſtigia gnauiter ſunt inſecuti, & Sanctorum Ordinis Seraphici non indigni fuere ſucceſſores: Ita nec degeneres ſe ſe exhibuerunt Fratres noſtri, quorum hic corpora iacent tumulata, vnde ſperamus ſocios Reſurrectioni glorioſæ futuros aliquando in Cœlorum habitaculo, quorum ſociantur corporibus in hoc Monte Tuſculano. Ad ædificationem ergo Fra-

Fratrum noſtrorum, omniumque in hoc primo Hiſtoriæ Noſtræ Tomo recenſitorum veluti coronidem, vtidemq; concluſionem, referemus aliqua virtutum ſpecimina eorum, qui in hoc Conuentu Religioſi curſus ſtadium perfecerunt.

Primus è S. Silueſtri Cœnobio migrauit ad Dominum quadriennio poſt fundationem P. Fr. Ferdinandus à Ieſu, de quo ſequens Elogium tranſcribo ex libro Conuentus.

Pater Frater Ferdinandus à Ieſu Hiſpanus, qui adhuc Nouitiorum feruore æſtuans, vtinamque hilaris, biennio poſt profeſſionẽ elapſo, rei adminiſtrator, Monaſticæ diſciplinæ profeſſor, obedientię cultor adeo præclarus extitit, vt ex obedientia mortuus fuerit. Nam quadam vice, cum anceps eſſet eius Superior, quomodo mederetur cuidam ciſternæ, quę nimiam aquam non poterat ſuſtinere: ipſe ſe exhibuit huic rei allaturum remedium, quo conceſſo, ingreſſus in ciſternam, cũ foramen quoddam aperuiſſet, immerſus in aquam vſque ad caput, propter frigus, & labores, quos ibi ſuſtinuit, febri comprehenſus, & ingraneſcente morbo ſanctiſſimè diſpoſitus, ex Tuſculano hoc Cœnobio ad Cœlum feliciter euolauit. Prid. Kalend. Nouembris 1609.

Quod autem biennio poſt profeſſionem metam abſoluerit Religionis, aſſentiri vereor. Nam defunctorum Fratrum noſtrorum memoria, nouemdecim ei annos aſſignat à profeſſione Genuæ nuncupata, & vndecimum ei locum inter noſtræ Congregationis defunctos aſſignat, & in Sancti Silueſtri obiiſſe aſſerit. Conſentit quod ante hæc tempora nullum in Italia Tyrociniũ noſtrorum Choriſtarum fuerit, niſi Romæ, & Genuæ: & ab anno 1602. non niſi Romæ. Hic vero Ferdinandum non reperies. At vero in libro Conuentus Sanctæ Annæ, Genuæ in hanc ſententiam notatum habetur: *Frater Ferdinandus à Ieſu, in ſæculo Hernandus de la Torre, natus in Cantiliana Diœceſis Hiſpalenſis ad annum circiter 1562. profeſſus eſt, die vigeſima octaua Octobris 1588.* Ab Anno Chriſt 1605 ad 1606.

Quid ergo eſt, quod in Conuentu, vbi vitam perdidit, ne perderet obedientiam, affirmatur duos ſolos annos peregiſſe profeſſionis? Si conceptum hic locus foret; floridus aperiretur campus adducendi eos Eccleſiæ Patres, qui dubium illud Cronologiæ ſacrum 1. Reg. cap. 13. *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit &c.* Inſigni cum moralitate reſoluunt. Ego dubium propoſui, quod curſum hiſtoriæ meæ occupabat. Si errorem oſtendi; ſeruiat elogiorum auctoribus, vt cautiorem trutinam impoſterum adhibeant: ſin minus; meum oſtendant, & condonent, qui cuncta exactius ſoleam ponderare. Omnes vero ſiue iuuenem, ſiue maturæ ætatis virum in Nouitiatus, & obedientiæ feruore ſtudeamus æmulari.

Secundus qui è Tuſculani ſolitudine ad Cœleſtis Beatitudinis gaudia euolauit fuit V. P. N. Ioannes à Ieſu Maria. Nec locus hic, nec animus eſt recolligere, quæ de Religioſiſſimi huius Patris Noſtri virtutibus ordine ſuo in hiſtoriæ noſtræ decurſu, aut iam diſpertiuimus, aut aliquando ſubiungemus. Solum adijcio hic elogium breue, quod Tuſculani Fratres, optimo Patri poſuerunt.

P. Fr. Ioannes à Ieſu Maria Calagurritanus, vna cum ſex grauiſſimis Patribus Italicę Congregationis fundamenta iecit; Quorum ipſe primus in Italiam venit.

Quantus, & quam magnus vir extiterit, eximię virtutes teſtatum abundè reliquerunt.

Elucebat in eo ſingularis quædam clementia, & animi lenitas, internæ pietatis argumentum: qua primo congreſſu omnium corda demulceus, omnium ſibi conciliabat amorem. Lenitatem tanta grauitas, ac modeſtia ſic tem-

Ab Anno Christi 1605 ad 1606.

temperabat; vt taciti, ac dimissi oculi, vultusque, nescio quid arcanum mysticumque praeferrent, & grauissimos viros leuitatis, aut incompositionis alicuius sibi conscios, secreta quadam auctoritate corrigeret.

Ingenij raritate, dicendique arte excelluit: plurimos libros tanta eruditione, tantoque spiritus vigore cõposuit; vt non minus ob subtilitatis acumen caelestes, Angelicique; quam ob charitatis incendium (quod ab Auctoris ardore in legentium animos efflant) seraphici, planeque Diuini, nuncupari mereantur.

Prudentia fuit admirabilis, quam tunc praesertim ostendit, cum varijs licet morbis obsessus, sanctè, & laudabiliter gubernacula Congregationis, primarijs in muneribus administrauit.

Minimarum rerum obseruantiam, tam exactè coluit: vt exempli gratia, cum Praepositi Generalis prouinciam gereret, indicto silentij tempore, si quae monenda essent, explicare scripto vir grauis non erubesceret.

Patientiae laude nemini secundus, grauissimarum infirmitatum, & quod amarius est, internarum desolationum cruciatus, morte, & inferno duriores, aequo adeo, ac inuicto ferebat animo; vt ne leuissimum quidem tanti doloris indicium, ipsius familiares deprehenderent. Tantumque abest, vt inter tot angustias fractus animo desponderet: quin etiam adderet dolorem dolori, & corpusculum penè morbis exhaustum, suis, aliorumque ad id accitorum flagellis, acerbè conficeret.

Castitatem, internamque puritatem enixè coluit; Mulierum colloquia semper exhorruit, culparum leuissimarum maculas quotidie celebraturus expiauit.

Humilitatis supra modum studiosissimus, Cardinalium, Praelatorumque congressus, tam moleste ferebat animo; vt ab ijs quambreuissimè, salua tamen humanitate, sese expediret. Petijt multoties Donatorum numero adscribi: quod cum assequi minimè potuisset; sepius in ipsa Praepositi Generalis dignitate constitutus, Donati cuiusdam cellam ingressus, squallidum sordibus paulmentum, non minori affectu, animique teneritudine, quam Christi vestigia lingebat.

Nihil ei gratius erat Montis Tusculani solitudine, cuius secretiores, ac profundiores nemorum recessus frequenter obambulans, totus in rerum aeternarum spectacula directus, defixis in caelum oculis, diuturniorem corporis carcerem, grauemque nimis visionis Beatificae delationem, elatis vocibus, crebrisque suspirijs inclamabat.

Tandem votorum compos Quinto Kal. Iunij, eo ipso die, quo Christus Saluator victor penetrauit in caelos, cum ipso, & electis eius in aeternum regnaturus in pace quieuit 1615.

Eius corpus post biennium (nunc uerò post 53. annos) *vestibus tabe consumptis, adeò incorruptum perseuerat; vt non solum viscera, sed etiam pectusculum, quod eo adhuc superstite, veluti sanie redundans luridum, ac subniride; ne dicam corruptione iam ferè resolutum apparebat; integritate, ac soliditate reliquis membris nullo modo cedat, Deo ita disponente; qui in electis mirabilis, incorrupti eorum spiritus, ex incorrupto corpore praeclarum Ecclesiae suae reliquit argumentum.*

P. Fr. Sebastianus à S. Francisco, Vttini in Iulio Carnico natus, post annos viginti à suscepto in nostra Religione habitu elapsos in hoc Cœnobio vltimum obijt diem, anno Domini 1622. mense Augusti, die augustissimo Virginis Assumptæ à pomeridianis horis, cum annum ageret quadragesimum secundum, & Procuratoris Generalis officio fungeretur. Vir fuit spectatæ prudentiæ, ac eximiæ erga proximos charitatis, quarum virtutum in crebra officiorum administratione specimen

Digitized by Google

cimen dedit. Priotis officio non ſemel functus, ſubditis, maximè infirmis, nullo charitatis officio defuit. Plurimos exantlauit labores, & difficillimis præſertim itineribus; quæ ad commune Religionis bonũ, ſæpius aggreſſus eſt.

Tandem, vt aliquid otij nanciſceretur, in hoc cœnobium commeans, ſolitudine maximè delectatus, cœpit Angelorum, Sanctorumque ſocietatem omnibus votis appetere, ac præſentis vitæ tædio affici. Vix menſis præterierat, cum graui morbo correptus, comitandæ in cœlum aſſumptæ Virginis deſiderio flagrans, ipſo Aſſumptionis die, Euchariſtiæ Sacramento, profuſis lachrymis, ac inſigni deuotionis affectu, ſuſcepto, vltimum diem clauſit, vt ſperare fas eſt, perpetuo victurus in cœlis.

Honorificã memoriã exigit P. F. Paulus Baptiſta à S. Petro; quod ex vltima Chriſt. Imperij Inſula Melita exortus, primus occurrerit S. Teresiæ noſtræ: vt quæ ſeptennis in Africa ſanguinẽ ſpargere properabat, iã in cœlis regnans, acciperet virum ex Inſula freti lybici nobilem, qui iugum ipſius ſubiret, offerret ſanguinem, vt acciperet ſpiritum.

Exortus ex familia Manduca; quæ inter patricias opum affluentia, nominis dignitate, morum claritate, generis vetuſtate celebratur, Patre ad meliora translato, maturæ iã ætatis, ſui iuris, ac diſpoſitionis, Romam petijt ad annum 1611. ibique I. V. Doctorali laurea decoratus eſt.

Attamen non diu ſuſtinuit, quin vinculis adamantinis huius ſæculi, diuina manu liberatus, ad S. Teresiæ caſtra, in S. Mariæ de Scala confugeret: vbi ſupremis teſtamenti tabulis, hæredes ex aſſe conſcripſit pauperes Virgines nuptui tradẽdas, per adminiſtratores cumuli charitatis, vt vocant, in huius Inſulæ Ciuitate veteri. Domina Maria eius neptis, & Ioannes Baptiſta Farrugia coniuges, deuotionem ſuam liberali Fundatione, ac dotatione Capellæ, in noſtra Sanctæ Teresiæ Eccleſia teſtatam voluerunt. Ab Anno Chriſti 1605 ad 1606.

Profecit in virtutum ſtadio magnis paſſibus: ſed ne ſingulas percurrere debeam, ex vngue leonem repreſento. Nam anno 1616. morborum vehementia lecto defixus, adeo frequentia vomituum, dolorũ acerbitatibus oppreſſus iacuit per plures dies; vt nec cibum ſumere, nec niſi ſumma cum difficultate corporis partem vllam mouere poſſet. Videbatur in apertum vitæ diſcrimen malum inclinare; ſed gratiarũ vbertas in P. N. Dominico à Ieſu Maria, tunc Ordinis Procuratore Generali, & in ſubdito ſimplicis obedientiæ virtus, dum vires animi propter Deũ homini promptè ſubiecit, vires corporis adiecit. Etenim P. Noſtro Dominico viſitandi, ac conſolandi gratia, cellam decumbentis ingreſſo, campana ſignum dedit ad Veſpertinas laudes Deo perſoluendas. *Eia*, inquit, *Fr. Paule Baptiſta, vbi animus ille tuus, & feruor antiquus, ad Diuina Cantica ſupremæ Maieſtati, cũm reliquis fratribus in Choro celebranda?* At infirmus: *Experire*, inquit, *per obedientiæ virtutem, quid etiamnum debilitata valeant vires?* Et Pater: *Vade in nomine Domini cum reliquis ad veſperas.* Surrexit æger, properauit in Chorum: magno feruore, ſpirituque Veſperas cecinit; & ea menſura qua præſcriptum obedientiæ perſoluit, Deus vires addidit, integræ ſanitati reſtituit.

Fuit etiam P. Paulus Baptiſta, magna fundationis noſtræ Melitenſis occaſio: nam cum Romæ in Seminario S. Pauli, ſacris litteris operam daret, venit ad eum honoris gratia Reuerendiſſ. Dominus Frater D. Balthaſar Cagliares Epiſcopus Melitanus, effuditque in Religioſi conciuis ſinum grauem afflictionem,

Digitized by Google

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

nem, ob omnes aditus Curię ſibi ab aduerſarijs occluſos. Compaſſus eſt Venerabili Antiſtiti P. Fr. Paulus ptiſta: Ad P. Noſtrum Dominicum introduxit conſolationis gratia: Hic negotiorum ſtatum, Summo Pontifici retulit: Pontifex iuſſit, vt ad ſe conduceret: vnde remedijs opportunis prouiſum eſt tunc occurrentibus neceſſitatibus. Quod vt vidit Præſul ſanctitate vitæ, doctrinæ laude, & zelo decoris Eccleſiaſtici præſtantiſſimus, Conuentum obtulit Fratribus noſtris ſua in Ciuitate ipſe fundare, ipſe ſuis eleemoſinis ſuſtentare promiſit. Acceptauerunt Patres pium affectum: & paulò poſt ob Miſſionariorũ Orientis inſtantiã, Sacra Congregatione de Propagãda Fide, per ſuæ Sanctitatis delegatum annitente, obtenta à Magno Mag. licentia eſt, Reuerendiſſ. Cagliares omnia neceſſaria clanculum, affatimque ſubminiſtrante, coëmptis etiam Domo, & ſitu a. millium aureorum, quam inhabitamus.

Erat P. Paulus Baptiſta in omni religioſarum virtutum genere exercitatus: & ſeruum ſuum Deus internis afflictionibus, ac corporalibus vrgebat infirmitatibus, quas aggrauabat amplius aduſti, & melancolici humoris temperamentum, quod ferè prædominari ſolet in huius Inſulæ viris. Attamen non humana carni quæſiuit ſolatia, non diuerticula ſubminiſtrauit ſpiritui: ſed conuerſus ad affligentem ſe, magis ei ſtuduit relictis omnibus vniri. Vnde, vt ad ſolitarium Sancti Silueſtri Conuentum pergeret, ibique ſoli Deo vacaret, obtinuit: ſed Deus è Sacra Solitudine, ad multorum millium Angelorum frequentiam, ſeruum ſuum eduxit 9. Kal. Maij 1627.

Hoc in Conuentu mortalitatis ſuæ reliquit exuuias P. Fr. Alphonſus à Matre Dei, dum Fratribus exemplo magis, quam ſermone præeſſet.

Ex Oppido Sabionetta Diœceſis Cremonenſis oriundus ad ann. 1570 humanioribus, ac Philoſophicis diſciplinis imbutus, tandem etiam Medicinæ ſtudiũ egregia cum laude demenſus, Doctorali laureæ decoratus eſt; & Romæ quidem non infæliciter in praxim deducere cœperat Theoricæ regulas, & celebritatis fama deſperatiſſimis in morbis vt oraculum conſulebatur.

Verùm arridentis fortunæ blanditias, & ſæcularem ſcientiam Diuinus amor extinxit: & iam tricenario maior, mundo valefaciens, ad S. Mariæ de Scala, medicum animæ ſuæ quæſiuit Ieſum, ac Tereſianæ Reformationi ſeipſum deuouit 14. Iulij 1602.

A quo tempore, circa proprij corporis curam ſe medicum eſſe prorſus ignorauit: non ab eſu leguminum, ventoſitatem metuit, non à caulibus melancholiam, non choleram à porris, non ſtomachi grauedinem à cibis vilioribus, non indigeſtionem ab aquæ potu, ſed verum ſe monachum exhibebat, & oris profeſſione, & operis veritate. Quin imo, ſi quid ciborum inſulſũ magis, aut magis inconditum, iam eo magis palatum oblectabat monachi, quo magis aduerſabatur regulis Galeni.

Hanc ob cauſam dũ Prioris officiũ ageret Caprarolæ, & vini vas, nondum ad medietatem exhauſtũ, tantum induiſſet acoris, & vappæ; vt reliqui Fratres graue ſalutis diſpendium expaueſcerent, ſi communitati adminiſtraretur; ipſe quidem eorum infirmitati prouidens, vinũ innoxium procurauit: ſibi vappam reſeruauit, & ad multas hebdomadas non alio vſus eſt potu.

Plura huius generis trophæa de Galeno retulit, & animarum noſtrarum Protomedico conſecrauit. Verùm vna in re ciborum delectum inſignis medicus excolebat mirũ, vt ab ijs abſtineret cibis, etiam hortenſi-

tenſibus, qui ignea qualitate præditi facilè corpus inflammant ad libidinem. Nec ſuſtinebat, dum Superior eſſet, huiuſmodi herbas, etiã vulgo vſitatas, Fratribus apponi: Nolebat enim inimicæ carni tela miniſtrare, quibus ſpiritum oppugnaret.

Præterea Fratres infirmos, decerptis ex Aegypto ſpolijs, mirum in modum adiuuabat, artis Medicinæ raris admodum, ſecretiſque remedijs, quæ in exceptorio codice deſcripta conſeruabat.

Inſignes plerumque curas promeruit viri charitas, & experientia. Quin etiam anno 1646. Frater Iacobus à S. Bartolomeo ad inſtantiam Eminentiſſimi Magni Magiſtri Sororem Vincentiã, Dominici Barbara filiam, Monialem Ordinis Hieroſolymitani à ſcrofulis, totam iam faciem depaſtis, ſecreto raro, ſed facili, quod à R. P. Alphonſo, ſuo tum Romæ, tum Neapoli Priore didicerat, liberauit. Et quotquot alij dicto morbo pertinaciſſimo laborauerunt, ſanitatem ſunt aſſecuti, magno pauperum ſolatio, totius Inſulę congratulatione.

Quibus ſemel in Nouitiatu imbutus fuerat, ad extremum vſque vitæ diem fidelis ſeruus, & prudens obſeruauit.

Deffinitoris tam Generalis, quam Prouincialis, & Prioris officio non ſemel functus, Religioſæ perfectionis in omni conuerſatione ſua poſteris ſpecimen dereliquit.

Pollebat in eo ardens erga Ieſum Chriſtum Cruci affixum amor, propter quem libenter aduerſa, & vltimis temporibus laterum dolorem acerbiſſimum, nec non religioſæ vitæ incommoda, etiam data opera perquiſita, tolerabat.

Charitate flagrabat in proximos, quos verbo, & exemplo Deo lucrari non ceſſabat.

Infirmis, cum ſe ſe offerret occaſio, ſuis ipſe manibus miniſtrabat: quamuis pedum tremore, ægritudine neque inſanabili per annos plurimos afflictaretur. Ab Anno Chriſti 1605 ad 1606.

Ad fouendos indigentes, propria non ſemel indumenta detraxit; ipſe tritum ex Veſtiario centonem aſſumens.

Erat æqui ſeruantiſſimus, aurem prebens vtrique parti: inaudita altera, nihil grauis momenti ſtatuebat, non perſonarum, ſed ſolius veritatis habita ratione.

Sancta ſimplicitate, cum zelus obſeruantiæ videretur vrgere, non ſolùm ſubditos acriter arguebat, ſed viris etiam grauibus, in Congregatione, ac de Congregatione benemerentibus, conſtanter ſe ſe oppoſuit, Dei gloriam, quamuis politi ſermonis imperitus, magna vocis energia extollens, inculcanſque.

Obedientiam punctualem, quam à ſuæ fidei commiſſis exigebat rigidè ſuperioribus ſuis, arduis etiam in rebus, reddidit exactiſſimè.

Paupertatem, Chriſti ſponſam diligebat impenſiùs; cumque eius exercitium ſæpiſſimè ſubditis offeret, mirari ſubindè ſolebat, quonam pacto de rerum, ac ciborum vilitate aut penuria, pauper Religioſus, quamuis imperfectus, auderet conqueri: ipſe viliorem eſcam, omnemque paupertatis occaſionẽ delicias reputabat, & iucundiſſimam recreationem.

Ad Sacram Syaxim peragendam, non niſi præmiſſis pijs meditationibus, ac deuotæ præparationis incitamentis, quæ in deſcripto ſuo libello viſuntur, à ſui Sacerdotij initio ad finẽ vſque vitæ, in Dei amore ſuccenſus humiliter accedebat, & redditis gratiarum actionibus feruentiſſimis recedebat.

Cum ergo ſe ſe ad ſacrum Miſſæ ſacrificium, præuia Sacramentali confeſſione, ſummo mane præparaſſet; *apoplexia* correptus, extremæ vnctionis oleo munitus, poſt paucas horas repentina quidem, ſed nõ impro-

Ab Anno Chriſt. 1605 ad 1606.

improuiſa morte ſublatus eſt 15. Ianuarij 1631. *Iuſtus enim ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

Fuerat morti proximis indefeſſus auxiliator, & conſolator deuotiſſimus. Quam vt deuotionem multorum cordibus imprimeret; edidit vulgari ſermone inſtructionem ad iuuandos morti proximos, tam præſentes, quam abſentes. In qua modũ & praxim huius Sancti exercitij oſtendit, adiunctis multis exẽplis. Eam tribus partibus abſolutam dedicauit Cardinali Mellino Ordinis Protectori. Romæ Typis Maſcardi. 1618.

Neque vt te fileam, mi Petre, amor ille permittit, quo flagrabas in Deiparam: nec blanditiæ illæ tuę ſuauiſſimæ, quas, dum humili & filiali deuotione bonus ſenex, in *Mammam* illam tuam, vti vocabas, beliſſimam, ſuauiſſimam effundebas; ſilicem cordis mei eliquas in lachrymas, quæ etiamnum dulci recordatione in tuum dimanant elogium.

Ita certè ſuccendebas omnes, omnes ad amorem mãmæ tuæ dulciter alliciebas, vt te non dubitem, cum Sancto Bernardo, dulciſſimi lactis ſtillas ſæpe ſæpius in ſpiritu deguſtaſſe.

Habent, quod imitentur in hoc Religioſo Patre deuoti Sacriſtani noſtri: quo Ieſum, ciuſque Matrem, feſtorum ſolemnitatibus, celebriùs exornent, diligentiùs obſeruent, nõ frangantur moleſtijs, non obruantur difficultatibus, non parcant laboribus, alacriter inuigilent officij muneribus, in ſilentio, mentiſque puritate, conſcientiam ſimul, & loca ſacra emaculent: Sacerdotibus præſtò adſint, prouideant benignè de miniſtris, ipſi cum opus fuerit libenter adminiſtrent: Hæc enim omnia Sacriſtanus noſter incomparabili deuotione complebat.

Confeſſarij quoque munus magna charitatis ſignificatione ruricolis illis impẽdebat: & Domina Principiſſa Virginia Burgheſia, ſuam erga Deum pietatem, dum Montem Compatrum incoleret, hoc directore magnis promouebat incrementis.

Attamen verus paupertatis amator, ob vtriuſque muneris facultatem, non apud ſe congerebat munera, quæ retineret, aut daret, ſed aliud planè nihil penes ſe habebat, aut in cella nouerat, quam Breuiarium, & Crucifixum: cui iuxta nomen ſuũ ſe ſe impendebat affectuoſiùs; vt Chriſto ſe cõfigeret in Cruce, omnem, vnicamque conſolationem inueniret, hauriret à Cruce.

Denique deuotio illa, qua in paupere tugurio, ſub Caſtanea, Beatiſſimæ Virginis feſtiuitates, populi illi lapidem collo geſtantes præueniunt, celebrantque, partus eſt deuotionis illius, qua P. Petrus Antonius à Cruce deflagrabat in mãmam ſuam dulciſſimam.

Quæ, vt arbitror, mille ipſi aureolas, deliciaſque gloriæ accidentalis, ante Reginæ auguſtiſſimę thronum, in ſummo cœlorum habitaculo parere non deſinunt, In quod merito ſperamus, tantæ Virginis adiutorio peruenisſe, quam tam tenero corde dilexerat, cuius deuotionem tot cordibus impreſſerat, dum deuotam animam in Deiparæ manus emiſit 4. Decembris 1639.

Cæterorum Fratrum elogia breuiora, ex libro Conuentus deſcribo, & his curſim adiunctis Caput hoc vltimum, totumque primum hunc Hiſtoriæ noſtræ Tomum claudo.

Frater Antonius à Reſurrectione Luſitanus, licet habitu in noſtra Congregatione Nouitius, virtutibus tamen profeſſus, poſt multos languores, tribulationes, anguſtias, in infirmitate ferè quatuor menſium, pro Chriſto perpeſſas, inuictæ patientiæ præbens exemplum, Dei placito mirè conformis, conſumptus in breui expleuit tempora multa, in hoc noſtro Tuſculano Cœnobio,

Anno

Digitized by Google

Anno à Chriſto nato 1620. *die* 27. *Iunÿ.*

Pater Frater Hieronymus à S. Maria, ætatis ſuæ anno 52. *profeſſionis in noſtra Religione decimo, Huius Conuentus Oeconomus, diutinis laboribus addictus, Regularis obſeruantiæ auſteritatis, & perfectionis amator, ſenectuti minimè pepercit: quin potius, omnem mortificationis anſam ſedulus arripiens, veterem hominem egregiè domuit, ac vicit: pijs ſupererogationis operibus ſemper intentus, Beatiſsimæ Virginis cultu præcipuus, omnibus ſe præbebat amabilem, omnibus exemplarem. Denique cum Chriſto paupere pauper ſeculo, ſed meritis dives, ſuaui morte, veluti ſi ſomno requieſceret, animam Creatori ſuo reddidit anno* 1620. *Menſe Octobris die* 17. *hora poſt meridiem* 2.

Frater Franciſcus à S. Petro Donatus, ætatis ſuæ anno 40. *profeſſionis* 6. *in laboribus aſſiduis adeo verſatus eſt; vt nunquam viſus ſit otio vacare: alijs etiam virtutibus ornatus, præſertim obedientia, paupertate, modeſtia, feruentis orationis ſtudio, bonum exemplum omnibus præbuit, tum Fratribus, tum ſæcularibus. Læthali morbo correptus Sanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis munitus, ac recreatus in hoc Cœnobio religiosâ animâ in Domini manus emiſit anno Domini* 1630. *Aprilis die* 23. *hora* 4. *poſt medium noctem.*

Fr. Georgius à S. Nicolao Lotharingus Donatus, optimæ ſpei adoleſcens, læthali morbo, eoque acerbiſſimo correptus, dolores extremos infracto animo pertulit. Mortis ſuæ diem, quem Deo reuelante didicerat, ſemel atque iterum Fratribus præſignauit: nempè vigiliâ Aſſumptæ Virginis; eademque Eccleſiæ Sacramentis refectus, maximum ſui deſiderium Fratribus relinquens, migrauit in Cœlum, anno à Chriſto nato 1642. *ætatis ſuæ ſeptimo ſupra vigeſimum, profeſſionis verò menſe* 4. *nondum expleto. Enituit præcipuè in obedientiæ ſimplicitate, in exercitijs humilitatis, in ſilentij cuſtodia, patientia in aduerſis, in mortificationis & orationis ſtudio. Neque omiſit vnquam, quin diurnis etiam laboribus feſſus, attrituſque, duas horas orationis per noctē vigil impenderet, coram Sanctiſſimo Sacramento. Toto præterea tempore, quo benedicta eius conuerſatione fruiti ſumus, media nocte Fratres ad matutinas laudes Deo perſoluendas ſedulus excitauit.*

Ab anno Chriſt. 1605 ad 1606.

Hæc ſunt, Lector Beneuole, prima renouati Carmeli ſemina per Italiam ſparſa, & in nouam Congregationem germinantia; quæ in vnū congeſta primi huius Hiſtoriæ noſtræ Tomi materiem nobis ſuppeditarunt; Mox verò per vniuerſum terrarum Orbem propaginum ſuarum ramalia futuris temporibus expanſura ſunt, nobiſque pro ſequentibus Tomis vberiorem ſegetem præſtitura.

Hæ ſunt, Religioſi Fratres, præcoces veluti frugum noſtrarum primitiæ, quas palato veſtro deguſtandas porrigo, multiplicibus poſtmodum, maturiſque alijs piam veſtram ſatiaturus auiditatem, & ad ſimiles producendas æmulationem excitaturus.

Hi ſunt fælices recentis Familiæ noſtræ ſub quatuor illis egregijs Protoparentibus, V. P. N. Petro à Matre Dei, Ferdinando à S. Maria, Ioanni, & Dominico à Ieſu Maria, quatuor in vtriuſq; ſexus domibus, adoleſcētis partus; quos tibi, Deus Optime, Maxime, bonorum omniū largitori, tanquam à Te Vno, Trinoque miſericorditer acceptos, refero.

Hæ ſunt, ò Beatiſſima, dulciſſimaque Dei, noſtrumq; Parens Maria, natalis Inſtituti Noſtri ſoli Regina, Patronaque præcipua, Corollæ, laureolæque quatuor, è collectis in Horto tuo lilijs, cæteriſque floribus ſuaueolentibus compoſitæ; quos ad caput tuum ſacratiſſimum, quod vt *Carmelus* à Sacro Sponſo inſcribitur, exornandum, fiducialiter offero.

Digitized by Google

Altera Auctoris Protestatio.

PRæfixam huic operi protestationem, iuxta mèntem, ac sanctionē Fælicis Recordationis Vrbani Octaui Pontificis Maximi, in S. Congregatione S. R. vniuersalisque Inquisitionis sub die 23. Martij, anno 1625. emanatā, ad diem 5. Iunij anni 1631. declaratam, ac demum anno Domini 1634. eadem Iunij die confirmatam, hic repeto, & iterum, iterumque profero, propriaque manu ratam habeo. Quæcumque igitur circa eos, qui hactenus ab Apostolica Sede Sanctorum fastis non sunt conscripti, hoc in volumine descripsi, ea ego non maiori firmitate, ac certitudine credi volo, quam quæ communiter à cordatis, ac pijs lectoribus sinceram potius Historiam, quam confictam fabularum narrationem legentibus expectari queat. Si quando verò eorum aliquem Sanctitatis nomine, tituloue insigniisse contigit, id me feciisse moneo precariò dumtaxat, & vsurpato vocabulo, quò vulgò viros probos, ac virtute præstantes Sanctos nuncupare consueuimus. Nec vllam ea propter præcocem, ac præproperam cuiquam intendo præstruere canonizationem: vt potè quam scio, debitaque reuerentia profiteor solis integerrimorum Sacrę Rituum Congregationis Iudicum calculis, ac votis, ipsiusque Christi Vicarij ore, atque oraculo decerni, ac promulgari posse. Itaque totum quod scripsi, totum quod intuli infallibili subijcio iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius me obsequentissimum esse filium ad mortē vsque, oppitulante Deo, constanter gloriabor.

F. Petrus à S. Andrea C. D.

Errata ſic Corrige.

Pag.	Colum.	Linea		
5	2	45	veterè	veterì
10	2	30	parites	parietes
11	2	25	ſeparato	ſeparatos
29	1	9	audis	audit
31	1	30	appellantur	appellentur
32	2	22	iuſtro	luſtro
60	2	9	corriſpondentem	correſpondentem
63	1	4	ſuſtinui	ſuſtinuit
64	1	32	depoſitis	diſpoſitis
68	1	9	ſuperioris	ſuperiori
87	1	29	coletur	colebatur
99	2	18	ſumptum	ſumptuum
103	1	9	totiſque	totique
110	1	50	quæſtù ſam	quæſtu ſuam
114	2	11	brachij	brachijs
122	1	36	diſcermeret	diſcerneret
128	1	31	Cœnobij	Cœnobijs
132	1	8	proſequemus	proſequemur
133	2	19	natuli	natali
160	2	27	directioribus	directoribus
Ibi.		29	venerabile	venerabili
162	1	37	ordis	ordinis
175	1	41	ſcandalia	ſandalia
178	1	5	deliberare	delibare
194	2	48	examini	exanimi
221	2	51	Aſphahani	Aſpahani
225	1	11	Nagiſtri	Magiſtri
230	2	39	deauratos	deauratas
244	2	13	gatria	gratia
248	2	27	deliberauerat	delibauerat
252	2	21	deni quæ	denique
253	1	29	proluciens	prolocutus
Ibi.	2	3	mei	meis
264	2	5	decanta	decantata
273	1	6	Auſculatrix	Auſcultatrix
279	1	43	generet	gereret
291	2	51	ſtrepitum	ſtrepitus
293	2	34	deſcederat	deſcenderet
321	2	35	populis	populi
322	1	43	premetur	premeretur
330	2	51	molle	mole
371	2	48	ab	ob
378	2	46	annum	annum
387	2	48	Prioriſſa	Supprioriſſa
408	1	18	decubit	decubuit
413	1	9	ſulcebat	ſulcabat
444	2	11	comta	commota
462	2	10	crufigentibus	crucifigentibus
497	2	10	vſque dum	vſque dum ad
533	2	36	perſiſterat	perſiterat

INDEX

INDEX
RERVM;
Quæ in hoc Volumine continentur.

A

Abdias.

ABDIAS Eliæ diſcipulus. pag. 7.

Abſtinentia.

Abſtinentia gratiſſima eſt Deo, & ab ipſo ſapiſſimè remuneratur. p. 273.

Domina Acaria.

Dominæ Acariæ elogium p. 376. Illi Chriſtus imprimit inuiſibiliter paſſionis ſuæ ſtigmata. ibid. *Libros Sãctę Tereſię legens ſpiritualibus perfunditur delicijs.* ibid. *Ei apparens S. Tereſia, iubet allaboret, vt Ordo ſuus deducatur in Gallias p. 377. Iuſſu Confeſſarij difficultatibus territi ceſſat à propoſito.* ibid. *Vrgentiùs monente S. Tereſia, iterum vrget Confeſſarium, & nobiles quoſdam vt ſe adiuuent.* ibid. *Reuelat ipſi S. Tereſia Dominam de Longauilla primi Monaſterij Monialium in Gallia fore Fundatricem p. 378. S. Tereſia ei apparet tertiò, & prædicit eam futuram Monialem p. 379. Orationum Acariæ efficacia p. 385.*

Afflictio.

Ad menſuram afflictionũ metitur Deus conſolationes p. 479.

P.F. Agatangelus à Ieſu Maria.

Breue P. F. Agatangeli à Ieſu Maria Elogium p. 85. A Summo Pontifice datur Patribus Camaldulenſibus in Commiſſarium Apoſtolicum. ibid.

M. Agnes à Ieſu.

M. Agnetis à Ieſu Elogiũ p. 138. Mors eius prænuntiata à Prioriſſa Conuẽtus S. Ioſeph Romani morti proxima p. 139. Cadaueris Agnetis pulchritudo, & gratia. ibid. *Stupendũ auxilium ipſi lapſæ, & in ſanguine prouolutæ opportunè illatum.* ibid.

P.F. Agnellus à SS. Sacramento.

P.F. Agnelli à SS. Sacramento elogium. pag. 190.

P.F. Albertus à SS. Sacramento.

Breue P.F. Albertì à SS. Sacramento elogium p. 608.

V.P.N. Alexander à S. Franciſco.

V.P.N. Alexandri à S. Franciſco elogium p. 189. Parentum eius nobilitas, & pietas p. 595. Plurimi Sancti ex eius familia prodiere. ibid. *Natus eſt Romæ.* ibid. *Lelius in baptiſmo fuit nominatus.* ibid. *Fratrum cæterorumque conſanguineorum nobilitas, & officia.* ibid. *Infantulus à lactendo deſiſtere ſolebat ad cantũ Eccle-*

Digitized by Google

INDEX

Eccleſiaſticum p.596. Adhuc infans Puerulo Ieſu ad Præſepe Offert nũmos ſibi à matre datos, pactus centuplum ab ipſo promiſſum. ibid. *Modeſtia pueri Lelij .* ibid. *Nouennis de morte quam credebat proximam lætatur, matremque triſtem conſolatur.* ibid. *De Patris morte gaudet credens certiſſimè eum eſſe in gloria.* ibid. *Marci Antonij Vbaldini eius Patris elogium .* ibid. *Indolis Lelij ſuauitas . pag. 595. & ſeq. Ingenij perſpicacitas p.597. Studia humanarum litterarum .* ibid. *Propter ingenij leporem ab Academicis Inſenſatis deſideratur, & inuitatur in ſocium p.598. Ardet deſiderio ſeruiendi Deo in aliqua Religione auſtera, dum natiuo calore ferè deſtitutus apparet p.600. Multis Religionibus ſe offert, ſed propter delicatam complexionem repulſam patitur.* ibid. *Exemplo Vincenty Creſcenty, & V. P. N. Petri à Matre Dei concionibus motus ardẽtiùs anhelat ad Religionẽ noſtrã.* ibi. *Naturæ vires pœnitentiæ rigoribus experitur, & auget p.601. Piæ matris, fratriſque renitentiam deuincit.* ibid. *Habitu Diſcalceatorum veſtitur eodem tempore, quo eius Auũculus Summus Pontifex electus adoratur in S. Petro p. 603. Ductus à V. P. N. Petro pergit ad Summum Pontificem nouiter electum .* ibid. *Summus Pontifex imponit ei Alexandri nomen, quod ipſe deferebat .* ibid. *Gaudium Leonis XI. ipſum habitu Carmelitarum Excalceatorũ indutum videntis.* ibid. *Frater Carnalis p. n. Alexandri fuit creatus Cardinalis à Paulo V. p.605. Honores refugit, mortificationes, & humilitatem auiditate mira amplexatur .* ibid. *Admiratio quorundam celebriũ ſui temporis de eius ſtupenda vocatione,* ibid.

Alphonſus.

P. F. Alphonſi à Matre Dei compendioſa vitæ narratio p. 622. Medicus celebris extitit. ibid.

In Religione ſibi ſemper fuit auſterus, fratribus vero ſuauis, præſertim infirmis. Ibid.

Multis in officijs prudentiam ſuam propalauit p. 623. Virtutes ipſius heroicæ. Ibid.

Dum parat ſe ad Miſſæ ſacrificium improuiſa morte arripitur. ibid.

Alius eiuſdem nominis parietis ruinis interceptus poſt leuem Purgatorij ignis expiationem in cælum euolare videtur à V. M. Anna à Ieſu, p.464.

Alterius eiuſdem nominis elogiũ p.189

S. Anaſtaſius Martyr.

S. Anaſtaſij Ordinis noſtri martyrium ſub Coſroe Perſarum Rege p.23.

P. F. Anaſtaſius à Chriſto.

P. F. Anaſtaſij à Chriſto elogium, p.182

P. F. Andreas à Ieſu.

P. F. Andreæ à Ieſu elogium p.192.

S. Angelus Martyr.

S. Angelus Martyr Ordinis Carmelitarum venit Romam p.26. Meſſanæ Conuentum Ordinis fundauit. ibid.

M. Angela Franciſca à SS. Trinitate.

M. Angelæ Franciſcæ à SS. Trinitate elogium p.116.

P. F. Angelus à Ieſu Maria.

P. F. Angeli à Ieſu Maria elogium, p.85. V. P. N. Dominicum à morte inſtante liberat ſuam vitam loco ipſius in ſacrificium offerens. ibid.

F. Angelus de Monte Leonis.

F. Angeli de Monte Leonis Ordinis S. Franciſci elogium, p.627.

San-

Digitized by Google

R E R V M.

Sancta Anna.

Anna idem ſignificat, ac gratia p.394. S.Annæ ortus cernitur à Carmelitis pro Emerentiana eius matre oran-tibus, ſub ſigno rami pulcherrimi, p.50. S.Annę fuit dedicatus primus noſtrę Congregationis Conuentus, & quare. ibid.

V.M.Anna à Ieſu.

Locus, & tempus natiuitatis M.Annę myſterio non carent p.392. Parētum Annæ nobilitas, & pia vita. ibid. *In cunabulis orbatur Patre. p.393. Surda, mutaque vſque ad ſeptimum ætatis annum remanet, & in inſtanti ſanatur.* ibid. *Septennis confirmationis Sacramento initiatur.* ibid. *Nono ætatis anno matre priuatur, & Deiparā in matrem ſibi adoptat. p.394. Deuotiſſima erat B.Virgini; caſtitatis votum emittit ætatis anno decimo, quod quotidie renouauit per totam vitam.* ibid. *& p.395. Matrimonium ſibi oblatum ſæpius refugit. p.395. Faciem, nę ametur, fruſtra denigrare conatur.* ibid. *Placentiam ſe confert, vt fugiat amatores. p.396. Ibi vehementiùs tentatur ad coniugium, fortiuſque reſiſtit.* ibid. *Stupendum humilitatis edit exemplum in conuiuio coram multis nobilibus. p.397. humilitate, & perſeuerantia Annæ victi conſanguinei à conſilio illam maritandi deſiſtunt.* ibid. *Ardentiùs renouat Caſtitatis Votum anno ætatis decimo ſexto. p.398. Promittit Deo ſe Religionē auſteriorem quantocyùs amplexurā.* ibid. *Propoſitum emittit efficiendi ſemper, quod aduerſus inclinationem pugnare magis ſibi videretur.* ibid. *Arduitas illius propoſiti.* ibid. *R.P.Rodriguez directioni ſe cōmittit in omnibus, mirabiliterque proficit. p.399. Norma viuendi Annę ſacularis.* ibid. *& ſeq. Annę pœnitentiæ, & mortificationes. p.400. & ſeq. Diu noctuque in oratione perſeuerabat.* ibid. *Eccleſias frequentabat. p.401. Nozocomia viſitare ſolebat, & ægrotos curare.* ibid. *Fœtida lepra laborantis curam per tres menſes integros continuauit.* ibid. *Miſericors erat in egenos.* ibid. *Modeſtia ſingularis Annæ, & ardens ſalutis animarum deſiderium. p.402 Efficaciſſimę erant piæ illius exhortationes, efficaciora exempla, quibus conſanguineos ad pium vitæ genus, vel virtutem heroicā reduxit,* ibid. *Sacramenta frequentat.* ibid. *Honoris deſiderium humilitatis exercitijs frequentibus peruincebat. p.403. A conſobrina in Eccleſia colaphis cæſa, & ad eius pedes præuoluta viſitatur à Chriſto ſibi abblandiente.* ibid. *Frequēter deinceps viſitatur à Chriſto præſertim poſt Euchariſtiæ ſumptionem. p.404. A Dæmone fruſtra vexatur tentationibus, ac phantaſmatibus horrendis.* ibid. *Miſeros adiuuat ſecretò, & à peccati laqueis, vel periculo multos ſaluat.* ibid. *Damnatum ad patibuli ſupplicium à morte liberat authoritate virtutis ſuæ fama acquiſita. p.405. Placentiam, populumque ab imminenti ruina reuelatione liberat.* ibid. *Falsò calumniati innocentiam priſtinæ reſtituit decori.* ibid. *A famulabus minus reuerenter habetur, ipſiſque libenter miniſtrat quaſi earum ancilla. p.406. Quanto Religionis deſiderio anhelaret. p.407. Multis infirmitatibus torquetur, quas patienter, & alacriter pertulit.* ibid. *Per Confeſſarium obtinet à S. Tereſia admitti in Religione. p.408. Quanti eſtimaretur à S.Tereſia. p.409. Mirabili modo ſibi ſcripta reperit monita ſpiritualia. p.409. Placentia proficiſcens de conſanguineis multa prædicit. p.410. In itinere Chriſtum Ieſum ſub pauperis forma reperit.* ibid. *Ab eo multimodè conſolatur. p.411. in Conuentu videt pauperem, quem in via reperat, & imaginem illum ſub eadem for-*

INDEX

forma repræſentantem. ibid. Religioſo habitu induta ſæpius à Domino viſitatur. p. 412. Nouitia conſummata in Religionis exercitijs videtur. Ibid. In nouitiatu tentatur fame. p. 413. A S. Tereſia Salmanticam ad fundationem adhuc nouitia vocatur. ibid. Cum S. Tereſia mulierem quamdã ſanctæ vitæ vitijs ſe immergentẽ, ſed paulò poſt reſipiſcentem præuidet. ibid. Nouitia cæteris præficitur nouitijs. p. 414. Petijt multoties admitti inter laicas. ibid. Profeſſionem tanto feruore accenſa emiſit, vt in extaſim raperetur, & ſplendor ex eius facie emicaret. ibid. Quam humiliter de ſe ſentiret. p. 415. Quanto fructu nouitias regeret. ibid. Multas poſt profeſſionem emiſſam patitur extaſes. ibid. Ad tempus ceſſant extaſes ipſa à Chriſto poſtulante, ceſſant conſolationes. p. 416. Conſobrinam allicit ad Religionem, eiuſque nouitiæ curã ſuſcipit. ibid. Iiſdem ſæpe cum S. M. Tereſia gratijs perfruitur. p. 417. 414. & 419. Fundatricem Conuentus ſupernaturali apparitione præmonet. p. 418. Deuotione erga SS. Sacramentum, & charitate erga Sorores ardebat. p. 417. & 444. Chriſtus apparet Annæ ſollicitæ de libris S. Tereſiæ ad Sacræ Inquiſitionis Tribunal delatis, & prædicit illos fore approbandos. p. 419. S. Tereſiam de illis anxiam ſolatur. ibid. Veacum cum ipſa pergit ad fundandum. ibid. In itinere mira experiũtur Dei auxilia, & S. Ioſeph protectionem. ibid. Quadalimar fluuiũ miraculosè trajiciunt. p. 420. Fundatur in oppido Veas, & fundato Conuentui Anna præficitur. ibid. Promittit S. Tereſia ſe ipſi morienti aſſuturam. ibid. Quanto cum fructu Conuentum Veacenſem rexerit. p. 421. Chriſti iuſſu nouitiam peruerſæ indolis habitu ſpoliat. ibid. Quatuor ſanctæ vitæ eius loco promittit Chriſtus, & concedit. p. 422. Mentium ſuarum ſubditarum ſecreta penetrat. p. 423. Conuerſionem Monialis in peccato obſtinatæ, & miraculoſam ſanitatem à Chriſto lachrymis, & orationibus obtinet. p. 424. Ruſticos liberat à periculo ex ruina domus eorum imminente. p. 425. Miris modis ei prouidetur ad neceſſaria. ibid. Catharinam à Ieſu à morbo, morteque imminente miraculosè eripit. p. 426. Iterum eãdẽ miraculosè ſanat à morbo. p. 427. Nouitiam à Dæmone apparente territam firmat, Dæmonem fugando, ac poſt profeſſionem miraculosè ſanat. ibid. Alteram à vulnere ſibi inflicto ſolo tactu ſanat. ibid. Sacerdotem impudicum, eiuſque Scortum ad pœnitentiam adigit. ibid. Ab alio quem à ſimili peccato extrahere conabatur veneno cibatur, ſed mortem cæleſti virtute vitat. p. 428. Nobilẽ ſanum morti proximę, ſibi reuelatę, diſponit, ibid. Aduenam iniuſtè condemnatum à morte proximè illi inferenda mirabiliter liberat, eique famam reſtitui curat. p. 429. Pro inimicis orare ſolita erat. p. 430. Chriſtus zelat V. Matris honorem, & deſideria, & aduerſantem ipſius deuotioni Parochiæ Oeconomũ morte ſubitanea punit. ibid. In Conuentu Veacenſi etſi renitens ſecundo ad Prioriſſę munus aſſumitur. p. 431. Obſeruantię rigorem iam à ſe ſtabilitum firmat. ibid. Crucifixum cadentem ſiſtit in medio aeris, ne frãgatur, ibid. Concionatorem à gutturis inflammatione mirabiliter liberat. p. 432. Sororem Ludouicam à Saluatore virtute obedientię à lethali morbo ſanat. ibid. In præcipuis anni feſtis videbatur abſorpta affluxibus diuinis. p. 433. Natiuitatis Domini per octo dies totam feriem in contemplatione ſupernaliter intuetur. ibid. In die Circumciſionis ſanguine Pueri Ieſu dulciſſimè potatur, eiuſque gaudet præſentia. ibid. Venę diffractione diriſſimè torquetur. p. 414. & p. 434. Gemmę ingentis pretij raptę reſtitutionem ora-

tio-

tionibus à Deo obtinet, & Monialibus contriſtatis prædicit. p.444. Zelũ animarum, quo flagrabat, aliorum pectori impendebat. p.435. Ad Martyrij lauream proximè attigit, ibid. Duos Patres Romam mittit ſub habitu peregrino ad agendam cauſam Reformationis contra Mitigatos, eã euertere conantes. ibid. Reſiſtit Carmelitis Mitigatis Tereſianas Moniales ad ſuam obedientiam attrahere ſatagentibus. ibid. Quibus encomijs, tum à S. Tereſia, tum ab omnibus Diſcalceatis fuit celebrata. p.436. Superioritates fugit. ibid. Spirituum diſcretione artes Dæmonis in deluſa nouitia agnoſcens, eã habitu ſpoliari curat. p.437. Vtente S. Tereſia fundat Granatæ. p.438. Cruciatur à Dæmone repentino morbo, ne fundationem Granatenſem perficiat. p.439. Miraculosè ſanatur, ac ſtatim iter arripit. ibid. In itinere S. Ioſephi ope à periculo imminente eripitur cum alijs Monialibus. ibid. Miraculosè ſanat comitantem à lapſu contritum. p.440. Ad oppidum vulgò Guarda hortuna, perueniens prædicit adoleſcentulam illius loci fore Monialem. ibid Epiſtola humili ſedat Archiepiſcopũ Granatenſem, Conuentus fundationi renuentem, ſibique deuotũ reddit. ibid. Multas difficultates peruincit. p.438. Quantum obſeruantiæ rigorem Conuentui Granatenſi infuderit. p.441. Eodem die, quo Sancta Tereſia moritur, ipſam ſibi apparentem videt, & ab ipſa liberatur à morbo. ibid. Quanto fructu Nouitiarum curæ inuigilaret. p.442. Interdicitur ei ad virtutis experimentum acceſſus quotidianus ad Sacram Sinaxim. ibid. quam ardenter anhelaret ad Sacrã Communionem. p.443. Ter in ſacro lateris Chriſti vulnere ab ipſomet reconditam ſe cernit. ibid. Iterum permittitur ei quotidie communicare. ibid. V. P. N. Ioannem à Cruce à mortis periculo eripit. ibid. Mira conformitas V. M. Annæ à Ieſu cum V. P. N. Ioanne à Cruce. ibid. Ad fundationem Malacenſem deputatur Anna, ſed totius ciuitatis Granatenſis renitẽtia impeditur eius diſceſſus. p. 444. Dono prophetiæ excelluit. ibid. P. Hieronymũ Gratianum longè à Conuentu diſſitum in Spiritu videt celebrantem. p.445. Obtinet ſanitatẽ fratri carnali Mariæ à S. Ioanne, ipſique eam prædicit. ibid. In S. Monte Granatæ reliquias latentes in ſpiritu videt. ibid. prædicit nobili cuidã adoleſcentulæ ipsã futuram Monialem, eamque Capitulo proponit antequam habitum poſtularet. ibid. Gratia ſanitatũ fuit illuſtris. p.446. Monialem agonizantem ſolo tactu liberat à morbo. ibid. Simili manuum contactu alteri, quæ faciem deformauerat, priſtinum formæ nitorem reſtituit. ibid. Madritum deputatur ad fundandũ. ibid. In itinere S. Parentem Tereſiam ſe commitari ſpiritualiter ſentit. p. 447. Noctem integram inſomnem tranſigit, vt SS. Sacramento locum decentem paret. ibid. Mancipij tibiam fractam ſolo panniculi contactu miraculosè ſolidat. ibid. In ſignum gratitudinis Comiti Triuultio obtinet à S. Tereſia ſanitatem. p.448. Nouitiam nobilem, & virtute præſtantem habitu ſpolianit, etſi ingentis valoris dos ab ea ſperaretur. ibid. Generoſo animo, ac liberali prædita erat Anna. ibid. Miris modis obtinet à Deo omnia ſibi, ſuiſque ſubditis neceſſaria. p. 449. Panem, & oleum multiplicat. ibid. Celebris erat Anna apud doctiſſimos Theologos, qui ipſi ſua dubia proponere ſolebant, ſolutionem præſtolantes. ibid. & p.461. Curat in lucem edi libros S. Tereſiæ. ibid. Madriti multas induit nouitias virtute præſtantes, eaſque ad perfectionem miris modis promouet. ibid. à S. Matre Tereſia obtinet ſanitatem nouitiæ, quæ ob infirmitates profiteri non permittebatur. p.450. Ambigens nũ adoleſcentulam ad Religionem admit-

mitteret à S. Teresia præmonetur eã magni esse momenti ad Reformationis bonum. ibid. *Nouitiam ficta Sãctitatis habitu spoliat.* ibid. *Laicæ cuiusdam desiderio volens facere satis tactu illam, neruorum contractione, per tres dies maioris hebdomadæ immobilem reddit.* p.451. *Mahometanum à brachij fractione, & à seruitute tum Dæmonis, tum heri liberum efficit.* ibid. *Sui Scapularis cõtactu à symptomate libera euasit D. Maiorica de Cordoua.* ibid. *Ignis calorem mirabiliter suspendit.* ibid. *Dũ accedebat ad Sacram Synaxim, facies eius resplendebat.* p.452. *precibus Deo fusis conseruat pudicitiam mulieris à Principe quodam raptæ.* ibid. *Præuidet mortem Marchionis del Valle, mortuumque à Purgatory pœnis liberat.* ibid. *Morientem Hispali Gregoriam d' Ocellana, Madrito commorans videt, statimque pro ipsa cantari iubet Missam Defunctorum.* p.453. *Sæpissime videt S. Teresiam defunctam, ab ipsa sæpissime à morbis liberatur, & in alijs multis adiuuatur.* ibid. *Monialibus nouum regimen detrectantibus artificiosè implicatur.* p.454. *Dolet videns se à Superiorum Ordinis obedientia exẽptam, sed à Christo sibi apparente cõsolatur.* p.455. *Multis pœnitentijs à Superioribus mulctatur.* ibid. *Summo dolore à Sacra Communione fuit prohibita.* ibid. *Agitatur scrupulo peccati, sed à Deo, & hominibus innocens declaratur.* p.456. *Mira Annæ virtus, & patientia in sufferendis laboribus.* ibid. *& seq. Superiorum causam agebat, dum ab aliqua accusarentur de nimio rigore.* p.457. *Quam aliena erat à terrenis.* ibid. *Inuisitur à V. P. N. Ioanne à Cruce, statim post eius obitum.* p.458 *Miris modis consolatur in laboribus à Christo in hostia se ipsum manifestante.* ibid. *Christus ei dicit in visione se desiderare diutiùs cum ea manere.* ibid. *In extasi videt cœlos apertos, & innumerabilem Sanctorũ multitudinem.* p.459. *Particeps efficitur passionum Christi, & à Dæmonys vexatur.* ibid. *Morientes lãgè à se remotos videt, & quosdam à Purgatorio liberat.* ibid. *Mira obedientia V. M. Annæ, qua Superioribus etiam defunctis parebat.* p.460. *Madrito Salmanticam reuertitur.* ibid. *Cum V. M. Anna à S. Bartolomæo Albam petit ad inuisendũ corpus S. Teresiæ.* ibid. *In extasim rapitur ad corpori S. Teresiæ cõspectum & à S. Teresia mira dilectionis signa recipit.* ibid. *Humilitas Annæ in responsis eius apparet.* p.462. *Iniurijs impetita gaudet.* ibid. *Mulierem ad vindictam obstinatam reconciliationi paucis verbis adigit.* ibid. *Eligitur in Priorissam Salmantini Conuentus.* p.463. *De electione multum dolet, illamque conatur auertere.* ibid. *Deuotio V. M. in SS. Sacramẽtum abundanter remuneratur.* ibid. *Verbis, & exemplis filias ad perfectionem promouet, ac multimodè ab infirmitatibus liberat.* ibid. *Multas Nouitias ad habitum admittit.* p.464 *Prædicit D. Stephanæ de Mendoza duos liberos illam Carmelo daturam.* ibid. *Aliam à se Priorissam eligi curat.* ibid. *Destinatur ad fundationẽ in Ciuitate Roderici obeundam, sed morbis varijs impeditur.* ibid. *P. F. Alphõsum à Matre Dei parietis ruinis interceptum post leuem Purgatorij ignis expiationem in cælum euolantem videt.* ibid. *In spiritu etiam præuidet mortem P. Ioannis Baptistæ, & P. Gregorij Nazianzi.* p.465. *Plures mortes præuidit antequam acciderent, aut antequam naturali via sciri possent.* ibid. *Prædicit P. M. Antolinez lectionis sacræ cathedram in Salmanticensi vniuersitate.* ibid. *Bis in die festo S. Lucæ transmigrationẽ suam in Gallias præuidet.* ibid. *& p.387. Soror Catharina à S. Alberto Laica præuidet V. M. Annam iturã in Gallias ad fundandum.* p.375. *& 436. Christus gratijs, & delicijs multis eam præparat ad discessum.* p.387.

Præ-

R E R V M.

Prædicit multoties se ituram in Gallias. ibid. *Conatur Anna Carmelitas Excalceatos in Gallias introducere, & prædicit Domino Viuiano sibi acerrimè repugnanti ipsum eorum aduentum promoturum, propriamque domum ad Conuentus fundationem ipsis daturum.* p.390. *Prædicit futurum vt Moniales Galliæ à proprijs Superioribus regantur.* ibid.

Altera Anna à Ieſu.

Alterius eiusdem nominis elogium. p.451.

V.M.Anna à S.Bartholomæo.

Patria, parentes V. M. Annæ à S.Bartolomæo, p. 466. *In Pueritia videt Exules apertos, & Iesum in illis.* p.467 *Ante rationis vsum peccare timet, & lacrimatur præ timore.* ibid. *Pietatis exercitia, deuotiones, contemplatio fere continua cælestium, simplicitas sancta Puellæ Annæ* p.468. *Mortuis parentibus à fratribus ad ouium custodiam deputatur.* p.469. *Sapissimè gaudet Christi Pueri præsentia in campis.* ibid. *Sæpè oculis eius corporeis videndum se permittit.* ibid. *Summo desiderio anhelat ad solitudinem, & à Christo petit, vt se in illam deducat.* p. 470. *Humiliter, patienterque tolerat fratrum carnalium reprehensiones.* ibid. *Frustra tentat fugere domo cum sobrina paris ætatis sub habitu virili, vt quærat solitudinem.* p. 471. *Eminens contemplationis gradus ad quem peruenerat Anna in pueritia.* p. 472. *Exercitia mortificationis, misericordia in egenos, conscientiæ puritas*, ibid. & p.475. *Quantum timeret à veritate aberrare.* p.473. *quam dilucidè fidei misteria penetraret.* p.474. *S. Martini mota exemplo vestes suas pauperibus elargitur.* p.475. *Eam maritare contendunt fratres.* p. 476. *Arte mira vtitur ad vitandum matrimonium.* ibid. & p.481. *Tentatur acriter à Dæmone.* p.477. *Mortificationibus, oratione, deuotione erga B.V. ipsiusque Virginis cum Puero Iesu apparitione à Dæmonum tentationibus liberatur.* ibid. *Sponsum ducere promittenti apparet Christus, ipsique se offert in sponsum.* p.479. *Humilitatis actu singulari se liberat ab adolescente coniugium ipsius appetente.* p.480. *Apparens ipsi Christus eam à chorea remouet.* p.481. *Fugit hominum colloquia, vt cum Deo facilius, & liberius loquatur.* p.483. *Abulensis Conuentus ei diuinitùs in visu ostenditur.* ibid. *Mediante pio quodam Sacerdote postulat inter Moniales Carmelitas recipi.* p. 484. *Ad Monasterium Abulense deducitur à fratribus, sacrasque Virgines in visu sibi præmonstratas, cæteraque præsignata cognoscit.* p.485. & *seq. Agitur à Monialibus de futura illius admissione, & approbatur.* p.487. *Eius fratres Religionis austeritate territi eam à proposito dimouere conantur, dæmonesque illam conuictam arbitrantes lætantur.* p.489. & *seq. Fratrum terrorem dispellere conatur, dæmonumque vana terriculamenta despicit.* ibid. *Eam vlteriùs consanguinei blanditijs, & amicis frustrà tentant à consilio deterrere.* p.491. *Tentatur iterum à mulieribus quibusdam sibi amicissimis.* p. 492. *Cum seruis labori addicitur à fratribus, contumelijs afficitur, humiliterque obtemperat.* ibid. *Ferocissimi tauri ad eius vocem mitescunt, ei abblandiuntur, eamque vnus à rabidi molossi morsibus defendit.* p.493. *Rursum ei ouium cura demandatur à fratribus, & cum Deo familiariùs conuersatur.* p.494. *Pastoris cuiusdam inhonestam perquisitionem mirabili modo deuitat*, ibid. *Eam iniurijs afficiunt fratres, & vt stultam reputant.* p.495. *quanta animi tranquillitate fratrum, & seruorum contumelias, probraque perferret.* p.489. & *seq. à Dæmone sub gigantis specie illi apparente territa, consolatur SS. Trinitatis dæmonem*

nem fugantis visione. p. 495. *Conatur dæmon monstruosis laruis ei metum incutere, sed ad Deum confugiens corroboratur, & consolatur. p.* 496. *Missas celebrari procurant Annæ fratres, vt à Dæmonum exagitationibus liberetur. p.*497. *S. Bartholomei intercessione à neruorũ contractione sanatur.* ibid. *A Monialibus Abulensibus vocatur ad Monasterium, sed fratrum renitentiam superare non potest. p.*498. *& seq. Incassum vt ad aliud, quam Teresianum institutum animum conuertat tentatur. p.*499. *A Monialibus multoties vocata, promittunt tandem fratres eam se dimissuros ad festum omnium Sanctorum. p.*500. *Frater natu maior iratus propter eius perseuerantiam stricto gladio eam perimere tentat, sed à sorore diuertitur ictus.* ibid. *qua firmitate mortem, siue martyrium expectaret Anna.* ibid. *Fuit verè martyr saltẽ in voto. p.*501 *Humilitatis Annæ exempla stupenda quibus fratrem obstinatum denicit.* ibid. *Deducitur tandem Abulam à fratre, & in via à Dæmone multis agitatur tentationibus. p.*503. *Eodem die quo S. Teresia monasterium ingreditur, continuoque euanescunt tentationes. p.*504. *Prima Laicæ veste induitur.* ibid. *Annæ nouitiæ exercitia, & virtutes eximiæ. p.*505. *Sancta Teresia Annæ nouitiæ virtutes demiratur, & cum illa familiarius agit. p.*507. *Consolationibus diuinis priuata, quam solida virtute prædita esset demonstrat. p.* 508. *Professionẽ emittit maximo S. Teresiæ gaudio. p.*510. *Post emissam professionem ad virtutum omnium acquisitionem se totam committit. p.*511. *Apparet ei Christus columnæ alligatus, & virtutum decorem ei ostendit.* ibid. *Ad Cruces anhelat visis Christi doloribus. p.*512. *Iterum videt Christum vulneribus confectum, Galliarum regnum hæreticorum furore deuastatum, sibi monstrantem, futurumque in illud suum discessum. p.*513. *quanti haberetur Anna à S. Teresia, & quantum ab illa diligeretur. p.* 514. 518. 521. 523. *Vt obedientiam non deseras dominum sibi abblandientem sæpissimè relinquit. p.*514. *dum excitatur, quotidiè Christum sibi assistẽtem conspicit, in præmium obedientiæ. p.*515. *Corporis leuitate, & agilitate præmiatur eius obedientia.* ibid. *Videt Christum sacram manum supra cor suum admouentem, illudque auellentem. p.*516. *Sanctissimæ Trinitatis videt, ac diuinæ maiestatis celsitudinem.* ibid. *Concessa ipsi agilitatis gratia suspenditur, multisque angoribus cruciatur. p.*517. *Infirmitatibus præparatur ad munus sociæ indiuiduæ S. Teresiæ. p.*518. *Eodem tempore Christus apparet S. Teresiæ hispali, & Abulæ V. M. Annæ, eamque S. Teresiæ sociã indiuiduam designat.* ibid. *& seq. Plurimis fauoribus in societate S. Teresiæ locupletatur Anna. p.*519. *A S. Teresia sanatur miraculosè à morbo, infirmarumque cura ei committitur. p.*521. *Debilis ex præcedente ægritudine à Domino sibi apparente roboratur, & ab eo omnium infirmarum sanitatem obtinet. p.*522. *Solius obedientiæ virtuti attribuit mira, quæ operatur, præ humilitate. p.*523. *Quam ardẽtes essent in Anna diuinus amor, & animarum zelus.* ibid. *In infirmarũ necessitatibus, & cura à Christo apparente sæpissimè adiuuatur. p.*524. *Videt Eliam, & Eliseum curantes Petronillam Baptistam à carbunculo, & ab eis de officij sui obligationibus admonetur.* ibid. *Compatitur S. Teresiæ infirmitatibus, ipsamque à laboribus subleuare conatur. p.*526. *Supernaturali virtute, nulloque adhibito studio scribere discit.* ibid. *A nimijs laboribus ipsi insimul iniunctis ad tempus eximi peroptans, à Christo audit eius voluntatem esse in illis permaneat. p.*527. *A Christo apparente monstratur ipsi rosarium sicum medio hiemę rosis refertum, admoneturque labores exantlandos, vt vir-*

R E R V M.

virtutes acquirantur. p.528. Monſtrat ſe ſe ipſi oranti Chriſtus ab hominibus omnimodè derelictus. ibid. *Leproſæ Sororis curam arripit, illã ſanat, & à Chriſto multis gratijs remuneratur. p.529. Purgatorij pœnas in viſu cernit, & experitur. p.530. Prædicit S. Tereſia eam in purgatorium nunquam fore detrudendam. p.531. Cum S. Tereſia calumniatur à Laica quadam, alijſque quamplurimis, ſed à Sacræ Inquiſitionis Iudicibus utriuſque innocentia detegitur. p.532. Videt Chriſtũ S. Tereſiam mœſtam verbis ſuauibus conſolantem, eique cibos præbentem. p.533. S. Tereſiam fundationibus incumbentem comitatur, multos labores in eius ſocietate ſubit, & gaudet illam videns ab omnibus veneratione habitam. p.534. & ſeq. Videt Chriſtum calumnijs affectum, ſeque calumnias parui pendere edocentem. p.537. A Chriſto ſibi apparente in Sacra Hoſtia corripitur. S. Tereſiæ precibus obtinet ſanitatem deperditam, vt ipſam comitari poſſit. p.538. Videt ſæpiſſimè S. Tereſiã ſplendore circumfuſam, & Chriſtum ad eius latus aſtantem p.539. Dum S. Tereſiæ ad induendam, vel exuendam veſtem aſſiſtit ſuauem perſentit odorem ex eius corpore exhalantem.* ibid. *Oblatum ſibi à S. Tereſia Choriſtarum velum humiliter recuſat. p.540. Dæmonum terriculamenta contemnit, & ridet. p.541. Ex aquarum inundatione mirabiliter liberatur cum S. Tereſia. p.542. S. Tereſiæ deſeruit in vltima infirmitate. p.543. Videt Chriſtum, & maximum Beatorum numerum animã S. Tereſiæ, ſub columbæ ſpecie è corpore migrantem, recipientes. p.545. Superiorum, ac S. Matris ſibi apparentis mãdato Abulam redit. p.546. Sæpiſſimè apparet ipſi Mater Sancta, cum illa familiariter agit, ab illa plurimas obtinet gratias.* ibid. *& p.550. & ſeq. Confeſſarij correctione mœſta à S. Tereſia apparente conſolatur, gratiaſque nouas obtinet. p.547. & 549. Optans S. Tereſiæ reliquias Abulam tranſferri, Albam ad illas in ſpiritu tranſfertur, & ab Angelis promittitur ei illarũ translatio.* ibid. *Videt S. Tereſiam in loco Prioriſſæ ſedentem. p.550. Ad corpus S. Tereſiæ orans ſanitatẽ obtinet, & multorum dubiorum ſolutionem.* ibid. *& ſeq. Mœſta de translatione corporis S. Tereſiæ Albam reportati à Domino multimodè conſolatur p.552. Reuelatur ei à Chriſto perfidia cuiuſdam mulierculæ, & deſtructio totius claſſis hiſpanicæ contra Anglos properãtis.* ibid. *Monſtrantur ipſi animæ quorumdam tẽpore Iubilei puriſſimæ. p.554. Sanctimonialis cuiuſdam in malo obſtinatæ ſalutem obtinet.* ibid. *Alteram Monialem ſuis precibus à Dæmonum vexatione, & perſecutione liberat. p.555. Ab altera multa patitur & de eius ſalute deſperata dolet. p.556. Dæmones videt Cõuentum Abulenſem obſidentes, & deſtruere in vanum nitentes. p.557. Madritum amandatur vbi à Domino cæleſtibus ditatur donis.* ibid. *Moleſtias à quadam Religioſa patiẽter perferens, à Chriſto blanditijs, & reuelationibus dignatur. p.559. & 564. Miraculosè pluuiam obtinet, inſſa pro illa preces fundere. p.560. Dementis Sororis ſalutem ſolis orationibus impetrat. p.562. Prophetico ſpiritu ſecreta quædam detegit. p.563. ſemper, præcipuè tamen in oratione, Chriſti præſentia gaudet.* ibid. *Madrito Abulam repetit.* ibid. *Annæ infirmæ miris modis prouidet Dominus neceſſaria. Videt Galliæ Regnum hæreticorum furore deuaſtatum, ſummque ad illud diſceſſum præcognoſcit.* ibid. *& & p.380. & ſeq. item p.567. A quadam Moniali nouitatum inuentrice multa patitur, ei tamen conſtanter reſiſtit, eiuſque excogitata vana efficit. p.556. In itinere à mortis periculo imminente mirabiliter eripitur.*

tur. ibid. *Pro cuiuſdam Capituli fauſto exitu orans videt Sanctum Eliam è media nube ignea Spiritum ſuum gramialibus infundentem*. *p.*567. *Quanto zelo, quantiſque pœnitentijs tentaret ſalutem proximi procurare. p.*382. *Digitum inter vinas flammas ex obedientia imponens non comburitur*. ibid. *Pugnis contunditur à quodam operario ipſa procurante. p.*383. *Timida ex Confeſſarij verbis firmatur à S. Tereſia in zelo ſalutis animarum*. *p.* 384. *Multoties iter ſuũ in Gallias præuidet.* ibid.

Conuentus S. Annæ Genuenſis.

Quare primus Conuentus noſtrę Congregationis S. Annæ fuit dicatus. *p.*50. *V.P.N. Nicolaus à Ieſu Maria fundat illum Genuę ſub titulo Hoſpity. p.*49. *Vtitur ope ſuorum parentum ad illam fundationem*. ibid. *Non vult fundare in medio Vrbis propter ſolitudinem*. ibid. *Erigitur in Conuentum hoſpitium S. Annę. p.*57. *Exercitia virtutum, & præcipuè orationis, miro feruore amplectuntur Religioſi iſtius Conuentus. p.*52.120.127. *&* 183. *primus Prior iſtius Conuentus fuit P. Chriſtophorus, primus Supprior V. P.N. Ferdinandus à S. Maria. p.*58. *Nobiles Genuenſes protegendi iſtum Conuentum, & illi prouidendi curam aſſumunt*. ibid. *Suis expenſis Eccleſiam fabricant. p.*59. *recipiuntur in Conuentu S. Annę quidam Itali*. ibid. *Patres Hiſpaniæ Conuentum S. Annę nouiter erectum deſerere cogitant; ſed bono ex eo proueniente moti in eo permanẽt*. ibid. *Deſtinatur Conuentus Nouitiorum educationi*. ibid. *Fernor, cæteraque Religioſorum huius Conuentus Virtutes*. *p.* 182. *Poſſidet Conuentus S. Annę velum caliçis ſeritum à S. Tereſia elaboratum. p.*41. *Elogia Religioſorum, & præcipuè nouitiorum huius Conuentus*.

Antonius.

P.F. *Antonij Clementis elogium. p.*182
P. F. *Antony à Matre Dei elogium*. *p.*437. *Virtutum V.M. Annæ à Ieſu cognitione allectus, Religioni Excalceatorum nomen dat. p.*435. *Verbis eiuſdem Matris motus anhelat ad martyrium, ac illud aſſequi conatur*. ibid.
P.F. *Antony à Cruce elogium*. *p.*624.

Apparitiones.

*B.V. Maria apparet Carmelitis, iubet vt Religionem ſuam in Europam transferant. p.*25. *Apparet Eliæ ſub typo nubeculę. p.*97. *&* 50. *Apparens S. Tereſia iubet ſuum ordinem in Gallias deduci. p.*41. *In carne V.P. N. Ioannis à Cruce apparent paſſionis Chriſti myſteria, multaque alia in ea miraculosè repreſentantur*. *p.*461. *Antequam eſſet incepta Reformatio, tum Religioſi, tum etiam Religioſæ eiuſdem inſtituti apparent Fundatrici Conuentus Veacenſis*. *p.*418. *S. Tereſia diuerſis apparet, & multas gratias concedit. Vide Tereſia. Apparet V.P.N. Dominico eumque à peſte liberat, multaque ipſi prædicit. Vide Dominicus. Apparet S. Elias V.M. Annæ à S. Bartholomeo in Capitulo prouinciali præſidens. Vide Anna à S. Bartholomæo.*

Reformati S. Auguſtini.

V.P.N. Petro à Matre Dei demãdatur Regimen Reformatorum S. Auguſtini. ibid. *Transferuntur Reformati S. Auguſtini à N. Petro ex auguſtis ædibus ad Conuentum Ieſu Mariæ. p.*162. *Sollicitudo V. P.N. Petri in illorum regimine*. ibid. *Quidam ex Diſcalceatis S. Auguſtini morari iubentur in Conuentu S. Mariæ de Scala, vt obſeruantiã addiſcant, cæteros in illa efformaturi*. ibi. *V.P.N. Petrus Conſtitutiones Reformatis præbet.*

Digitized by Google

RERVM.

præbet. p.163. V.P.N. Ferdinandũ ad viſitandos Reformatos demãdat. ibid. *Per totam vitam eoſdem regit cum maximo illorum emolumento.* ibid.

B

P.F.Bartholomæus à S.Franciſco.

P. F. Bartholomæus à S. Franciſco Vitam ſecularem degit in ſceleribus multis. p. 218. Conuertitur prædicationibus V.P.N Petri à Matre Dei. p. 219. Pœnitentia publica ſcelera expiat. p.220. Obtinet à V. P.N.Petro habitum religioſum. ibid. *Quam variè probata fuerit tum Romæ, tum Genuæ eius vocatio.p.221. Feruor ſpiritus, humilitas, & obedientia Bartholomæi.* ibid: *Ad Miſſiones in Perſiam mittitur, vnde rediēs pluribus officijs fungitur.p.222 Mortificationes, & receſſus V. P. Bartholomæi.* ibid.

M.Beatrix à Conceptione.

M.Beatricis à Conceptione Parentum nobilitas. p.572. Miram in B. V. concipit deuotionem, matreque orbata Chriſtum in præceptorem elegit. ibid. *A Chriſto miraculosè vocatur ad Religionem, & caſtitatis votum emittit adhuc iuuenis.* ibid. *Multa patitur à Patre propter Religionis propoſitum. p.573. Multis virtutum actibus heroicis conatur licentiam ingrediendi Religionē aſſequi.* ibid. *Inuiſibilis ſæpiſſime inter Domeſticos pertransit dum ad Eccleſiam quamdam orandi cauſa progreditur.* ibid. *Ingreſſum ſuum ad Monaſterium prædicit.* ibid. *A Chriſto iubetur inſcijs omnibus ingredi Monaſterium quoddam, à quo nullis parētum lachrymis poteſt extrahi.* ibid. *Apud Moniales Carmelitas Patris permiſſu admittitur. p.574. A Chriſto corripitur de nimia in cellam quamdam affectu.* ibid. *Supernaturaliter videt eam V. M. Anna à Ieſu cum S.M. Teresia sibi apparente, & præcognoſcit cum ea ſe ituram in Gallias ad Reformationem propagandam.* ibid. *Per multos annos rexit Conuentum Bruxellenſem. p.391.*

Bellum.

Non eſt contrarium Eliano Inſtituto ſacrum contra hoſtes fidei bellum. pag.593.

Benignitas.

Benignitas in proximum ſolet reperiri, & coniungi cum vitę neceſſuatę.

Bernardus.

Breue P. F. Bernardi à Reſurrectione elogium. p.86.P.F.Bernardi à Sancta Maria. p.192. P. F. Bernardi à S.Ioſeph. ibid.

Apoſtolica Breuia.

Apoſtolicum Breue Honorij Tertij Papę pro Regulæ noſtræ confirmatione. p.25. Aliud Apoſtolicum Breue Innocentij Papę Quarti pro eadem regula confirmanda. p.26. Decretum Clementis VIII.de ſeparatione Carmelitarum Excalceatorum à Mitigatis. p.65. Litteræ Pontificię Clementis Octaui in forma Breuis de ſeparatione Conuentuum noſtrorum Italicorum à ſubiectione Congregationis Hiſpanicæ. p.82. Apoſtolicum Breue Clementis Octaui pro Reformatione Ord. SS.Trinitatis. p.156. Aliud eiuſdem Clementis Octaui, quo regimen Reformatorum Ordinis S.Auguſtini V. P. N. Petro demandatur. ibid. *Eiuſdem Breue de erectione Italicæ Congregationis. p.170. Pauli V. Breue Apoſtolicum de erectione Monaſterij Romani mōtis Carmeli.p.198. Clementis VII.*

Papæ

INDEX

Papæ Breue, quo conceduntur priuilegia multa Confraternitati Scapularis B.V. de Monte Carmelo p.209 Alexandri Papæ V. Breue pro eiusdē Priuilegijs. p. 213. Clementis Papæ Octaui Breue de Priuilegijs Carmelitarum Excalceatorum. p.226. Litteræ Clementis Octaui ad Regē Perſſarum in forma Breuis pro miſſionibus in Perſia à noſtris incipiendis. p.366. Aliæ eiuſdem Clementis VIII. ad Regem Perſarum in forma breuis eadem de cauſa. p.368. Eiuſdem Apoſtolicum Breue, quo plurima noſtris Miſſionarijs concedit priuilegia. p.370. Summarium Apoſtolici Breuis Clementis Octaui pro erectione Conuentus Monialium Pariſijs. p.389.

Burgos.

uſſu Chriſti fundat S. Tereſia Monaſterium in Ciuitate Burgenſi. p.541. Multas difficultates ab hominibus, & Dæmonibus excitatas ſuperat. ibid. *Fuit vltima fundatio quam perfecit S. Tereſia.* ibid. *Inundatur Conuentus à flumine, & Moniales in maximo cōſtitutæ periculo miris modis liberantur. p.542. Extrema inopia laborant, ſed Chriſtus S. Tereſiæ promittit ſe neceſſaria ipſis prouiſurum. p.543.*

Domina Virginia Burgheſia.

omina Virginia Burgheſia S. Tereſiæ auxilio miraculosè à fulmine protegitur. p.612. Cæteros Principes hortatur ad deuotionem, & obſequium erga Sanctam Tereſiam eiuſque filios. ibid.

C

P.F. Cæſarius à S. Ioſeph.

F. Cæſario à S. Ioſeph elogium. ▲ *pag.192.*

S. Cæcilia à Chriſto.

S. Cæcilia à Chriſto elogium. p.197. Timor eius filialis erga Deum, & mira obedientia, qua mors eius dilatæ fuit. ibid.

Capitulum.

Ad Capitulum Generale totius Ordinis Carmelitarum ſe conferunt Carmelitæ Excalceati. p. 62. In eo obtinent ſeparationem à Mitigatis. p. 64. In primo Capitulo Ordinis Carmelitarum in Anglia celebrato S. Simon Stok fuit electus primus Generalis. p.26. In Capitulo Generali Romæ, anno 1617. celebrato fuit diuiſa noſtra Congregatio in ſex prouincias. pag. 36.

Mons Carmeli.

Carmelitæ Montem Carmelum omnino deſeruerunt ad vitandas infidelium perſecutiones. p. 25. Habitatur nunc à Carmelitis Excalceatis. p. 12. Carmelitæ fuerunt viſitati ſæpiſſimè in monte Carmelo ab Emerentiana, Anna, ac B.V. cum ſuo filio Ieſu. p. 13.

Ordo Carmelitarum.

Ordo Carmelitarum tempore captiuitatum, & tranſmigrationum legis veteris perduranit in monte Carmelo. p.10. Prophetiæ Michææ de illa duratione. ibid. *Prophetiæ Iſaiæ de duratione Ordinis Carmelitarum in ſempiternum, p.11. Confirmātur illæ Prophetiæ à Chriſto in Transfiguratione. p. 12. Religioſi de quibus loquuntur Acta Apoſtolorum fuerunt veri Carmelitæ. p.13. & 16. Agabus fuit verè Carmelita.* ibid. *S. Ioānes Baptiſta Eliæ Diſcipulus Ordinē Carmelitanum propagauit, & ad Chriſtianam fidem perduxit. p. 14. Duo diſcipuli S. Ioannis Eliæ ſectatores adhuc eo viuēte ad Chriſti ſcholam*

R E R V M.

lam tranſeunt. p.15. Tempore Chriſti Eſſenorum, ſiue Carmelitarũ Cœnobia frequentia erant in Aegypto, & Paleſtina. ibid. *Plurimi eorum ad Chriſti fidem fuere conuerſi Chriſti, & Apoſtolorũ prædicationibus.* ibid. *Chriſtus aliquo modo ad inſtar eorũ vitam ſuam compoſuit.* ibid. *Multi Apoſtoli fuere Carmelitæ. p.16. Omnes Monachi vſque ad annum Chriſti 40. fuere Carmelitæ. p. 18. Macharius Abbas, Antonius, Hieronymus, Ioannes Chryſoſtomus, Baſilius fuerunt Carmelitæ. p.19. Ordo Carmelitarum in Italiam, Galliam, Africam, & Hiberniam tranſportatur. p.21. Caprafius Carmelitarum Superior obtinet à Ioanne Hieroſolymorum Patriarcha inſtituti Eliani normam. p.22. Carmelitarum perſecutio ſub Coſroe Perſarum Rege. p.23. Sedatur perſecutio miraculoſa Heraclij victoria.* ibid. *Ex Carmelitis martyrio afficiuntur vſque ad centumquadraginta millia.* ibid. *Reſidui ad Eremos cõfugiunt.* ibid. *Priuilegijs, à Sede Apoſtolica exornantur.* ibid. *Plures ex Europa Carmeli Ordinem amplexantur. p.24. Honorantur à Principibus Carmelitæ.* ibid. *Ab Alberto Hieroſolymitano Patriarcha obtinent Regulam.* ibid. *Guido Luſignanus primus in Angliã transfert Carmelitas. p. 25. Iubet B. Virgo apparens Carmelitis, vt Ordinem ſuum in Europam transferãt.* ibid. *In Europa perſecutionem patitur Ordo Carmelitarum.* ibid. *Ab Honorio Papa iuſſu B. Virginis ſibi apparentis ſedatur perſecutio, & approbatur Regula.* ibid. *S. Ludouicus in Galliã Carmelitas transfert. p.26. Celebratur primum Capitulum Generale Carmelitarum in Anglia, & in eo S. Simon Stok eligitur Generalis.* ibid. *Regula primitiua Carmelitarum ab Innocentio IV. approbata.* ibid. *Ordo Carmelitarum multos Eccleſiæ dedit tum martyres, tum doctores.* ibid. *Ab Elia dimanat hæreditaria ſucceſſione. p.2. & 30. Vnus cenſeri debet ſub veteri, & nouo teſtamento. p.3. Tempus quo fuit fundatus ab Elia. p.5.6.*

Carmelitæ Excalceati.

Fundatur à S. Tereſia Ordo Carmelitarum Excalceatorum. p.29. Gregorius Decimus Tertius approbat conſilium S. Tereſiæ, & Prouinciam ex Diſcalceatis erigit. p. 30. S. Tereſia deſiderat ſuam Reformationem per totum mundum dilatare, p. 34. Opponit ipſam Luthero, & Caluino. p. 32. Chriſtus S. Tereſiæ promittit ſuæ Religionis propagationem, multiplicemque ex ea fructum. p. 34. Separantur à Mitigatis Carmelitæ Excalceati. p. 64. Confirmatur ſeparatio à Summo Põtifice p.65. Carmelitæ Excalceati ſunt ex numero Mendicantium. p. 66. & 226. Priuilegia eorũ. ibid. *In Italiam transfertur Reformatio à V. P. Nicolao à Ieſu Maria. p.40. Prædicitur à B. P. Luyſio Bertrand Reformationis dilatatio. p.35: Carmelitæ Mitigati perſecutionem contra Diſcalceatos mouent. p.46. & 435. mittuntur Romam duo Patres Excalceati ſub habitu ſæculari ad cauſam Reformationis contra Mitigatos, eam perſequentes, agendam* ibid. *In Italia incipiunt fundare Carmelitæ Excalceati. p. 49. Periclitatur nouæ Reformationis feruor ex plurium Mitigatorum receptione. p.54. Romam veniunt. p. 78. Erigitur in Italia Congregatio Carmelitarum Excalceatorum ab Hiſpanica ſeparata, p.81. & 173. Forma regiminis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Italiæ. p. 118. Charitas Excalceatorum erga proximum. p.125. Nouæ congregationis exercitia in omni virtutum genere. p.120. A nullo compelli poſſunt Carmelitæ Excalceati ad ſupplicationes, ſeu proceſſiones, etiam generales. p.226. Solent ieiunare in pane, & aqua feria ſexta maioris hebdomadæ. p.325. Renouant vota bis in anno. p.146. Poſt*

INDEX

voterum renouationem sacro duello se inuicem pronocant ad virtutum heroicarum exercitia. ibid. *Tribus Religionis votis addunt quartum de non ambiendo. p. 96. & 119. In Capitulo Generali totius Ordinis Carmelitarũ vocantur Fratres simplices, sed ante finem Capituli eos omnes demirantur. p.62.*

Moniales Carmelitæ.

S.Teresia obtinet à Generali Ordinis Carmelitarum licentiam fundandi Monasteria Monialium Regulã primitiuam Obseruantium. p.35. Hortatur V.M. Annam à S. Bartholomæo, vt Moniales Carmelitanas in Gallias transferat. p.41. A quibusdam Monialibus præuidetur mors V. P. Nicolai à Iesu Maria. p. 70. Frustra tentant aliqui Moniales Teresianas introducere in Italiam. p.106. Mittuntur in Italiã ad fundanda Monasteria quædam Moniales. p.108. Roma desiderantur Moniales Carmelitæ p.132. Marescalla de Ioyosa frustra aggreditur moniales Teresianas in Gallias adducere. p.374. Iterum frustra laboratur ab alijs. p.379. Mittuntur tandem iussu Summi Pontificis. p.381. Quam vtilis fuerit Galliæ Teresianarum Monialium aduentus. p.380.

Conuentus Montis Carmeli Romanus.

Hortatu V.P.N. Petri à Matre Dei quædam mulieres miris modis aggrediuntur fundationem Cœnobij montis Carmeli in ædibus S. Aegydij. p.193. Ad illam se præparant. p.194. Difficultates perurgent V. P.N. Petri consilijs aduersæ. p.194. Nobilis Romana ipsis elargitur nũmos ad comparandas ædes S.Aegydij ibid. *Exercitia mulierum ad S. Aegydij congregatarum. p.195. Earum nomina, & virtutes.* ibid. *Domina Margarita Venafri Principissa nititur erectionem Conuentus obtinere. p.196. quo tempore fuerit erectũ illud monasterium. p. 198. Elogia quarumdam Religiosarũ istius Conuentus. p. 196. Fundatio Cœnobij montis Carmeli simillima ei, quam S.Teresia in Villa nouæ de Xara perfecit.* ibid.

Catharina.

S.Catherinæ à S.Iuliano elogiũ.p.144. Animarum Purgatorij mota compassione paulò ante mortem desiderat pro ipsis facere satis, & obtinet horrendos cruciatus. ibid.

M.Catharinæ à Christo elogiũ. p.311. Emittit animam sub specie columbæ, & gaudet incorruptione. p.312.

S.Catharina à S. Alberto præuidet V. M. Annam à Iesu iturã in Gallias, & Belgium ad fundandum. p.375. & 436. Sororem Luysiam à Saluatore obedientiæ virtute sanat à morbo. p.375. & 432.

M.Catharinæ à S.Francisco elogium. pag.449.

Canonizatio.

Carmelitæ Excalceati oratione, ac pœnitentijs canonizationem S.Parentis Teresiæ procurare nituntur. p.228. Nuntius Apostolicus iuridicas informationes in ordine ad Canonizationem S.Teresiæ sumit per Hispaniæ Regna. p.230. Philippus II. Clementi VIII. per litteras, & Oratorem supplicat pro Canonizatione S.Teresiæ. p.232. A multis Principibus, tum sæcularibus, tum Ecclesiasticis scribuntur epistolæ pro eadem Canonizatione. ibid. *& seq. Sacra Congregatio negotium Canonizationis tractat, & expediuntur litteræ remissoriales. p.242. prædicit S.Teresia apparens V.P.N. Dominico eũ Roma Canonizationem suam promoturum. p.326.*

M.Cla-

M. Clara Maria à SS. Sacramento.

M. Clarę Mariæ à SS. Sacramento elogium. p.118. Apoplexia ſymptomate correpta, miraculosè ad ſe redit, omniaque recipit Sacramenta, ac tandē ſubridens animam Deo tradit. ibid.

P.F. Clemens à S. Maria.

P. F. Clementis à S. Maria, Caluini pronepotis, elogium breue. p.192.

Concionator.

Quę talenta, & qualitates requirāntur in Concionatore. p. 218. Quid potiſſimum curare debent Concionatores in concionibus. p.474.

Confraternitas Scapularis B. V. M. de Monte Carmelo.

V. P. N. Petrus à Matre Dei ſtabilit in Conuētu S. Mariæ de Scala Confraternitatem Scapularis B. V. Mariæ de Monte Carmelo. p.199. Exercitia Confratrum. ibid. *Aedificatur eis Oratorium.* ibid. *V. P. N. Dominicus collocat in eo imaginem miraculoſam B. V. p.200. V. P. N. Petrus curat Confraternitates excitari in multis aliis locis.* ibid. *Natura Confraternitatis, eiuſque diſtinctio à Tertiarijs, & illis qui filiatione gaudent. p.201. Duo ſunt genera Confratrū, & quę. p.204. Antiquitas Confraternitatis Sacri Scapularis, & priuilegia ipſi conceſſa. p.206. & ſeq. priuilegium à B. V. S. Simoni Stok pro Confratribus conceſſum. p.215. Inter Cōfratres annumeratur Sanctus Serapion Ordinis noſtri. p.216. Sub lege veteri fuerunt Confratres Carmelitarum, & qui.* ibid.

Conſtitutiones.

Reuiſuntur Conſtitutiones à Patribus Romæ iuſſu Summi Pōtificis congregatis, & perficiuntur. p.96. Iterum reuiſuntur in Capitulo generali ad annum 1611. in Conuentu S. Syluestri Tuſculani celebrato. p. 614. V. P. N. Petrus præbet Patribus Reformatis S. Auguſtini Cōſtitutiones. Vide Reformati S. Auguſtini.

D

Deuotio.

QVare Antiphona Salue Regina poſt Completorium ſolear cātari apud Carmelitas, non recitari, ſicut poſt cateras horas. p.151. Gratiæ, quæ pro hac deuotione Carmelitis Excalceatis conceſſæ B. V. ibid. *Deuotio, tum Principum, tum populi erga S. Tereſiam antequam canonizaretur. p.230. Deuotione erga B. V. fugantur tentationes Dæmonis. p.477. quam periculoſum ſit deuotionem erga SS. primò conceptam deſerere. p.612. Deuotione erga Sanctam Tereſiam pericula mortis vitantur.* ibid. *Deuotio erga SS. Sacramentum abundantia remuneratur. p.463.*

Dignitas.

Quo ſtudio debeant Carmelitæ Excalceati dignitates vitare. p.69. & 191.

P.F. Dionyſius à M. Dei.

P.F. Dionyſij à Matre Dei elogium. pag.192.

Dæmon.

Dæmonis aſtutia, vt Religionis auſteritatē inſupportabilē efficiat. p.146. fraudulenter tentat F. Nicolaū nouitium,

vt ex obediẽte curioſũ efficiat. p.148. Dæmones nulli nocere poſſunt niſi volenti. p.491. Solet Deus Dæmonis rabiei Sanctos permittere, ſicque illos ad perfectionis metam perducere. p.496.

V.P. Dominicus à Ieſu Maria. Eius ſtatus ſæcularis.

Ortus, & Patria Dominici. p. 243. parentes illius. p. 244. Mater grauida plures Angelos fœtum recreantes conſpicit. ibid. *Præuidet filij Sanctitatem propheticis ſomnijs. p. 245. Naſcitur Dominicus ſine vllo matris dolore, & omnibus dentibus præditus.* ibid. *Anni, & diei ortus eius myſteria.* ibid. *nomẽ miſteriоſum. p. 246. Creditur confirmatus in gratia in baptiſmo.* ibid. *Dum lactatur à Matre Angelicis cantibus recreatur.* ibid. *Dominici pulchritudo, oculorumque cum ſole ſympathia. p.247. In lectulo iacens miraculosè ab igne ſaluatur. p.250. Deuotio parentum Dominici erga illũ gratijs multis remunerata. p. 253. Dæmon metum incutere Dominico fruſtra tentat. p.254. Patre mortuo auunculi Carmelitarum Prioris curæ committitur.* ibid. *Exercitia Dominici in Monaſterio conſtituti. pag. 255.*

Status eius apud Carmelitas Mitigatos.

Miris modis vocatur ad Ordinem Carmelitarum. p.257. parentum cum è Monaſterio rapere tentantium conſilium ſibi reuelatum fruſtraneum efficit. p.258. Internis tentationibus agitatus aliquantulum tepeſcit, ſed citius reſipiſcit. ibid. *Curam infirmi Prioris arripit, ac miro modo à fulmine liberatur. p.259. Profeſſionem emittit poſt quadriennium nouitiatus. p.260. Ipſius exemplo moti cæteri obſeruantiam æmulantur.* ibid. *Infirmarij munus à Priore ei impo-*

nitur. p.261. Septuaginta fratrum ſimul ægrotantium curã gerit. ibid. *Mira multa ei ſuccedunt in infirmorum cura.* ibid. *Inſigni certamine victoriam pro pudicitia reportat. p.263. Sacriſtiæ miniſterio, & officio deputatur. p. 268. Mittitur innitus Tortoſam, vt Subdiaconatus initietur. p.275. In via mirabiliter à morte imminente liberatur.* ibid. *Interrogatus ab Epiſcopo de Theologicis, etſi nunquam ſtuduiſſet, docte tamen obedientiæ motiuo doctus reſpondet.* ibid. *ad Diaconatum capeſcendum pergens de his ſolùm, quæ parauerat, Deo ſic diſponente, interrogatur.* ibid. *Ordinatus Sacerdos variis modis moleſtatur à Dæmone in via ſibi adiuncto. p.277. Præparationes, quas adhibebat antequam celebraret. p.278. Amiſſa Sacrarij clane, miraculosè illud aperit. p.279. Rex Hiſpaniæ Dominicum viſitat, maximamque erga ipſum deuotionẽ concipit. p.280. quam celebre Dominici nomen, tum apud homines, tum apud ferociora animalia. p. 282. Amicitiam init cum Patre Nicolao Factore. p.285. Hæres efficitur eius ſpiritus. p. 286. Ei morienti adeſt in ſpiritu.* ibid. *Varijs calumnijs inuritur. p.287. Perſecutionibus impetitur. p.288. Delatus ad Sacrum Inquiſitionis Tribunal innocens remittitur.* ibid. *& p.209. Concurſũ populi fugere non poteſt. p.289.*

Status eius in Reformatione S. Tereſiæ.

Admittitur in Reformatione S. Tereſiæ. p.292. Ad fugiendum populi cõcurſum mittitur Paſtranam. ibid. *In via à Dæmonis furore protegitur. niro modo. p.293. Exercetur multimodè à nouitiorum magiſtro.* ibid. *Incaſſum à fratre carnali tentatur de exitu à Reformatione. pag. 295. Madritum mittitur, additur ſocius tyronum Magiſtro.* ibid. *Examinatur eius ſpiritus, & approbatur. p.296.*

p.296. Ad ſtudia Theologica Complutum mittitur. p.297. V.F. Frãciſcum à Puero Ieſu Religioni lucratur. ibid. *Ad miniſtrandum peſte laborantibus ſe ſe offert. p. 299. Cruciatur diriſſimè à Dæmonibus. p.306. ab illis adeo premitur, vt ſtatim morituru credatur. p. 308. Ligatur à Dæmone pedibus, ac manibus tempore bacchanaliũ ne hominum impediat peccata.* ibid. *Pergit ad Montem ferratũ cum Patre Proninciali. p.312. Eligitur Supprior Valentiæ. p. 313. prolem Ducisſæ Lermæ vitę reſtituit. p.318. In Xenodochio ſeruit ægrotis, maximiſque eos proſequitur obſequijs. p.319. Eligitur in Priorem Conuentus Toletani. p. 321. multiplicem fructum operatur ſuis exemplis.* ibid. *Prædicationum Dominici efficacia.* ibid. *Miris modis expenſis Cõuentus Toletani prouidet. p.323. & 325. Obtinet platea publicę partem ad Chori ędificationem.* ibid. *Quantum Hiſpaniarum Regi placeret Dominici conuerſatio. p.324. Rex, & Regina cum Dominico prandent pane & vino contenti. p. 325. Virginem plurimis precibus Deo fuſis adiuuat miro modo in pudicitiæ periculo. p.326. Deuotionis populorum erga Dominicũ exempla multa.* ibid. *Præficitur Conuentui Madritenſi. p. 328. Reginæ Hiſpaniæ ſollicitudo de Dominici ſanitate. p. 330. Interdicuntur ei pœnitentiæ à Superioribus.* ibid. *In Conuentu S. Deſerti à Curiæ tumultibus abdit ſe.* ibid. *In extaſi dat monita ſalutis. p.332. Philippi II. ſaluationi, & à Purgatorij pœnis liberationi cooperatur.* ibid. *E ſacra Eremo vocatur, & in Italiam iuſſu Summi Pontificis mittitur. p. 333. Sedat precibus tempeſtatem exortam. p.334. Liberat triremem à piratis.* ibid. *Genuæ viſitatur à nobilibus, eoſque conſolatur. p.335. Ducitur ad Lodoanam fundationẽ, eamque promouet. p. 578. Romam vocatur.* ibid. *Romæ præficitur nouitijs, eoſque nouo ſpiritus feruore accendit. p.579. Profectus nouitiorũ ſub Dominici educatione, & exemplis. p.584. Nouitios promouet præcipuè ad continuam Dei præſentiam, deuotionem, & orationem. p.585. Effata Dominici de Rebus ſpiritualibus.* ibid. *Quanta diligentia nouitijs tum in corporalibus, tum in ſpiritualibus ſubueniret. p.589. Reuiniſcunt piſces iam mortui à Dominico in cõcham ad Fratrum recreationem miſſi. p.105. Obtinet V. M. Catharinæ à Chriſto vitæ prolongationem. p.311. R. P. Iſidorum oculis minacibus inſpiciens ad Religionem deducit. p.590. doctori Saphonto vitam prorogare nõ valet, ſalutem tamen, & à Purgatorij pœnis liberationem obtinet. p.302. Alterius animam liberat à pœnis Purgatorij. p.314. In itinere ſicarium naſſus miris modis protegitur ab eius manibus. p.317.*

Gratiæ conceſſæ Dominico, extaſes, reuelationes, Prophetiæ.

Dum lactatur ſæpiſſime Angelos videt, audit canentes pro ſua recreatione. p.246. lacrimarum [illegible] Dominico puero fuiſſe conceſſum creditur. p. 247. acceleratum rationis vſum. p. 248. Puerulus ſæpius gaudet B. V. Angelique Cuſtodis apparitionibus. p.249. Sanctos, & Angelos ſæpiſſimè, ipſumque Angelorum Dominum ſemel, in forma pauperum videt, & ad menſam excipit. p.251. & 252. in extaſi videt totam Paſſionis Chriſti ſeriem. p.255. Magdalena in hac viſione locum propriũ ipſi ad pedes Crucifixi Chriſti cedit. ibid. *à B. V. gratijs multis dignatur Puer. p. 256. Reuelat ipſi B. Virgo intentum malum cuiuſdam diuitis ipſum nimium diligentis. p. 258. ſæpiſſimè rapitur in extaſim, & peccatoribus prodeſt, reuelato ſibi illorũ ſtatu malo. p.260. gratiæ à Chriſto, & à B. V. Dominico ſacriſtæ conceſſæ. p.278.*

Sacra

INDEX

Sacra Hoſtia miraculosè ſeruata refectus per quindecim dies ab omni cibo abſtinet. p. 279. *Multis gratijs in Nouitiatu apud Carmelitas Excalceatos fuit à Deo donatus. p.* 294. *Viſitatur à SS. Trinitate poſt inſignem mortificationis actum. p.* 296. *vno è ſuperioribus Angelis Cuſtodi ſuo addito dignatur à Deo.* ibid. *maioribus incipit à Domino cumulari gratijs. p.* 303. *in extaſim raptus à Chriſto Domino admouetur lateri, vt ipſius ſanguine potetur. p.* 304. *renuit ſacra ſtigmata ſibi viſibiliter imprimi.* ibid. *Cum Angelis & Sanctis ægrotus decantat matutinũ præſentibus Chriſto & Matre eius pag.* 305. *fulmen à dæmonibus in cellam Dominici vibratum, à B. V. alio diuertitur.* ibid *mirabili Dei Matris protectione à naufragij periculo liberatur. p.* 311. *mulieris cuiuſdam deuotionem ſimulantis reuelationes à Deo non procedere diſcernit. p* 308. *B. V. apparens ei ſoluit vincula, quibus à dæmonibus fuerat colligatus.* ibid. *Reuelatur ipſi duos Anglos necem Philippi Secundi meditari, & iubetur impediat executionem. p.* 309. *prædicit mortem. Catharinæ à Chriſto, corporiſque incorruptionem. pag.* 312. *In cella per multum tempus familiaritate Pueruli Ieſu gaudet. p.* 313. *Angeli protectione à mortis periculo in itinere diuertitur. p.* 317. *in Zenodochio infirmis deſerviens. Videt B.V. infirmo deuoto blandientem, & illius animam in cælum ducentem. p.* 319. *Obtinet à B. V. nullum in Zenodochio à P. Franciſco à Puero Ieſu fabricato ſine Sacramentis impoſterum morituvum. p.* 320. *Viſitatur à B. Ludouico Bertrand in cælis regnante.* ibid. *pane Angelorum ab ipſis Angelis cibatur, & à morbo ſanatur. p.* 322. *à peſte per Sanctam Tereſiam ſibi apparentem, multaque prædicentem liberatur. p.* 325. *& 43. numeroſam prolem Hiſpaniæ Reginæ prædicit. p.* 326. *rapitur in extaſim coram populo. pag.* 327. *prædicit Cardinalatum Ioannetino Doria.* ibid. *In feſto Natiuitatis videt per multas horas Puerum Ieſum in hoſtia.* ibid. *Prophetiæ ſpiritu prædicit futura, & ſecreta detegit. p.* 329. *à perdice eiuſque pullo cum in eremo erat recreatur multoties. p.* 331. *Miſſam celebranti miniſtrant Angeli, & aſſiſtunt SS. Ambroſius, & Auguſtinus.* ibid. *In extaſi poſitus dat monita ſalutis. p.* 332. *Videt B.V. Sole indutam, & quatuor illius deuotos ipſam in Throno deferentes. p.* 333. *Genuæ raptus in extaſim Marchioni de Torriglia prædicit matrimonij fructum. p.* 577. *Lodoani mortem duorum puerulorũ prædicit. p.* 578. *Marchioni eidem prænuntiat multos filios.* ibid. *Omiſſa in cõfeſſione per oblitionem multis detegit. p.* 583. *reuerentia & lenitas belluarum ferociſſimarum erga Dominicum. p.* 263. *reficitur lacte à B. Virgine in extaſi, & cum Sancto Bernardo contendit de deuotione erga B. V. ſecreta conſcientiæ cuiuſdam penetrat, & purgat. p.* 335. *Epiſtolæ nullo nomine ſignatæ reſpondet authoris nomen adiungendo. p.* 583.

Miraculoſæ ſanationes à Dominico operatæ.

Puerulus morbidus matris Dominici vberibus admotus miraculosè ſanatur. p. 247. *Tortoſæ Epiſcopum à morbo ſanat, mortem tamen proximam eſſe prædicit. p.* 277. *miraculoſas alias operatur ſanationes. pag.* 271. *& 289. Nobilem impudicum à morte inſtante eripit, eique pœnitentiæ ſpatium obtinet p.* 301. *miraculosè ſanat Dominum de ſero à capitis fractione.* ibid. *Pueri adaſtum oculum priſtino vigori reſtituit. p.* 329. *Religioſum ab apoſtemate liberat.* ibid. *pueruli crura fracta roborat. p.* 331. *Coniugem Marchionis de Toriglia à lethali morbo ad ſanitatem perfectam reducit. p.* 578. *mulieri letha-*

lethaliter morbida obtinet ſanitatẽ, & prolem. p. 614. Fratris eiuſdem mulieris morbum expellit. p. 615. alteram mulierem à morbo liberam remittit. ibid. *filia, quæ morbo remedium inuenit, precibus Dominici.* ibid. *altera Dominici ſcapulare exoſculando à morbo libera remanet.* ibid.

Victoriæ de Dæmonibus à Dominico reportatæ.

Dæmonem ſub ementita pauperis ſpecie excipit ad menſam, ac humilitate, modeſtiaque fugat. p. 251. à Dæmone multimodè tentatur contra caſtitatem, ſed victor exiſtit. p. 266. Dæmonis artes deuincit, ipſumque à poſſeſſis corporibus fugat. p. 268. fruſtra tentat dæmon delicias internas Dominici carnali voluptate turbare. p. 271. Dæmonis ſub ſpecie mulieris tentationes deuincit, ipſumque fugat, p. 272. Dæmon Dominico iunxit ſe in itinere ſocium ſpeciem peregrini mẽtitus, ac variis modis ipſum moleſtat, nec terret. p. 277. miraculosè defertur ad infirmi Dæmonis arte deluſi cellulam, dæmonem fugat, & infirmum conuertit. p. 279. celebrem poſſeſſum à dæmone liberat. p. 284. Dæmonem ſub ſuæ figuræ ſpecie ægroto apparentem, ipſumque deludentem elicito humilitatis actu fugat. p. 298. nobilem à Dæmonis poſſeſſione eripit. p. 301. tempeſtatem contra ſe à Dæmone excitatam in extaſi ſedat. p. 304. fulmen à Dæmonibus in cellam vibratum B. V. ope alio diuertit. p. 305. Dæmonis cruciatus patienter ferens à B. Virg. conſolatur. p. 306. & 308. liberat domum à ſpiritibus infeſtatam. pag. 314. Energumenum liberat, & variè dæmones, fruſtra tamen, vindictam ſumere tentant. p. 317. dæmonem contra obedientiam ſe tentantem obedientiæ virtute eÿcit è corpore. p. 322. puellam à dæmone deluſam, poſſeſſamque liberat, & contra eius tentationes roborat. p. 584. fœmina quædam à dæmonis poſſeſſione libera remanet exorciſmis Dominici. p. 615. aliam dæmoniacam à dæmonum poſſeſſione eripit, prolemque ipſi promittit. ibid. *à plagis ſibi a dæmone inflictis, curatur a B. V. ſibi apparente, p. 307.*

Conuerſiones miraculoſæ per merita Dominici à Deo operatæ.

Conuertit diuitem quendam ipſum impudicè amantem. pag. 258. multos Chriſto lucratur ipſa Chriſto eorum ſtatum malum ſibi reuelante. p. 259. liberatus à mortis periculo, hominẽ, qui inferre tentauerat, humilitate deuincit. p. 267. duarum impudicarum mulierum deuincit tentamẽta, eaſque poſtmodum Chriſto lucratur. p. 272. impudica mulier, quæ ipſum veneno necare voluerat, ſanctitatis eius cognitione mota Deo cõuertitur. p. 273. in itinere latrones ipſum ſpoliare volentes demulcet. p. 276. Infirmum dæmonis arte deluſum ad eius cellam modo mirabili delatus de deluſione conuincit, & conuertit. pag. 279. perſecutionibus impetitus, perſecutores Deo lucratur. 288. ad Chriſtum conuertit deſperatos peccatores, & infidelem mahometanum. p. 290. Parrochum verborum efficacia ad piè viuendum inducit. p. 298. eidem relapſo, ad mortem properanti, detecta dæmonis fraude ſua humilitate cælum aperit. ibid. *Turcham ægrotum miris obſequijs proſequitur, ac fidei lumine irradiat. p. 300. nobilem impudicum à morte inſtante eripit, eique pœnitentiæ ſpatium obtinet. p. 301. nobilem alium à dæmonis dominio, per chirographum eius ſignatum ſanguine conceſſo, liberat,* ibid. *hæreticos duos ad Philippi Secundi necem Coniuratos à conſilio auertit, conuertit ad fidem. p. 309. Dominum quemdam Fratri infenſiſſimum reconciliat, & tranſmittit ad Cælum. p. 313.*

Chri-

Chriſto lucratur ſicarios ad ſuam necem conductos, illumque, qui eos conduxerat. p. 315. *Alicantinos, & Valentinos reconciliat. p.* 316. *hominis in aquis demerſi animam ſaluat. p.* 317. *ſua preſentia Principes coniuges reconciliat. p.* 318. *B. V. monitu infirmum in dæmonis manibus animam efflantem lucratur Cœlo. pag.* 320. *hæreticum obſtinatum paulo ante necem conuertit. p.* 322. *Presbyterum occæcatum diſponit ad mortem. p.*323. *Canonicos Cæſarauguſtanos ad inuicem ſibi infenſos reconciliat. p.* 326. *ſecreta conſcientia cuiuſdam penetrat, & purgat.p.*335. *Sex infideles eius orationibus, verbiſque efficacibus ad Domini caulam adducuntur. p.*580. *hæreticum conuincit, & ad fidem perducit p.*581. *rationibus ſibi ab Angelis inſpiratis Theologum ſuæ ſcientiæ nimis confiſum à dæmonis laqueis liberat. pag.* 582. *duobus nobilibus occulta crimina aperit, eoſque compunctos remittit.* ibid. *nob.lem quemdam obſtinatum inferni ad pedes eius aperti viſione à vita ſcandaloſa eripit.* ibid. *Dominam quamdam de occulto peccato admonet, confeſſione purgat.* ibid. *coniugatum ad vxoris necem properantem mirabili modo ad meliorem mentem reduxit. p.* 583. *hæreticum de ſuæ ſectæ erroribus conuincit, ac vera fide illuſtrat.* ibid. *omiſſa in confeſſione per obliuionem multis detegit.* ibid. *puellam à dæmone deluſam ſaluat, & contra dæmonis machinas roborat. p.* 584. *pellicis conuerſione periculum famæ, & vitæ incurrit, ſed miraculosè protegitur. p.*315.

Heroicæ virtutes Dominici.

Humilitas pueri Dominici. p. 247. *deuotio, & fides.* ibid. *compaſſio erga infirmos, auiditas verbi Dei.* ibid. *ſolitudinis amor, orationis ſtudium, perpetuæ Dei preſentiæ ſollicitudo.* ibid. *deuotio erga B. V. Angelumque Cuſtodem Dominici infantis, vtriuſq; apparitionibus ſæpiùs remuneratur. p.* 244. *virginitatis, & mortificationis ſtudium.* ibid. *miſericordia erga egenos. p.* 250. *Dominici Nouitij virtutes in quibus à tyronum magiſtro probatur. pag.* 259. *cura Dominici erga infirmos Fratres. p.* 261. *& ſeq. pudicitiæ certamina, & victoriæ. pag.* 263. 266. 271. 272. *& ſeq. humilitas Dominici. p.* 273. 266. 275. 278. 286. 277. *& ſeq. virtutes quas ſacriſtiæ miniſterijs deputatus exercebat. pag.* 268. *& ſeq. qua deuotione celebrabat, quamue præparationem ſolitus erat adhibere celebrationi. p.* 278. *votum emittit proſequendi beneficijs ſuos perſecutores.p.* 287. *Nouitij Dominici apud Diſcalceatos virtutes. p.* 292. *exercetur à Nouitiorum Magiſtro. p.* 293. *Deſiderio martyrij flagrans, ſanguinis guttas de Cœlo ſuper cartam in modum crucis labentes videt. p.*294. *ſpecies ſacras à Sacerdotibus euomitas, totamque vomitus materiam bis haurit. p.* 587. *&* 296. *Superiori ſibi è loco remoto ſubmiſſa voce præcipienti, vt in flumen ſe proijceret, confeſtim obedit. p.* 298. *ad miniſtrandum peſte laborantibus ſe offert. p.*299. *renuit Sacra Stigmata ſibi viſibiliter imprimi. p.*304. *contendit cum B.Bernardo ſibi apparente de deuotione ergo B. V.* ibid. *obedientia Dominici. p.* 305. 314. 323. 327. 330. *patiendi deſiderium. p.* 306. 330. *patientia in doloribus. p.* 308. *obſequia Dominici erga ægrotos. pag.* 312. 314. *ſolitudinis deſiderium. p.* 330. *fides. p.* 331. *quanta diligentia nouitys ſuis in omnibus ſubueniret. p.* 589. *norma ſe ſe præparandi ad Communionem, quam adhibebat, alyſque adhibendam proponebat. p.*588.

R E R V M.

E

Elias.

IN Natiuitate Eliæ vituli Ieroboam edidere mugitum. p. 33. ab Elia dimanat Religio Carmelitarum. p. 30. nullam regulam tradidit Elias, præter ſuum exemplum. pag. 4. poſt raptum in Paradiſum ſcribit geſta omnium ætatum, & temporum. ibid. *Eliæ diſcipuli. p. 7. Elias Prophetas ſuos ſucceſſores oppoſuit regni Iſrael idololatriæ. p. 33. apparet V. M. Anna à Sancto Bartholomeo, infirmam eius curæ commiſſam ſanat, eamque de ſui officij obligationibus admonet. p. 525.*

Sanctus Eliſeus.

Sanctus Eliſeus Eliæ diſcipulus, & inſtituti Carmelitani Princeps. p. 6. & 30. poſt raptum Eliæ ſuſcipitur in Magiſtrum à filijs Prophetarum. p. 7. Eliſei diſcipuli. p. 8. & ſeq.

P. F. Eliſeus à Sancto Ioſeph.

P. F. Eliſei à Sancto Ioſeph elogium breue. p. 86.

M. Eliſabetha ab Angelis.

M. Eliſabethæ ab Angelis Patria, & Parentum nobilitas. p. 569. virtutes Eliſabethæ iuuenis, & præcipuè miſericordia in Pauperes. ibid. *dæmones Angelicam ſalutationem recitando fugat.* ibid. *oculorum diutinum dolorem mira tolerat patientia. p. 570. Patri lethali morbo laboranti deſeruit maxima ſolicitudine.* ibid. *deſiderata ad ſponſalia miris modis vocatur ad Sanctæ Teresiæ Reformationem.* ibid. *rore carnal[i]*
ti-

ſabethæ nouitiæ. p. 571. Profeſſionem emittens videtur à quadam deuota monialì ingenti ſplendore circumfuſa. ibid. *Pulmonicæ, aliiſque infirmis deſeruit per quatuordecim annos.* ibid. *à Domino multis locupletatur viſionibus, aliiſque fauoribus.* ibid. *Præuidet fratrem ſuum carnalem fore Carmelitam Excalceatum. p. 572. eligitur in Supprioriſſam Salmaticenſis Conuentus.* ibid. *videt ſupernaturaliter ſe fore vnam ex Monialibus in Galliam mittendis.* ibid. *homines, & dæmones conantur fruſtra impedire ſuum diſceſſum.* ibid. *mittitur cum aliis ſub titulo Suppriorissæ nouæ fundationis Pariſienſis.* ibid.

Epiſtolæ.

Epiſtolæ Congregationis Hiſpanicarum Eccleſiarum ad Clementem VIII. pro Sanctæ Tereſiæ canonizatione. pag. 233. Epiſtola Philippi Secundi ad eundem pro eadem canonizatione. p. 237. epiſtola vniuerſitatis Complutenſis ad eundem effectum. pag. 238. Epiſtola Epiſcopi Abulenſis pro eadem canonizatione impetranda. p. 240. Epiſtola Regnorum Caſtellæ Veteris, ac nouæ ad eamdem canonizationem obtinendam. pag. 241. Epiſtola familiaris V. P. N. Alexandri in ſæculo degentis ad Bonciarium ſuum Præceptorem. p. 597. eiuſdem epiſtola ad Academicos Inſenſatos, qui ipſum in ſocium adlegerant. p. 598. alia eiuſdem ad fratrem ſuum carnalem Vgonem Vbaldinum, ipſum à Religionis propoſito deterrere conantem. p. 601. pars epiſtolæ Bonciarij demirantis vocationem ſtupendam V. P. N. Alexandri. p. 605. litteræ Pontificiæ Clementis VIII. in forma breuis de ſeparatione Conuentuum noſtrorum [illegible]

p.366.alię eiuſdem Clementis VIII. ad eumdem, eademque de cauſa. p.368.

Eſſeni.

Eſſeni fuere Religioſi, & ſucceſſores Eliæ. p. 8. vnde dicti ſunt Eſſeni. p.9. à Rechabitis ſolo nomine differunt. ibid. *Collegia Eſſenorũ fuere frequentia in Aegipto, Paleſtina, & Siria. p. 15. & 30. eos inuiſit Chriſtus Puer fugiens perſecutionem Herodis, & tempore iciunij quadraginta dierum.* ibid. *Chriſtus ad inſtar Eſſenorum vitam compoſuit. p. 15. fuere Patres Monachorum Aegypti.* ibid. *Eſſenorum ſecta Chriſti, & Apoſtolorum vitæ conformis.* ibid. *ex ipſis multi ad fidem fuerunt reducti Chriſti, & Apoſtolorum Prædicationibus. p. 16. Iacobus Minor, Bartholomæus, Iudas, & Andreas erant Eſſeni.* ibid. *ſub Sancto Marco, qui etiam erat Eſſenus, fidem ſunt profeſſi. p. 19.*

Exemplum.

Principum exempla mala ſunt ſcandala populis. p.611.

F

S. Fauſta à S. Laurentio.

S. *Fauſtæ à S. Laurentio elogium. p.143. Mortua ſub Columbæ ſpecie apparet.* ibid.

V.P.N. Ferdinandus à S. Maria.

V.P.N. Ferdinandi à S. Maria vitæ primordia, & Parentes. p.58. Mirum mortificationis, & modeſtiæ edit exemplum. ibid. *Genuam mittitur Supprior.* ibid. *Eligitur ibi in Priorem.* ibid. *Quot virtutibus religioſos illius Conuentus ornauerit.* ibid. *Authoritate, qua valebat in Genuẽſes nobiles, Conuentum protouet in temporalibus. p.60. Conuentum Genuenſem per annos quindecim gubernat. p.178. Humilitatis exemplum edit ſingulare. p.179. A Principus multis in honore maximo habetur, & præcipuè Neapoli.* ibid. *Oſſunę Ducem verbis efficacibus remouet à conſilio permittendi euulgationem commentarij ad infamiam cuiuſdam Religionis compoſiti. p.181 Quanta prudentia polleret in regimine. p. 179. quanta ſeueritate rigorem primitiuę obſeruantiæ ſeruaret. p.118. Magnanimitas ſingularis P. Ferdinandi.* ibid. *Efficacia verborum, & conſionum illius.* ibid. *Sapiſſimè fungitur officio Viſitatoris Apoſtolici apud Reformatos Ordinis S. Auguſtini. p.163.*

P.F. Ferdinandi à Ieſu elogium. p.619.

Franciſca.

M. Franciſcæ à Matre Dei elogium. p.422. Eius vocatio ſtupenda. ibid. *M. Franciſcæ à Chriſto. p.450. M. Frãciſcæ à Vulneribus.* ibid.

Franciſcus.

P.F. Franciſcus à SS. Sacramento primus fuit Magiſter Nouitiorum Sãctæ Mariæ de Scala. p. 129. Nouitijs præfuit in Nouitiatu Paſtranẽſi. ibi. *Virtutes eius eximiæ.* ibid. *Gratia ſingulares quibus ſub vitę finem, & poſt mortem eſt exornatus. p.130.*

Elogia P.F. Franciſci à S. Anna. p.86. P.F. Franciſci à Ieſu. p. 191. P. F. Franciſci à S. Petro. p.625.

Digitized by Google

RERVM.

G

Gallia.

Libri S. Tereſiæ Gallorum pietatē excitant ad ſui inſtituti deſiderium. p.374. Bis fruſtra laboratur ad Tereſianas Moniales in Galliam deducendas. ibid. *& p.379. Primus Conuentus Monialium in Gallia à Domina de Longuilla fundatur. p.378. S. Tereſia Religionem ſuam oppoſuit hæreticis Gallis. p.380. quā vtilis fuerit Gallia Tereſianarum Monialium aduentus,* ibid. *In Gallia incipiūt fundare Carmelitæ Moniales. p.389. Prædicit V.M. Anna à Ieſu futurum, vt Tereſianæ Moniales Galliæ Superioribus ordinis ſubdantur. p. 390. Fruſtra tentant aliqui nobiles Carmelitas excalceatos in Gallias introducere. p.376. Zelus Gallorum nobilium in hæreticos. pag.591.*

Gaſpar.

F. Gaſpar à Ieſu fuit viſus à V.M. Anna à Ieſu poſt mortem recta in Cælū tendens. p.459.

Alterius Fratris Gaſparis dæmoniaci obſeruantia ſimulata, feruor inaſſuetus, & indiſcretus. p.145. Dubitatur an à maligno ſpiritu agitetur. p. 146. Signis euidentibus apparet malignum ſpiritum illum agitare. p. 147. Illo tanquam inſtrumento vtebatur Dæmon, vt inſupportabilē perſuaderet Religionis auſteritatem. p.146. Exempla duo feruoris indiſcreti F. Gaſparis, & inquietudinis. p.147. Euangelij S. Ioannis initium volens, nec valens legere, Dæmoniacum ſe prodit. ibid. *Dæmon primis fraudibus deprehenſus F. Gaſparem in deſperationem præcipitare conatur.* Ibid. *F. Gaſpar ſcutellam proiecit in F. Nicolaum Nouitium, eumque grauiter vulnerat in capite miraculosè ſanatur. p.148. Fratres fatigat, ictibus impetit etiam Cardinalem quemdam.* ibid. *Ad ſæculum reuertitur aliquantulū meliori menti reductus. p. 151. Charitas Religioſorum Conuentus S. Mariæ de Scala in F. Gaſparem Dæmoniacum. pag.147.*

P.F. Georgius à S. Nicolao.

P.F. Georgy à Sancto Nicolao elogium, pag.625.

Granata.

Fundatur Conuentus Monialium Granatæ à V.M. Anna à Ieſu. p. 437. Difficultates multæ deuorātur. p.438. Archiepiſcopo Granatenſis renitentiam vincit Deus terrore fulminis in cellam ſuam vibrati. p.440. Dæmon fruſtra conatur fundationē impedire. p.439. In itinere Fundatrices Moniales, & earum comites à periculis multis miraculosè eripiuntur. ibid. *Auxilia, & ſalutia diuina ſæpiſſimè experiuntur. Fundatrices Granatenſis Conuentus. p. 441. Trecentæ ferè Adoleſcentulæ habitū poſtulant in Granatenſi Conuentu.* ibid. *In domum proprio ære conductam è domo Ludouici de Mercado transferuntur.* ibid.

Guadalimar fluuius.

Currus, quo Sancta Tereſia cum aliis Religioſis vehitur, improuiſo defertur ab vna ad alteram ripam fluuij Guadalimar. p.420.

H

P.F. Henricus à S. Nicolao.

Beue P. F. Henrici à S. Nicolao elogium. p.192.

INDEX

M. Hieronyma à SS. Sacramento.

*M. Hieronymæ à SS. Sacramento elogium.p.*117. *Pro obſeruantia vitam libenter ſacrificio obtulit.* ibid. *poſt mortem miracula multa operatur.* ibid. *M. Claram Mariam à SS. Sacramento miraculosè ab apoplexię ſymptomate liberat. p.*118.

P.F. Hieronymus à S. Maria.

*P.F. Hieronymi à S. Maria elogium. pag.*625.

P.F.Hypolitus à Sanctis.

*P.F. Hypoliti à Sanctis elogium.p.*189.

Humilitas.

*Quanto ampliores gratiæ à Deo conceduntur tanto maior debet eſſe humilitas. p.*247. *Artes Dæmonis in alliciendo ad vanam gloriam. p.* 274. *Artes Dæmonis in alliciendo ad vanam gloriam. p.* 274. *Quanto odio proſequatur Dæmon humilitatem, & quam efficax ſit humilitas ad detegendas ipſius fraudes. p.*299.

I

Iacobus.

Vita ſecularis, & pia P. F. Iacobi à SS. Sacramento. pag. 151. *Oſtendit illi Dominus cor ſuũ chriſtallo purius. p.* 152. *Iucunditate plenus deſiderium patiendi concipit, illique ſtatim, at per totam vitam ſatisfit.* ibid. *Inter Carmelitas receptus obſeruantiæ ſe præbet exemplum.* ibid. *Virtutes heroicę P. F. Iacobi, labores interni ſine vllo ſolatij genere tolerati.p.*153. *Paulò ante mortem liberatur ab omnibus internis laboribus. p.* 154. *Corporis incorruptione gaudet.* ibid.

*Elogia P.F. Iacobi à S.Vincētio.p.*600. & 189.

*P.F. Iacobi à S.Bartholomeo. p.*182.

Ieiunium.

*Quo tempore fuerunt inſtituta Ieiuniæ ab Exaltatione S. Crucis vſque ad Paſcha. p.*23.

Conuentus Ieſu Mariæ Genuenſis.

*Difficultates multæ oriuntur pro fundatione Conuentus Ieſu Mariæ apud Congregationem Hiſpanicam.p.*106. *Obtinetur licentia fundandi Genuæ Conuentum Monialium. pag.* 108. *Mittuntur Genuã Fundatrices moniales. p.*109. *Fundatur Conuentus. p.*109. *Fernor eximius primæ nouitię iſtius Conuentus. p.*109. *Obſeruantia Religioſarum iſtius Conuentus nouiter erecti. p.* 110. *Ad Conuentum Ieſu Mariæ ipſis extructum ſe conferunt moniales. p.*112. *Fundationes quę ex hoc Conuentu prodiere. p.*113. *Elogia viginti octo monialium ex eo ad diuerſas fundationes aſſumptarum.* ibid.

P.F.Ignatius à S.Ioanne.

*P.F. Ignatij à Sancto Ioanne elogium pag.*191.

Infirmus.

*Quanta diligentia ſunt curandi infirmi, quantumque Deo diſplicear negligentia in illorum cura. p.*525.

M.Ioanna Euangeliſta.

*Breue M.Ioannæ Euangeliſtę elogium. pag.*450.

Inno-

Digitized by Google

R E R V M

Innocentia.

Quantum Chriſto placeat puerorum innocentia. p.467. & ſeq.

Inquiſitio.

Sacrum Inquiſitionis tribunal conquirit libros S. Tereſiæ, examinat, & approbat. p.336. defertur V. P. N. Dominicus ad Sacrum Inquiſitionis Tribunal. Vide Dominicus. Accuſatur apud Sacrum Inquiſitionis Tribunal V.M.N. Anna à S.Bartholomæo, & S. Tereſia. Vide Anna à S.Bartholomeo.

Ioannes.

S.Ioannes Baptiſta Eliani inſtituti profeſſor, & propagator. p.14. Sectatores eiuſdem Inſtituti ad Euangelicã prædicationẽ præparat, & tranſmittit. ibid. *Duo diſcipuli Sancti Ioannis Baptiſtæ adhuc ipſo viuente ad Chriſti ſcholam tranſeunt. p.15.*

V.P. Ioannes Baptiſta Mantuanus deſiderat reformationem ſui Ordinis. pag.40. Oſtendit ipſi ſupernaturali modo Carmelitas Excalceatos, quos poſtea in Hiſpanijs videns recognoſcit. ibid. *Eiuſdem elogia.* ibid.

V.F.Ioannes à miſeria Reformationis primordia in Italiam detulit. p.40. Vixit per aliquod tempus in eremo cum P.Mariano. p. 36. à S. Tereſia cum eodẽ Patre fuit ad Reformationẽ ſuã vocatus modo mirabili. ibid.

Elogia P. F. Ioannis à S. Hieronymo. p.147. P.F.Ioannis Baptiſtæ à Sancto Leone. p. 182. P. F. Ioannis ab Aſſumptione. p. 190. P. F. Ioannis Petri ab Aſſumptione. ibid. *P. F. Ioannis Mariæ à S.Ioſeph. p.191. P. F.Ioannis Auguſtini à Sancto Angelo.* ibid.

V.P.N.Ioannes à Ieſu Maria.

V.P.N. Ioannes à Ieſu Maria miraculosè ſaluatur in vtero matris. p.87. Ortus eius mirabilis. ibid. *Reuelatione Carmelitis Excalceatis adhuc puerulus deſtinatur.* ibid. *pauperibus, & infirmis mira charitate ſubuenit. p. 88. puericia in virtutibus conſummata, & ſtudia Ioannis.* ibid. *mirabilis vocatio. p.89. perſeuerat in nouitiatu multimodè tentatus.* ibid. *fugit conſanguineos.* ibid. *Genuam primus ex Hiſpania ad ſtudia mittitur. p.91. norma ſtudendi ſcholaſticis Ioannis. p.92. humilitas Ioannis in legendo ſacram Scripturam, & D.Thomæ opera. p. 93. In omnium virtutum exercitio cæteris ſe præbet exemplum. p.94. Sacerdotio initiatur, & ſtatim eligitur in conuentus diſcretum.* ibid. *Ioannis recenter Sacerdotis exercitia in omni virtutum genere. p.95. Cremonæ applaudentibus omnibus concluſiones Theologicas propugnat.* ibid. *Genuæ nouitiorum educationi præficitur.* ibid. *Romam accerſitur. p.96. modeſtia ſingularis cum doctrina mirabili Ioannis. p.130. infirmitates, ariditates, & ſuauitas conuerſationis ab Illuſtriſſimo Cardinali Bellarmino teſtata. p.131. omnia ſolatiorum genera fugit.* ibid. *Incorruptio corporis illius quantum miraculoſa. p.132. ſingularis Ioannis in educandis nouitijs prudentia. p.186. & ſeq. Eligitur Vicarius Sãctæ Mariæ de Scala. p. 188. à totius orbis partibus nouitios recipit, quos ad perfectionis metã perducit.* ibid. *elogia nouitiorum quos in perfectione erudiuit.* ibid. *quam illuminatus eſſet in via ſpiritus, quam prudens. p.362. quam doctus in ſcholaſticis.*

INDEX

V.P. Ioannes à Cruce.

V.P.N. Ioannes à Cruce longè à Veteri Conuentu remotus cognoscit pessimũ statum cuiusdam nouitię illius Conuentus, eamque per epistolam expelli iubet. p.437. in eius carne repræsentantur sæpissimè mysteria passionis Christi, multaque alia miraculosè cernuntur in illo tanquam in speculo. p.461. curat fundari Conuentum Monialium Granatę. ibid. visitat V.M. Annam a Iesu immediatè post mortem. p.458.

Ionadab.

Ionadab Eliæ discipulus. p.8.

Conuentus S. Ioseph Romanus.

Fundatur Conuentus monialium Teresianarum Romæ in Monte Pincio sub titulo S. Ioseph. p.132. decẽ Virgines ipso fundationis die habitu donantur. ibid. *assumuntur tres moniales è monasterio S. Augustini regulę addicto, & nouiter indutarum educationi præficiuntur. p.133. primi nostræ Cõgregationis Patres primitiuum Reformationis spiritũ instillarunt monialibus istius conuentus.* ibid. *illis præbuerunt Constitutiones, disciplinam claustralem, rituum, ac ceremoniarum normam.* ibid. *cessant surgere ad matutinum acceptis constitutionibus, vt cæteris Teresianis se conformant.* ibid. *laborarunt huius monasterij fundationi, & promotioni S. Philippus Nerius, & Cardinales Tarugius, & Baronius. p. 134. gaudent moniales huius conuentus priuilegijs cæteris Teresianis concessis.* ibid. *exempla duo mirã materne protectionis B.V. M. quam experiũ estiste Conuentus.* ibid. *prophetia V. P. Soto de saluatione omnium monialium istius conuentus. p.135. miraculo candelarũ, quę se ipsis accendunt, mouetur à Deo Priorissa ad ędificandum conuentum commodiorem.* ibid. *B. V. Marię protectionem ad huius Conuentus fabricam, & ad necessariam pecuniam largiter ministrandam sæpissimè experitur. p.136. huius Conuentus monialis fit certa de saluatione parentum suorum per auem in manus suas volantem ad eius petitionem, ac per rosarium media hieme rosam producens. p.137. Cuiuslibet huius Conuentus monialis mors portento quodam præsignatur.* ibid. *Fundationes ex hoc Conuentu emanatæ. pag.144. Elogia præcipuarum huius Conuentus Religiosarũ. p.138. & seq.*

P.F. Ireneus à S. Paulo.

P. F. Irenei à Sancto Paulo elogium. pag.192.

Iudicia.

Inscrutabilia sunt iudicia Dei, *& diuersa a cogitationibus, & iudicijs hominum. p.430. & 525.*

Soror Iusta à S. Ioseph.

Sororis iustę a S. Ioseph elogium. p.142. post mortem apparet gloriosa P. Fr. Francisco Soto. ibid.

L

Leo Vndecimus.

Leonis Vndecimi elogium. p.602. Electus Summus Pontifex nepoti Religionis ingressum quem huc vsque negauerat permittit. p.603. præ gaudio, & teneritudine fundit lacrymas videns suum nepotem Carmelitarum Excalceatorum habitu indutum. ibid.

P. F.

Digitized by Google

RERVM.

P.F. Leo à S. Paulo.

P.F. Leonis à Sancto Paulo elogium. pag. 191.

Leonora.

Parentum Leonoræ à S. Bernardo nobilitas. p. 574. à planctu abstinebat Leonora puella dummodo pauperibus aliquid distribueretur. ibid. *Leonoræ puellæ exercitia. p. 575. mortua matre B.V. in matrem adoptat.* ibid. *multimodè ad reformationem S. Teresiæ allicitur à Christo.* ibid. *adhuc iuuenis fugit curiæ tumultum, & in monasterio se se recondit.* ibid. *multis difficultatibus superatis Religionem ingreditur.* ibid. *multimodè conatur pater illam nouitiam è monasterio extrahere, sed tandem licentiam remanendi concedit.* ibid. *mira Leonoræ professæ virtutum, & præcipuè mortificationis, & obedientiæ exempla. p. 576. A V. F. Francisco à Puero Iesu miraculosè à morbo sanatur, eique prædicit eam in Gallias ad fundationes iturum.* Ibid.

Leonora à Spiritu Sancto elogium, pag. 422.

Libri.

Quantam spiritus virtutem libris suis indidit S. Teresia. p. 336. Sacrum Inquisitionis tribunal conquirit libros S. Teresiæ & approbat. ibid. *libri S. Teresiæ in Italicum sermonem traducuntur, Romæ typis mandantur, & Clementi VIII. dedicantur. p. 337. Libri S. Teresiæ impugnantur, examinantur iussu Summi Pontificis, & approbantur refutatis censuris. p. 340. & seq. S. Teresiæ libri eius canonizationē perurgent. p. 357 à Summis Pontificibus approbatur doctrina librorū S. Teresiæ, affertur ut sana, & fidelibus* ... *ima.* ibid.

Soror Lucretia.

Soror Lucretia nobilis Romana à Dæmone vexatur. p. 194. incassū exorcizatur à multis. ibid. *V. P. N. Petri hortatu nummos largitur ad comparandas ades S. Aegydij pro mulieribus ad Religionem se se præparantibus ad Conuentus fundationē.* ibid. *Illius exorcismis quietatur à Dæmonum vexatione, non potest tamen liberari. p. 195. Sororis Lucretiæ patientia in cruciatibus à Dæmone, ipsi inflictis perferendis, & humilitas.* ibid.

M. Ludouica à Saluatore.

Breue M. Ludouicæ à Saluatore elogiū. pag. 422.

Ludouicus.

S. Ludouicus Rex Galliæ Carmelitas transtulit in Gallias. p. 26. Elogia P.F. Ludouici à S. Francisco. p. 192. & P.F. Ludouici ab Assumptione. ibid.

M

Conuentus Madritensis.

Conuentus Madritensis Monialiū Teresianarum fundatio. p. 444. Cælesti luce perfunduntur, ac designantur Fundatrices huius conuentus Madritū nocte accedentes. p. 447 Incorruptio corporis S. Teresiæ fuit occasio fundationis Madritensis. pag. 444. Sancta Teresia gloriosa in cælis Fundatrices Madritum cernitur comitari. p. 447. Elogia nouitiarum Conuentus Madritensis. ibid.

Magdalena.

Mariæ Magdalenæ peccatorum ad-

Digitized by Google

INDEX

Dominico cedit ſuum locum ad pedes Chriſti Crucifixi. p.255.

Virtutes Matris Magdalenæ in ſæculo degentis. p. 110. Fundat Conuentũ Ieſu Mariæ Genuæ. p. 107. Maxima charitate ſubuenit multis tum in corporalibus, tum in ſpiritualibus. p.110. Soluta matrimonio anhelat ad Religionem. ibid. *Nouitia dimittit ancillam, cuius ope ſibi permiſſũ fuerat vti in monaſterio. p.111. reiectis lineis ſibi conceſſis lanam induit.* ibid. *robuſtior efficitur in mortificationibus. p. 112. fundat Neapoli.* ibid.

Breue M.Magdalenæ à Spiritu Sancto elogium. p.422.

Maria.

B.V.Maria viſitat Carmelitas in monte Carmelo adhuc viuẽs, p.13. colitur ab eis, eique ſacellum conſtruitur. ib. *Sexdecim annos nata peperit Saluatorem. p.398. B.M. partus per oleũ è terræ penetralibus ſcaturiens fuit deſignatus Romę in Regione tranſtyberina tempore Auguſti. p.97. Eliæ præſignatur per nubeculam.* ibid. *& p.50.*

M.Marię Fœlicis à Matre Dei elogiũ. p.239. & ſeq. poſt mortem apparet nouitiæ Purgatorij igne detenta. ibid.. *Tangendo brachium illius adurit. p.140. M.Agneti anxiæ affert auxilium. p. 141.*

M.Mariæ ab Incarnatione elogium. p.450.

M.Mariæ à S.Angelo elogium. p.416.

S.Mariæ à SS.Trinitate elogiũ. p.196.

Conuentus Pariſienſis S.Mariæ de Campis.

In Hiſpaniam mittuntur nobiles quidã ad obtinendas moniales Tereſianas, quæ fundent in Gallia. p. 385. Repulſam patiuntur. ibid. *impetrantur tandem ſex Religioſæ.* ibid. *& p.387 ſex moniales ituræ in Gallias deſignantur. p.388. miris modis proteguntur in itinere.* ibid. *Pariſios perueniunt, & ſumunt poſſeſſionem conuentus S.Mariæ de Campis. p. 389. A Patribus, qui eas fuerant comitati, trium Superiorum regimini traduntur.* ibid. *Conditiones nouæ fundationis.* ibid. *prædicit V.M.Anna à Ieſu futurum, vt moniales Galliæ Superioribus ordinis ſubdantur. pag. 390. V.M. Anna à Ieſu fuit prima Prioriſſa Conuentus S. Marię de Campis.*

Conuentus S.Mariæ de Scala.

Prophetico ſpiritu prænuntiatur Carmelitas Excalceatos poſſeſſuros imaginem S.Mariæ de Scala. p.98. miracula duo ab illa imagine operata. ibid. *conceditur Carmelitis Excalceatis Eccleſia in honorem imaginis S.Mariæ de Scala erecta. p.100. A Summo Pontifice conceditur erectio Conuẽtus in S.Marię de Scala. p.89. mortificatio, paupertas, cæteræque virtutes* Religioſorũ *Conuentus Sãctæ Mariæ de Scala, p.102.122.125 128. liberalitas, & beneficentia Sũmorum Pontificum in Conuentum S.Marię de Scala. p.102. & 104. in S.Mariæ de Scala. V.P.N.Dominicus mittit piſces in concham iam mortuos, qui ſtatim reuiuiſcunt, & & Religioſis recreationem miniſtrãt. pag. 104. Salubritas aeris regionis Tranſtiberinæ à tempore quo Carmelitæ Excalceati inhabitarunt locũ S.Mariæ de Scala. p.105. primi nouitij S.Marię de Scala, eorumque elogia. p. 129. Quantum floruerit nouitiatus S.Marię de Scala ſub magiſterio V.P.N. Ioannis à Ieſu Maria. p.184. & ſeq. poſſidet pedem alterum S.Tereſiæ. p.44.*

Mariana.

Sororis Marianæ à SS. Trinitate elogium. p.196.

M.Marianæ ab Angelis elogium. p.450

P.F.

R E R V M.

Magiſter Nouitiorum.

Ad quod præcipuè teneatur nouitiorum Magiſter. p. 186. quas virtutes debeat præcipuè commendare. p. 505. V. P. N. Ioannes à Ieſu Maria fuit eximius nouitiorum magiſter. Vide Ioannes à Ieſu Maria.

P. F. Marianus a S. Benedicto.

P. F. Marianus in ſæculo caſtiſſimus. p. 37. Eremitico indutus habitu viuebat in ſolitudine cum aliquibus ſociis. ibid. *matrimonium fugit.* ibid. *inter Equites S. Ioannis commendam poſſidebat. p. 38. Curiæ honores fugit, & quærit ſolitudinem. pag. 37. quanti haberetur à S. Tereſia ex eius verbis, & laudibus cernitur. p. 39. apparet V. P. Ioanni Baptiſtæ Mantuano ſui Ordinis Reformationem deſideranti.* ibid. *miris modis liberatur ab accuſatione homicidij. p. 37. accuſatores multis beneficijs cumulat.* ibid. *Vocatio eius mirabilis.* ibid: *maximam utilitatem affert Reformationi. p. 39. detinetur in carcere. pag. 41.*

P. F. Martinus à Sancta Maria.

Breue Patris F. Martini à Sancta Maria elogium. p. 86.

Conuentus Matris Dei Neapoli.

Fundatur Conuentus Matris Dei Neapoli occaſione conuerſionũ ſtupẽdarum à V. P. N. Petro à Matre Dei. p. 222. liberalitas, & affectus Neapolitanorum in nouam fundationem. p. 223. admirabili, & pretioſiſſima Saluatoris effigie orbati fuere Religioſi iſtius Conuentus à Prorege. ibid. *Religioſi, tum clerici, tum donati noui Conuentus fabricæ laborant alacriter. pag. 224. quam elegans ſit Eccleſia Matris Dei. p. 225. Reliquiæ Conuentus Matris Dei.* ibid.

F. Mattheus à Sancto Ioanne.

F. Matthei à Sancto Ioanne elogium. p. 192.

P. F. Michael à Sancto Ioſeph.

P. F. Michaelis à Sancto Ioſeph elogium. p. 192.

Miſericordia.

Quam grata Deo miſericordia in Pauperes, & Peregrinos, Dæmonibus verò quam odioſa. p. 252.

Miſſiones.

Clemens VIII. Congregationem noſtrã Italicam eligit ad Perſicam miſſionẽ p. 360. iubet. V. P. N. Petro, vrgeat miſſiones, & fidei propagationem. ibid. *Spiritus miſſionum conformis eſt Religioni noſtræ.* ibid. & *p. 563. Congregatio Hiſpanica miſſionem Congi & Angolæ incipit. p. 361. Zelus totius noſtræ Congregationis pro miſſionibus.* ibid. *V. P. N. Ioannes à Ieſu Maria opuſculum pro miſſionibus componit.* ibid. *Patribus ad Perſicam miſſionem electis imponit Clemens VIII. nomina Apoſtolorum Perſiæ. p. 366. renouant profeſſionem, ac voto miſſionum ſe adſtringunt. p. 367. Apoſtolicis literis muniti mittuntur ad Regem Perſarum.* ibid. *iuſſu Summi Pontificis tranſeunt per Poloniam, vt Principes Catholicos hortentur ad debellandos infideles.* ibid. *nulla miſſio legitima, quæ Vicario Chriſti non ſubdatur. p. 369. quænam conceſſu Chriſtus primis, quos ad diſſeminandam fidem miſit.* ibid. *Clemens VIII. ampla concedit Priuilegia miſſionarijs noſtris.* ibid. *miſſionarij*

narij ob bellicos Moſcouitarum apparatus ſiſtuntur in Polonia.p.373. Expectant litteras à Summo Pontifice nouiter electo. ibid.

Monachus.

Omnes Monachi vſque ad annũ Chriſti 460. fuere Carmelitæ.p. 18. monachi Aegipti, Siriæ, Græciæ, Italiæ, Affricæ, Galliæque fuere veri Carmelitæ. ibid. *Religioſi Antiocheni, de quibus mentionem faciunt acta Apoſtolorum erant Carmelitæ. p. 19.*

N

Neapolis.

VNde Neapolis fuit vocata Partenope. p. 217. antiquitas, nobilitas, & amœnitas Ciuitatis Neapolitanæ. ibid. *ab Apoſtolo Petro fuit ad Chriſtum conuerſa.* ibid. *Neapolitanorum deuotio erga B. V. Mariam, eiuſque filios Carmelitas Exealceatos.* ibid. *Neapoli fuit fundatus Conuentus ſub titulo Matris Dei. p. 122. V. P. N. Petrus miras conuerſiones ſuis prædicationibus operatur Neapoli. Vide.Petrus à Matre Dei.*

Nicolaus.

V.P.N. Nicolaus à Ieſu Maria ex Illuſtriſſima Gente Doria. p. 45. dum Sanctam Tereſiam adiuuat in negotijs ſuæ Reformationis, ab ea ad illam allicitur. ibid. *Reformationem in Italiam viuente Sancta Tereſia tranſportat. p. 40. & 47. nititur contra perſecutionem cum Sancta Tereſia. pag. 46. miris modis à Deo protegitur, dum Religionis negotijs incumbit. p. 47. in primo reformationis Capitulo eligitur totius Ordinis Procurator, & ſocius Prouincialis.* Ibid. *mittitur in Italiam ad Reformationis negotia quædam peragenda.* ibid. *Genuæ fugit Parentum Palatia. p. 48. fundat Conuentum Sanctæ Annæ. p. 49. Quare Sanctæ Annæ dicauerit illum Conuentum. p. 50. multa obtinet à Generali totius Ordinis in fauorem Reformationis. p. 54. abſens eligitur in Prouincialem. p. 55. obtinet à Pio V. confirmationem Prouinciæ ab ipſo nuper erectæ.* ibid. *eligitur primus Vicarius Generalis Reformationis. p. 57. Dilatat Reformationem, Madriti fundat duo Monaſteria. p. 56. indigitatur à Didaco Tepes ædificij Religioſi architectus.* ibid. *Archiepiſcopatus duos renuit.p. 57. Conuentui Genuenſi Sanctæ Annæ in multis prouidet.* ibid. *fœminã peccatricem conuertit ad Chriſtum, et paulo poſt à Dæmonis infeſtationibus liberat. p. 61. ad Capitulum Generale totius Ordinis Carmelitarum pergit.* ibid. *obtinet ſeparationem Reformatorum à mitigatis.p. 64. prædicit fũdationem Romanam, & erectionem noſtræ Congregationis. p. 68. vt vitet ſecundum Generalatum, à Deo mortem poſtulat, & obtinet.pag. 69. præuidetur eius mors à quibuſdam Monialibus.* ibid. *ad eius funus cõcurrit tota Ciuitas, multis encomijs honoratur.* ib. *elogia P. Nicolai. p. 460*

B. P. Nicolaus factor Ordinis Minorum fuit amiciſſimus V. P. N. Dominico. pag. 284. Prophetiæ, & miraculorum gratia fuit illuſtris. ibid. *ei morienti aſſiſtit in ſpiritu V. P. N. Dominicus, eiuſque animam videt recta in cælum tendere cum multitudine Beatorum.* ibid.

F. Nicolaus Nouitius, vulneratur in capite à F. Gaſpare Damoniaco. pag. 148. à capitis doloribus ex illo vulnere ſibi relictis ſapiſſimè obedientiæ virtute liberatur, eiuſdemque obedientiæ renouatione redeunt dolores. ibid. *ſedatur ſanguis ex vulnere pre-

R E R V M.

prodiens obedientiæ virtute, dum eſſent inutilia omnia remedia. ibid.

Nouitius.

Ad quem virtutis gradum teneatur aſpirare nouitius. p.505.

O

Obedientia.

PEr obedientiam ſanantur morbi, & obedientiæ virtute redeunt multoties. p. 148. & ſeq. quanto odio dæmon proſequatur obedientiam, exemplo monſtratur p. 195. Obedientiæ virtute differtur mors. p. 197. veri obedientes parent ſuperiorum voluntati etiam poſt eorum mortem. p. 460. quanta ſit obedientiæ obligatio, efficacia, & in quibus teneamur obedire. p. 527.

Oratio.

Nulla arma validiora oratione ad pernincendum dæmonem. p. 477. quanta ſit efficacia orationis ad infidelium, hæreticorumque conuerſionem. p. 580. & ſeq.

P

Paulus.

V. P. N. *Pauli Simonis à Deſ. Mariæ elogia. p. 86. in Perſidem à Clemente VIII. mittitur. & Apoſtoli Perſidis S. Simonis nomine donatur; Vnde Paulus Simon deinceps fuit vocatus.* ibid. *& p. 336. per annos ferè viginti continuos Religionis gubernacula rexit.* ibid. *datur Patribus Ordinis SS. Trinitatis in Commiſſarium generalem. p. 161.*

P. F. *Pauli Baptiſtæ à Sancto Petro vitæ compendium. p. 621. obedientiæ virtute à V. P. N. Dominico ſanatur.* ibid. *fuit magna fundationis noſtræ Melitenſis occaſio.* ibid. *multis infirmitatibus laborans nullum, præter ſolitudinem, ſolatium vnquam quæſiuit. p. 622.*

V. P. N. Petrus à Matre Dei.

Patria, parentes V. P. N. Petri à Matre Dei. p. 70. miro modo conſeruatur illæſus in vtero matris in deliquium lapſæ. ibid. *ſub lingua geſtabat ſtellæ figuram. p. 71. Indolis Pueri Petri ſuauitas, & innata pietas.* ibid. *in pueritia catechizat condiſcipulos rudiores.* ibid. *ſimplicitatem miram, & ſinceritatem cum ſpiritus ſagacitate coniunctam poſſidebat.* ibid. *mortificationibus, & flagellis corpus cruciat adhuc iuuenis. p. 72. in ſtudijs omnibus, præcipuè verò Theologicis, admirationi eſt omnibus.* ibid. *& p. 74. per pœnitentias, & deuotionem acquirit venuſtatem.* ibid. *Religioni nomen dat, & in nouitiatu mira edit virtutum exempla.* ibid. *emiſſa profeſſione parentum conſpectum fugit. p. 73. virtutes heroicæ Petri. p. 74. quanta gratia prædicationis polleret.* ibid. *& 79. Benignitas P. Petri in reum ſanguinis paterni. pag. 75. Romam mittitur. p. 76. obedientiæ & humilitatis multa, & mira edit exempla.* ibid. *mortificationibus, & exercitijs difficilioribus vires auget ad prædicationis munus obeundum.* ibid. *Cremonæ maximo omnium applauſu Theologicas concluſiones in Capitulo Generali totius Ordinis Carmelitarum defendit.* ibid. *in multis Pulpitis floret dicendi gratia. p. 77. eligitur Supprior Conuentus Genuenſis. p. 76. à Summo Pontifice hoſpitium Diſcalceatis obtinet Romæ. p. 78. officia viliora libenter exercet, etſi apud omnes eſſet celeberrimus.* ibid. *Charitatis viſcera pandit in quemdam E. Dæmoniacum. p. 107. mul-*

tiplicem ſuis concionibus fructũ operatur. p.163. & 218. à quibuſdam ſui temporis celeberrimis elogijs multis honoratur. pag. 164. qua norma præparationis ad prædicationes vteretur. p. 165. & 218. in concionibus ſæpiſſimè thema deſerit motus à Deo ad audientium vtilitatem. ibid. *excellet in modo prædicandi Apoſtolico.* ibid. *terribiliter intonat de extremo iudicio.* ibid. *charitate eximia ſæcularium neceſſitatibus ſpiritualibus prouidet. p.166. ſpirituum diſcretione pollet.* ibid. *cautela maxima pudicitiæ ſtudet.* ibid. *Monialium Monaſteria in obſeruantiæ ſpiritu fouet, ac dirigit. p. 167. virginem deuotã ſuæ directioni commiſſam in multis adiuuat, & ad pij deſidery affecutionem perducit.* ibid. *à Summo Pontifice Congregationi Italiæ nouiter erectæ præficitur p. 169. ordinationibus quibuſdam Congregationis noſtræ obſeruantiam promouet. pag. 173. ad quantum in virtutibus omnibus profectum deduxerit ſubditos. p. 176. eligitur à Summo Pontifice Vicarius miſſionum. p. 306. ſtipendam ſuis concionibus Neapoli operatur conuerſionem. p.218. per iſtam conuerſionem, aliaſque multas ibi perpetratas Conuentus Matris Dei fundationem ibidem obtinet.* ibid. *procurat Sanctæ Tereſiæ canonizationem. p. 236. denouet ſe miſſionibus. p. 306. Iuſſu Summi Pontificis fidei propagationem multimodè perurget.* ibid. *demandatur ipſi regimen Reformatorum S. Auguſtini. p. 161. ſolicitudo illius in hoc regimine. p.162. per totam vitam hoc regimine potitur. p. 163. Conuentus Sancti Syluestri fundationem procurat. p.606.*

P. F. Petrus Antonius à Cruce.

P. F. Petri Antonij à Cruce elogium. p. 624. quanta deuotione flagrabat erga B. V. quantaque diligentia Altaria exornaret, & Sacerdotes veneraretur. ibid.

P. F. Philippus à Sancto Iacobo.

Breue P. F. Philippi à Sancto Iacobo elogium. p. 190.

Polonia.

Miſſionarij in Perſiam miſſi ſiſtuntur in Polonia ob Moſcouitarum bellicos apparatus. p.373. Rex Poloniæ aliquos ex noſtris Religioſis poſtulat à Summo Pontifice, noſtriſque Superioribus ad fundandum in Polonia. ibid. *Demiratur noſtri inſtituti auſteritatem.* ibid. *veſtitur ſacro ſcapulari, eumque imitantur Principes ſuæ curiæ.* ibid. *quantum profectum attulerint Poloniæ noſtri Religioſi.* ibid.

Profeſſio.

Formula profeſſionis, qua ſolebant profiteri Carmelitæ Excalceati ante erectionem noſtræ Congregationis p.59. quare Moniales Tereſianæ non ſolent publicè profeſſionem emittere. p.415. profeſſionis monialium formula. p. 510.

R

Rechabitæ.

Rechabitæ, & filij Prophetarum Eliani inſtituti aſſecla. p.7. vnde Rechabitarum nomen oriatur. p.8.

P.F. Redemptus à Cruce.

Breue P. F. Redempti à Cruce elogium. p. 192.

Regi-

Digitized by Google

R E R V M.

Regimen.

Forma regiminis noſtræ Congregationis. p. 118. *Moniales Hiſpaniæ ab Ordinis regimine ſe eximunt, ſed quantocius redeunt, pag.* 454. *V. M. Anna à Ieſu prædicit futurum, vt Moniales Galliæ ſuperiorum ordinis ſubdantur regimini. p.* 390.

Regula.

Sanctus Brocardus Prior Montis Carmeli impetrat Regulam ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano. p. 24. *confirmatur multoties regula noſtra à Sede Apoſtolica.* ibid. *approbatur ab Innocentio IV. p.* 26. *Regula noſtra primitiua refertur* ibid. *mitigatur ab Eugenio IV. p.* 29. *reſumitur à Sancta Tereſia, & ab illa traditur Religioſis vtriuſque ſexus obſeruanda.* ibid. *tempore Sanctæ Tereſiæ in Inſula Cypro erat Monaſterium quoddam Ordinis Carmelitarum, in quo primitiua Regula vigebat. p.* 29. *Regula à S. Elia tradita eſt ſuum ſolum exemplum. p.* 4.

F. Raynaldus.

F. Raynaldi de partibus Reatinis Ordinis S. Franciſci elogium. p. 618.

Rodriguez.

Reuerendi P. Rodriguez Societatis Ieſu elogium. p. 399. *V. M. Anna à Ieſu eius directioni commiſſa multum in virtute proficit.* ibid. *eo mediante Carmelitæ Excalceatæ habitu fuit induta. p.* 408.

S

Sacerdos.

Sacerdotum domus eſt Eccleſia, quã debent frequentiùs viſitare. p. 151. *quanta ſit dignitas ſacerdotalis. pag.* 278.

Salus humana.

Creatura poteſt eſſe cauſa inſtrumentalis ſalutis humanæ. p. 381. *dum monet Deus, vt illam ab ipſo petamus, omnia ad illam obtinendam neceſſaria donat.* ibid.

P. F. Saluator à Sancta Maria.

P. F. Saluatoris à Sancta Maria elogium. p. 189.

Sanctitas.

Quanta reperiatur inter Sanctos diuerſitas in ſanctitate, & meritis. p. 244. *maiori fœlicitate abundat ſanctitas in vita miſera, quam vita magnatum; & principium. pag.* 446. *ſanctitas pro ſtultitia reputatur apud mundanos. p.* 488.

F. Sanctus de Parma.

Breue F. Sancti de Parma Ordinis S. Franciſci elogium. p. 618.

P. F. Sebaſtianus à S. Franciſco.

P. F. Sebaſtiani à Sancto Franciſco elogium. p. 620.

Conuentus Sancti Silueſtri.

V. P. N. Petrus procurat fundationem Conuentus Sancti Silueſtri in Tuſcula-

INDEX.

ſculano monte.p. 606. Thomas de Aualos locum campeſtrem ſuarum deliciarum V. P. N. Petri victus verbis libenter concedit pro fundatione. pag. 607. firmatur donatio à Summo Pontifice Clemente Octauo edito diplomate. ibid. *V. P. N. Petrus ſumit poſſeſſionem loci, & Eccleſiæ Sancti Silueſtri, & SS. Sacramentum in ea collocat.* ibid. *ſub regimine P. F. Alberti à SS. Sacramento Religioſos mittit ad nouum Conuentum. p.608. Dæmon fruſtra ſæpius machinas mouet, vt nouam fundationem diſſipet.* ibid. *Princeps quidam de loci nobis donati poſſeſſione diſputat, ſed pietate, & manſuetudine FF. noſtrorum victus, cedit ius ſuum.* ibid. *varijs pro temporum neceſſitate muneribus deſtinatur Conuentus Sancti Silueſtri, & præcipuè Miſſionariorum educationi, & recreationi.* ibid. *amœnitas Tuſculani Conuentus, ſalubritas aeris, quies ſolitudinis. p. 609. deuotio Plebis Tuſculani montis ad S. Silueſtrum, & Sanctam Tereſiam. antiquitas deuotionis illius Populi erga Sanctum Silueſtrum. pag. 612. maxima veneratione ab antiquo colunt B. V. Mariam.* ibid. *obſequia incolarum Tuſculani erga noſtros.* ibid. *Tuſculanum ſolebant petere primi noſtræ Congregationis ſuperiores propter ſolitudinem quærendam. p. 613. Marchio de Villenas in Tuſculanum noſtrum ſecedit, elemoſinam largitur ad eremitorij fabricam.* ibid. *in hoc conuentu fuit celebratum capitulum generale, p. 614. Paulus V. Sancti Silueſtri cœnobium ſua præſentia dignatur, & cum Religioſis familiariter agit.* ibi. *V. P. N. Dominicus in Tuſculano Conuentu miracula multa operatur.* ibid. *Incorrupti corporis V. P. N. Ioannis à Ieſu Maria theſauro potitur iſte Conuentus. p. 616. antiqua illius loci ſanctitas, & veneratio.* ibid. *à Religioſis Franciſcanis inhabitatus fuit.* ibid. *cur ab illis fuerit derelictus.* ibid. *Videtur in Sancti Silueſtri loco pinus à B. Bernardone plantata. p. 617. in illo iacent corpora trium FF. Ordinis S. Franciſci ſanctitate celebrium.* ibid. *in eodem iacent etiam corpora multorum Religioſorum noſtrorum virtute præſtantium.*

Simon.

Sanctus Simon Stock in primo capitulo generali Ordinis Carmelitarum in Anglia congregato fuit electus Generalis. p. 26.

P. F. Simonis à Sancto Paulo elogium. p. 190.

F. Stephanus.

Breue F. Stephani elogium. p. 145.

T

M. Tecla à S. Paulo.

M. Tecla à Sancto Paulo Cardinalis Baronij neptis elogium. p. 141.

S. M. Tereſia.

Sancta M. N. Tereſia naſcitur eodem tempore, quo Lutherus ſectam ſuam diſſeminat p. 32. Reformationem molitur. p. 33. per litteras hortatur quemdam Conuentum Italiæ primitiuam Regulam obſeruantem ad ſuæ Reformationem. pag. 41. pro prima Italiæ fundatione velum calicis ſericum, quod ſeruatur in Conuentu S. Annæ Genuæ, elaborat. ibid. *corpus eius inuenitur incorruptum. p. 229. 548. Abula Alham, vnde fuerat ſublatũ, refertur. p. 230. 549. quam extraordinaria ſit incorruptio corporis illius. p. 229. permittitur publicè coli. p. 131. quantã ſpiritus virtutem libris*

bris ſuis indidit. p. 336. encomia R. Coſmi in Sanctæ Tereſiæ commendationem p. 337. particula habitus Sanctæ Tereſiæ admota moribundo ſanat eum miraculosè. p. 442. prædicit V. M. Annæ à Sancto Bartholomæo eam in purgatorium nunquã fore detrudendam. p. 531. illam dæmones è ſummitate graduum præcipitem dant, eius brachium perfringunt. p. 532. accuſatur à quadam laica peruerſa, ſed remeans illa in ſæculum, coram ſacræ Inquiſitionis Iudices Sanctæ Tereſiæ innocentiam propalat, ibid. *eam mœſtam propter perſecutiones contra ſuam Reformationem excitatas Chriſtus conſolatur, eique cibos porrigit. p. 533. ei apparet fundationibus quibuſdam renitenti, inbetque eas acceptet. p. 534. & 546. à multis maxima veneratione colebatur adhuc viuens.* ibid. *rota fabri manibus elapſa percuſſa Sancti Ioſeph miraculo ſanatur. pag. 535. precibus ſuis ſanitatem V. M. Annæ à Sancto Bartholomæo obtinet, vt ſe comitari poſſit in itinere. p. 538. fundationibus multis incumbit. p. 534. & ſeq. Abulæ præficitur, multiſque gratiis, & virtutibus filias exornat. p. 539. ex eius adhuc viuentis corpore ſuauiſſimum odorem perſentit V. M. Anna à S. Bartholomeo. pag. 540. prænuntiat V. M. Annæ à S. Bartholomeo, eam velum choriſtarum accepturam.* ibi. *ex aquarum inundatione mira Dei protectione liberatur. p. 542. prædicit ſuam mortem tribus diebus antequam accideret. p. 544. animam effiat ſub ſpecie candidiſſimæ columbæ in manibus Chriſti apparentis. p. 545. multoties apparet V. M. Annæ à S Bartholomeo.* ibid. *comiti Triultio apparet, eumque miraculosè ſanat. p. 448. à Chriſto ipſi apparẽte promittitur ſuæ Reformationis propagatio. p. 34. apparet V. M. Annæ à Ieſu, eique abblanditur. Vide Anna à Ieſu.*

V. M. Tereſia à Ieſu.

V. M. Tereſiæ à Ieſu Cardinalis Baronij neptis elogium. pag. 141. illi infirmæ, & inapetẽti prouidet Dominus mirabiliter perdicem deſideratã. ibi. *in Agone terretur à dæmone, ſed precibus ſororum adſtantium adiuta moritur maximę alacritatis dato indicio.* ibid.

Tertiarij.

Tertiariarum ſunt tres claſſes. p. 202. non omnes tertiarij eximuntur à iuriſdictione, tributis, & gabellis. ibid. *in noſtra Congregatione non ſunt tertiary collegialiter viuentes. p. 204. in quo ſenſu debeat intelligi Carmelitas Excalceatos non habere tertiarios. p. 205.*

P. F. Theodoſius à Ieſu.

P. F. Theodosy à Ieſu elogium. p. 190.

Ordo SS. Trinitatis.

Deſcriptio inſtituti SS. Trinitatis. p. 154. R. P. Ioannes Baptiſta de reformando ſuo Ordine ab obſeruantiæ rigore lapſo cogitat. p. 155. Romæ iuſſu Summi Pontificis moratur in Conuentu Sanctæ Mariæ de Scala, vt normam obſeruantiæ, in qua alios poſſit edocere, perdiſcat. ibid. *à Summo Pontifice mediante V. P. N. Petro obtinet Apoſtolicum Breue ad ſui Ordinis Reformationem in Hiſpania.* ibid. *præficitur Trinitarijs Hiſpaniæ P. F. Elias à Sancto Martino Carmelitarum Excalceatorum Præpoſitus Generalis. p. 160. eis tandem præficitur P. F. Ioannes Baptiſta.* ibid. *defertur Reformatio in Gallias à P. Hieronymo eiuſdem Ordinis, ibique multi fundantur Conuentus.* ibid. *eliguntur in Magiſtrum Nouitiorum Reformationis*

Patres

INDEX

Patres ex Conuentu S. Mariæ de Victoria. p. 161. P. N. Paulus Simon præficitur eis sub titulo Visitatoris Generalis. ibid.

V

Conuentus Veracensis.

Miris modis inchoatur, & perficitur Conuentus Veracensis. p. 417. *Catharina Godinet Fundatrix huius Conuentus in somnis videt F. Ioannem à Miseria, qui ipsi ostendit Cõuentum, quem ipsa erat fundatura.* ibid. *Monialibus istius Conuentus Fundatricibus Veracum ad fundationem petentibus mira in itinere accidunt. p.* 419. *ab imminentibus mortis periculis liberantur. p.* 420. *prima Priorissa istius Conuentus fuit V. M. Anna à Iesu. p.* 418. *prima nouitia istius Conuentus iussu Christi apparentis expellitur, & quatuor aliæ virtutibus eminentes ipsius loco prouidentur. p.* 422. *V. M. Anna à Iesu in hoc Conuentu miracula plurima operatur. p.* 423. *Adolescentulæ in hoc Conuentu receptæ. & à Dæmone illusæ ficta sanctitas, p.* 437. *Dæmonis arte patitur extases fictas.* ibid. *detegitur fraus Dæmonis, & malitia puellæ à V. M. Anna à Iesu.* ibid. *deprehenditur in lecto cum Dæmone sub horribilis Aethiopis forma ipsi incubante, & habitu Religioso exuitur.* ibid.

Veritas.

Veritas facit homines Deo similes. p. 473.

Virginitas.

Quantum displiceat Dæmoni Virginitas, quantamque ad seruiendum Deo ministret facilitatem. p. 476. *multum periclitatur Virginitas in hominum conuersatione.* ibid.

Votum.

Apud Carmelitas Excalceatos tribus Votis Religionis additur quartum de non ambiendo. pag. 69. & 119. *quo tempore, & à quibus fuerit institutum quartum illud votum. pag.* 119. *solent renouari vota à Carmelitis Excalceatis bis in anno. pag.* 146.

FINIS.

REGE-

Digitized by Google

REGESTVM.

† †† ††† †††† ††††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo

Omnes sunt Duerniones exceptis †, †††††, *&* Oooo, *qui sunt Terniones.*

ROMAE

ROMAE,

Ex Typographia Philippi Mariæ Mancini.

M. DC. LXVIII.

SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google